si à principio oppoſuiſſet, compulſus non fuiſſet iudicium ſuſcipere, an ſit audiendus. in §. vltima quæſtio. num. 27
Bannitus comparens poſt terminum banni, & negans delictum feciſſe, an ſit audiendus. ibid. nu. 28
Bannitus extra territorium banni captus, & ductus iuriſdictione an relaxandus ibid. num. 34
Bannitus ſeipſum vulnerans an excuſetur virtute ſtatuti de bannitis occidendis. in §. aggredior. num. 17
Bannitus incarceratus non poteſt impune occidi. ibid. num. 24
Bannitus qui de proximo eſt rebanniendus, an impune poſſit occidi. ibid. num. 27. & 30
Bannitus qui à ſuperiore tolleratur, an poſſit impune occidi. ibid. num. 28
Bannitus rebannitus, & non cancellatus de banno, non poteſt impune occidi, nec offendi, ab illo qui ſcit eũ eſſe rebannitũ, licet non ſit adhuc cãcellatus de banno. ibid. num. 30
Bannitus, qui communi æſtimatione pro non bannito capiebatur, an poſſit impune occidi, vigore ſtatuti de bannitis occidendis. ibid. num. 34.
Bannitus tranſiens per ciuitatem & comedens in hoſtio non poteſt capi nec puniri, ſi erat bannitus vt non poſſit ſtare nec habitare in illa ciuitate, ibidem. num. 42
Bannitus occidens bannitum an gaudeat priuilegio ſtatuti de bannitis occidendis. ibid. nu. 53. & nu. 54
Bannitus qui poteſt impune occidi, an poſſit poſt mortem vindicari. ibid. num. 83
& in perſona habetur pro mortuo.
Bannitus quilibet habetur pro fugitiuo, & quocunque die capi poſſit. ibid. num. 92
Bannitus ſtatim quòd in banno eſt potius cenſetur eſſe in fuga. ibi. num. 93
Bannitus ex cauſa famoſa, interim à teſtimonio repellitur. ibid. num. 94

Bannitus an ſit infamis. ibid. num. 95
Bannitus reſtitutus à principe, an reſtituatur in fama. ibid. num. 96
Bannitus perdit iura ciuitatis, & deſinit eſſe ciuis. ibid. nu. 98. & 99
Bannitus an perdat beneficia iuris communis, & facultatem ſuccedendi de iure communi. ibi. nu. 100
Bannitus non perdit patriam poteſtatē: adeo quòd eius filij poſſint facere teſtamentum. ibid. num. 101
Bannitus an perdat tutelam & deſinat eſſe tutor vel curator vel arbitrator. ibid. num. 102
Bannitus an perdat alimenta ab illis qui tenebantur ſibi ad alimenta ante bannum. ibid nu. 103
Bannitus licet ex formā ſtatuti debeat haberi pro cōfeſſo, attamen debet condemnari per iudicem: aliàs nō poſſet fieri executio banni cōtra eum. ibid. nu. 105
Bannitus præſumitur ille qui aufugit, ſi duo eiuſdem nominis ſunt, & vnus ipſorum eſt bannitus, & verè non cognoſcitur quis eorum ſit bannitus. §. diligenter. num. 48
Bannitus impunè per ſtatutum occidens, an poſſit clericum occidi. in §. pro complemento, num. 3
Banniti perſona non reputatur eſſe in rerum na. in §. aggredior. num. 90. Quod fallit in bannito debito ciuili. ibid. num. 91
Bannito non licet ſe defendere aduerſus offenſa fiendam, quando talis offenſio eſt permiſſa à to, in § vlterius. num. 7. & in §. aggredior. 76
Bannitum occidēs, quando bannum non erat ſo an gaudeat priuileg. ſtatuti impunitatem tis. ibid. num. 10
Bannitum, dum ducitur ad patibulum uetur beneficio ſtatuti de bannitis o ndis. num. 41
Bannitum ſi quis ignoranter occiderit em neſciebat eſſe bannitum, gaudet beneficio ſtatuti permittētis bannitum impune occidi poſſe. in §. aggredior. n. 3
Bannum & cōdemnatio delicti vltra cor. naciā reum con-

conuictum exigunt. in § postquàm. num. 48
Bannum sine causa factum non habet vim sententiæ. in §. vltima. num. 9
Bannum in pluribus libris descriptum, & in vno cancellatum, an sufficiat. in §. aggredior. nu. 9
Bannum principis bannientis de terris suis, an trahatur ad postea quæsita. ibid. nu. 22
Banni executio qualiter fieri debeat. in § aggredior. nu. 105
Banna ordine iudiciario spreto lata, cancellanda. in §. secunda. num. 72
Barisellus vel alius officialis, si aliquem cum armis captum, datis fideiussoribus, non relaxauerit, in syndicatu tenebitur. in §. pro complemento. num. 32
Belli timor remissionē datiarijs p̄bet. in §. expedita. nu. 5
Bello in licito non licet occidere inimicum captum, postquàm captus est. in §. aggredior. num. 25
Beneficium alicui concessum miserationis causa, non intelligitur sublatū per generalē clausulā derogatoriā omniū in contrariū cōcessorū, nisi de ipsis specialiter fiat singularis mētio. in §. quæritur. nu. 14. & 15.
Beneficio statuti permittētis bannitū posse impunè occidi, an gaudeat, qui ignoranter occidit bannitū quē nesciebat exulare. in §. aggredior. num. 3
Et quid de rebannito. ibid. 4. & 5
Bona debitoris existentia in alieno territorio, an excutienda sint. in §. attingam. num. 57
Bonū publicū est maximi priuilegij. in §. aggredior. n. 70
Bonus ex mala conuersatione efficitur malus. in §. expedita. num. 9
Bonus vir admittitur cum iuramento ad probandū cōtra præsumptionem iuris & de iure. in prin. nu. 12
Bono viro credens excusatur. ibid.
Bono viro credendum est. ibid. num. 8
Breuitas temporis plura operatur, de quibus in §. nunc videndum. num. 33
Alumnia an possint quis vti aduersus calūniantem, in §. oportunè. num. 93

Calumnia euidens operatur vt non ſtetur iuramento alicuius, etiam caſu quo alias ſtari deberet, ibi. num. 86. 87. 88. & 89

Calumnioſe petita deneganda. ibid. num. 84

Cancellatio actorum quando habeat vim ſententiæ, in §. aggredior. nu 7

Cancellationes inualidæ factæ per magiſtratum, vel tabellionem, non derogant ſcripturæ. ibi num. 8.

Cancellatus indebitè de bãno, qñ quis dicatur. ibi. nu. 6

Canon, lex, vel ſtatutum quomodo poſſint cõtemni in eorum obſeruantia. in §. conſtante. num 11.

Captura quando eſt nulla, an tunc cuſtos vel poteſtas teneatur. in §. attingam. num. 47

Captura Rei principalis an liberet fideiuſſorem, ibid. num. 55

Captura perſonæ quæ poteſt fieri contra debitorẽ principalem, an cõtra eius hæredẽ fieri poſſit. ibid. nu. 59

ad Capturam perſonæ vt peruenire poſſit, quid requiratur. ibid. num. 56.

Cætera vide infra in ver. Indicium.

Captus qui dicitur per eccleſiam, an poſſit immunitate gaudere. in §. vlterius. num. 4

Captus poteſt ſemper appellare à captura, qa continuẽ ſtãdo in carcere de nouo grauatur, in §. ordine. nu. 6

Captus etiam in iuſto bello non poteſt impune occidi, poſtquàm eſt captus. in §. aggredior. num. 25

Captus in flagranti crimine non eſt fideiuſſoribus relaxandus. in § attingam. num. 5

Captus iniuſtè ſi nõ frangit carceres cũ poſſit, capite punitur. in § attingam. num. 42

Captus iniuſtè ſi aliter euadere non poteſt, cuſtodes carceris ſibi occidere licet, nec de homicidio tenetur. ibi. num. 40

Capti & carcerati de fuga ſuſpecti ma[illegible]ria. ibid. nu. 52.

Captũ iniuſtè à manibus familiæ eximens an puniatur. ibid. nu. 49.

Carcer eſt ſpecies torturæ. in §. expedita. num. 11. & in § attingam. num. 8

Carcer non ſoluit debitum ſed burſa. in §. attingam. nume. 54.
Carcerum cuſtodes ſi duo vel plures ſint, & vnus ex eis cùm carcerato aufugiat, alij cuſtodes aliquo modo non tenentur. in §. attingam. nu. 73.
Carcerari propter quas cauſas quis poſſit. ibid. nu. 61
Carcerari quæ perſonæ poſſint. ibi. nu. 62
Carceratus an poſſit citari, & quando proceſſus contra eum factus valeat, in §. ſequitur. num. 37. & §. attingam. nu. 20
Carceratus an excuſetur à termino non ſolutæ penſionis, ibid. nu. 38
Carceratus fugiens fractis carceribus habetur pro confeſſo, in §. diligenter. nu. 46
Carceratus iniuſtè pro cauſa capitali an teneatur de homicidio, ſi cuſtodes ad euadendum peremerit. ibid. nu. 56. & in §. attingam. nu. 40
Carceratus ſi reperitur mortuus in carcere, præſumitur contra cuſtodem. in §. diligenter. nu. 93
Carceratus ſi eſt male captus, vel ex aliqua cauſa debet relaxari, non tamen poterit hoc fieri, niſi cum auctoritate, licentia, & conſenſu iudicis. in §. opportune. nu. 19. & in §. attingam. nu. 38
Carceratus regulariter eſt fideiuſſoribus relaxandus. in §. attingam. nu. 1
Carceratus pro delicto vel pro debito ciuili debet ſtatim relaxari cùm conſtat eum non deliquiſſe, vel debitorem non eſſe. ibi. nu. 13
Carceratus qui de proximo eſt relaxandus nō debet detineri nec cuſtodiri ſub tam magna cuſtodia ſicut antea ibi. nu. 14
Carceratus quando apparet de proximo relaxādus, debet relaxari à carceribus ante ſententiam etiam ſine fideiuſſoribus. ibi. nu. 16
Carceratus dicitur omni die nouiter grauari, & ideo tanquam ex nouo grauamine poteſt omni die appellare in §. ordine. nu. 6. & in §. attingam. nu. 19
Carceratus indebitè non ſeruata forma ſtatutorum, au

ctoritate iudicis relaxari debet. ibid nu. 18
Carceratus an possit contrahere vel se obligare. ibid. num. 22. & 23
Carceratus an dicatur qui per modicum spacium, & per modicam distantiam de carceribus relaxatur, sed tamē habet penes se semper custodes, ita vt aufugere non possit. ibid. nu. 24
Carceratus potest iustum metum allegare. ibi. nu. 31
Carceratus pro vna causa ciuili vel criminali, an possit pro alia recommendari. ibid. nu. 32
Carceratus pro vno delicto an possit pro alio recommēdari. ibid. nu. 33
Carceratus iniustè an possit pro iusta causa, ibi recommendari. ibi. nu. 34
Carceratus an possit recommēdari in carcere die feriato. ibid. num. 35
Carceratus fugiens de carcere qua pœna puniatur. ibid. nu. 36. & ibi qua pœna puniatur fugiens de carcere aperto. nu. 37
Carceratus iniustè aufugiens de carcere non punitur. ibid. nu. 38
Carceratus iniustè quando quis dicatur. ibid. nu. 43
Carceratus iustè, de carcere aufugiens, habetur pro cōfesso, ibid. num. 44. & in quo fallat, vide ibid. numero 45. & 52
Carceratus de carcere aperto fugiens non habetur pro confesso. ibid. nu. 45
Carceratus an aufugiat periculo potestatis. ibid. nu. 46
Carceratus si aufugit, quando nulla est captura, an tūc custos vel potestas teneatur. ibid. nu. 47
Carceratus accusans volentem frangere carceres, an liberationem consequi debeat. ibid. nu. 50
Carceratus in carcere mortuus, in dubio præsumitur mortuus à custodibus. ibid. nu. 51
Carceratus pauper, adeo quòd nō potest de suo alere, debet alimētari à creditore, qui eum incarcerari fecit. ibid nu. 74
Carcerati sunt in protectione curiæ, in §. attingam. num.

num.3.verſ.& ratio eſt.
Carcerati dicuntur miſerabiles perſonæ.ibid.nu.76
Carceratorum relicta dicuntur ad pias cauſas.ibid.
Carceratorum cauſa dicitur pia. in §. nunc videndum. numero 12
Carceratorum cauſa eſt ſummaria ſicut miſerabilium perſonarum. in §.attingam.nu.75
Cardinales & Prælati à Papa petentes licentiam eundi ad concilium.,an poſſint ire licentia non obtenta. in §.aggredior.nu.67
Caſtigandi modum excedens tenetur tantum pro percuſſionibus in quibus modum exceſſit.in §.quoniã. num.90.92.& 93
Caſualia non conſiderãda,ſed præcogitata.in §.cõſtante.num.48
Caſualia an in dubio præſumantur.ibid. nu.61
Cauſa pecuniaria grauis & ardua æquiparatur criminali,& in illa deueniri poteſt ad torturam. in §. expedita.num.60
Cauſa ciuilis habens crimen annexum, torturam recipere poteſt.ibid.nu.61
Cauſa ciuilis in quibus differat à criminali. ibid. nu. 63.& nu.68.69.& 73.& nu.78.79.81.& 82
Cauſa iuſta præſumitur in iudice repellẽte exceptionẽ calumnioſam: nec facit ſentẽtiam iniuſtam.in §.opportune.nu.82.&83
Cauſa quælibet etiam iniuſta à dolo excuſat.in §.aggredior.nu.78
Cauſa lucratiua habẽs originem à cauſa oneroſa, cẽſetur oneroſa.in §.nũc videndum.nu.18
Cauſæ criminales non dirimuntur iuramento partis. in po[illegible]n.nu.1
Cauſis in c[illegible]alibus non defertur iuramentum in ſuppleme[illegible]robationis.ibid.num.2.& in §.expedita.nu.74
Cauſis in criminal[illegible]s ex pluribus indicijs non fit vera probatio.ſecus eſt in ciuilib.in §.expedita. nu.81
Cauſis in ciuilib.dãtur induciæ deliberatoriæ, ſecùs in cauſis criminalib.ibi,i.nu.64

Cauſæ cognitio in quolibet actu eſt maximi momenti. in §. nunc videndum. nu. 34

Cauſæ cognitio eſt de iure diuino nec eſt omittenda. ibid. nu. 43

Cauſæ cognitio quòd in actu interueniat non ſufficit, ſed etiam ad validitatem actus requiritur, quòd in inſtrumento fiat mentio de cauſæ cognitione. ibid. nume. 44

Cauſæ cognitio non ſufficit, quòd per procuratorē adhibeatur in contractu minoris, & de ea fiat mentio in inſtrumento, ſed etiam requiritur quòd fiat ſcriptura de per ſe, de tali cauſæ cognitione, item quod reperuerit illum contractum cadere in vtilitatē minoris. ibid. num. 45

Cautela quod poſt didicita teſtificata poſſint produci teſtes, in §. ſequens. nu. 46

Cautelis in perniciem animę non vtendum, in §. Requi- tur. nu. 48

Cautionis iuratoriæ beneficium an perdat ille, qu[illegible] tionem ſolitus eſt non ſeruare. in §. diligenter. numero 105

Cedens omnia iura ſua non comprehendit conditiona lia, vel in diem, in §. aggredior. nu. 50

Chriſti omnis actio noſtra eſt inſtructio. in §. occurrũt num. 8

Cingendus de proximo pro cincto habetur. in §. et quia nume. 29

Citandus non venit, qui ius notorie conſtat cõtra[illegible] e. in §. examinanda. num. 8. & in §. aggredior. nu. 127

Citari debet reus ad videndum iurare teſtes, qui recipiuntur ſuper indicijs, aliàs vige[illegible] di[illegible] nõ poteſt torqueri in §. nunc viden[illegible] 29

Citari debet pars etiam in notori[illegible] aggre[illegible] num. 133

Citatio trina requiritur quando ſtatutum vult, quòd contumax habeatur pro confeſſo. nec ſufficit vna p omnibus. in §. poſtquam. nu. 66

Citatione non legitimè facta, proceſſus & omnia inde ſequentia

sequentia sunt nulla. in §. quoniam. nu. 44. & 45. in §. secunda quæst. nu. 8. & ibid. nu. 87

Ciuitas quando ex delicto teneatur. in §. constante. numero 47

Clausula non obstante quibuscunque in contrarium facientibus an sit sufficiens in secundo statuto ad tollendum primum. in §. quæritur. nu. 12

Clausula generalis reuocatoria omnium in cõtrarium concessorum, an tollat beneficium miserationis causa, si non singulariter exprimatur. ibid. nu. 14. & 15

Clausula videlicet saluo alio statuto compatibili, in statutis semper intelligitur. in §. vltima. nu. 7

Clausulæ de plenitudine potestatis effectus. in §. quæritur. nu. 17. & 20.

Clericus incitans pugnantes sit irregularis, si fiat homicidium in §. constante. nu. 59

Clericus homicida ante condemnationem non perdit beneficia. in §. postquam. nu. 41

Clericus ex quibuslibet indicijs non torquendus, nisi sit infamis. in §. nunc videndum. num. 51. & in §. expedita. nu. 40

Clericus de delicto quando conuinci possit per testes laicos. in §. diligenter. nu. 81

Clericus quando possit sine degradatione puniri. ibid. num. 160

Clericus assassinus puniri potest per iudicem laicum. ibid. nu. 166. & in §. examinanda. nu. 25. 26. 27

Clericus in altari aggressus, si se defendendo aggressorem occidat, potest redire ad altare, & missam perficere. in § quoniam. nu. 75

Clericus qui permisit se condemnari à iudice laico, & committere executionem contra eum, & postea allegauit priuilegium clericale cum esset clericus, non debet audiri nisi refectis expensis. in §. diligenter. nume. 203

Clericus licet non possit instrumenta facere, tamen cõfecta per eum valent. in §. sequitur. nu. 12

Clericus prohibetur fideiubere pro alio. & fideiusserit an

an valeat fideiussio. ibid. nu. 14
Clericus qui studiosè seipsum vulnerat, an incidat in canonem. in §. aggredior. nu. 18
Clericus an possit occidere bannitum, stãte statuto qd bannitus possit impune occidi. in §. pro complemẽto. nu. 3
Clericus an possit pro delicto incarcerari. in §. attingã. numero 70
Clericus an possit aliqua causa capi à laico vt præsentetur iudici ecclesiastico, ibid. nu. 71
Clericum vestimentis laicalibus inductum percutiens, quem sciebat clericum, à pœna excommunicationis non excusatur, in §. aggredior. nu. 31
Clerici contra laicos non admittuntur in causis criminalibus. in §. expedita nu. 80
Clerici an possint iniustè condemnatum à morte de facto eripere, in §. attingam. nu. 41
Clericis arma portare an & quando liceat. in §. pro cõplemento. nu. 4
Cognoscere non seruato iuris ordine est ius alterius auferre, in §. secunda quæstio. nu. 68. & nemo inferior à principe hoc potest. ibid. nu. 74
Collectę possunt etiam clericis imponi propter publicã vtilitatem. in §. aggredior. nu 63
Commentariensis an possit sine iudicis licentia incarceratum contra iuris formam, vel statuti relaxare. in §. opportune. nu. 19
Commissarij conscientiæ quatenus standum. in §. diligenter. nume. 65
Commissio iudicis cum causæ cognitione ad tẽpus successoris protenditur. in §. nunc videndum. nu. 42
Committẽs enorme delictum nõ est securus in aliquo loco. in §. diligenter. nu. 162
Committens delictum in vna ciuitate, & fugiens ad aliam ciuitatem illi confœderatam poterit ibi puniri, in §. opportune. nu. 36
Cõmittere alteri vt ipsum puniat an qs possit. in §. expedita. nu. 56

Compa-

Comparere per procuratorem in causa criminali post conclusionem in causa an quis possit, in §. sequens. numero. 20

Compromissum, Eadē solennitas requiritur in renuntiando cōpromissum, quæ quæritur in acceptando ipsum compromissum, in §. restat. nu. 11

Cōpromissum fieri inter affines vigore statuti, an possit peti post concluſum in causa. in §. sequens quæst. numero 47

Compromissum fieri inter affines vigore statuti si non est petitū in causa principali, nō potest peti in causa appellationis. ibid. nu. 71

Concessio super molendino fiendo, an extendat se ad iam factum. in §. secunda. nu. 51

Concessio sequēs nō intelligit derogare primæ, de qua nō est facta specialis mētio. in §. quæritur. nu. 11

Concessio vno, an intelligantur concessa omnia per quę deuenitur ad illud. in §. vltima. nu. 37

Conclusio in causa. In causis criminalibus non concluditur in causa. in §. examinada. nu. 15 & in §. sequēs. numero. 1. & 5

Conclusio in causa æquiparatur sententię. in §. sequēs. numero 16

Conclusio in causa non obstat productioni in causa criminali. ibid. nu. 3. & in quibus locum non habeat. ibid. num. 6

Concludi in causa in vno articulo tantum, & in alio nō de partium consensu potest. ibid. nu. 13

Concluſum in causa quando dicatur. ibid. nu. 9

Concluſum in causa perinde est, ac si esset iudicatum. ibid. nu. 160

Condemnatio an sequi possit ex deductis in inquisitione quæ nō fuerunt specialiter probata, in §. quoniam. nu. 52

Condemnatio delicti vltra contumaciam reum conuictum exigit. in §. postquam. nu. 48

Condemnatus per contumaciam quæ per statutum habet vim confessionis an efficiatur infamis. in §. post.

§ postquam. nu. 67
Condemnatus si appellat, vel eius amici & affines pro eo, & non obstante appellatione iudex suam sententiã capitalem exequi velit, sibi de facto resisti potest in §. attingam. nu. 39
Conductor equi ad vecturam, si dicat equum conductũ mortuum esse in via, seu in itinere, diuino iudicio, & probet equum quem ipse æquitauit, in itinere mortuum esse, diuino iudicio, an per talem probationem à solutione equi liberatus erit, in §. et quia numero 14
Confessio incidenter & non principaliter facta non est punibilis, in § constante. num. 49. & in postquam. numero 9
Confessio non probabilis non nocet in §. postquam. numero 6
Confessio impossibilis etiam spontanea, an noceat confitenti reo. ibid. nu. 7
Confessio non verisimilis an obsit confitenti. ibi. nu. 8
Confessio tempore inhabili facta an quicquam operetur. ibid. num. 10
Confessio contra quam est sententia tum non nocet cõfitenti. ibid. num. 11
Confessio coram iudice iurisdictione carente facta nõ nocet confitenti quo ad plenam probationem. ibid. numero 12
Confessio partis confitentis non validat processum, cuius nullitas prouenit ex defectu iurisdictionis iudicis. ibid. num. 13
Confessio facta sub spe gratiæ promissæ non nocet confitenti. ibid. nu. 16
Confessio facta coram notario sine commissione iudicis, vel coram iudice non in figura iudicij, non est sufficiens ad condemnationem. in §. post quam. numero 17
Confessio nuda causam non habens, non nocet confitenti in ciuilibus. ibid. nu. 21
Confessio in dubio in fauorem Rei interpretãda. ibid. num. 25

Confessio in ciuilibus confitenti non nocet, & reuocari potest tanquã erronea, si non fuit acceptata per partem. ibid. nu. 26. quod limita vt ibid. nu. 28.
Confessio Rei per iudicem nomine reipublicæ acceptata, an sit validior. ibid. nu. 28. & an ex interuallo fieri possit. ibid. nu. 29
Confessio spontanea legitimè facta derogat regulis iuris comm[illegible]s. ibid. nu. 30
Confessio ficta inducta à lege vel statuto, idem operatur quod vera & expressa confessio oretenus facta. ibid. nu. 35
Confessio ficta per statutum inducta an validet processum. ibid. num. 36. & 59
Et an sit necessaria iudicis interlocutio antequam operetur. ibid. num. 37
Confessio ficta per statutum prætextu erroris inducta, an reuocari possit, & admittatur probatio in contrarium. ibid. nu. 47
Confessio ficta à statuto inducta, qualiter à vera confessione differat. ibid.
Confessio minoris facta in præsentia iudicis sine curatore an valeat, in §. nunc videndum. nu. 46
Confessio minoris facta extra iudicium an faciat indicium ad torturam. in §. diligenter. nu. 77
Confessio facta extra iudicium an faciat indiciũ ad torturam. ibi. nu. 76. & in §. quoniam. nu. 19
Confessio extraiudicialis an sit sufficiens ad puniendũ de delicto gloriantem. in §. diligenter. nu. 78
Confessio extraiudicialis an possit reuocari, vt nõ faciat iudicium. in §. diligenter. num. 79. & in §. examinanda. num. 32
Confessio extraiudicialis iurata nocet confitenti: in §. secunda quæst. nu. 62
Confessio facta in mortis articulo an valeat. & qd si sit facta sine causa, & an possit reuocari. in §. diligẽter. nu. 119. & 120. & in §. restat. nu. 1. & 2
Cõfessio tacita per pacẽ sequutam an faciat indiciũ ad torturã de delicto, in quo fuit facta pax. ibid. nu. 178

Confessio quando dicatur metu tormentorum facta. in §.expedita.nu 10
Confessio incarcerati dicitur violenta & non spontanea.ibid.nu.11
Confessio in tormentis personæ torqueri prohibitæ an valeat.ibid.nu.46
Confessio erronea etiam sæpius reiterata potest reuocari,in §.quoniam.nu.6
Confessio in criminalibus an semper ratificanda. ibid. numero 20
Confessio Rei criminis licèt debeat ratificari per ipsum reum,aliàs sit inefficax, tamen hoc fallit,nisi reus primo ante dictam confessionem extra iudiciũ fuerit confessus illud delictũ quia tũc nõ necessariò requiritur ratificatio ibid.num.38
Confessio causa pietatis facta an possit parere effectum absque perseuerantia.ibid.num.39
Confessio nec ratificatio requiritur quando delictum est plene probatum.ibid.nu.40
Confessio de delicto tollitur per innocentiam apparẽtem.in §.opportune, nu.17
Confessio facta per tormẽta etiã millies ratificata quando nulla,in §.secunda quæst.nu.2.3.6.& 7
Confessio absente parte facta validatur iuramẽto.ibid numero 63
Confessio vt erronea post conclusionem in causa non potest reuocari.in §.sequens.nu.23
Confessio vt dicatur metu tormentorum facta,an sufficiat probasse detentionem,licèt aliter non probetur tortura.in §.attingam.nu.29
Confessioni primæ non intelligitur per sequentem fuisse derogatum sine speciali mentione. in §. quæsitum.num.11
Confessus sponte non potest opponere de ineptitude vel inualiditate libelli.in §.constante.nume.31.& in §.postquam.nu.13
Confessus sponte perseuerare debet priusquam condemnetur.in §.postquam.nu.22

Co

Confessus super inordinato processu potest cõdemnari, nisi nullitas processus proueniret ex defectu iurisdictionis iudicis. in §. postquam. nu. 13
Confessus super inordinato processu coram delegato non potest condemnari ibid. nu. 14
Confessus se occidisse ad suam defensionem, licèt non probet talem defensionem, tamen non poterit puniri pœna mortis, si homicidium aliter non probetur. ibi. nu. 13. & 24. & in §. secunda quæst. nu. 14
Confessus sponte delictum nolens illud ad banchum iuris ratificare, an possit cogi cum tortura ad ratificandum. in §. quoniam. nu. 18
Confessus delictum an possit reuocare confessionem prætextu erroris. ibi. nu. 25
Confiteri peccata laicus laico quando possit. in §. constante. nu. 10
Confiteri sponte an dicatur qui torquetur. in §. expedita. nu. 4
Confiteri in tormentis vel metu tormentorum paria sunt. in §. secunda quæst. nu. 32
Congregatio. Quilibet in congregatione tenetur de proprio facto, nisi tulerit auxilium. in §. constante numero 46
Coniectura vna tollit aliam. in §. diligenter. nu. 194
Consanguinei condemnati an possint de facto resistere iudici exequenti sententiam criminalem à qua fuit appellatum. in §. diligenter. nu. 53
Conscientiam publicam, & non propriam sequi debet, qui habet potestatem disponendi secundùm conscientiam. ibid. nu. 25
Consequentia non tenet, accusatus est, ergo reus est verè. ibid. nu. 170
Consequentia nõ tenet, pro tali habetur, ergo talis est. in §. quoniam. nu. 21
Consilium sapientis per calumniam petitũ, nõ debet à iudice concedi. in §. opportune. nu. 84
Consilium sapientis ex forma statuti post conclusionẽ in causa peti non potest. in §. sequens. numero 28.

& numero.49
Constitutio disponens in causis pendentibus non habet locum si concluſum fuit in cauſa. in §. ſequens quæſtio.nume.31
Conſtitutiones laicorum in foro ſpirituali ſeruādæ, ſi naturalem æquitatem contineant,in §.vltima quæſtio.nu.29
Conſuetudo contra ius commune non eſt ſeruanda, in §.conſtante.nu.15
Conſuetudo mala excuſat delinquentem à pœna, in §. quoniam.nu.97
Conſuetudo excuſat notarios à pœna falſi.ibid.nu.98
Conſuetudo contradicens iuri diuino,naturali,vel gentium,dicitur vſurpatio,ibid.nu.102.
Conſuetudo quòd valeat fideiuſſio vbi agitur de pœna vitæ, vel membrorum mutilatione,an abroganda. in §.attingam.nu.9
Conſuetudines malæ ex longo tempore nō confirmātur.in §.quoniam.nu.103.
Conſultus malum conſilium per imperitiā præbens an teneatur,conſultore in cauſa ſuccumbente, & quid de iudice per illud conſilium iudicante.in §. ſupereſt.nu.17.& 18
Contractu principali annullato , corruit etiam præceptum guarentigiæ in eo poſitum. in §. ſecunda quæſtio.nu.11
Contrariorum eadem eſt cenſura.ibid.nu.28
Contumacia teſtatoris ante declarationem defuncti,an præiudicet,hæredi.in §.poſtquam.nu.46
Contumacia ſola non ſufficit ad condemnandum reū, ſed vltra contumaciam requiruntur veræ probationes delicti.ibid.num.48
Contumacia dicitur ficta probatio.ibid.nu.51
Contumacia eſt fictū delictū & non verum.ibid.nu.52
Contumacia dicitur dolus præſumptus,qui non cōprehendit mulieres & ruſticos.ibid.nu.61
Contumacia dicitur vitium, & eſt peccatum mortale. ibid.nu.63

Cont

Contumacia an faciat indicium ad torturã contra contumacem, in §. diligenter nu. 136
Contumaciam constare ex actis an sufficiat, sine iudicis declaratione. in §. aggredior. nu. 122
Contumax debet declarari per interlocutoriam iudicis, aliàs non potest condemnari propter talem cõtumaciam. in § postquam. num. 37. & in §. aggredior. nu. 106
Contumax antequam quis dicatur quid requiratur, in §. postquam. nu. 42. & in §. aggredior. nu. 121
Contumax in quibus casibus nõ habeatur pro confesso in §. postquam. nu. 57
Contumax dicitur infidelis. ibid. nu. 64
Contumax non dicitur ille qui est citatus dum est extra territorium ciuitatis. ibid. nu. 65
Contumax vt habeatur pro confesso ex forma statuti, trina citatio requiritur, nec vna pro omnibus sufficit. ibid. num. 66
Contumax verus qui non potest appellare, an possit supplicare in §. opportune. nu. 69
Contumax non potest condemnari sine noua citatione, ad faciendam exculpationem, in §. examinãda. nume. 34. & 35
Contumax innocens non potest nec debet à iudice condemnari, in §. opportune, num. 8. in §. secunda quæstio. num. 29 in §. vltima quæst. nu. 14. & 17. & in §. aggredior. nu. 135
Conuentio principalis vbi rescinditur, rescinditur etiam pœnalis, & quælibet accessoria, in §. secũda quæstio. nu. 12
Conuersans cũ malis hominibus habet contra se indicium iniquitatis & delicti. in §. expedita, nu. 91
Corpore vitiati an possint in causa criminali cõtra clericos testimoniũ ferre, in §. expedita. nu. 79
Correctio patris in filiũ licita, in § aggredior. nu. 79
Item & magistri in discipulum. ibid. nu. 80
Et mariti in vxorem, ibid. nu. 81
redendum est bono viro, in principio, nu. 8

Creditor creditum probare nequiens an debeat bona debitoris ad ſatisfactionem quomodocunque capere, in §. conſtante, nu. 37

Creditor qui debitorem capere fecit, an poſſit petere tenutam bonorum, in §. attingam. nu. 53

Creditor quando teneatur debitorem in carceribus alere, ibid. num. 74

Crimen enorme an requirat ſolennitates requiſitas in alijs criminibus, & an recipi poſſint teſtes lite non conteſtata, & parte non citata. in §. diligenter. num. 157. & 158

Crimen falſi eſt enorme, & habet aliqua ſpecialia vltra alia crimina, in §. attingam. nu. 8

Criminis infamię probatio nō ſufficit ſine cōfeſſione, aut iudicis ſententia, in §. aggredior. nu. 111

Crudelis eſt, qui famam ſuam negligit, in §. quoniam. numero 89

Curator dandus eſt minori inquiſito vel accuſato, aliter non valet proceſſus, in §. nunc videndum. nu. 31

Curator ſi auctorizat minori ſtatim quòd eſt ſibi datus, nō valet talis auctoritas, nec talis actus. ibid. numero 23. & 33

Curatoris defectum ſupplet præſentia iudicis, ibidem. numero 46

Cuſtos carceris quando non teneatur de fuga incarcerati, in §. diligenter. nu. 52

Cuſtodes an teneantur de cuſtodia, ſi vnus eorum cum carcerato aufugerit, in §. attingam. nu. 73

DAmnum & furtum ſunt diuerſa, in §. poſtquam. nume. 4

Damnum paſſo quandoq; ſuccurritur ſine indicijs, in §. diligenter, nu. 108. & 109. nu. 83

Dans pecuniam bannito dicitur ſibi præſtare auxilium in §. conſtante. nu. 69

Datiarij ita debent habere remiſſionem propter timorem belli, ſicut propter ipſum bellum in §. expedita. numero 5

Debet verbum, poſitum in lege, neceſſitatem importat,

in §.nunc videndum.nu.8
Debitor an possit impunè eripi è manibus capientium, si nō debeat eam quantitatem, pro qua capitur, in §. opportune.nu.20
Debitor quando capi possit in domo licitè, & extrahi ab illa licitè, in §.vlterius. nu.2
Debitor priusquam capiatur quid necessarium, in §.attingam, nu.56.& 57
Debitor non potest iurari suspectus de fuga, quando creditor habet pignus, ibid.nu.55
Debitori an aliquo iure succurratur, qui post sentētiam reperit instrumentum solutionis, in §. opportune. numero 13
Debitorem suum propria auctoritate capere ex sola fugæ trepidatione an creditor possit, in §.expedita. numero 6
Decretum sicut in contrahendo requiritur, ita in distrahendo. in §.restat.nu.8
Decuriones, & constituti indignitate torqueri an possint, in §.expedita, nu.27
Et quid officio finito. ibidem.nu.28
Defectus quilibet in teste minimus impedit, vt nō possit parti deferri iuramentum, in supplementum probationis, in §.diligenter.nu.3
Defensio tanquam iuris naturalis competit etiam brutis. Quæ per principem tolli non potest, nec per Papam, in §.quoniam.nume.76. & 77. & in §.vltima quæst.nu.19.& 22
Defensio nō cēsetur maleficium. in §. aggredior.nu.82
Defensionem iustam habens par est innocenti, in §.opportune, nu.27
Defensiones Rei an audiendæ post cōclusionem in causa, in §.occurrunt.nu.3
Delegatus an possit condemnare reum de delicto, stāte inualiditate processus, reo etiam delictum cōfitente, in § postquam.nu.14
Delegatus Papæ licèt gerat vices ipsius Papæ, non tamen ita acriter puniri vitians literas delegati, sicut

ti, ſicut vitians literas ipſius Papæ. ibidem. numero 15
Delictum debet iudici innoteſcere antequam ad vlteriora progrediatur. in prin. nu. 5. & 6. & 19.
Delictum eiuſdem hominis non debet ſæpius quæri. in §. conſtante. nu. 91
Delictum quando eſt impunibile non poteſt de eo formari inquiſitio. ibid. nu. 100
Delictum ſub ſpe gratiæ à iudice promiſſæ confeſſum an noceat reo, vt poſſit ex confeſſione condemnari. in §. poſtquam. nu 16
Delictum fateri an videatur, qui veniam petit. in §. diligenter. nu. 180
Delictum capitale minoris qualiter puniendum. in §. quoniam. nu. 96
Delictum an poſſit probari per inſtrumentum. in §. et quia. num. 41
Delictum commiſſum coram delegato Principis mitius punitur, quàm delictum commiſſum coram ipſo principe, in §. poſtquam. nu. 15
Delictum debet plene probari, aliàs reus nō poteſt condemnari etiam ſi ſit contumax. ibid. nu. 48
Delictum ſi eſt plene probatum, reus poteſt condemnari, ſine confeſſione, & ſine ratificatione. in §. quoniam. num. 40
Delicti præſumptio ex bonæ famæ præſumptione tollitur. in §. diligenter. nu. 197
Delicta non debent remanere impunita, in §. diligenter. nume. 127
Delinquens incognitus qualiter oſtendi debeat teſtib. in principio. nu. 18
Delinquens quando veniat ab eccleſia extrahendus, in §. vlterius, nu. 5
Delinquere ſolitus an præbeat iudicium ad quæſtionē, in §. diligentēr. nu. 99
Delinquere in ſe non eſt minus. quam in alium delinquere. in §. aggredior. num. 19
Dentes non dicuntur arma, adeo quod vulne- [illegible]ē

cum dentibus non cadit in pœnam ſtatuti vulnerantis cum armis.in §.pro complemento,num.17
Denuntiatio maleficij facta per ſaltuarium nō ſufficit, ad hoc vt videatur cōſtare iudici delictū eſſe commiſſum.in princip.num.19
Denuntiatio maleficij non facit aliquam probationem nec indicium,niſi in leuibus.ibid. num.20
Denuntiatio criminis cum fama facit indicium ad torturam. ibid. num.21
Denuntiatio de per ſe eſt ſufficiens ad inquirendū.ibid. num.22
Denuntiatio facta per ſaltuarium ſine iuramento an valeat, & aliquid operetur, remiſſiue, ibid.nu.23
Denuntiatio criminis perperam factā inquiſitionē inde ſequutam eneruat.in §.quoniam. num.46
Denuntiatio per emptorem de lite mota,an poſſit fieri poſt concluſionem in cauſa,in §.ſequens.nu.19
Denuntians licèt vbi coniectura facit pro ipſo, excuſetur à præſumpta calumnia, non tamen excuſatur ab expenſis,in §.ſupereſt.num.7
Denuntiator inquiſito abſoluto an in expenſis condemnandus,ibid.num.6
Derogatio generalis an ſufficiat ſine ſpecie expreſſa. in §.quæritur. nu.16
Detentum quem fuiſſe probare ſufficit, licet aliter tortura non probetur,ad hoc vt tormentorum metu cōfeſſio facta dicatur.in §.attingam. num.29
Dicere non ſufficit niſi dictum probetur. in §.diligenter.num. 174
Dictio alter, altera, alterum, in duobus tantum verificatur.in §.conſtante. num.44
Dictio libera poteſtas,non tollit iuris ſolennitatem, in §. conſtante.num.24
Dictio mox,incōtinenti pſumitur in §.& quia num.39
Dictum impuberis an faciat indicium ad torturam. in §.diligenter. nu.80
Dictum conſtituti in mortis articulo, an ſufficiat ad torturam, contra illum,quem dicit offen.

disse. ibid. num. 117
Dictum torti qui de iure non poterat torqueri, an faciat indicium contra aliquem. ibi. num. 135
Dictum publicę meretricis an faciat indicium ad torturam. ibid. num. 119
Dicto scribentis obligationem priuatam de mãdato an standum in §. diligenter. nu. 39
Differens producere instrumentum solutionis, vel alterius tenoris, releuans eum à petitis, non debet audiri illud producendo, nisi refectis expensis. in §. diligenter. num. 203
Differentia inter veram confessionem & fictam à statuto inductam qualis. in §. postquàm. nu. 47
Dispẽsatio inferioris à Papa sine causæ cognitione nullus effectus est. in §. nunc videndum. num. 37
Dispensatio propter multitudinem personarum inducitur. in §. quoniam. num. 104
Dispensatio respiciens personas est specialior, quàm respiciens res, vel causas, & illa specialior in qua maior est specialitas, in §. quæritur. nu. 8
Dispositionem non inducit quod lege cautum non est. in §. constante. num. 23
Diuinationes & incantationes an faciãt indicia ad torturam. in §. diligenter. nu. 181
Doctor an possit carcerari. ibid. num. 31. & in §. attingam. num. 68
Doctor non tenetur vltra quàm facere potest. in §. expedita. num. 32
Doctor non comprehenditur sub lege concedente capturam personæ. ibid. num. 33
Doctor dicitur in dignitate constitutus. ibid. nu. 5
Doctori attestanti de consuetudine an sit credendum. in §. constante. nu. 15
Doctores an torqueri possint. in §. expedita. num. 20. & num. 37
Doctorum dicta secundum allegatas leges intelligenda. in §. diligenter. num. 123
Doctus notoriè qui vult doctorari non debet

ri in collegio.in §.aggredior. nu.128
Docti literati sunt extollendi ad pluralitatem beneficiorum.ibid.num. 68
Dolus in dubio non præsumitur in eo, qui faciẽdo actũ licitum excessit modũ, in culpa tamẽ est. in § quando.num.67.& 68
Domicilij ratione conueniri an quis possit,ex contractu vbique celebrato.in §.oportune,num.33
Dominus non tenetur ad expensas procuratoris impetrantis per simoniã suo nomine.in §.succesſiue.nu.6
Et idem in iudicio calumnioso.ibid. nu.7
Donatio per filium familias sine consensu patris facta, postmodum per patrem ratificata,an valida sit,in §. diligenter.num.174.& in §.secunda quæstio.nu.5
Donatio inter virum & vxorem iurata valet. ibidem num.60
Donatio iurata excedens summam legalem,etiam sine insinuatione tenet,in §.secunda quæstio. nu.65
Dotis causa pia est.in §.nunc videndum. nu.14
in Dubijs & obscuris semper in mitiorem partem inclinare debemus.in §.occurrunt.num. 5

E Dictum prætoris quod metus causa,est vox Dei in ore prætoris sufflata.in §.expedita.nu.22
Eleemosynam facit,qui misericordiam præstat.in §.occurrunt.num.14
Emphyteuta detentus in carceribus nõ cadit à iure suo, si non soluit canonem rei emphyteuticæ.in §.sequitur.num.38
Emphyteuta quantumcũque promiserit soluere,an intelligatur cecidisse à iure suo, per cessationem canonis, sine sententia iudicis. in §. aggredior. nu.115. & num.122
Emptor fructuum an debeat habere fructus qui secundario in eodem anno creuerunt. in §. quoniam. numero 17
Episcopus homicida notorius nõ debet deponi sine iudicij sententia,& iuris ordine seruato. in §. aggredior. 132.

Error communis in quibus non faciat ius. in §. aggredior num. 31

Excedens modum inculpatæ tutelæ, si fuit prouocatus, non punitur pro toto, sed pro excessu tantum, in §. quoniam. num. 66.

Excedens modum ex animo & proposito non punitur pro toto, sed pro excessu tantum. ibid. nu. 68

Excedens modum castigandi, non debet puniri pro toto, sed solum pro excessu ibid. nu. 90

Excedens modum inculpatæ tutelæ ex animo, ex proposito, non tamen punitur pro toto, sed pro excessu tantum. ibi. num. 92

Exceptio ista, delictum est impunibile, impedit litis ingressum. in § constante. num. 100

Exceptio inadmissibilis admittitur vbi de præiudicio irreparabili, & de executione irretractabili tractatur, in §. oportune, nu. 31. & 36

Exceptio incompetentiæ iudicis an possit opponi contra tres sententias conformes nu. 28

Exceptio calumniosa non admittitur in iudicijs summarijs in §. oportune. nu. 77

Nec impetrat appellationem. ibid. nu. 78. & 81

Exceptio calumniosa repelli potest, etiã si efficax & vera fuerit. ibid. num. 81

Exceptio euidenter calumniosa etiam si sit admissa, nũquàm censetur amen inclusa videtur. ibid. nu. 85

Exceptio innocentiæ non intelligitur exclusa à statuto excludente omnes exceptiones. ibid. num. 9. in §. vltima quæstio. num. 11.

Exceptio non numeratæ pecuniæ vel dotis, si nõ potest opponi per lapsum temporis, potest tamen implorari officium iudicis, in locũ deficiẽtis exceptionis. in §. opportune. num. 58

Exceptio ineptitudinis reddit iudicium retro nullum in §. secunda. nu. 88

Exceptio quòd delictum de quo quæritur, est impunibile, an impediat litis ingressum. in §. sequitur num. 28. & in §. constante. num. 103

Exceptio excommunicationis non potest opponi post cōclusum in causa. in §. sequēs quæstio. nu. 24. & 30.
Exceptio grauaminis vbi habet causam successiuā, tūc non finitur ius excipiendi per litis contestationē. in §. ordine. num. 7
Exceptio notoria, quæ ex suspicione sententiæ appareat, potest opponi contra tres sententias conformes, in §. sequens. num. 44
Exceptio nullitatis an & quando impediat executionem sententiæ. in §. vlti. num. 17
Excommunicatio ab episcopo lata de gemmis in capite non ferendis, an liget mulieres, quæ vnanimiter recipere prohibitionē noluerūt. in §. aggredior. nu. 40.
Exculpatio offensi est maximi momenti. in §. diligenter. nu. 200
Executio sententiæ capitalis differtur, si accusati sunt testes qui deposuerunt in ipsa causa quòd falsum dixerunt, donec super hoc sit pronunciatū, in §. opportune, num. 1
Executio sententiæ capitalis differtur, donec reus reddiderit rationes domino suo. ibid. nu. 2
Executio sententiæ capitalis differtur, si reus accusat de maiori crimine. ibid. num. 5
Executio sententiæ corporalis differtur, quando reus est vsignis artifex in aliquo artificio. ibid. num. 6
[illegible]io sententiæ corporalis potest fieri in persona Rei illa die, qua ipse reus cepit corpus Christi. ibid. num. 30
[illegible]ecutio sententiæ non impedit appellationem notorie calumniosam. ibidem. num. 89
[illegible]ecutio liberè etiam in citato cōdemnato post sententiam ipso iure prolatam fieri potest, in §. aggredior. num. 12
Executio contra excommunicatum ante declarationem est suspensa. in §. postquàm. nu. 39. & in §. diligenter. nu. 172. & in §. aggredior. num. 110
Executio in personam hæredis fieri non potest, quando hæres adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij.

tarij.in §.attingam.nu.66
Executiue proceditur in notorijs,in §.aggredior.nu. 134
Executor merus habens conſcientiam contra ſententiã, quam videt iniquam,an debeat illam exequi,maxime in cauſa criminali.in §.expedita.nu.71.& 72
Executor ſententiæ malè exequens,an teneatur ad expenſas,in § ſupereſt. num.19
Executores teſtamentorum non poſſunt eſſe religioſi, maximè ſancti Franciſci,niſi cum licentia ſuperioris,attamen ſi executi ſunt aliqua cõtenta in aliquo teſtamento,& non fuit oppoſitum, valet talis executio,in §.ſequitur.num.13
Eximẽs aliquem de manibus familiæ cadit in pœnam, quam non euitat,etiam ſi velit oſtẽdere quod exemptus non erat debitor illius quantitatis pro qua fuit captus, in §. opportune. num.20. & in §. attingam. num.60
Exiſtens in mortis articulo neque omnino viuit, neque omnino mortuus eſt.in §.& quia.num.32
Expenſæ ſi non fuerunt petitæ, & iudex omiſit condemnare,an à tali omiſſione poſſit appellari. in §. ſupereſt. num.22
Expenſarum condemnatio quando facienda.ibi.nu.20
Experientia cuilibet artificio præbet incrementum. in prin.num.2
Experientia eſt maxima rerum inuentrix.ibid.num.
Experientia artis eſt mater,quam cognitio ſequitur ritatis. ibid.num.24
Experientia eſt rerum r[illegible]giſtra. in §.ſecunda quæ[illegible] num.35
Experimentum verorum ſermonum quale eſt.in §.expedita. num.26
Expoſitum multipliciter veritatem obnubilat. in §. ſecunda.num.58
Extenſio licèt in pœnalibus & odioſis regulariter non fiat, tamen fit quando extenſio tendit ad bonu publicum, ne delicta remanẽãt impunita. in §. diligenter.

genter. num. 130
Extensio vbi tendit ad fauorē reipublicæ, ita debemus extendere legem vel statutum odiosum, sicut legem vel statutum fauorabile, in §. aggredior. nu. 59
Extensio ex identitate rationis de similibus ad similia, etiam in exorbitantibus fauore reipublicæ fit. ibid. num. 64

FActum. In facto à se facto vnus testis plenè probat. in §. diligenter. num. 131
Factū de facto, de facto reuocatur, in §. postquàm. num. 49
Factum difficilè habetur pro infecto, in §. nunc videndum. num. 16
Facta à non vero prælato, qui verus credebatur, valent, in §. aggredior. num. 36
Falsans literas delegati, an tantum puniendus quantum falsificans literas delegantis, in §. postquàm. num. 15
Falsi crimen est enorme, & habet aliqua specialia vltra alia crimina, in §. attingam. num. 7. & 8
Fama bona inquisiti facit corruere inquisitionem, in §. constante. num. 17
Fama bona in genere nō tollit indicia in specie, in §. nō diligenter. num. 196
ma pro bona probata tollit præsumptionem delicti. d. num. 197
ama seu infamia Rei inquisitionem debet præcedere, in §. constante. num. 12. quod restringe vt ibid. nu. 18. & 20
ama de per se sola non facit indicium ad torturam, ibid. num. 18
Quod fallit in vehementi fama, vt ibid. num. 39
Fama seu indicia releuat iudicem male inquirentem, in §. constante. num. 96
Fama mala adhoc vt noceat delinquenti debet esse in eodem genere mali, in §. diligenter. num. 86
Fama mala minantis probata, an præsumatur durare in

in diuerso genere mali. ibid.
Famum præcedere verba inquisitionis non probant, licet dicant in §. constante. nu. 16.
Famam propriam negligẽs crudelis est, in §. quoniam, num 89
Familia potestatis quando teneatur de occiso residenti capturæ, in §. diligenter. num. 55
Famulus aufugiens à domino præsumitur subtraxisse res furto sublatas. in §. diligenter. num. 47
Ferijs renuntians, intelligitur tantum renuntiare præsentibus, non autem futuris. in §. aggredior. num. 46
Fictio, in statutis pœnalibus nõ cadit, in §. & qa, nu. 33.
Fideiubere pro alio vbi dẽ pœna corporali agitur, nemo potest, in §. examinanda. num. 12. & in § attingam. num. 2
Quod limita vt ibi. nu. 9
Fideiubere vnus potest pro alio si plures sunt inuenti cũ armis, in §. pro complemento. num. 30
Fideiubens in casu vulneris, an & quando teneatur de morte secuta ex vulnere, in §. & quia vero. nu. 30
Fideiussio vbi agitur de pœna mutilationis membrorum ex consuetudine valet, in §. attingam. nu. 9
Fideiussor sine excussione principalis quo casu conueniri possit, in §. aggredior. nu. 129
Fideiussor non facta excussione contra principalem, ueniri potest vbi principalem non esse soluendo notorium est, in §. examinanda. num. 9
Fideiussor promittens soluere liberè sine aliqua exceptione, an præsumatur renuntiasse beneficio de fideiussoribus. in §. vltima. nu. 2
Fideiussor non liberatur, per capturam principalis debitoris, in §. attingam. nu. 55.
Fideiussoribus non est quis relaxandus fideiussoribus, quando alias aufugit de carceribus. in §. diligenter. num. 110. & in §. attingam. nu. 7
Filiusfamilias potest esse in iudicio in causis criminalibus sine consensu patris, in §. expedita. num. 82
Filiusfamilias sine licentia patris officium iudicis ir

plorare poteſt, in §. opportunè, num. 72
Quid de emancipato, ibidem num. 73
Filiusfamilias ſi donat cauſa mortis ſine conſenſu patris, & pater poſtea ratificet, an reconualeſcat donatio. in §. diligenter. num. 184. & in §. ſecunda quæſtio num. 5
Filiusfamilias qui conuenitur ex delicto poteſt ſtare in iudicio ſine conſenſu patris, in §. ſequens quæſt. n. 54
Filius ſi verberaret patrem eum caſtigantem, & hoc caſu eum reſiſtentem pater occideret, pœna parricidij, nec alia pœna non tenetur, in § aggredior. nu. 79
Filiusfamilias an poſſit pro debito incarcerari, in §. attingam. nu. 69
Filij ex matrimonio gradus prohibiti ante diſpenſationem nati ſunt illegitimi, in §. diligenter. nu. 188
Firmitatem non habent quæ de facto ſunt, in §. poſtquàm. num. 49
Forenſis an comprehendatur ſub ſtatuto puniente portantes arma, in §. pro complemento. num. 23
Forenſis vel alius prohibitus arma portare, ſi cum ipſis armis fuit inuentus, ſed non fuit captus, an debeat puniri pœna ſtatuti punientis arma portantes. ibid. num. 24. & 25
Forenſi remittitur ſatiſdatio quam quis tenetur præſtare ex forma legis vel ſtatuti. in §. diligēter. nu. 104
Frater religioſus tanquàm bonus vir in teſtem admittitur in cauſa fratris. in prin. nu. 11
Fratribus communionem habētibus dotis ſolutio vnius quàm reddendam promiſit, ex quo fieri debeat, in §. diligenter. num. 35
Friuola dicuntur, quæ probata non releuant, & nō ſunt in conſideratione, in §. vltima. num. 30
Fuga an faciat indicium ad torturam, in §. diligenter. num. 41
Fuga non facit indicium quando fugiens dubitabat ſeu ſuſpicionem habebat, quòd contra eum formaretur inquiſitio vel accuſatio. ibi. num. 42
Fuga an tollatur per iuramentum fugientis. ibidem nu-

num. 43
Fuga in quibus casibus faciat probationem. ibid. nu. 45. 46. 47. 48. & 49
Fuga operatur reuocationem mandati, ibi. nu. 49
Fugare aliquem est iniuria. in §. quoniam. nu. 87
Maximè nobilem qui non tenetur dare terga fugæ. ibid. num. 88
Fugiens de carcere aut fractor illius qua pœna puniatur, in §. attingam. num. 36. 37. & 38
Fundans se in lege vel statuto debet inhærere verbis eorum, in §. diligenter. num. 113
Fur in dubio præsumitur qui est solitus furari, in §. diligenter, num. 102
Furem propria auctoritate capere quando & in quibus permissum. ibid num. 128
Furtiuè res suas accipere ab iniusto detentore. an liceat in §. constante. nu. 36
Furtum ex coniecturis probatur, in prin. nu. 7
Furtum & damnū sunt diuersa, in §. postquam. nu. 4.
Furtum quando est commissum in aliqua domo vicini torqueri possunt, in §. diligenter. num. 97
Fustes ante percussionem arma non dicuntur, in §. pro complemento, num. 14

GEneralitas statuti restringitur ad habilia, in §. aggredior. num. 55
Quod tamen limita vt ibi. nu. 58
Gladius paruus an veniat appellatione armorum, in §. pro complemento, num. 18
Glossæ dictum maioris est auctoritatis quàm doctoris, in §. constante, num. 15
Grauamen. De grauamine successiuo vide plura in §. attingam. num. 19. cum plurib. vers. seq.
Gubernator ciuitatis, aut etiã legatus de latere non [illegible] sunt supplere solennitates processus, in §. [illegible] num. 75
Guarnimentum. Non valet inquisitio de guarnimento andata vel caualcata cõtra aliquem, nisi appareat de principali delinquente, in §. constante, num. 41

Habe

HAbetur, verbum est nota improprietatis, in §. quoniam, num. 22
Habilitas superueniens nō validat actum inhabilem propter aliquam inhabilitatem existentē tempore actus gesti, in §. diligenter. num. 183. cum pluribus sequ. & in §. secunda quæstio. nu. 3. & 4. cum seq. Sed contrarium vide ibid. num. 48
Hæres adiens hæreditatem cum beneficio inuentarij, an euitet executionem in personam suam, in §. attingam. num. 60
Hæreticus liber penes aliquem repertus an illum præsumat hæreticum, in §. diligenter. num. 92
Homicida etiam lege permittente est infamis, in §. aggredior. num. 12
Homicida in facto graui non potest recipi in testem sine tortura, ibid. num. 14
Homicidam cōdemnare capitaliter quem impulit iracundia in iudicis potestate est, in §. quoniam. num. 94. & 95
Homicidium fuisse perpetratū an sufficiat allegare sine occisi nomine, & idem de furto, in prin. num. 27
Homicidium ex actu ad formam statuti concesso secutum, an impunibile, in §. aggredior. num. 77
Homicidium omne habet in se dolum & delictum, etiam si à statuto permittatur, ibid. num. 13
Homicidia quādo impunibilia, in §. vlterius. n. 7. 8. & 9
IActantiæ an faciant indicium. in § diligenter. nu. 36
Identitas equi conducti ad vecturā qui dicitur mortuus in itinere, debet probari per cōductorē equi, in §. & quia, num. 14
Ignoscendum est ei qui prouocatus deliquit. in §. quoniam, num. 62. & num. 69
Ignorantia iuris in damnis euitandis non nocet, in §. nunc videndum. num. 17. & quid in causa lucratiua trahente originem ab onerosa, ibi. num. 18
Torturam à quo debeat incipere iudex, quando plures sunt torquendi. in § expedita nu. 49. 50. 51. 52. & 54
Torturam reus an possit sponte subire, iudice nõ decernente. ibid. num. 55
Torturam indebitè passus, qua pœna puniendus, si iudicem occiderit. in §. diligenter. num. 58
Tortus nõn confessus an & quando debeat relaxari, & absolui, in §. quoniam. num. 49
Tortus semel an debeat iterum torqueri. ibid. num. 2.
Transactio euidenter calũniosa ex parte actoris vel Rei non valet, in §. opportune. nu. 87
Transitus per ciuitatem etiam cum refectione non includitur sub habitatione. in §. aggredior. num. 42
Treuga percussa an admittat offensionem ex iusta causa. in §. aggredior. num. 87

Turpitudinem ſuam allegare quãdo liceat, in §.ſequẽs quæſtio.nu.41

VAcillatio an ſit per ſe ſufficiens indiciũ ad torturam.in §.diligenter.nu.74.& num. 98. & & in §.quoniam.nu.4.& nu.27

Varietas operatur quia iudex nullo modo poteſt procedere ad ſententiam ferendam pro ea parte pro qua teſtis varians primo teſtificatus eſt,in §.diligenter, numero 75

Vehementia ſunt maximi effectus in §.diligenter.nu. 19.& 20.& in §.ſequens.quæſtio.nu.34

Venditio motu facta an poſſit reuocari per titu. de aliena.iudi.mutan.cau.fa.§.expedita.nu.9

Veniam petens an delictum fateri videatur.in §.diligẽter.nu.180

Veniam petere nõ tenetur filius vel libertus quando implorant officium iudicis contra patrem vel dominum,in §.opportune, nu.73

Verbera non dantur ad menſuram & nemo in defenſione modum tenere poteſt,in §.quoniam.nu.83

Verbum(pertinere)qualiter ſtet, & quid comprehẽdat, in §.conſtante.nu.78

Verbum(debet)appoſitum in lege neceſſitatem importat,in § nunc videndum,nu.8

Verbum (habetur)eſt nota improprietatis,in §.quoniam.num.22

Verba in ſtatutis capiuntur proprie, in §. opportune. numero 49

Verba quæ verificãtur tam in ciuili quam in criminali,de qua morte in dubio ſunt intelligenda. ibidem. numero 48

Verba in potiori ſignificatu intelligenda,in §.diligenter.nu.122

Verba futuri temporis qualiter interpretanda.in §.aggredior.nu.116

Veriſimile maius tollit minus.in §.diligenter. nu.195

Veriſimile quod nõ eſt,eſt quodam falſitatis imo in §. expedita.nu.25

Veritas quando aliter haberi non poteſt receditur à regulis iuris. communis. vt patet in pluribus caſibus poſitis in §.diligenter.num.80. cum pluribus nume. ibi ſequentib.& ibid.num.124
Veritas quòd aliter haberi non poſſit, cui incũbat onus probandi, in caſibus in quibus admittuntur teſtes inhabiles, in §.diligenter.num.84.in fine
Veritas quando aliter haberi non poteſt admittitur vxor contra maritum in §.diligenter.num.125
Veritas eſt quærenda, & inuenta attendenda, in §. ſecunda quæſtio.num.15
Veritas in delictis inſpicitur.ibid.num.16
Veritas eſt probatio probata,& eſt notoria. ibid. nu.17
Veritas omnia vincit,ibid. num.19
Veritas quomodo inueniatur non refert,dummodo inueniatur.ibid.num.21
Veritas eius quod multipliciter exponitur, ignoratur. ibidem num.58
Veritati omnia cedunt,ibid. num.18
Veritatem curare debemus,potius quàm de apicibus iuris diſputare.ibid.num.20
Via differt à ſtrata,& ideo ſi ſtatutum punit delictũ cõmiſſum in ſtrata, & inquiſitio dicit delictũ eſſe cõmiſſum via,inquiſitus non debet puniri, in §. quoniam.num.53.& in §.& quia. num.13
Via benignior in dubijs & obſcuris, maximè in criminalibus ſequenda, in §. ſecunda quæſtio.num.67
Vicini an poſſint capi & torqueri pro furto inueniendo, in §.diligenter. num.98
Victor confitens de iniuſtitia ſententiæ locum reuocationis iudici præbet, in §.oportune, num.24
Victus victori condemnatur in expenſis,non obſtante quòd habuerit iuſtam cauſam litigandi,quando ſtatutum eſt in loco, quòd victus victori condemnatur in expenſis.in §.oportune.num.43
Victus victori condemnatur in expẽſis in cauſis criminalibus.in §.ſupereſt.num.1
Vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ

telæ,in §.quoniam.num.63
Violenta ex præſumptione nemo condemnatur criminaliter maximè ad mortem.in §.quoniam.num.32
Violenti per lapſum longi temporis præſumitur conuerſa in conſenſum.in §.diligenter.num.202
Viri literati propter publicam vtilitatem eccleſiæ vniuerſalis ad pluralitatem beneficiorum ſunt admittendi,in §.aggredior.num.68
Vltima derogant prioribus in vltimis voluntatibus & in ſtatutis.in §.quæritur.num.3.& 4
Vngues non dicuntur arma,& ideo percutiens aliquem vnguibus non punitur pœna ſtatuti punientis aliquem vulnerantem cum armis.in §.pro complemento.num.15
Vſus promptum reddit artificium.in principio. nu. 2
Vtilis reipubliçæ non debet torqueri. in §.expedita. num.42
Vtilitas publica plura operatur.in §.aggredior.num.61 cum pluribus ſequentib.
Vtilitas publica præfertur voluntati Papæ.ibid. nu.67. & 71
Vtilitas publica dicitur iuſta cauſa.ibid. num.74
Vulnerans an teneatur de occiſo ſi vulneratus medicũ habere voluerit.in §. & quia num.18. Et quid ſi medicum habuerit imperitum vel noxia comederit.ibi. num.19
Vulnerans aliquem & poſtmodum occidens, an teneatur de vulnnere & de homicidio.ibid.num.37
Vulnerans mortaliter non poteſt ſtatim puniri de occiſo.ibid.num.28
Vulneratus dicens ſe mori ex medici culpa, an iuuet vulnerantem.in §.reſtat.nu.4. & in §.quia. nu.24
Vulneratus mortaliter an habendus pro mortuo. in §. & quia.num.27
Vulneratus ex interuallo moriens an præſumatur in dubio mortuus ex dicto vulnere. ibid.num.16
Vulneratum non eſſe mortuum ex vulnere difficilè eſt probare.ibid.num.17

48

Vulnus quid sit. in §. & quia. num. 1
Vulneris appellatione an veniat tumor, & liuor. in §. & quia. num. 2
Vulnera non dantur ad mensuram. in §. quoniã. nu. 83.
Vulnusculum habet in se delictũ. in §. & quia. num. 3
Vulnusculum an includatur sub statuto de vulneribus. in §. & quia. num. 4. & 5
Vxor quo casu admittatur in testem contra maritum. in §. diligenter. num. 105
Vxor si fuit percussa à marito, quia nolebat consentire contractui fiendo, si postea consentit, & dicit se sponte facere, tamen dicitur fecisse per metum. in §. expedita. num. 20

FINIS.

PRACTICA CAVSARVM CRIMINALIVM.

1581

EXCELLENTISSIMI I. V D. DOM. HIPPOLYTI DE MARSILIIS Bononienſis, quæ Auerolda nuncupatur.

Tobias Ofalija

SVMMARIVM.

1 Practica eſt vtiliſſima, & eſt rerum magiſtra.
2 Vſus promptum reddit artificium.
Experientia cuilibet artificio præbet incrementũ.
3 Interpretatio vera à practica ſumitur, nec eſt ab ea recedendum.
4 Experientia artis eſt mater, quam cognitio ſequitur veritatis.
Experientia etſi maxima rerum inuentrix.
5 Delictum debet iudici innoteſcere antequàm ad vlteriora progrediatur. 6. & 19.
6 Statutum deferens iuramentum damnum paſſo, intelligitur probato prius damno illato.
7 Furtum ex coniecturis probatur.
Præſumptiones ex coniecturis elicitæ an dicantur manifeſtæ.
8 Credendum eſt bono viro.
Aſſertioni magni viri creditur.
9 Teſtis pauper quando admittatur, & fidem faciat.
10 Teſti domeſtico, & familiari creditur, ſi eſt bonus vir.
11 Frater religioſus tanquàm bonus vir in teſtem admittitur in cauſa fratris.
12 Bonus vir admittitur cum iuramento ad probandum contra præſumptionem iuris & de iure.
Bono viro credens excuſatur.
13 Probatio per coniecturas, in quibus admittatur.
14 Probatio ex coniecturis facta dicitur euidens.
15 Probationis appellatione, an & quando continea-

tur coniecturalis probatio.

16 Tortura an possit dari in secretis tractatibus, & cō-silijs propter probationis difficultatem.

17 Iudici ante omnia an necesse sit quòd sibi constet de delinquente, & de offenso.
Homicidium fuisse perpetratum, an sufficiat allegare sine occisi nomine, & idem de furto.

18 Delinquens incognitus qualiter ostendi debeat testibus.

20 Maleficij denuntiatio etiam per ministralem loci facta nullam facit probationem vel indicium, nisi in leuibus delictis.

21 Denuntiatio criminis cum fama facit indicium ad torturam.

22 Denuntiatio de per se est sufficiens ad inquirendū.

23 Denuntiatio facta per saltuarium sine iuramento an valeat, & aliquid operetur, remissiuè.

§. PRINCIPIVM.

ETSI superioribus annis in operibus, & lecturis meis, maxime in lectura mea super tit. ff. de quæstio. & in lectura. ff. ad leg. Cornel. de sica. & in rep. mea. l. fi. C. de pba. & in alijs operibus meis, & in singularibus quoq; meis plura dixerim circa materiam causarum criminaliū, vt in dictis operibus meis dignoscitur. Attamen vt materiam ipsam omnibus reddam pinguiorem, & dem Lectoribus lac in potū, Statui vltra omnia prædicta ad perpetuam scholarium, & versantium in palatijs vtilitatem, & practicam causarū criminalium, vna cum theorica tradere, & illam, quantū in me erit, docere, sequendo dictū Imperatoris in auth. vt diuinæ iuss. subscrip. habe. in prin. vers. ideo nanq;. & Papæ in c. frequens. in prin. vers. & propterea. de resti. spol. in 6. vbi dicūt: voluntarios labores appetimus, vt quietē nobis, & alijs præparemus. Practica enim magnam affert vtilitatē, cùm videatur rerum magistra: vt in c. quàm sit. in prin. de elect. in 6. & in c. cupientes.

in prin.

in princi. eo. tit. & in c. statutum. in princip. de rescript. eod. lib. † Et vsus promptum reddit artificium, & cuilibet artificio præbet experientia incrementum, vt in l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. 3. & in c. fraternitatis. de frigi. & malefi. & in l. milites. la 2. & ibi glos. in ver. exercitio. C. de re mili. lib. 12. & voluit gl. in d. c. quã sit. † Et vera interpretatio à practica sumitur, secundũ Bal. in c. 1. in prin. de feu. sine culpa non amitt. quẽ refert & sequitur d. Philip. Dec. in cons. suo 11. inci. quoniam &c. in 5. col. in fi. ver. ad hoc fundamentum. vbi etiam dicit, quòd hac ratione à practica non est recedendũ. allegat Bald. in l. illud. per illũ tex. ff. de excusa. tutò. pro quo facit carmen illud vulgatum. Ediscas vsum quãuis perceperis artem. Et facit quod dixit Bal. in con. suo 302. inci. pponitur &c. in 2. co. 3. vol. in c. cõtingit. in 2. col. de dolo & cõtuma. vbi dicit † ꝙ experiẽtia facit artẽ. Et ibi subdit, ꝙ multa experimẽta cognitio veritatis insequitur. Quod etiã dixit Spec. in tit. de lib. conceip. in princi. vbi allegat etiã Aristotelem in prin. Metaphysices dicẽtem, ꝙ experientia facit artẽ. & dicit ꝙ Vsus & ars docuit, ꝙ sapit omnis homo. de quo latius ibi per Spec. vbi etiam dicit, ꝙ experiẽtia est multũ necessaria, ad regimẽ iuris & iustitiæ. Vnde Imperator in auth. de appel. & intra q̃ tẽp. in prin. dicit ex rerũ experientia inuenimus. Pro quibus facit in arg. tex. in c. vt cõstituerẽtur. in versi. expertus credo. ibi. Cogunt n. multas inuenire medicinas multorum experimenta morborum. 59. dist. Et facit etiã tex. in l. legaui. in vers. quotidiana. n. sunt. ff. de lib. leg. & tex. in l. iusto. in prin. in ver. ibi enim propter assiduã, & quotidianã. &c. ff. de vsuc. & l. certi cõdictio, in §. si nũmos. ver. cũ quotidie. ff. si cert. pet. & l. palã. in §. si qua cauponã. versi. vt multæ assolẽt &c. ff. de ritu nup. Attento ꝙ parum prodesset hãbere theoricã ipsarũ causarum criminaliũ sine practica, maximè tyronibus qui cupiunt se exercere in officijs. Idcircò practicam ipsam conabor quàm breuius, & clarius potero tradere & explicare, ponendo etiam aliquas quæstiones circa materiã ipsarũ multũ vtiles, quotidianas, & necessarias, nõ

tactas, nec examinatas ab aliquo docente antiquo, nec moderno vsque ad hæc tempora. Practicam ergo istã gratiosè susscipite, curiosè perlegite, & fructuosè memoriæ cõmendate, vt digni efficiamini respublicas diuersorum principum & locorũ vestro patrocinio gubernare, vt inquit Imperator in procemio Institutionũ. in fi. & in l. aduocati. C. de aduocatis diuersorum iudi. Præmissa igitur inuocatione omnipotentis Dei, & gloriosissimæ virginis Mariæ, ac totius cælestis curiæ, deuenio breuiter ad rem ipsam.

Scitote igitur quòd quando commissum est aliquod delictum cuiuscunque conditionis, iudex loci non potest procedere regulariter ad capturã alicuius personæ, nec ad inquirendum, nec aliquid aliud facere cõtra aliquem, nisi primo, & ante omnia sibi constet tale delictũ esse commissum. Et ideo quandò aliquis venit ad iudicem, & dicit, Domine iudex apotheca, vel domus mea fuit fracta, & bona mea ibi existentia fuerunt derobata. Et quia habeo suspitionẽ in tali, puta in Titio. Ideo peto & requiro, vt eum capi faciatis, & cõtra eum proceda tis iuris remedijs oportunis. Tunc iudex regulariter nõ potest procedere ad capturã alicuius, nisi primo mittat iudicẽ maleficiorũ, militem vel notariũ ad locum commissi delicti, vt videat ostiũ fractũ, vel parietẽ, vel similia, & referat ipsi potestati, vel iudici, quæ inuenit, vel reperit. Similiter si factum fuit homicidium, iudex antequam contra aliquem procedat, debet mittere eodem modo ad locum, vbi est cadauer illius mortui, & debẽt scribi vulnera quot & qualia habet, & postea ipse notarius vel miles debet facere relationem in scriptis in libro Maleficiorum de his, quæ vidit, & reperit, quæ relatio cõmuniter, per totam Italiã dicitur, seu appellatur, Visum & repertum fuit &c. quia semper illa relatio sic incipit, Visum & repertũ fuit per me ser. Ioan. notariũ Maleficiorũ domini Potestatis Bononiæ, cadauer Titij de tali domo vel casata, habens tria vulnera, videlicet, Vnum in capite, aliud in tergo, aliud in crure. Et istud quod ante omnia debeat constare iudici de delicto, aliàs

† non

† nõ possit contra aliquem procedere, probat tex. not. 5
in l.1.§.item illud.ff.ad Syllania. & ibi Bart.hoc videtur sentire,& voluit Tancret.de Corneto in Compendiosa sua in ti.de citatio.& dilatio.& in tit.de quæst. circa p-bationes.in 15.q.& Bar.& Lud.Ro.in l.fi.in 1.col. ff.de quæst.& Bar.in l.1.ff. de test.milit.sentit hoc. & hoc etiam probat tex.in l.1.C.vbi causæ fisca.& facit.l.si quæramus.ff.de test.& in l.si quis ne quæst. & quæ ibi latè dixi.ff.de quæst. Et idẽ voluit Ang.de Are. in tract.suo Maleficiorũ.in verbo,fama publica.in 18.char. in versi. duodecimo tu iudex &c. vbi inter cætera dicit, quòd si dicitur esse cõmissum furtũ,vel aliud maleficium,iudex debet mittere ad locũ ad videndũ,vt sup. dixi. & subdit quòd si aliter fiat iudex,seu potestas tenetur in syndicatu. Et hanc partẽ firmat Gand.in suo tract.maleficiorũ sub rubrica de præsumptionib. & indicijs dubitatis. in 2.col.in ver.item lex præsumit aliquẽ potius simplicitate,quàm malitia deliquisse,Ibi.Aliud etiam notatu dignum obliuioni nõ trade.& voluit Bald.in addit.Spec. in tit.de sententijs. in 18.co.in fi. vbi dixit, quòd si quis confitetur se hominẽ occidisse, & illũ postea proiecisse in mari,si non constat de corpore mortuo, ille non poterit occidi.nnc puniri de homicidio, saltem nisi probetur per famam illũ fuisse mortuum,de quo latius dixi in l.3.in prin.in 2.co.ff.de q̃st. Pro quibus faciũt dicta per Ale.in consi.53.inc.viso themate.in 2.vol.per totum. & per Iaſ.in l.error.in 4.col.ver.adde quod vult.nu.6.&c. C.de iur.& fa.igno. vbi etiam ad prædicta allegat Ang. in l. vnica.in 2.col.C.de confes. & in l.certum. in princ. ff.eo.& Bal.in c.at si clerici in 2.co.extra de iud.Et quòd primò ante omnia debeat cõstare iudici de delicto,volu it Bald.in l.si quando.C.vnde vi.& Alex.in cõsil. 19.incip.circa primum.in 1.2.3.& 4.col.in 7.vol. Et adeo hoc verum est quòd † stante statuto, quòd de damno dato 6
stetur sacramento damnum passi: tamẽ non stabitur eius sacramento, nisi primo sit probatum damnum esse datum.ita no.dicit Bar.in l.diuus Traianus.ver.itẽ sunt statuta.ff.de test.milit.quem refert & sequitur.do.Phil.

Dec. in consi. 83. incip. in causa accusationis &c. in 2. col. ver. & primo, quia cùm tale statutũ. & vide infra eo. nu. 19. Sed circa hãc concl. & prædictas doctrinas. videlicet, quòd ante omnia debet cõstare iudici delictũ esse commissum, oriũtur aliquæ dubitationes notabiles, & quotidianæ nõ omittendæ. Quarũ prima hæc est, videlicet, quãdo directè, nec per testes potest cõstare delictum esse cõmissum an tali casu aliquo remedio possit succurri damnũ passo? Exemplũ potest poni tale, quod verè contigit his proximis diebus in hac nostra ciuitate Bononiæ. Quidam scholaris forẽsis reuersus à patria sua portauit certam quantitatẽ pecuniarũ, vt cõmuniter faciũt scholares forenses, & dictas pecunias posuit in quadam eius capsa in camera sua, existente in domo cuiusdam viri, cum quo incepit stare ad dozinam, & vna die dum iste scholaris esset extra domum, vel ad scholas, vel alibi, cũ quadam claue adulterina fuit aperta eius camera, & similiter eius capsa, & fuerũt furatæ & asportatæ prædictæ eius pecuniæ. Postea verò fuit clausa capsa, & camera, adeo quòd non poterat apparere de violẽtia, nec de aliqua fractura, nec de aliquo furto. Ipse autem scholaris vna die volẽs accipere aliquas pecunias, reperit illas fuisse furto subtractas, & statim de hoc conqueſtus est cũ socijs suis, & cum amicis, & cũ alijs personis. Qui scholaris accessit ad potestatem, & fecit eius querelam, & ab eo petijt, vt deberet procedere de tali furto contra dominum domus, in qua morabatur, quem habebat suspectum, & contra quem erant nonnulla indicia. Qui potestas vocari fecit dictum dominum domus, & cum incepit interrogare super dicto furto, qui dominus domus primo, & ante omnia dixit, quòd aliquod furtum non fuerat factũ dicto scholari, nec modo aliquo constabat de tali furto, ideo ipse, nec alius debebat vexari, molestari, nec inquietari pro dicto asserto furto. Iste autem scholaris non poterat probare tale furtum fuisse cõmissum. Quærebatur quomodo hoc casu posset succurri dicto scholari? In quo ego consultus dixi, quòd licet non posset plenè, nec directè probari dictum furtum

furtum fuisse commissum, tamen poterat quo ad inquirendum satis hoc probari ex coniecturis, & præsumptionibus. Nam † furtum probatur ex coniecturis, secundum Bart. in l. si quis ex argentarijs. in §. an vero. ff. de eden. argumento l. omnes. §. à barbaris. ff. de re. mili. & dicit quòd ita no. Doct. in l. si creditor. C. de pig. act. Et subdit Bar. in d. §. an vero. quòd tales præsumptiones dicentur manifestę, licèt ex cõiecturis proueniant. arg. ff. de leg. 1. ibi. si non fuerit euidens &c. & de manu. test. l. si quis locuples in fi. ibi. vt apertissime curare videatur. Et hanc doctrinam Bar. refert & sequitur Alex. in consi. 50. inci. visis & oportunè. in 5. col. in 1. vo. & in d. l. si quis ex argentarijs. in §. prætor ait. in vlt. col. vbi etiã ad hoc allegat Bar. in l. si quandò. C. vnde vi. & Spec. in titu. de fur. in fi. & in ti. de pig. in §. 1. in ver. & not. cum versic. seq. & Bar. in l. 1. ff. fur. aduer. nau. & Bald. in rub. C. depos. & in l. 1. & in l. certi. C. loca. de quo etiam vide per eundem Alexand. in consil. 146. incip. viso themate. in 6. volum. Sed in dicto casu concurrunt plures coniecturæ, quòd dictum furtum fuerit factum dicto scholari, vt statim ostendam: ergo dictum furtum dicitur esse probatum. Quod autem adsint coniecturæ dicti furti patet. Nam statim quòd ipse scholaris vidit suas pecunias non adesse, sed exportatas fuisse, de hoc conquestus est cum socijs, & amicis suis, & hæc affirmabant dicti socij & eius amici: ergo hæc est vna coniectura dicti furti commissi, per quam probatur ipsum furtum, vt dicit Bart. & alij in locis præallegatis. Alia etiam concurrit coniectura dicti furti, videlicet, bonitas, & legalitas, & vita honesta in tempus præteritum dicti scholaris, & ego sequens consilium do. Alexand. quod ipse dat in consil. suo 53. incip. viso themate in 2. volum. fieri feci capitulũ super bonitate, & legalitate dicti scholaris. & super illo feci examinare testes, qui deposuerunt dictum scholarem fuisse, & esse hominẽ probũ, & morigeratũ, bonæ cõditionis, vitæ & famæ. ac conscientiæ, & nõ solitũ mentiri in aliquo. Ex qb. testib. resultat

alia præſumptio & coniectura præſtans iuſtam & iuridicam cauſam iudici credēdi dicto ſcholari dictas pecunias fuiſſe ſibi furto ſublatas. Nam clarum eſt in iure, quòd credendū eſt bono viro: vt glo. not. in l. Titio fundus in ver. actiones, ff. de condi. & demonſtra. quàm dicit. ſing. Bal. in c. Sanctorū. de præſc. & in c. cùm cōtingat, de reſcri. & Pe. de Anc. in c. fi. extra de app. & Ang. in l. 1. ff. de eo per quem fact. erit. & Ioan. de Imo. in cōſi. ſuo. 104. & Bald. in l. inditia. C. de rei vēd. in fin. & Ang. in l. in bonæ fidei. ff. de rei ven. & Alex. in conſil. ſuo 31. inci. viſis & accurate. in 4. col. in 2. volu. & in conſi. 190. incip. viſis atteſtationibus. in 3. col. in 7. vol. Et ſimilis eſt glo. in c. cupientes in prin. in ver. notitiam. de elect. in 6. Pro quib. gloſ. videtur tex. in c. nobiliſſimus. 97. diſt. & ibi gloſ. vlt. & illum tex. ad hoc allegauit Innoc. in ca. cum in iure. in prin. de offic. dele. & Ang. in l. quæcunque in fin. ff. de publiciana. & Iaſ. in repetit. l. admonendi in 77. col. de iureiur. Et idem quod dixit glo. in d. l. Titio fundus, dixit Cy. in l. 1. in 4. q. circa fin. C. de ſer. & aqua. & Bart. in l. de pupillo. in §. ſi quis ipſi prætori, in 8. quæſtio. in fi. ff. de ope. no. nun. & Bart. in l. qui fundum. in §. procurator. ff. de vſucap. pro emp. & in l. fi. eo. tit. quem refert & ſequitur Alex. in d. conſi. ſuo 31. Pro quibus facit optimè glo. in l. 1. ff. de ripa muni. in verſi. qualitatem. quæ dixit, quòd ſi quis tenetur ſatisdare in aliquo caſu ex forma legis, vel ſtatuti, quòd tamen ſtatur ſuæ iuratoriæ cautioni ſi ſit perſona bonæ conditionis, vitæ, & famæ. Et illam glo. pro ſingul. alleg. Bald. in cap. 2. de iudic. & Barb. in c. coram. & in c. cum R. canonicus. de offi. deleg. Et facit quod voluit d. An. in c. cùm olim. de dolo, & contu. in princip. vbi dicit, quòd aſſertioni magni viri creditur, & ſic qualis qualis fides ei adhibetur ſine iuramento. ad quod alleg. dictum c. nobiliſſimus. Et facit quod voluit Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de locato. in rub. vbi dixit, quòd ſi Caſtellanus alicuius arcis habuit cauſam ſe abſentandi, & arcē cōmiſit bono viro cuſtodiendā, ſi ille poſtea ſe rebellauit dño arcis, vel cōtra eum fecit tractatū, q̄ ipſe Caſtellanus non tene-

tenetur, ſed eſt excuſatus, quia credidit bono viro. Et facit quod voluit do. Anto. in c. cum oporteat. de accuſa. quem refert & ſequitur Ang. in l. ea quidem. in 33. col. C. de accuſa. vbi dixit, quòd creditur teſti coniuncto in cauſa coniuncti, quando ipſe teſtis eſt bonæ conditionis vitæ, & famæ. Et facit dictum do. Alex in l. j. in 2. colum. ver. Adde etiam quòd non poteſt imputari. ff. de eo per quem fac. erit. vbi dixit quòd dictũ boni viri cauſat. tit. putatiuum aptum ad præſcribendum. Et facit etiam, nã bono viro creditur, ſi eſt examinatus in teſtem, licet ſit pauper, † ſecundum Ang. de Are. in tract. malef. in verbo, & ad quærelam. col. 9. ver. decimo octauo quęro &c. licet aliàs teſtis pauper repellatur, vt habetur in l. 3. in prin. ff. de teſti. & in. §. ſi vero abſint in auth. de hæred. & fal de quo articulo an. & quando teſtis pauper admittatur in teſtem. vide etiam do. Franc. de Are. in conſi. 13. incip. viſo diligenter. in 10. col. ver. ex prædictis &c. & do. Alex. in conſi. ſuo. 93. inci. repetitis. in 2. co. in 6. vol. & in conſi. 131. incip. perſpectis. in 6. volu. & ibi in conſ. in 2. colum. in 7. volum. & in conſil. 65. incip. habita 237. inci. perſpectis in j col. & in conſi. 136. incip. viſis. ſuper contentis &c. in vltimis verbis. in j. vol. & in cõſi. 238. inci. viſo proceſſu. in 2. col. & do. Philip. Deci. in cõſi. 105. incip. & pro tenui facultate. col. 3. in fi. verſi. accedit quod iſte teſtis eſt pauper. & in conſ. 163. inci. in cauſa matrimoniali. col. 3. in prin. ver. ſed ad iſta etiam reſpondetur. & in conſi. 310. incip. viſis &c. in vlti. col. ver. & maximè prædicta videntur procedere. & Iaſ. in auth. præterea. in vlti. col. C. vnde vir & vxor. & in l. fideiuſſor. in j. colum. ff. qui ſatisd. cog. ad quæ vide etiam glo. nota. in l. 2. in verſi. ſi inopia. C. de tuto. vel curato. qui non ſatiſde. Facit etiam, nam creditur † teſti domeſtico & familiari, ſi eſt bonus vir, ſecundum Inno. do. Ang. do. Io. de Imo. in c. in literis. de teſt. Bal. & Sal. in l. 4. C. de teſt. licet regulariter talibus teſtibus, familiaribus & domeſticis non credatur: vt habetur in c. repellátur. extra de accuſa. & in l. penul. ff. de teſtib. & voluit Spec. in tit. de teſte. §. j. ver. item quòd eſt familiaris &c. Et dixit

Ioan.de Imol. in c. cum R. Canonicus. de offic.deleg.

11 † quòd frater religiosus tanquam bonus vir admittitur in testem in causa fratris, licèt aliàs frater non admittatur pro fratre, vt in l. parentes. C. de testib. & voluit Specu. in d. titu. de testib. in d §. j. vers. item quòd est frater. Et dixit Bal. in addi. Specul. in titu. de homi. in verbo, an mortuus &c. quòd statur dicto vnius solius medici, an vulnus sit lethale, si talis medicus est homo bonæ cõditionis, vitæ, & famæ, licèt aliàs requirantur duo medici, vt latè dixi post Bar. in l. fi. in. fi. ff. ad legem Corn. de sica. Et facit dictum domi. Ant. in c. vidua. de regula. in fi. vbi dixit, quòd bonus vir admittitur cum iuramento ad probandum contra præsumptionem iuris & de iure, li-

12 cèt aliàs contra talem præsumptionẽ † non admittatur probatio in contrarium, nisi per confessionem partis: vt in authen. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. & voluit gl. in auth. de æqualitate dotis. in §. aliud. in ver. scribat. & Azo in summa. in tit. de dona. ante nup. & gl. in l. in contractibus. in princi. in ver. nullo modo. C. de non nu. pec. & ibi Bal. in 4. quæst. & Salyc. in l. 2. C. de dolo. Et facit quod voluit Pet. de Anc. in c. fi. extra quod metus cau. vbi dixit, ꝙ excusatur credens bono, seu fide digno viro. alle. ad hoc Cy. in l. 4. C. de ser. fug. & idẽ dixit Bald. in c. cum contingat. de rescrip. & in c. sanctorum. de præscrip. Et facit no. verbum Ang. in l. bonæ fidei. ff. de rei vendi. vbi dicit, quòd ipse aliàs iuuit quendam Potestatem à pœna tempore syndicatus. Nam ille Potestas dum erat in officio, habebat quendam hominem captum, qui erat bonæ conditionis, vitæ, & famæ, & ipse permisit illum ire per palatium, habita tamen prius fide ab ipso, quòd nõ recederet de palatio sine sui licentia: tamen postea aufugit illicẽtiatus. dubitabatur an Potestas teneretur creditori suo satisfacere. & dicit ibi Ang. quòd non, quia est excusatus, quia credidit bono viro, per gl. in d. l. Titio fundus. cum si. ff. de cõditio. & demõstratio. & idem dixit Oldra. in cons. 92. inc. Rex habebat &c. quem refert & sequitur do. Fely. in c. Petrus in j. col. de homic. Pro quibus etiam faciũt dicta per do.

Fely.

Fely.in c.ſuper his.in vlt.col.de accuſa.& per Iaſ.in l.1. in 3.colum.ff.de eo per quem factum erit.in verſicu. ſecundo limita. Et poſſent adduci plures aliæ doctrinę, quas ſimul reduxi in repetitione mea.l.fina. C. de proba.in 2.& 3.char. vbi adduxi fortè centum iura, & doctrinas ad propoſitum dictæ gloſ. quas breuitatis cauſa non refero. Et ex prædictis in caſu dicti ſcholaris dixi, quòd ex dictis præſumptionibus & cõiecturis erat probatum furtum fuiſſe commiſſum. Et tanto magis per dictas coniecturas poteſt dici probatum eſſe dictum furtum, quia in tali probatione non tractatur de præiudicio alicuius: quia an ſit probatum furtum eſſe commiſſum necnè in genere, & nõ ſpecialiter per aliquem hoc non facit alicui præiudicium, vt de ſe patet. Concurrebat etiam alia ratio in caſu dicti ſcholaris, quod probatum eſſet dictum furtum fuiſſe cõmiſſum, & perpetratum. Nam furta communiter clam & occultè committuntur, vt omnibus notum eſt. Sed vbi tractatur de probando clandeſtina, & occulta, & illa quæ ſunt difficilis probationis, vt eſt furtum: admittitur probatio per con 13
iecturas: vt habetur in capit. præterea. de teſtibus. & voluit Bart. in l. in illa ſtipulatione, ſi calendis. in finalibus verbis. ff. de verbo. oblig. & in l. de pupillo. in §. ſi quis ipſi prætori. in 8. quæſt. ff. de ope. no. nuntia. & in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. an. vero. ff. de edendo. & Fede. de Senis in conſ. ſuo. 119. inci. nulli dubium. vbi plura iura ad hoc allegat & Iaſon latè in l. cum ea, in 2. colum. C. de tranſact. & Alex. in conſ. 146. incip. viſo themate in 6. volumi. & ibi in conſil. 189. incipi. in cauſa & lite. in 3. colum. & volunt doctores in pluribus alijs locis, quos retuli ego in repetitione mea rub. C. de probation. in 64. colum. in princi. Et talis probatio † quæ 14
ſit per coniecturas, dicitur euidens probatio. & illud dicitur euidenter apparere, quod apparet ex coniecturis, ſeu ex præſumptionibus. text. eſt & hoc notat expreſſe Bartol. in l. licet Imperator. ff. de legat. 1. in verſicul. ſi non fuerit euidens diuerſa voluntas, & probatur. in l. ſi quis locuples. ff. de manumiſ. teſtamen.

&

& habetur in l. si creditor. C. de pig. act. & in l. si tutor petitus. C. de pericu. tut. vel curato. & voluit Ludou. Rom. in l. j. C. de test. mili. & Io. de Ana. in consi. 49. incip. dubium de quo quæritur. & in consil. suo 3. incip. viso testamento. in 2. col. & Abb. in cap. licet causam. in 3. colum. ver. nota vndecimo. de probatio. & Ludo. Rom. in consi. suo 271. incip. vis tota &c. in finali. verbis. & Barb. in c. super quæstionum. in §. intentionis. in 2. col. de offic. delegat. Pro qua faciunt dicta per Bald. in cap. j. in §. conuenticulam. in 3. col. de pace iuramento firmã.

51 vbi dixit, quid appellatione probationis † continetur etiam probatio coniecturalis, dummodo lex habeat cõiecturam pro veritate. allegat l. Lucius. ff. de conditio. & demonst. Et faciunt etiam dicta per Bald. in c. per tuas. in 2. colum. ver. opponitur. extra de probatio. vbi dixit, quòd illud, quod non potest clarè probari per rerum naturam, probatur argumentis, & indicijs, de quibus latiùs dixi in repetitione mea rubricæ. C. de probatio. in 63. colum. Et facit ad prædicta quod voluit Bald. in l. quicunque. in pen. colum. C. de seruis fugit. in versic. 8. nota

16 &c. † vbi dixit, quòd in secretis tractatibus, & consilijs propter difficultatem probationis peruenitur ad torturam, & quandoque ad condemnationem, vel absolutionem ex solis indicijs, si sunt ita certa, quòd vix denegare sufficiat. alleg. l. milites. §. oportet. C. de quæstio. & Dyn. in l. 2. ff de excusa. tuto. Et istud dictum refert & sequitur d. Catal. in suo tractatu syndica. in versic. 406. incip. adde quod alibi dicit Bald. &c. & dom. Franc. de Curte in consi. 56. incipiente super processu. in 8. colum. Et sic ex istis omnibus in casu dicti scholaris potestas habuit dictum furtum pro probato, & processit ad vlteriora ad fauorem dicti scholaris, adeò quod ipse recuperauit magnam partem pecuniarum suarum à prædicto domino domus, & hoc per intermissam personam cuiusdam religiosi, qui sibi portauit tales pecunias, & rogauit dictum scholarem, vt non vellet vlterius quærere, & ita quieuit dictus scholaris &c. modo quæri potest de alia dubitatione. vidimus suprà quod antè omnia

debet

debet constare iudici de delicto commisso antequam iu
dex ipse possit procedere contra delinquentes. Sed quæ
ro ego an etiam sit necesse quòd ipsi iudici ante omnia
constet † de delinquente & de offenso, videlicet de illo 17
contra quem est commissum delictum. in quo reperio
Angel de Aret. in §. quadrupli. in j. colum. versi. Quartò
inducitur ista glo. Insti. de actioni. vbi dicit quòd valet,
& tenet inquisitio, licet ignoretur nomen occisoris: dū-
modo de corpore constet. alleg ad hoc glo. in l. j. in §. itē
illud. ff. ad Syllani. sed dicit postea quòd contrà hoc vi-
detur tex. & hoc ibi not Bald. in l. licet gratis. in §. pos-
sumus, ibi, vt certi homini. factum arguamus. ff nautæ,
caupo. stabular. & hoc tenet ibi do. Floria. s. quòd non
possit inquiri, nisi sciatur contra quem, & persona delin
quentis designetur nomine. Attamen dicit Ang. quod
contrarium tenet illa glos. & ideo ipsa sic distinguit, vi-
delicet, aut est præsens qui deliquit, & tunc licet igno-
retur nomen: vt quia ignotus vel mutus est, vel nō vult
loqui, vel non intelligitur. & sic nomen eius nō potest
sciri, & clarum est quod contra hoc corpus præsens, de
quo constat per testes, quod cōmisit maleficium, quod
procedit accusatio, vel inquisitio, Aut est absens à longe
vt quia aufug t: & tunc dicit quod est fienda diligentia
per officialem de inueniendo nomine: sed si non potest
habere nomē, debet inquirere de signis: vt quia est clau-
dus in tali crure, vel habet talem manum aridam, & est
breuis staturæ, vel habet talem cicatricem in facie, vel ta
le signum in persona: nam omnia ista fiunt ad recog-
noscendum. l. ad recognoscendum. C. de ingenu. ma-
numis. & facit. l. certum. ff. si cert. petat. & quod notat
glo. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. & facit l. fi-
na. ff. de his qui deiece. vel effuder. & l. demonstratio. in
princip. & ibi Bartol. ff. de conditio. & demonstratio. &
in processu deponent testes de delicto, & de omnibus
istis, & de ætate, & de alijs. Et tunc si aliquo tempore
talis inquisitus. & condemnatus rediret in locum deli-
cti, & caperetur, fieret recognitio vtrum esset ille homo,
& idem corpus, qui fuit tali tempore inquisitus & con-
demnatus

demnatus de tali homicidio, vel delicto, & an ipse commiserit dictum homicidium, vel delictum : & facta recognitione per legitimam & spontaneam confessionem, dato sine prætudicio veritatis, quòd non fuisset verum, quod ipse non fuisset ille, qui non commisisset illud delictum, tamen ex noua confessione in iudicio sponte facta poterit decapitari. vt in l. inde Neratius. in §. final. cum l. sequen. ff. ad leg. Aquil. & in l. qui seruum. & ibi do. Floria. ff. de interrogat. actio. ita dixit Angel. in d. §. quadrupli. Et subdit etiam, quod ista recognitio delicti, & identitatis personæ, est necessaria, allegat plures doctores ad hoc, de quibus ibi per eum. De qua recognitione banni dixi in singulari meo 60. incipiente, per totam fere Italiam &c. Quo autem ad offensum an valeat accusatio, vel inquisitio si ignoratur offensus, vel eius nomen, in quo Angel. de Arer. vbi supra tenet, quod valeat, dummodo de corpore constet. allegat ad hoc glo. in l. si cum exceptione. in §. in hac. inuersic. ignorantiam. ff. quod met. causa. & ibi dicit dominus Florian. quòd hoc etiam voluit gloss. ordinaria 2. quæstio. 8. cap. final. §. libellorum. in gloss. 2. ita residet Angel. in d. §. quadrupli. in 1. colum. Institut. de actioni. De quo etiam per Alexandr. in consil. 23. incipi. viso processu &c. in 7. volum. & per domi. Florian. in l. item Mela. in §. sed si plures. in vlti. colum. versic. 4. casu principali. Ibi. Et ideo procedit libellus. ff ad l. Aquil. Tu autem ad prædicta adde quod gloss. illam in d. l. 1. in §. item illud. ff. ad Syllan. refert & sequitur domin. Felyn. in c. significante. in 3. colum. de rescriptis. Et dictam gloss. in d. §. libellorum. ad hoc pro singulari allegauit Ioann. de Imol. in cap. tuæ. in 2. colum. de procurat. & Bald. in l. data opera. in quintadecima colum. C. qui accusar. non pos. & in dict. l. licet gratis. in §. possumus. ff. nautæ, caupo. stabul. & in repertorio suo. in verbo, homicidium. in primo versic. & in l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hær. instituen. vbi etiã subdit, quod ipse vidit de facto, quòd fuit facta inquisitio cõtra vnũ, qui occiderat quendam, cuius nomen ignorabatur, qui

tuis

fuit postea missus ad furcas. Et illam gloss. etiam refert, & sequitur Angel. in l. prima in §. interdum. ff. si pars hæredita. peta. vbi dicit ibi esse casum pro illa gloss. videlicet. quòd si constat Titium hominem occidisse, & ignoratur quis sit occisus : Vel constat furtum esse factum, & ignoratur cui sit factum vt videmus quotidie in istis furibus qui capiũtur cum diuersis rebus subtractis, & ignoratur cuius fuerint illæ res quod tamen potest formari inquisitio contra eum hoc modo, videlicet, Talis, puta, Gaius occidit vnum hominem in tali loco, & tali tempore, cuius nomẽ ignoratur: & ꝙ in tali loco, & tali tempore, talis rem subtraxit contra voluntatem domini ipsius rei. Ita dicit Angel. in dicto §. interdum. & ibi subdit, quòd vidit vtrunque practicari, scilicet formare inquisitionem maleficij, quando non cognoscitur delinquens, & quando non cognoscitur offensus : & dicit quod est bona practica ex quo non potest constare de nomine, per illum textum. Ad quod facit secundum eum l. quoties. §. si quis nomen, ff. de hæredib. instituend. & alia allegat, de quibus ibi per eum. Item dict. gloss. in dicto §. libellorum. refert & sequitur Angel. de Aret. in tractatu maleficiorum. in verbo, hæc est quædam inquisitio. in vltimo versicu. & Bald. in l. solam. in quarta colum. C. de testibus. & plura dicit de illa gloss. domi. Augu. Ari. in additio. ad Angel. de Aret. in dicto vltimo versicu. & domin. Felyn. in cap. significante. in tertia colum. de rescriptis. Adde etiam prædictis Bald. in additio. Specul. in tit. de accusatio. in versicul. sed nunquam procedit &cæt. vbi dicit allegando dictam glossam, quod sufficit allegare corpus humanum fuisse occisum, licet nesciatur cuius sit, aut vnde venerit. Et idem dicit, quando constat de furto, licet persona damnum passa sit incognita. & illam gloss. d. §. libellorum. refert & sequitur Bald. in authent. sed nouo iure. in penul. colu. C. de seruis fugit. & Angel. in l. 1. §. occisorum. ff. ad Syllan. & l. falsus. in §. penul. ff. de furt. & in l. 1. in 2. colu. C. de confess. Et idem dicas etiã esse in cõfesso occidisse aliquem

quem

quem non cognoſcebat, ſecundum Bald. in addition. Specu. in titu. de confeſſ. & Angel. in dicta l. vnica. in 2. col. C. de confeſ. & Bald. & Imol. in d. l. quoties. in §. ſi quis nomen. ff. de hæredi. inſti. & ibi Angel. Et de materia iſta & illius gl. vide do. Fel. latius loquentem in c. auditis. in 17. col. de præſcr. & in d. c. ſignificante. Et vltra prædicta circa dictam materiam adde, quod quando delinquens eſt incognitus teſtibus, nõ eius perſona, ſed
18 eius nomen & cognomen, quod tunc debet oſtẽdi † perſona talis delinquẽtis ipſis teſtibus in habitu conſueto vt illum recognoſcant, an ſit ille, qui deliquit, ita dicit Bald. poſt glo. ibi in cap. cum cauſam. in penulti. col. in verſi. item quæro nunquid teſtes & extra de teſtib. de quo latius dixi in l. data opera. vltra med. C. qui accuſ. non poſ. Et idem dixit Bald. in addi. Specu. in tit. de accuſa. in verſicu. ſed quid ſi ſtatutum dicit. & Bald. in l. 1. in j. colum. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur. & Bal. in repert. ſuo in verbo, Exhibere, de quo etiam per Ludo. Roman. in l. j. §. fin. ff. de publi. & Floria. in l. 3. in §. ideoque diuus. ff. de teſtibus & Bald. in reper. ſuo. in verbo, Accuſatio. in verſicul. Accuſator poteſt petere &c. Modo vlterius circa materiam ſupratactam, videlicet, quod ante omnia debet conſtare iudici delictum eſſe commiſſum, de quo vult inquirere & procedere, Aduertas & teneas
19 menti, quòd tali caſu non ſufficit etiam † quod hoc conſtet iudici per denuntiationem maleficij factam per ſaltuarium. vel per miniſtralem ad hoc deputatum: quoniam non obſtante tali denuntiatione iudex etiam debet aliter ſe informare de ipſo maleficio commiſſo: quia talis denũtiatio nõ ſufficit, ita not. dixit do. Anto. de But. in cap. veſtra. in 38. colum. in ſua repe. de coha. cleri. & mul. quem refert & ſequitur domi. Nico. Mileus in reperto. ſuo. in verbo. Inquiſitio in 2. not. ſeu verſic. Nec
20 etiam talis denuntiatio † facit aliquam probationem, vel indicium, niſi in leuibus delictis, ſecundum Bart. per illum tex. in l. diuus. la 2. in 3. queſt. ff. de cuſt. reo. & Sal. in l. ea quidem. C. de accu. & voluit Alex. in conſil. 1. in 3. volum. incip. viſo proceſſu. in 3. colu. verſ. accedit. &c.

&

& Ang. de Aret. in tract. malefi. in verbo, nec non ad denunciationem. in 4. char. in ver. quæro an iudex. Talis denuntiatio † tamen cum fama facit indicium ad tortu 21
ram secundum Bart. in consil. 111. inc. do. Paci de Burgo. &c. de quo latius dixi in consi. meo extraordinario 30. incip. quia mei oris est &c. in 2. char. † Item denũciatio 22
de per se est sufficiens ad inquirendum, secundum Bar. in l. diuus. la 2. ff. de cust. reo. in 2. colu in d. 3. q. & Ang. de Aret. in d. tract. in ver. necnon ad denuntiationem. colum. 2. versi. tertio quæro ratione finis, & effectus. † An autem talis denunciatio facta per saltuarium sine 23
iuramento valeat, & aliquid operetur, vide do. Barth. Cœpo. in consi. 39. incip. Lucius in 5. colum. nu. 41. versi. sed posset quis dubitare.

SVMMARIVM.

1 Indicia capturam debent præcedere.
2 Indicijs non præcedentibus etiam in crimine lesæ maiestatis non potest deueniri ad capturam, nec torturam.
3 Indicia capturam cur debeant præcedere.
4 Innocentem capi faciens qua pœna teneatur, siue causa sit ciuilis, siue criminalis.
5 Iudex in criminalib. an possit à captura incipere.
6 Reum culpatum capere non præcedentibus indicijs iudex quando possit sine metu pœnæ.
7 Multa propter moram concedi quæ alias non concederentur.
Res tempore periturę fallentiam imponunt iuris regulis de non alienando.
8 Magistratus temporales durante officio non possunt conueniri, nisi actio sit tempora peritura.
9 Testes in mortis articulo examinati per notarium non commissum, faciunt præsumptionem.
10 Confiteri peccata laicus laico quando possit.
Sententia quo casu de nocte ferri possit.
11 Lex canon, & statutum quo casu possint conteni in eorum obseruantia.

Mora iuncta periculo est multi priuilegij.

12 Fama, seu infamia rei inquisitionē debet p̄cedere.

13 Statutum superioris quod possit inquiri de aliquo delicto contra non diffamatum, non valet.

14 Reus confessus non est interrogandus de criminibus, quorum indicia non extant.

15 Glossæ dictū maioris autoritatis est quā doctoris. Consuetudo contra ius cōmune nō seruanda est.

16 Famam præcedere verba inquisitiones non probant, licet dicant.

17 Fama bona inquisiti facit corruere inquisitionē.

18 Reus an possit interrogari de socijs, de quibus non sunt indicia.

19 Indicia quando sint loco diffamationis.

20 Iudex in quibus casibus potest procedere ad inquirendū nō præcedente infamia, vel diffamatione.

21 Inquisitio de conscientia principis emanans valet, non præcedente infamia.

22 Regens ciuitatem habetur loco principis.

23 Dispositionē non inducit quod lege cautū nō est.

24 Dictio, libera potestas, nō tollit iuris solennitatē.

25 Princeps non vult vnico verbo totam iuris machinam destruere.

26 Iudex non potest denegare reo defensionem prætextu alicuius liberi arbitrij.

27 Potestas habens generale arbitrium an possit torquere non præcedentibus indicijs.

Modus in torquendo seruandus.

28 Potestas Iudici libera in maleficijs data qualiter limitanda.

29 Iudex liberum habens arbitrium in procedēdo an teneatur seruare instantiam.

30 Iudex æquitatem seruare debet etiam in his quæ arbitrio suo committuntur.

31 Confessus spontè non potest opponere de inepti-tudine, vel inualiditate libelli.

32 Inquisitio succedit loco libelli.

33 Inquisitio non præcedentibus indicijs an formari possit.

34 Actio

54 Actio ciuilis ex delicto vbi nõ oritur parti, nec actio, vel inquisitio criminalis oritur reipublicæ.

55 Iudex non potest agentem audire, quem scit ius non habere.

56 Furtiuè res suas accipere ab iniusto detentore an liceat.

57 Creditor creditũ probare nequiẽs, an debeat bona debitoris ad satisfactionẽ quomodocunq; capere.

58 Iudex cõtra occisorẽ banniti inquirens an debeat quemlibet admittere pro defensione homicidæ.

59 Iudex inquirens quid obseruare debeat.

60 Inquisitio de auxilio an valeat, nisi prius iudici cõstet de principali delinquẽte. Et quid si non apponatur verbum assistendo, nu. 42. & 77.

63 Inquisitio in qua dicitur, alterum alteri prẽstitisse auxilium, an valeat si sint plures.

64 Dictio alter, a, um. in duobus tantùm verificatur.

65 Auxiliatores alicuius delicti ad hoc vt aliqui dicãtur, quid requiratur.

66 Quilibet in congregatione tenetur de proprio facto, nisi tulerit auxilium.

67 Ciuitas quando ex delicto teneatur.

68 Casualia non consideranda, sed præcogitata. Et an in dubio præsumenda. nu. 61.

69 Testis dicẽs casualiter se homicidã an puniendus.

70 Auxilium ad hoc vt sit punibile, quid requirat.

75 Associans post delictum an faciat præsumptionẽ occulti auxilij, per quam cogatur probare contrarium.

76 Auxilium prẽstasse an dicatur, qui armatus in malefi. assistit licet arma non moueat. Et an dicatur vim cum armis intulisse, 57. & 60.

78 Auxiliari an dicatur ille ex cuius prẽsentia aggressus redditur timidior.

79 Clericus incitans pugnantes fit irregularis, si fiat homicidium.

80 Auxilium præstari an dicatur acclamando contra eum qui offenditur.

61 Auxiliatori non nocet ficta confessio principalis contumacis habiti pro cõfesso ex forma statuti 74
64 Iudex Inquirens de auxilio quid dicere debeat.
65 Auxiliator ad delictum non punitur non sequuto delicto.
66 Auxiliator an possit agere actione mandati, vel ex stipulatu aduersus delinquentem, qui promisit damna reficere.
67 Auxiliator tenetur de pace violata, sicut principalis. 76.
68 Auxilium præstare an dicatur, qui bannito pecuniam præbet, & qui in aduocando, vel fideiubendo, & nu. seq.
70 Auxiliator an veniat puniendus pœna statuti de committente maleficium.
71 Auxilium quot modis præstetur.
72 Auxiliator plurium an teneatur vna pœna tantũ, Et an, & quando mitius puniatur quàm principalis remissiue, numero 73.
Et an probationes contra principalem noceant auxiliatori. num. 75.
78 Verbũ, pertinere, qualiter stet, & quid cõprehẽdat.
79 Inquisitio furti an valeat per verbum, substraxit, sine dictione furto.
81 Iudex an possit inquirere post datum terminum ad accusandum. & cur. nu. 82.
83 Inquisitio an requirat solennitates, quæ in accusatione requiruntur.
84 Pœna legalis quando possit per iudicem ex causa minui, vel mutari.
85 Statutum, quòd post sex menses non possit de maleficio cognosci, qualiter intelligendum.
86 Præscriptio currit ignoranti, Et habet tempus continuum, nisi specialiter contrarium cautum reperiatur. nu. 87.
88 Tẽpus omne est continuum vbi de odio finiendo agitur.
89 Actio omnis habet tempus continuum, si aliud nõ dicatur. 90 Iu.

90 Iudex originis an possit inquirere de delicto commisso in alieno territorio.

91 Delictum eiusdē hominis non debet sæpius queri.

92 Inquisitio an cesset, si pendente inquisitione superueniat accusator.

93 Iudex an possit formare inquisitionem contra socium criminis propter dictum socij criminis.

94 Iudex iniustè inquirens tenetur ad sumptus litis. Et quid si ad syndici denunciationem malè inquirat, an faciat litem suam. nu. seq. & 98.

96 Indicia releuant iudicem quantumcunque iniustè inquirentem.

97 Probatio semiplena an & quando releuet accusatorem à calumnia.

99 Testes examinati extra iudicium per syndicum super inquisitione ipsum excusant.

100 Iudex an possit reo statuere inducias vt respōdeat.

COnstante verò ipsi iudici de maleficio cōmisso, non tamē potest securè nec debet ipse iudex procedere ad capturā alicuius asserti Rei, nisi primo contra eum, quem vult capi facere præcedant indicia, quoniam regulariter indicia † debent præcedere captu- 1
ram, vt habetur in l. 1. in princip. ff. de quæstio. & in l. pe. vbi est gl. no. in ver. Innocentia. C. eod. titu. & habetur per scribētes in Clem. j. de homi. de quo latiùs dixi in d. l. j. in princ. in 2. colum. ff. de quæstio. vbi etiam posui aliquos casus in quibus deuenitur ad torturam sine indicijs, de quibus etiam habetur per Aug. de Ari. in suis add. ad tra. Ang. de Are. super malefi. in ver. fama publica. in 11. char. in addit. inc. tu aūt adde quòd. Gandi. in tract. suo maleficiorum, in rubri. de quæst. & tormen. in ver. Nūc videndum est, quo ordine sint habenda tormēta. Attamē regulariter nō deuenitur ad capturā nisi præ- 2
cedant indicia vt dixi, † imò etiā in crimine læsæ maiestatis non potest deueniri ad capturam, nec torturā, nisi præcedant indicia secundū Bal. post gl. in l. si quis alicui. C. ad le. Iul. maiest. Et ratio quare indicia debent præce-

5 dere capturam poteſt eſſe: † quia qui facit aliquem capi, qui poſtea apparet innocens, debet puniri ad ſimilitudinem ſupplicij, ſecundum Bald. in l. 2. in fi. C. de his qui latr. occul. vbi dicit, quòd ratio eſt: quia innocens nõ debet, nec in ſumptibus, nec in aliquo vexari, nec grauari,
4 vt ibi per eum. in cauſa autem ciuili, qui † facit aliquem capi indebitè, tenetur actione iniuriarum, per quam etiam conſequitur damnum. l. pe. vbi per ſcribentes. C. qui bonis ce. poſ. & habetur in l. ſi creditores in fin. de priui. credito. & in l. ſi vero. §. j. ff. qui ſatiſd. cogan. & not. Bal. in l. fin. in §. & ſi præfatã. C. de iure delibe. & Ange. in l. nemo carcerem. C. de exac. tri. lib. 10. quos refert & ſequitur. Alex. in conſ. ſuo 17. inci. requiſitus in cauſa. pe.
5 col. in 6. volu. † Fateor tamen quod ſi vult iudex, poteſt in iſtis criminalibus incipere à captura perſonæ, ſecundum Bal. in l. 2. C. de his qui latr. & Ang. in l. item apud Labeonem. in §. quæſtionis verbo. ff. de iniu. & in auth. vt iu. ſine quo. ſuſ. in §. ſcientes. & ideo dixit Sal. in l. nullus. C. de exhi. re. quòd in malefi. Iudex ſtatim poteſt capere malefactorem præhabita aliquali informatione. quod etiã dixit Bal. in Reper. ſuo in ver. Iudex. in 2. col. in ver. Iudex in criminalib. &c. vbi alle. ad hoc glo. quã dicit not. ad hoc in l. ſed & ſi is. in ver. nemo extrahi. ibi, ſecus in criminali &c. ff. de in ius vo. Sed poterat ad hoc alle. tex. no. in c. ſi clericos. extra de ſen. excom. in 6. de quib. etiã dixi in l. j. in prin. in j. col. ff. de quæſt. & in ſingu. meo 92. incip. iudex &c. de quo etiã vide per Alexã. in conſ. ſuo 240. inci. perſpectis &c. in j. col. in fi. 6. vol. Et ſcias quòd etiam in vno caſu licitũ eſt iudici, etiã nõ præcedentibus aliquibus indicijs capere reũ inculpatũ, & hoc quando talis aſſertus reus eſſet ſuſpectus de arripiendo fugam, vt quia cõponeret ſarcinulas, vel ſe ꝑpararet aliter ad fugam: & ſic quando periculũ eſſet in mo
6 ra: quo caſu iudex eum licitè † capi faciet ſine metu pœnæ ar. tex. & quæ ibi habẽtur in l. ait prætor. in §. ſi debitorẽ. ff. de his quæ in frau. cred. Pro quo faciunt dicta per Bal. in c. 2. §. ſi quis vero. in 2. col. de pace iura. fir. & in c. dilectus. in 3. col. de app. Nec eſt hoc inconueniens,

† quia

†quia quando res est tempore peritura, & periculũ est in mora, conceduntur à iure plura, quæ aliàs non concederentur. Et ideo dixit Bart. in l. Seius, & Augerius. ff. ad leg. Fal. quòd sententia est ferenda ad instantiã partis, alias non valet. dicit tamen ibi Bar. quòd hoc fallit, nisi iurisdictio sit tẽpore peritura: quia tunc iudex poterit ferre sententiã etiã sine requisitione partiũ: quod dictũ refert & sequitur Barb. in c. cõsuluit. in 3. colu. de offic. deleg. Et facit tex. in l. pro hærede § j. ff. de acqui. hærc. vbi dicitur, quòd licet se immiscens hæreditati, & vendens res hæreditatis videatur velle adire hæreditatẽ: fallit tamen nisi alienaret res hęreditarias tempore perituras. & illum tex. dixit ad hoc sin. Io. de Ana. in c. fi. in 5. col. de accus. vbi etiã subdit, quòd licèt res litigiosa, & sequestrata non possit regulariter alienari, tñ fallit, nisi talis res sit tẽpore peritura, quia poterit tũc alienari. alle. l. si oleũ; & quod ibi voluit Bar. & Bal. ff. de dolo. Pro quo etiã facit auth. si oẽs. C. si se ab hære. absti. & l. Arist. ff. de iur. deli. Et facit etiã, †nã magistratus temporales durãte officio nõ possunt conueniri. c. prohibentur. 2. q. 1. l. pars literarum. ff. de iudi. l. 2. ff. de in ius voc. & facit c. aduersus. §. fi. iuncta gl. pe. de immu. eccle. cõpelluntur tñ præstare cautionẽ de respõdendo finito officio, vt dicit tex. in l. si adulteriũ cum incestu. §. fi ff. de adul. & voluit gl. in d. c. prohibentur. in ver. magistratũ. attamen hoc fallit, nisi actio sit tẽpore peritura, quia tũc tales magistratus coguntur susc ipere iudiciũ vsq; ad lit. contest. l. Senatusc õsulto cauętur. ff. de offi. præsid. & ita tenet Saly. in l. iubemus. C. ad leg. Iul. repe. de quo etiã p Bart. in l. nec magistratus. ff. de iud. & ibi p Ang. & per doct. in c. legebatur. de ma. & obe. & in §. si quis autem. & in §. necessitatem. in auth. vt iud. sine quoquo suf. in auth. vt diff. iud. in §. si tamen. Et adduci etiã potest quod voluit d. Anto. in c. fi. extra de iureiur. in 6. col. & Lu. Ro. in l. si vero. in §. de viro. in 54. fal. ff. solu. matr. vbi dicũt q; testes † examinati in mortis articulo per notariũ etiã sine cõmissione iudicis propter angustiã tẽporis faciũt aliqualẽ præsumptionẽ. Et facit gl. no. in c. pastoralis. §.

2. in verbo præterquam in mortis articulo. de off. ord. q̃ dixit quòd propter neceſſitatem quando res eſt tẽpore
10 peritura, vt quãdo quis eſt ſtatim moriturus, quod † tũc laicus poteſt confiteri peccata ſua laico. quod etiã voluit glo. in c. 2. in vl. glo. de pœ. & remiſ. in 6. & glo. in c. cũ inferior. in j. glo. de ma. & obe. & glo. in c. vnũ in §. nomine autem criminis. in verſi. quia facilè. 25. diſt. Et hoc etiam voluit tex. in c. quem pœnitet de pœ. diſt. 1. & tex. in c. qui vult. de pœ. diſt. 6. Et facit etiã ad prędicta quod voluit Bal. in c. j. in vlt. verbis. in ti. qualiter debet iurare vaſal. ibi dixit: quòd ſi ſunt duo domini eiuſdẽ caſtri, & vnus ipſorũ committat delictũ, q̃ alter nõ poterit eũ punire de tali delicto, cũ par in parẽ nõ habeat imperiũ: vt in l. ille à quo in §. tempeſtiuũ. ff. ad Treb. cũ ſi. Hoc tamen fallit ſecũdum eum, niſi periculum ſit in mora: quia tunc poterit eum punire. Et facit l. diuus Pius. ff. de pet. hære. & c. licet. extra de fer. & faciũt dicta per Bar. & Bal. in l. minorẽ. C. de tranſac. vbi dixerũt, q̃ licèt ſentẽtia debeat ferri de die & nõ de nocte per tex. in §. ſedebũt. in authen. de iudi. & in c. conſuluit. de off. deleg. cũ ſi. Iſtud fallit. niſi iuriſdictio iudicis eſſet tẽpore peritura, quia tunc poterit ferri de nocte. & idem tenet Bal. in l. caſus. C. de teſta. & voluit Bar. Bald. & Ang. in l. more Romano. ff. de fer. licet aliter loquatur Io. de Imo. in d. c. conſuluit: Item facit etiam: nam licèt iudex non teneatur facere copiam ſui de nocte, vt habetur in d. §. ſedebunt. Iſtud tamen non habet locum vbi periculum eſſet in mora. Ita habetur in l. j. §. dies. coniuncta gl. ff. quando ap. ſit. & facit quod voluit Lud. Ro. in cõſi. ſuo 454. incip. in repſenti circa 4. col. in ver. vlt. vbi dicit, q̃ quando periculũ eſt in mora, poteſt interponi ſecundũ decretũ etiã contra non latitantẽ: & dicit q̃ iſta eſt ſing. determinatio Io. An. in c. conſultationib. de offi. dele. qđ ſecundũ eum valde cõmendat Bald. in c. 1. in 7. col. in tit. de mil. vaſ. qui contu. eſt & facit no. verbũ Old. in cõſi. ſuo 65. incip. hic agitur. in 2. col. in ver. præterea. vbi dixit, q̃ in caſu, in quo aliâs de iure requiritur citatio partis q̃ relaxatur ipſa citatio, & valet actus, quando periculũ

eſt

est in mora, & facit etiam quod voluit Pet.de Ancha.in consil.277.incip.ex prædicta.in vlt.col. vbi dixit, quòd † contemni potest statutum, lex, vel canon si in eius ob. 11
seruantiam mora affert periculum. all. l.de pupillo. §. præterea generaliter ff.de oper.no.nun.& c. fi. de iud. & c.licet.de fer. Et faciunt etiam optimè dicta per Lu. Ro.in repe.l.si vero.in §.de viro.in 40.fal.ff. so.mat.vbi adducit ferè omnes text. loquentes de periculo moræ. Et faciunt etiam dicta per Ang.de Are.insti. de leg.agn. tu.in prin.in vlt.col. ver. vlt.scias. vbi dicit, quòd antequàm tutor possit administrare bona pupilli requiruntur quatuor, attamen dicit ipse, quòd si aliquæ res pupilli sunt tempore perituræ, quòd poterit ipse tutor administrare tales res, etiam non præcedentibus illis quatuor requisitis. Et dicit Ioan.de Imo in Cle. 1. in 8. col. de procu. q̃ in causis, in quibus procurator nõ potest præcisè compelli ad defendendum dominum, quòd tamen hoc fallit quandò res domini esset tẽpore peritura, quia tunc posset præcisè compelli eum defendere. Et faciũt etiam dicta per Fel. in c.cùm accessissent. de cõstit. in 10. col. vbi ponit aliqua no. dicta circa hanc materiã & per Iaſ.in repe.l.admonendi.in 86.col.ff.de iureiurand.& l. vinum.in 3.colum.in ver.primo probo &c.ff. si cer. pet. vbi plura not.in hac materia adducit.& in l.1.§.sed excipiuntur.ff.de fer. Et faciunt quæ ego latissimè dixi in l.1.C.de except.rei iudi.in prin.& in repeti. mea l. fi. in 10.char.C.de proba. Redeundo modò ad propositum, quandò non est periculum in mora iudex communiter antequã faciat capere reum, recipit primo indicia contra ipsum reum, nam damnum passus, seu accusans dat iudici testes, qui deponunt cum iuramento illud, quod sciunt de ipso furto, vel homicidio, vel alio delicto: & notarius maleficiorum scribit dicta ipsorum testiũ non in libro authentico maleficiorum, sed in quadam Vacheta seu bastardello, quæ dicta seu indicia sunt multiplicis generis: Nam aliqui testes deponũt de ipso maleficio immediato, aliqui verò deponunt de aliquibus circunstantijs remotis ab ipso maleficio: nam aliqui di-

cunt: vidi eum vulnerare Titium: alius dicit, vidi eum abfugientē cum gladio euaginato, vel ſanguinolento: alius dicit, audiui eum ante illud vulnus illatum dicere, intra pauços dies faciam vnam meam vindictam: vel faciam aliquem malè cōtentum, vel faciam dici de me, vel breuiabo iter alicui, vel ſimilia. Vel ſi loquamur in materia furti, vnus teſtis dicit: Titium furantem talem veſtem: alius dicit, vidi Titium exeuntem talem domū, in qua fuit commiſſum furtum cum vno fardello ſub brachio, vel vidi ipſum vendere in occulto vnam veſtē: vel vidi eum pignori tradere, vel deponere talem veſtē apud talem: alius dicit, vidi talem ſchalam, vel talē rem, vtputa inſtrumentum ferreum aptum ad rumpendum, vel per vim aperiendum apothecas, vel capſas repertū in loco furti commiſſi in domo talis perſonæ: alius teſtis dicit: reperi illa nocte, qua fuit commiſſum furtum Titium prope illam apothecam: & ſimilia dicunt, & idem in alijs criminibus & delictis. Et poſtquàm examinati ſunt tales teſtes, & recepta ſunt talia indicia, tūc iudex facit capere reum inculpatum de tali delicto. Poſtea çontra eum ſiç captum, format inquiſitionem ipſius delicti ſecundùm formam traditam ab Ang. de Are. in tract. ſuo malefi. in prin. Et illa formata iudex facit ducere reum coram ſe, & notarius ibi ad banchum iuris legit in vulgari dictam inquiſitionem reo: & illa ſibi lecta iudex interrogat reum, an vera ſint çontenta in ipſa inquiſitione: & tunc aut reus confitetur, aut negat. Et de vtroq;, ſcilicet, quādo negat, vel cōfitetur videbimus latè infra. Sed antequàm intrē talē materiā, aduertas diligenter quòd licèt iſtis moderni s temporibus multi iudices minùs docti & minus practici procedāt ad formandam inquiſitionem, vt ſupra dictum eſt: tamen non poteſt de iure ſic procedi, nec poteſt inquiſitio tali modo formari, alijs non præcedentibus vel cōcurrentibus. Et ideo teneas menti ne erres, q̄ plura ſunt, quæ debēt præcedere inquiſitionē, quæ ſi nō præcedunt, reddūt ipſam
12 inquiſitionem & proceſſum nullum & inualidum. † Et primò fama ſeu infamia ipſius Rei debet præcedere inquiſi-

quisitionem, aliàs inquisitio nō procedit. tex. est in cap. qualiter & quādo. de accu. & habetur in c. inquisitiōis. eo. tit. & in c. 1. & 2. eod. tit. lib. 6. & in c. licet Hely. de sim. & in can. Deus omnipotens. 2. quæst. 1. in prin. & voluit Spec. in tit. de inquisi. in §. 1. in prin. & Bart. in l. cōgruit. ff. de offi. præsid. & Bald. in tit. de pac. constan. in §. damna. circa fi. & Alexan. in consi. 120. incip. viso ꝓcessu. in princ. in 7. vol. & Saly. in l. quòd promulgastis. C. de offic. præfect. vrb. per illum tex. & Rapha. Cum. in consi. suo. 130. incip. quo ad primū. in princip. vbi not. loquitur. Et intantū est verum hoc, quòd inquisitio nō procedit cōtra non diffamatum, quòd licet testes producti super tali inquisitione probent crimen cōtentum in ipsa inquisitione, de quo inquisitus nō erat infamatus: tamen tales testes illi inquisito non præiudicant, nec ex eorum dicto condemnabitur. ita not. dixit Spec. in tit. de inquisitio. in §. nunc videndum. in 3. colum. in prin. quem refert & sequitur Bal. ibi, in addi. in vlt. versi. de quo est tex. clarus, & apertus, quem ipsi non allegant in c. inquisitionis. in §. tertiæ dubitationis. de accus. Pro quibus faciunt optimè dicta per Bald. in c. 1. de offic. or. per illum tex. vbi dixit, quòd si statutum dicit ꝙ potestas in criminalibus liberè possit inquirere, quòd tamē per hoc non poterit inquirere nō præcedēte infamia? & idem dixit Io. And. in c. cum oporteat. post principium. de accu. Et illud dictū Bald. in d. c. 1. de offi. ord. refert, & approbat Iaf. in l. milites. C. de testa. mili. vbi etiam subdit, quòd licèt Papa mādet inquiri in genere contra delinquētes, tamē hoc mandatū Papæ debet intelligi & limitari, fama præcedēte & nō aliter. Et facit etiā ad prędicta: nam nō valet † statutū superioris, quòd possit inquiri de aliquo delicto cōtra nō diffamatū. ita no. dixit Car. in Clem. 1. in vlt. col. in vers. nonò quæro. de offic. ord. Pro quibus faciūt optimè: nam licèt reus inquisitus confessus fuerit sponte, vel in tormētis aliqua crimina, de qbus ꝑcedebāt indicia cōtra eū, tamē nō poterit vigore cōfessionis suæ interrogari † de alijs delictis, de quib. nō extāt indicia aliqua cōtra eū. ita dixit Ang. de Are. in tract. 13 14

tract. malefi. in verbo, fama publ. in vlt. versi. & Alex. in consil. 175. incip. viso themate. in 2. col. & do. Bartho. Cep. in consi. 39. incip. Lucius. in 11. col. & Gand. in trac. suo malefi. sub rub. de quæst. & ter. in 4 c l. in vers. sed quid si persona &c. & in vers. ibi seq. incip. sed quid de quæstione quæ tota die occurrit de facto &c. licet ibi dicat, quòd de consuetudine Italia seruat contrarium, tamen hanc consuetudinem bonis iuribus & rationibus reprobat do. Aug. Ari. in add. suis ad Ang. de Are. in tracta. malefi. in verbo, fama pub. in d. vlt. versi. vbi multũ
15 not. loquitur. Sed vltra do. Aug. in dicto loco facit. †nã licet nedũ Gand. sed etiam glo. quæ est maioris autoritatis dicat aliquid de consuetudine seruari, tamen illa consuetudo probari non debet, si est cõtra ius commune. ita dixit Bald. in l. si is qui. §. in in lectu. antiqua. ff. de pig. & Bald. in l cõsentaneum. in 5. oppo. C. quo modo & quando iud. Pro quo faciunt dicta per Ioann. de Imol. in l. 1. in §. nuntiatio. col. 3. versi. tu potes dicere. ff. de oper. no. nun. Et dixit do. Alexand. in l. post dotẽ. co. 10. versi. & iuxta hoc quæri posset. ff. so. mat. se putare ꝙ si plures, & plures docti affirmarent in lecturis suis ita de consuetudine seruari, quòd eis non creditur, quia nõ reperitur iure cautũ, quòd eorum voce motus cõsuetudo probetur, quæ est facti, vt in l. 2. C. quæ sit long. consue. quæ omnia ponit Soc. in suo consi. 97. incip. præsens consultatio &c. in antep. col. in 3. vol. Sed vltra Soc. dicas tu quòd idem tenuit Pau. de Cast. referens Ray. in l. Titia. ff. de sol. & do. Fran. de Are. in consil. suo 133. incipit. in causa quæ vertitur inter homines & commune in 2. col. & etiam in 3. ibi seq. & idẽ affirmat Ias. qui latè loquitur circa hoc in l. de quibus in pen. col. ff. de legi. vbi refert aliquos tenere contrarium, quos tamen reprobat affirmando dictam opinio. de quo vide etiã Ias. in l. fructus. in ante col. in ver. adde quòd cùm ista ff. so. mat. & in repe. l. admonendi. in 54. col. post me. ff. de iureiur. & per d. Bar. Cep. in consi. suo 39. incip. Lucius. in 4. col. & Soci. in consil. 67. incip. visis inuestituris. in 9. colu. & do. Par. de Pu. in tract. synd. in 39. char. in 2. col.

post

post princi. & do. Roc.de Cur.in c.fi.in 69. colu. extra de consue.& do.Phil.Deci in consi.165,incip viso tenore.in vlt.col.versi.non obstat vlt. & in consi.142. incip. & pro tenui facultate in princip.& ibi in 3.col.in prin. vers.nec obst.quòd doctori asserenti ita esse de consuetudine credatur,& in consi.285.incipi. & pro tenui &c. in fi.Et scias quòd licet in inquisitione dicatur fama publica præcedente,quòd per talia verba non probatur fama, nec talia verba sufficiunt ad essentiam famæ, nisi aliter probetur ipsa fama. † Ita dixit Raph. Fulg.in cō- 16
sil.suo 107.incip.super eo.in 2.col. & in consi.136. incip. in causa criminali in vlt.col.& Ioan. de Ana.in consil. 59.incip.visa inquisitione.& do.Phil.Deci.in cōsi. 170. inci.viso themate.in 1.col.versi.sed prædictis nullo modo obstantibus,& in consi.189 incip.lætatus sum. in vl. colum.ver est ergo videndum. Pro quo optimè faciunt quæ ego dixi in l. 1. §.si quis dicatur.in 2.col.ff.de quę
stio. Item scias etiam quòd † inquisitio corruit si pro- 17
betur de bona fama inquisiti.ita not. dixit Rapha. Cū. in consi.suo 135.incip.ad primum.in 2.col.de quo latius dicam infra in materia indiciorum. Sed an possit re
us interrogari † de socijs de quibus aliqua non sunt in- 18
dicia.vide do.Flo.in l.ait lex. §.idem Iulianus. ff.ad leg. Aqui.& vide quę dixi in l.repeti.in 8.col. ff de quæstio. & in l.vnius.in §.cogniturum.in 14.col eo.tit.& vide Ang.de Are.in tracta.malefi.in verb. Semproniū mandatorē,in 2.col.in versic.& benè not. & in verbo, fama publica,in 14.char.in ver.quæro aliquis.vbi dixit, quòd confessus delictum potest poni in carcerem solummodo propter hoc,vt manifestet consocios, & mandantē. & vide do.Lud.Bo.in cōsil.suo.8.in 4.col. in princip.& do.Phil.Dec.in consil.389.incip.lætatus sum.in 6.col.& Bal.in Marg. sua in verbo, confessio. in 2. versi. & vide Ia.de Bel.in sua practica iudiciali causarum criminalium.sub rub.de q̄st.& quali.tor. in 11.col. vbi ponit plures casus in quibus reus de se confessus potest interrogari de consocijs. Supradictam tamen conclusionem

quòd

quòd fama seu infamia debet præcedere inquisitionē, restringe, secundū Ang. de Are. in tracta. malefi. in verbo, fama publica. in 2. verfic. incip. & tene menti, quòd tempore &c. vbi dicit, quòd si contra Titium non laborat diffamatio, tamen sunt indicia contra eum, licèt cōmuniter reputetur bonus, tunc credit quòd si sunt indi-
19 cia contra eum, quòd potest inquiri, † quia indicia sunt loco diffamationis, & dicit, quòd ita declaratur in d. c. qualiter & quando, extra de accu. Et hanc opinionē sequitur, d. Ang. de Ari. in suis additionib. dicēs, quòd fortiora sunt indicia super veritate quàm diffamatio, quia per indicia deueniūt ad torturā, vt habetur in l. 1. in §. 2. & 3. ff. de quæst. & in l. fi. eo. tit. quod est fortius: ergo per indicia potuit fieri quod minus est, s. inquisitio. Præterea dici nō possunt esse indicia super veritate, quin in ipsis nō cōtineatur diffamatio ipsius rei, quādo indicia sunt propinqua & non remota, vt declarat Bart. in d. l. fi. ff. de quæstio. Ita resident do. Au. vbi supra. Mihi autem videtur quòd ista limitatio & restrictio sit vera, si præcedant indicia propinqua de ipso maleficio. quia ex talib. indicijs propinquis nō potest dici quòd non cōstet de infamia ipsius rei vt de se patet: secus autē dicerē vbi præcederent indicia meditata & remota ab ipso maleficio: quia ex talibus indicijs remotis & mediatis non potest rectè dici quòd oriatur infamia rei de malefi. sed potius quædā suspicio. Et similiter dico idē esse vbi solum adesset vnus testis qui deponeret de maleficio propinquo: nam isto casu non posset dici, quòd tale indicium esset loco diffamatiōis, cum ipsa infamia seu diffamatio non possit probari nisi per duos testes ad minus, iuxta regulam: quòd in ore duorū vel trium stet omne verbum. c. in omni negocio. extra de testib. l. vbi numerus. ff. eod. Et ideo cum indicia subrogentur loco diffamationis. debent sapere eius naturam & probari per duos testes. ar. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. & l. si donante. §. si sponsus. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. filiæ. §. Titiæ. ff. de cond. & demonstra. cum simili. Item dictam conclusionem quòd infamiā debet præce-

dere

inquisitionem, dicas esse veram regulariter, sed tamen
fallit in aliquibus casibus quibus potest iudex † proce- 20
dere ad inquirendum non præcedēte infamia vel diffa-
matione, quos casus ponit Ang. in repet. l. si vacantia. in
19. col. ver. quartò quæritur &c. C. de bon. va. lib. 10. &
eos refert & sequitur Ang. de Are. in tract. malef. in ver-
bo, hæc est quędā inquisitio. in ver. quartò principaliter
quæro &c. Et inter alios casus vnus est, quando inquisi-
tio fit parte præsente & non opponente de præcedente
infamia: nam tunc valet & tenet inquisitio non præce-
dente infamia. alle. ad hoc q̄ habētur in c. 2. de accu. in 6.
Alius est casus secundū Ang. in d. l. si vacantia. in 19. col.
videlicet, quando inquisitio formatur contra cōfessum
crimē spontè, quia hoc casu valet inquisitio infamia nō
præcedēte. alleg. not. in c 1. de accus. in 6. quod dicit Ang.
esse multū not. Item fallit etiam secundùm eum, in in-
quisitione generali, quæ fit ad inuestigandum facino-
rosos homines, de qua habetur in l. congruit. ff. de offic.
præsid. & in c. 1. de offic. ord. & in c. irrefragabili. eod. ti.
& 10. quæst. 1. in c. placuit. & in c. excommunicamus. de
hæreti. & dicit quòd hoc etiā voluit Host. in sum. de ac-
cu. & in d. c. qualiter & quando. Et per ista dicit Ang. vbi
sup. patet quòd syndicatores potestatis vel capitanei, &
eorū officialiū possunt cōtra eos inquirere de delictis p
eos cōmissis in eorum officijs nō præcedente fama vel
infamia publica, nec clamorosa insinuatiōe: & dicit ipse
Angel. quòd ita seruatur de consuetudine.

Aliū etiam dicit esse casum videlicet, vbi inquisitio
fit ad publicam vtilitatē in causa merè ciuili & pecuni-
aria. alleg. quæ habentur in d. l. si vacantia. & C. de bon.
proscrip. l si quis intra. Aliū etiā dicit esse casum: quòd
valeat inquisitio nō præcedente infamia, videlicet vbi
per inquisitionē proceditur ad denuntiationē publici
officialis, vt habetur in l. ea quidem. C. de accusa. in c. 1.
de offi. ordina. & in c. 1. in §. fi. de offi. cust. & dicit, quòd
ita tenet Host. in d. c. qualiter & quādo. Item dicit quòd
alius est casus, videlicet, vbi iudex inquirit ex mero
& puro officio suo, & non ad postulationem alterius,

vt

vt habetur ſecundùm eum in c.1.de offi. ordi. Et ideo ſubdit ipſe Ang. quòd cauti debent eſſe rectores terrarum, vt cùm formant inquiſitionem contra aliquem, ſemper dicant: Hæc eſt quædam inquiſitio, quam facit talis contra talem ex mero ſuo officio, quia tunc nõ tenetur dare copiam diffamationis. Item dicit etiam Ang. in d.l. ſi vacantia, rn 9.colum. quòd fallit etiam in alio caſu, videlicet, vbi iudex inquirit ex neceſſitate ſui officij, vel vbi vertitur periculum animarum, vt not. in cap. ad noſtram. el 2. de iureiurando. & in c. non eſt. de ſponſ. & in c. cum nobis. §. pen. de electio. & dicit quòd ita tenet Hoſti. in dicto capite qualiter & quando. Et dicit poſtea Ange. quòd ex prædictis patet generaliter doctrina. An & quando formatur ſpecialis inquiſitio, ſit neceſſe quod diffamatio præcedat: & dicit quod vbicunque inquiſitio formatur ad poſtulationem alterius, & non ex neceſſitate officij, neque ad denuntiationem alicuius officialis, & in eo quo non vertitur periculum animæ, tunc ſemper eſt neceſſe, quod præcedat diffamatio: ſed in alijs caſibus ſuperius adductis nõ requiritur præcedentia diffamationis, ita finaliter reſidet & concludit Ang. in d.l. ſi vacantia in 19.col. C. de bon. va. lib. 10. Ego autẽ circa hos caſus adductos per An. dico quod alius eſt etiam caſus, quem ipſe non ponit, in quo valet inquiſitio infamia non præcedente: qui caſus eſt, quan-
21 do † inquiſitio emanat de conſcientia principis: quia tũc valet etiam infamia non præcedente, ita dixit Bald. in l. nullus. C. ad leg. Iul. maieſt. vbi ad hoc alleg. Inno. in c. cum oporteat. de accu. Et idem dixit glo. no. in c. 2. de accu. in 6. quæ ſimiliter ad hoc alleg. Innoc. in d. cum oporteat. & idem Ang. de Are. in trac. malefi. in verbo, fama publica. in 3. verſi. incip. aduertendum autẽ eſt &c. vbi alle. Bald. in d.l. nullus. & Inno. in d. c. cum oporteat. Et ſubdit Ang vbi ſupra. quod debet notare iudex ex idis, vt quando crimen eſt atrox, & non habet ita vrgẽtia indicia, quod tunc iudex faciat inquiſitionem de conſcientia regentis ciuitatem, & faciat hoc apparere in
22 actis: quia † regens ciuitatem habetur loco principis, ſecundùm

cundùm glo.& Cy.in l.fi.C.de præscrip.long.temp.& Bart.in l.hostes.ff.de capt.& hoc modo dicit Ang.quod non poterit dicta inquisitio annullari ex hoc.quod fama & indicia non laborent contra inquisitum. Ita resi. det Ang.in d.ver.aduertendum tamẽ est. Pro quibus faciunt dicta per eum in d.tract.in verbo.che hai tradito la tua patria.in 2 ver.incip.quæro aliquis &c. Itẽ quod valeat inquisitio non præcedente diffamatione quando fit ex conscientia principis, firmauit do.Barth. Cep. in consi.suo 17.inci.visa in vlt.col.ver.Et maximè cùm dicta inquisitio. de quo ego dixi satis latè in sing. meo 14. inci.ad hoc vt inquisitio &c.ad quod vide etiam aliqua per Alex.in consi.34.inci.visis &c. in 1. col.in 6.volum. Hanc tamen cõclusionem limita & intelligas procedere quandò inquisitio formatur de mandato seu ex conscientia principis ex motu proprio ipsius principis: nam tunc non requiritur diffamatio, nec alia, sed secus si ad postulationem alterius princeps hoc mandat, quia tunc debet præcedere diffamatio. ita dixit glo. sing.in d.c. 2. in versi.fuerat.extra de accusi.lib.6. quæ à scribentibus communiter approbatur. Item intelligas etiam prædictam conclusionem esse verã, & procedere, quando princeps affirmat ad suam notitiam peruenisse quod talis deliquit, & ita loquitur Innoc. in d. cap.cùm oporteat. vbi etiam dicit Ioã.And.quòd hoc casu requiritur quod princeps hoc assertiuè dicat sibi constare, aliàs non videtur sibi remittere, quòd nõ debeãt primò recipi testes super infamia.ita not.dixit do.Alex.in consi.suo 171.inci. in causa anglorũ.in pen.col.in 2.volu. quod est verè singulare & no.cum sæpe contingat in facto: & nunc est in facto in hac ciuitate Bononiæ mihi patria. Et idem dixit do.Phil.Dec.in consi.175.inci.in causa falsitatis &c. in 2.col.ver.secundo principaliter nullitas processus.& in consi.170.inci.viso themate.in 2.col.vers. non obstat &c.& in consi.189.incip.Lætatus sum &c.in vlt.colum. versi.nec obstat, quòd quãdo inquisitio formatur.& do. Fely.in c.1.in 5.col.de rescrip.& do.Phil. Deci.in consil. 256.inc.in causa inquisitionis.in vlt.co.ad fin.vers.Non

obſtat quòd formata fuit inquiſitio. Et vide etiam alias limitationes ad doctrinam Innocen. in d.c.cùm oporteat. & ſequa. quas ponit Spec. in tit. de inquiſi. in §. nũc tractemus. verſi. hoc autem not. & ibi Ioan. And. in addit. & vide latius per Dominicum poſt Ioan. And. in d. c. 2. de accuſ. in 6. & per doct. in c. cùm oporteat. & quæ ego dixi in ſing. meo 14. inci. ad hoc vt inquiſitio &c. Modo redeundo ad caſus enumeratos per Ang. in d. l. ſi vacantia. C. de bon. vac. lib. 10. in 29. col. inquãtum ipſe dicit inter alia, ℔ quando iudex inquirit ex officio valet inquiſitio non præcedente infamia. & alle. c. 1. de offi. or. Ego dico quod in hoc Ang. non rectè loquitur iudicio meo, quoniã cõtra hoc dictũ faciunt plura dicta, & plura iura, & rationes. Et primo facit illud, ℔ ſup. dixi de infamia, quæ debet præcedere inquiſitionẽ: quam & Papa, vel Imperator cum eius mandato non poteſt tollere, vt volũt doct. quos ſupra adduxi ad hoc, quos nõ repeto cauſa breuitatis. Itẽ dico ℔ licèt Ang. pro illo dicto alleg c. 1. de off or. ℔ hoc ibi nõ ℔batur, vt patet. verbis illius tex. imo glo. & doct. ibi omnes, & maximè do. Ant. poſt Bal. innuunt contrariũ. Cùm ergo iſtud dictũ
23 lege nõ probetur: ergo viribus nõ ſubſiſtit: † erubeſcimus n. cùm ſine lege loquimur. l. illam. C. de coll. in §. conſideremus. in auth. de tri. & ſemiſ. & facit tex. in §. cùm igitur. ver. optimum. in authẽ. de non elig. ſec. nub. in ver. nec quælibet eſt lex aliquid tale dicẽs ex quo text. probatur, quòd illud quòd non eſt lege cautũ, nõ inducit diſpoſitionem. de quo tex. aliqua dicit Bald. in auth. ex teſtamento. in vl. col. C. de ſec. nup. ad quæ facit etiã l præuaricatiõis. §. fi. ff. de præua. & facit l. ſi ſeruũ quis. ver. non dixit prætor. ff. de acq. hæred. de quo etiam per Alex. in conſil. 396. inc. circa hanc dubitationẽ. in 5. col. & facit l. liberto. in §. Largius Euripianus. ff. de ann. le. c. inter corporalia. ante fi. C. de tranſ. epi. & faciũt dicta per do. Phi. Dec. in conſi. 55. in 6. col. in prin. & in conſi. 70. in fi. 1. co. & per Iaſ. in l. vinum. in 5. co. ff. ſi cer. pe. & in l. illam. in 3. co. C. de coll. Cùm ergo ille tex. allegatus ℔ Ang. hoc nõ dicat, ergo dictũ ſuũ nõ ℔cedit. d. l. ſi ſeruum

num quis.& l si quis stipulatus sit Stichũ aut Pamphilũ. in ver.quærentib.respiciendus erit sermo stipulationis. ff.de verb.obli. & l.fideiussores magistratuũ. §.pro Aurelio.in ver.lecta subscrip.ff.de fideiuss. & l.ad probationem.in ver.sed quẽ tenor designat. C.de prob.Et faciunt alia adducta per Barb.in d.consi.inci.circa hanc dubit in 5.co quòd consil.est insertum inter consil. Alexã. in nu.396 secundũ ord.meum.& est consil. 52.in 4.vol. Nec ob.prædictis si Ang. vel aliquis alius diceret quòd imò ille tex.d.c.1.de off.or.probat dictũ An.videlicet, ꝙ quando iudex procedit ex officio suo, videlicet inquisitio, infamia non præcedente,& hoc probat ille tex. ꝓpter verbum, liberam potestatem in eo positam. Quoniam respondeo hoc non esse verũ, eò quia glos.ibi tenet contrariũ, s. quòd præcedere debeat diffamatio, & dicit Bald. quòd si statutũ dicit, quòd potestas in criminalib. liberè possit inquirere, quòd tamen propter hoc nõ poterit inquirere infamia non præcedente, quod dictum refert & seq. Ias.in l.milites. C.de test.mil.& dixi etiam sup. Item dico quòd illud verbum, † liberam potestatẽ, 24
non tollit solennitates iuris secundùm dictũ Anto.in d. c.1.de off.or.vbi dicit, quòd in concessione liberæ potestatis nõ videtur dari potestas ad aliquid faciendũ contra iura, sed videtur restricta ad limites iuris, & idẽ dicit Io.de Imo.ibi. Et idem firmat ibi Pe.de Anc.dicens, quòd is cui cõceditur libera potestas, tenetur obseruare constitutiones & iura. & idem dicit si concedatur liberum arbi. de quo se remittit postea ad ea quæ habentur in Cle.pastoralis. de re iud. & in c.quãto. & in c.veniẽs. de iureiur. ad q̃ facit optimè quod no.in ci.irrefragabili.de offi.or.vbi habetur, quòd si datur alicui libera potestas procedẽdi, quòd tamen per hoc non videtur data potestas excludendi formã iuris. & ibi d.Ant.colligit ꝓ illũ tex, ꝙ si data est potestas delegato cum clausula, ꝙ liberè possit ꝓcedere,& causam terminare, quòd ꝓpter hoc nõ videtur data potestas ꝓcedendi iuris ordine nõ seruato. Et facit etiã, nã licet iudex habeat liberũ arb.in criminalib.tamen nõ poterit aliquẽ ponere ad tort.non prꝯcedentib.indicijs,aliàs tenetur in syndicatu.ita dixit

Paul.de Leaz.in c.grauis.de depo.& Alex. in l.filiusfa. in 5.apoſt.ff.de don. De quo ego latius dixi in l.pen.in 5.col.ff.de quæſt. Et faciunt dicta per Bald in l. ſi quando.in prin.C.de inoff.teſt.vbi tex.dicit quòd conceſſio teſtandi liberè facta à principe, intelligitur legitimè & iuris ſolennitate ſeruata. Ex quo ſubdit ibi Bald. quòd ſi vſurarius impetrat à Papa vt poſſit teſtari, quòd tamen nō poterit teſtari niſi præſtita ſatiſdatione, de qua in c.quanquam.de vſu.in 6.Item dicit, quòd licet princeps concedat alicui quòd poſſit liberè teſtari, tamen nō poterit filium præterire vel exhæredare ſine cauſa legitima. Item dicit poſtea Bald.in d.l.ſi quādo.quòd ſi Papa concedit monacho quòd poſſit teſtari de bonis paternis,quod iſta conceſſio intelligitur ſecundum ius cano. Item dicit quòd Imperator concedat alicui quod poſſit inſtituere filium ſuum ſpuriū,intelligitur tamen ſeruata teſtamentorum ſolennitate. Et faciunt etiā dicta per Bal.in c.1.in 1 col.de reſcr. vbi dicit quòd ſi Papa concedit per reſcriptum alicui quòd poſſit liberè appellare,non tamen poterit in cauſa momentaneæ poſſeſſionis appellare,nec etiā ſi eſſet verus cōtumax, nec contra propriam confeſſionem ſcienter & ſpontè factā, nec ab interlocutoria ſine expreſſione cauſæ, nec in alijs ſimilibus caſibus,in quibus eſt prohibita appellatio.& al-
25 leg.ibi Bald.rationem dicens:quod ratio eſt, † quia nō vult princeps vnico verbo totam machinam iuris ſubuertere alleg.d.l.ſi quādo. C.de inoffi.teſt. & facit optimè gloſ.in authen.omnes peregrini.in ver.liberam.C. commu.de ſucceſſio.vbi text.dicit, quod peregrini habent facultatem liberam teſtandi.& glo.ibi dicit, dummodo teſtentur ſecundum ius commune. Et facit gloſ. in l.1.C.de ſac.ſanct.eccl.vbi tex.dicit habeat vnuſquiſque licentiam teſtandi,& liber ſit ſtylus,tamen gloſ.ibi dicit,ſeruata iuris ſolennitate. Et facit etiam dictū Bal. in l.1.C.ſi propter pu.penſi. vbi dicit, quòd data libera poteſtate iudici procedendi in aliqua cauſa, vel contra aliquē,intelligitur tamen iuris ordine ſeruato,Et idē, ſi ditum eſt alicui liberū arbitriū,per id quod dixit Bal.in

c.1.

c.1.in §.iudices.in 3.col.de pa.iur.fir.vbi dixit quòd ver bum liberè,requirit ordinem iuris. Et dixit do.Catal.in tract.ſuo ſyndi.in ver.112.inc. adde quòd vbi iudex &c. quòd vbi ex forma ſtatuti,vel reſcripti iudex habet pleniſſimã poteſtatẽ procedẽdi & condemnãndi prout ſibi placuerit vel voluerit, nulla ſeruata diſpoſitiõe legis vel ſtatuti, quòd tamẽ nõ poterit tollere ius quæſitum parti ex iure gentium,vel ciuili,vel etiã ex forma alicuius ſtatuti: vnde ſi reus præſcripſit,non poterit ſibi tollere ius ex præſcriptione quæſitum. Item ſi reus eſt tutus exceptione Velleiani,vel Macedoniani, nõ poteſt tamen eũ condẽnare, & ſubdit ibid. Catal. quòd illa poteſtas data vt ſupra,operatur ſolum in ſolennitate proceſſus,& in ſolẽnitate ſententiæ: & in his quæ penderent principaliter ex facto iudicis, vt eſſet dare multas dilationes, & ſupplere ex officio etiã parte non petente,& dicit quòd hanc doctrinã ſentit Bart.in extrãua.ad repri. in verbo, videbitur expedire. Et faciũt optimè dicta per Alex.in conſil.65.inci.habita ſuper cõtentis.in 2.co.in 1.vol. vbi dicit,quòd prætextu alicuius liberi, & abſoluti arbitrij nõ poteſt iudex denegare † defenſiones reo, & alle. plura de quibus ibi per eum. & idem dicit Pet. de Anch.in conſi.ſuo 166.inci.viſis diligẽter omnib.in prin. Et pro prædictis faciunt etiã dicta per Albert.de Roſ.in 3. parte ſtatu.quæſt.32.inci.Itẽ quæro quia ſæpè &c. vbi circa fi. dicit alleg.Guid.de Suza,quòd ſi poteſtati ſit datũ arbitriũ & quòd abſolutus ſit ab obſeruãtia ſtatutorũ, quòd intelligitur de lenibus, nõ autẽ de ſubſtãtialib. ad quod alleg.plur.iura de quibus per eũ.& dicit idẽ Albe. ibi in 37.q.incip.an poteſtas habẽs &c. q̃ poteſtas habens largum & generale arbitriũ in maleficis,quòd tamen † nõ poterit aliquẽ torquere nõ prçcedẽtibus indicijs,nec etiã poterit excedere modũ in torquẽdo,& allegat aliqua iura.Pro quib.omnibus faciũt etiã dicta per Lud. Rom.in conſi.322.inc.in caſu propoſitæ &c. & per Bald. in l.dotalem.in fi.ff.de teſt.mil.& in c.1.in 8.col.de mil. va.qui contumax eſt. Et ſic per iſta videtur mihi quòd nõ procedat dictum Angel.in d.l.ſi vacantia.in 19.col.inquantum

26

27

tum dicit, ꝙ quando iudex procedit ex eius mero offi-
cio, quòd poteſt formare inquiſitionem non præceden-
te infamia, quia dico hoc non eſſe verũ, etiã (quod fortius eſt,) ſi ipſe iudex haberet liberã poteſtatẽ, & liberum arbitrium in maleficijs, per iura & doctri. ſuperius allegata. Fateor tamẽ quòd aliqua ſunt iura, & doctrinæ, in quibus dicitur, quòd habens liberã poteſtatẽ non tenetur ſeruare ſolennitates iuris: ſed illis iuribus & doctrinis reſpondet Barb. in d.c.1. poſt prin. de offi. or. vbi tenet hãc partẽ: quòd etiã tenet Aug. de Arimi. in ſuis addi. ad trac. Ang. de Are. ſuper malef. in verbo, hęc eſt quędam inquiſitio. in 5. addi. inc. tu autẽ in hac materia adde quòd inquantũ primo ſupra &c. vbi dicit quòd hãc partem cõtra Ang. tenuit Gand. in tract. malefi. ſub rubr. quomodo cognoſcatur de maleficijs per inquiſitionem. in ver. ſi autẽ iudex accedat. & idem ſecundũ eum tenet Hoſt. in ſum de inquiſitione. in §. & qualiter. in verb. ꝙ ſi alias cõtra ſingularẽ perſonã inqſitio fiat &c. de quo latius per d. Ang. vbi ſup. Et in dicta materia liberæ poteſtatis datæ alicui, vide etiã do. Ant. in c. cùm dilectus. in 4. col. de conſue. & vide Ang. de Are. in trac. malefi. in verb. meritore de mal dadi. in 3. char. in ver. quæro quæ
28 ſit pœna &c. in fi. Et circa prædictã materiã liberæ poteſtatis datę iudici nolo omittere aliqua ſatis no. †Et ideò ſcias quòd ſi data eſt libera poteſtas iudici in maleficijs, intelligitur eſſe data in his in quibus nõ reperitur pœna expreſſa. nõ aũt in illis, in quib. reperitur pœna expreſſa, ita dixit Paul. de Caſt. in l. certo generi. in §. ſi totus. in fi. verbis. ff. de ſer. ru. præd. alle. l. ille aut ille. in §. cùm in verbis. ff. de leg. 3. pro quo etiã facit in arg. l. continuus in §. cùm ita. ff. de verb. obl. & idem tenet Bald. in c. 1. in 7. co. de mili. va. qui contu. eſt. & Paul. de Caſt. in cõſ. 119. inci. notandũ eſt. in 2. col. & Corſe. in no. ſuo. in ver. ſtatutũ. in no. inci. ſtatuto cauetur quòd pro homicidio &c, & do. Geor. Nat. in Cle. ſæpè. in §. nõ ſic tamen. in 25. col. de ver. ſig. & Soc. in cõſi. 120. inc. cùm in præſenti &c. in 9. col. de quo etiã dixi in repe. mea rub. C. de pb. in 1. col. in ver. & pro hoc dicto facit &c. Pro quib. facit

optimẽ

optimè q̃ dixit Bald. in l. fi. circa fi. C. de prob. & Ludo. Ro. in cõſi. 322. inci. in caſu. †Scias etiã quòd iudex habẽs 29
liberũ arbitriũ in procedẽdo nõ tenetur ſeruare inſtantiam, ſecundùm Bart. in l. fi. in prin. per illũ tex. ff. loca. & Bal. in l. 1. C. de iure delib. & in l. obſeruare. §. proficiſci. in 11. q. ff. de offi. procõ. & Bal. & Ang. in l. 1. ff. de teſtam. mili. & Angel. in l. milites. in lect. Flor. & ibi Fulg. C. de teſtam. mili. & Pe. de Anc. in c. canonũ ſtatuta. de cõſtit. in ver. ad prædicta facit q̃ſtio ſtatuti &c. & Pau. de Caſt. in l. qui Romæ. in §. Callimachus col. 2. ver. ſed qd operantur iſta libera ff. de ver. obl. & in l. filiusfa. ff. de dona. & do. Alex. q̃ refert p̃dictos doc. in cõſi. ſuo. 50. inci. viſis actis &c. in 3. co. in 2. vol. Et dicta materia liberi arbitrij dati iudici vide laſ. in §. in bonæfidei. in 6. col. inſti. de actio. & Alex. in cõſi. 264. inc. viſo pũcto. in 4. col. & Lud. Ro. in conſ. 322. inc. in caſu &c. & Bald. in l. dotalem. ff. de teſt. mili. & in l. ſi quis maior. C. de tranſac. Bart. & Bald. in l. cum hi. in §. cauſa cognita. ff. de trãſa.
† Et ſcias etiam quòd in his quæ cõmittuntur arbitrio 30
iudicis ipſe iudex debet ſeruare æquitatẽ, ita dicit Ioan. And. in c. 1 de conſti. quẽ refert & ſequitur do. Felyn. in c. quoniã frequẽter. in §. porro. in 2. col. vt lit. nõ cõteſt. pro quo faciũt dicta per do. An. in c. inquiſitionis. de accuſa. per gl. ibi & per Spec. in tit. de offi. omn. iudi. in §. deſeruit. in penu. col. in verſi. itẽ ſi promiſi &c. & ibi in vlt. col. in verſi. & generaliter. & facit c. alligantur. 26. q. vl. & quæ habẽtur in l. placuit. C. de iudi. Vlterius etiã dico quòd Ang. in d. l. ſi vacãtia, nõ bene loquit inquantum dicit q̃ iudex ꝓcedẽs ex neceſſitate officij ſui poteſt formare inquiſitionẽ nõ ꝓcedente diffamatiõe: nã dico hoc nõ eſſe verũ p iura, & doctrinas ſuperius alle. & hoc tãto magis eſt verũ: quia licèt ſit coactus ꝓcedere ex neceſſitate officij ſui, tamẽ p hoc nõ eſt quod neceſſitetur omittere ſolẽnitates à iure requiſitas in ſimil. Quo verò ad illã limitationẽ ſecundã, quã dedi ſup. videlicet, q̃ poteſt p iudicẽ formari inquiſitio contra ſponte cõfeſſum, ſecundũ Ang. nulla infamia præcedente &c. Dico quod duplex eſt ratio. Prima, quia ex tali propria cõ-

fessiõe oritur diffamatio, & integra & legitima probatio. Secũda ratio est, quia etiã si talis inquisitio non potuisset de iure formari, & sic esset nulla: nõ tamẽ posset per ipsum reũ sponte cõfessum opponi talis nullitas &
31 inualiditas: † quia sponte confessus non potest opponere de ineptitudine vel de inualiditate libelli, secundùm Bald. in l. 2. in fi. C. de re iudi. & in l. 1. §. initio. circa fi. ff. de offi. præf. vrb. & voluit do. Fely. in c. qualiter & quando. el 2. in §. licet autẽ. in 1. col. de accu. vbi alleg. Bald. in d. l. 2. de re iudica. Eodem modo non potest opponere de ineptitudine vel de inualiditate inquisitiõis:
32 cum inquisitio † succedat loco libelli, vt dicunt doct. in d. c. qualiter & quando. l. 2. de accus. & voluit Cardi. in Cle. sæpè. in §. 1. in 2. colu. de verbo. signifi. de quo vide etiã quę ego latius dixi in sing. meo 301. inc. in cõfessum &c. in prin. & in l. 1. in §. diuus Antoninus in 3. & 4. col. ff. de quæst. Et per ista confirmo dictam limitationẽ datam ab Angel. vbi suprà.

Modo vlterius ꝓgrediẽdo dico aliud, videlicet, quòd ad hoc vt inquisitio possit formari, debent præcedere in-
33 dicia, aliàs indicijs nõ præcedentibus, † inquisitio formari nõ potest: ita dixit Rapha Fulg. in cõsi. 107. inci. super eo. & in cõsi. 149. inci. super inquisitiõe &c. in fi. & in cõ. 173. inci. in causa inquisitionis formatæ &c. post princi. & Rapha. Cuman. in consil. 135. incip. ad primum &c. post princip. Attende etiam quod ad hoc vt iudex validè & de iure possit formare inquisitionem de delicto contra Reum, quæ viribus subsistat, requiritur aliud, videlicet, quòd ex delicto commisso per eum sit orta actio ciuilis parti (loquor in delictis commissis contra priua-
34 tos) nam vbi ex delicto † non oritur actio ciuilis parti: tunc nec etiam Reipublicæ oritur actio vel inquisitio criminalis, ita not. dixit Salic. in l. eos C. de fur. & voluit Bar. in consi. suo 100. incip. à do. Cyn. de Bononia &c. in 1. col. & Socin. consi. suo 127. incipi. visis capitulis. in 1. colum. & do. Barthol. Cep. in consil. suo 58. incip. Paulus Faber. in pen. col. versi. tertia quæst. est. in fin. & do. Nellus in tract. bannitorum. in 2. parte secundi tempo-

ris.

ris.in i.q.in fi.1.col.& do. Paris de Puteo in ſuo trac.ſyn. in 51.char.in 1.col.& pro quo faciunt not. verba Dyn.in conſi.ſuo 38.incip.quòd contra &c. in verſ. Item patet quia caſu.& facit l. ſi pup. in §. videamus. ff. de nego. geſt.& l.quoties.in § is qui temporali.ff.de excuſ.tuto. cum ſi.& facit etiã quod dixit Alex.in conſi.ſuo 207.in. cip.viſo ſummario. in 3.colum.in 2. volum.vbi dicit,q; quando iudici,agenti † nullum ius competere conſtat, 35
quòd tunc non poteſt facere ipſe iudex,quin repellat ta lem agentem,ad quod alleg.no.in l. vbi pactum. C. de tranſac.& in l. ſi vnus.in § pactus.ff.de pactis. & in l.2. ff.de fer.& per Inno.in c.1.de offic.vica.& docto.in Cle. 1.§.fi.de ſequeſt.poſſ.& fruct.de quo etiam ego dixi in rep.mea.l.vnicæ.C.de rap.vir.num.17. Et circa hoc poſ. ſunt poni plura exempla. Vnum eſt,quando duo eſſent ſocij bonorum alicuius apothecæ,& vnus ipſorum furtiue ſeu clam aſportat & contrectat aliquas res dictæ a. pothecæ, tunc non poterit per iudicem inquiſitio formari contra talem ſocium: ratio eſt,quia contra eũ nulla eſt orta actio ciuilis alteri ſocio. per l. merito. ff. pro ſoc. Poteſt etiam poni exemplum in mutuante vel deponente rem aliquam penes vicinum vel alium : nam ſi poſtea clam abſtulerit , nulla competit actio illi vicino,cùm ille rem ſuam exportauerit:ergo nec reipublicæ competet actio vel inquiſitio criminalis contra illum. Poteſt etiam poni exemplum in illo , cui bona aliqua detinentur ab aliquo potente iniuſtè & indebitè: nã eſſet ſibi licitum & permiſſum † dictas res furtiue accipe- 36
re,ſecundum Inno.in c.cum olim.de reſtitut. ſpo.quem refert & ſequitur Bald.in l.2.in 15. colum. in verſic.ſed nunquid per furtum.C.de ſer.& aqua.& Bald.in reper. ſuo in verbo Dominium.in pen.colum. verſi.dominus poteſt rem ſuam &c.& Alex.in conſi.ſuo 471.incip.pulchrè reſpondet in 2.colum.& do. Floria.in l. itaque.in 3.colu.ff.ad l.Aquil.& Bald.in Marg.ſua.in verbo, Caſtrum.in vlt.ver. Ad quod etiam faciunt dicta per Inno. in c.plerique.de immu.eccle.vbi dixit quòd licitum eſt † creditori,qui non poteſt probare creditum ſuum, ac- 37

cipere quomodocunque bona debitoris, vt sibi satisfaciat, quod dictum refert & sequitur Bal. in l. 1. in 2. colum. C. de testib. & Alexand. in cõsi. suo 474. inci. visa inquisitione. in 3 colum. & in consi. 135. incip. circa primam. in 1. colum. in 1. volum. & ibi in 5. colum. dicit, quòd quãdo creditor accipit rem debitoris pro sibi satisfaciendo, nõ tenetur vi bono. rapto. quia noluit rapinam committere, sed credidit hoc sibi licere subsistente causa debiti, allegat hoc voluisse Rof. in libellis suis, de quo latius ibi per eum. Potest etiam poni exemplum, si loquamur in homicidio, in eo qui interfecit bannitum stante statuto, quòd bannitus possit impunè occidi: quoniam tunc non oritur aliqua actio ciuilis parti. per l. Gracchus. C. de adult. ergo nec reipublicæ competit inquisitio criminalis. & ideo hoc casu si iudex formaret inquisitionem contra talem occidentem bannitum, quilibet de populo sine aliquo mandato † potest comparere, & ostendere bannum illius mortui, & petere, quod contra eum vlterius non procedatur, ita dixit Barto. in l. vbi pactum. C. de transa. quem ibi sequuntur scribentes, & fuit originalis doctrina Richar. Malum. in l. filiusfamilias. per glo. ibi, in §. veterani. ff. de procu. quã doctrinam ibi refert & sequitur Ang. in l. quos prohibet. ff. de postu. & vbique firmat illam fuisse Richar. Mal. in d. §. veterani. & idem voluit Ang. post Cyn. in l. reos. C. de accusa. & Abb. in c. licèt. de accusa. & Bartol. in consi. suo 100. incip. à domi. Cyno. de Bononia. & Petr. de Anch. in c. veniens. in penult. colum. de accusat. & volunt docto. in pluribus alijs locis, quos latius cumulaui in l. si quis ne quæstio. in 25. colum. ff. de quæstio. Requiritur etiam ad validitatem inquisitionis quod iudex qui vult inquire-
39 re † Primò interroget partem offensam, an ipsa velit accusare reum, qui offendit necne: & tunc si offensus erit in mora, vel dixerit se nolle accusare, tunc iudex poterit procedere per inquisitionem, aliter non poterit procedere per inquisitionem, ita dixit gl. no. in c. presbyter si à plebe. 2. quæst 5. in gloss. penu. quam gloss. provalde not. refert & sequitur Bald. in l. senatus. C qui accusare

cusare non possunt. dicens quòd ratio est: quia præferẽdus est, qui maius ius habet, & melius fundamentum: ad quod allegat etiam quæ habentur in simili in l. 1. in §. denunciari. ff. de vent. inspi. & in l. si tamẽ. ff. de leg. 2. & in l. necessario ff. de in diem addic. & in l. quamuis indubitati. C. de adulterijs. & in l. 2. §. fi. ff. de adulterijs. Item hanc partem per illam glo. etiam firmauit do. Bartho. Cepo. in cautela sua 27. inci. tu scis &c. vbi ipse allegat hoc tenuisse Lud. Rom. in suis sing. Et idem tenuit Ang. in authen. de tempo. non solu. pecu. in princ. & in repeti. l. si vacantia. in 3. colum. C. de bon. vac. lib. 12. & dom. Alex. in l. 2. §. si publico. in 2. apostil. ff. de adult. & do. Amodeus Iustinus in tract. suo syndi. in 3. char. in 3. colum. post med. Et ideo iudex antequam formet inquisitionem contra reum, debet facere dictam interrogationem offenso, aliàs non valeret inquisitio: ad quæ etiam vide domin. Nellum in tractatu bannitorum. in 3. parte primi tempo. in 60. quæst. incip. statuto aliquo cauetur. circa med. versic. & per hoc dixi. Scias etiam vltra præmissa, quod quando tractamus de inquisitione fienda contra aliquem de auxilio cooperatiuo præstito delinquenti ad committendum delictum, vt sæpissimè contingit, quod tali casu non valet nec procedit talis inquisitio de auxilio: † nisi primo constet ipsi iudici 44
de principali delicto, & de principali delinquente, ita dixit multum not. Petr. de Ancha. in consil. suo 216. incip. nos Bartho. de Salyceto. in fi. verbis. vbi dixit, quod si non constat de delicto principalis, non potest procedi contra alios tanquam contra auxiliantes, ad quod alleg. Bartho. in l. si is qui rem pignori dedit in §. si tu Titium. ff. de furt. & idem voluit Bald. in consil. suo 229. incip. verba inquisitionis &c. in vlt. colum. in 3. volum. & in consi. 24. incip. de accessorio. in 5. volum. vbi no. loquitur. & Bertachi. in reper. suo. in verbo, operarius in 53. versi. inc. opem præstans &c. & idem firmat dom. Alexand. in l. si duo patroni. in princ. in gl. in versi. alteri. ff. de iureiu. de quo etiam dixi in consil. meo 49. incip. Domine Deus omnipotens. cui omne cor patet. in 4. char.

char. Et faciunt optimè dicta per Alexand. in consil. suo 223. incip. viso processu. in colum. in 2. volum. vbi dicit,
41 quòd non valet inquisitio formata † cõtra aliquos de guarnimento, an data, vel caualcata, nisi appareat de principali faciente dictum guarnimentum, & sic de capite ipsorum, qui alios coadunati ad prædicta. quod est valde no. illud dictum Petr. de Anch. etiam refert & sequitur Io. de Ana. in c. significasti. la 2. in 15. colum. post med. de homic. Item quòd non constante de principali delinquente, non possit tunc procedi contra aliquem de auxilio, tenuit Bar. & Alex. in l. si is qui. §. si tu Titium. ff. de furt. & Alex. in consi. suo 390. secundum ordi. meum. quod incipit, Copiosè adeò &c. circa finẽ. & in consil. 99. incip. in causa inquisitionis. in penu. colum. in 1. volu. & in consi. 237. incip. ponderatis. in 4. colum. ante medium. Circa quod vide etiam omninò in simili Dyn. in consil. suo 41. inci. quæstio talis est &c. Et pro prædictis faciunt plura & plura quæ cumulaui latè in materia incertitudinis. in repe. mea rubr. C. de prob. in fi. quæ omnia tene menti, quia sæpius in facto contingunt. Et in eadem materia auxilij præstiti maleficio teneas menti aliud videlicet, quòd inquisitio facta contra
42 aliquem de auxilio præstito † non valet, nec procedit de iure, nisi in ipsa inquisitione appositum fuerit verbum, Assistendo, aliàs si diceretur, quòd talis inquisitus præstitit auxilium homicidio, & non apponeretur verbum, Assistendo, non procederet inquisitio, ita sing. dixit Bar. in l. qui seruo. in §. fi. ff. de fur. quem refert & sequitur Alex. in l. fi. ff. de sicc. in 9. apost. & Bert. in rep. suo. in verbo, Auxiliũ, in 21. ver. & Ang. de Aret. in trac. male. in verbo. Et dicto maleficio semper astitit in 1. ver. pro quo faciunt etiam optimè dicta per Ang. Aret. in d. suo trac. in verbo. Andream auxiliatorem. in 1. ver. ante fi. Et teneas etiam menti quod non procedit inqui-
43 sitio, in qua dicitur, † alterum alteri præstitisse auxiliũ, si inquisiti sunt tres, vel plures, quia hæc dictio, alter al-
44 tera alterum † verificatur in duobus tantum. Ita no. dixit Bald. in l. ancillæ. C. de fur. in 1. colum. vbi dicit hoc obti-

obtinuisse in facto.quē refert & sequitur Catal. in trac. 45
synd.in versi.564.incip.adde quia vidi &c. & idem etiā dixit dom. Flor.in l.Mæuius.in §.arbiter.ff.commu.diuidun.& Bertha.in repert.suo.in verbo, Alter altera alterum.& in verbo Auxilium in 13.ver.de quo etiam per Pau.de Cast.in consi.suo.18. incip.quidam testator &c. & per Alex.in l.si duo.in prin.circa medium.ff.de iureiur.Ideo tene menti prædicta,vt non erres in formanda inquisitione,quando delinquentes sunt plures duobus. Et postquam intraui materiam auxilij præstiti maleficio,quia est plusquam quotidiana & admodum vtilis, aduertas ad aliqua ꝑfectò notatu digna, q̄ sæpissimè de facto contingunt.Et ideo scias,quòd † ad hoc, vt aliqui 45
dicantur auxiliatores alicuius delicti, vel alicuius committentis aliquod maleficiū,oportet,quòd ad hoc principaliter fuerint adunati.l.2.in §.homines.ff.vi bonor. rapt.sed si apparet in facto omnes in rixa pariter fuisse principales,nec causa fauendi vnus alteri in loco conuenisse,& insultum fecisse, sed quemlibet illud quod fecit,vt principalem fecisse:tunc censendi sunt omne pariter principales,& prout deliquerunt sunt puniendi,vt in l.si in rixa.ff.de sica.ita formaliter dixit Pet. de Ancha.in consi.suo 116.incip.nos Bartholomæus de Salyceto.ante fin. Pro quo faciunt optimè dicta per Bald. in l.non ideo minus in 9.colum. C. qui accu. non pos. vbi dixit,quòd quando plures sunt congregati in aliquo loco,quòd tunc quilibet ipsorum tenetur de eo quod † fa- 46
inquisitioni. Scias autem quòd spontè confitetur sine tormentis & sine minis. & sine aliquo alio actu violentiæ contenta in inquisitione, & tũc notarius scribit talẽ spontaneam confessionem. Postea interueniente termino duorum, vel trium dierũ, iudex ipse vadit denuo ad banchum iuris cum notario maleficiorum, & facit coram eis ducere reũ: & ibi notarius nouiter legit vulgarizando dictam inquisitionẽ, & dictam eius spontaneam confessionem, postea notarius antequàm reus aliqd dicat, dicit hæc verba, videlicet, Bene aduertas ad ea quæ tibi dicta, & lecta sunt: qa hic tractatur de vita tua: ideo si ista, quæ tibi lecta sunt, & continentur in dicta inquisitione, & similiter si spontanea confessio tua, quã feciſti sunt vera, ea confirma: si autem non sunt vera, similiter dicas illa non esse vera. Tunc si ipse reus iterum dicit illa esse vera, & affirmat eius confessionem: tunc, quia dicitur ratificasse & perseueraſſe in cõfessione sua, iudex dicit reo. Ego do tibi dies octo, vel decem, vel plures, vel pauciores, prout ipsi iudici videbitur, ad faciendum tuas defensiones: aliâs elapso dicto termino, procedam ad sententiam & ad executionem contra te secundùm formam iuris & statutorum. Quibus peractis reus reponitur ad carceres inferiores, vbi potest cum procuratoribus, & aduocatis ordinare suas defensiones, si quas habet, & facere vult. Sed diligenter aduertas, quòd etiam in hoc casu spontaneæ cõfessionis iudex nõ semper potest, nec debet procedere ad sententiam condẽnatoriam, & ad eius executionẽ. Nam aliqui sunt casus, in quibus etiam spontanea confessio non est sufficiens ad condemnandum ipsum reum spontè confessum, Et primo hoc patet in cõfessione non probabili, vtputa si Reus confitetur homicidium commisisse in aliquem hominem, & eum postea proiecisse in mari. † Nam hoc ca- 6
su non debet puniri Reus: si non cõstat de corpore mortuo, saltem per famam, secundùm Bald. in addi. Specul. in titu. de sententijs. in 18. col. & in l. cùm probatio. ff. de proba. in suis addi. & in authen. sed nouo iure. C. de fur. & in addi. Specu. in tit. de cõfes. in 2. col. ver. Titius cõfi-

tetur.de quo latius dixi in l.1.prin.in 2.col.& in 13. ff.de quæst.& quæ dixi supra in prin.huiꝰ operis,in nu.5. vbi videas. Patet etiã in confessione impossibili,quia talis
7 cõfessio etiã si sit spontanea,non nocet †reo confitenti, puta si reus cõfitetur hominem occidisse, qui tamen est viuus.nam tali casu talis confessio etiam spontanea nõ nocet ipsi reo confitenti.tex. est in l.inde Neratius in §. si quis hominem viuum.ff.ad leg.Aqui.& habetur in l. confessionibus.& in l.si is.ff.de interro. act.& voluit d. Ant.in c.significasti.in 2.col.de homi. & Bal in l.1.in 8. col.in ver sed quid dices.el 2.de confes. Et faciunt dicta per Alex in cons.suo 339.inc.in causa inquisitionis formatæ.in 1.co. vbi loquitur de reo confesso occidisse aliquem veneno &c. de qua materia latius dixi in l. 1. in prin.14.col.ff.de quæst. Constat hoc etiam in alia confessione : videlicèt in confessione non verisimili, quo-
8 niam etiam talis confessio nõ nocet confitẽti, † de qua latè dixi in d.l.1.in prin.in 15.col.ff.de q̃st. de qua etiã p Ias.in l.magistratib.in 2.co.ff.de iur.om.iud.vbi videas.

Itẽ alia est cõfessio spõtanea, q̃ nõ nocet cõfitenti ad eum condemnandũ,videlicet,cõfessio facta incidenter,
9 & non principaliter. Nam talis cõfessio† incidenter facta nõ operatur,nec est tantæ potentiæ,q̃ confessus possit puniri saltẽ pœna ordinaria delicti,secundũ Bar.in l. si cõfessus.ver.secũdo calu.ff.de custo.reo.& Io.de Imo. in c.fi.in pen.col.de cõfes.& Abb. in c.at clerici. in prin. in 2.col.versi.notatur siue ratio.nu.6.de iudi. & Imo.in c.examinata.in fi.eo.tit.Abb.in c.1.col.fi.ver. Notatum ex isto tex.nu 16.per illum tex.de excep. & in c.2.colũ. 10.vers. quæro, pone quòd quis succũbat in exceptione spoliationis.nu.16.de ordi.cogni. & in c.fi.in vlt.de resti.spolia.& in cõsi.suo 25.inci. canonicus &c.in fi.ver. an autem hoc casu potest deponi.vol.1.& Ang.in dispu. sua incip. Astensis miles.in 2 col.& in alia disputa.sua. inci.duo nobiles gallici &c.in 3.char. & voluerunt alij doctores in diuersis locis,quos adduxi in l.1. in §.diuus Antoninus.in vlt.col.in princ.ff.de quæstio. & in d.l.1. in prin.in 15.col.in vet.& vltra p̃dicta tria &c.& voluit

Salic.

Sal. in l. mercalem. C. de cond. ob turpē cauſ. & vide ſup. in §. conſtante. nu. 49. Alius eſt etiã caſus, in quo cõfeſſio etiã ſpontanea nõ nocet cõfitenti: videlicet, quando talis cõfeſſio † fit tẽpore inhabili: quia tũc nõ nocet cõ. 10
fitenti. ita dixit Bald. in c. fi. de offi. deleg. in pen. col. in verſi. pone q̃ maleficiũ &c. vbi dicit. quòd ſi maleficiũ eſt notoriũ: tamẽ lapſum eſt tẽpus datũ ad inquirẽdum per formam ſtatuti, tandẽ reus cõfitetur maleficiũ, vtrũ ex iſta cõfeſſione poſſit cõdemnari: & dicit quòd nõ, allegat rationẽ dicẽs, q̃ quoties quis cõfitetur id, cuius nomine cum aliquo non ſit actio, nõ valet confeſſio, vt habetur in l. cõfeſſionib. ff. de interr. actio. ſed poſt prę ſcriptionem ipſo iure accuſatio abolita eſt, imo etiam per ipſum maleficiũ, accuſatio aũt eſt abolita quo ad publicam iniuriã, maleficiũ autẽ quo ad priuatã iniuriam: ita q̃ nulla actio eſſe poteſt: vt ff. quod met. cau. l. ſi cũ exceptione, in §. ſatis n. clemẽter. & ff. de iniu. in l. ſed ſi vnius. in §. ſi cùm ante iudicem. ergo confeſſio non valet. quod eſt nota. ſecundùm Bald. ibid. & idẽ firmauit Soci. in con. ſuo 108. inci. ſuppoſito ſtatuto. in pen. col. poſt medium. & ibi in ſeq. colũ. Pro quibus faciunt dicta per Barb. in c. cùm contingat. in 2. col. extra de reſcrip. & per do. Fe. in c. afferte. in 2. no. de præſump. de quo etiã per Frãc. de Are. in c. cum P. in 6. col. de accu. & per Alex. in l. non tantum. in pe. addi. ff. de appel. ad quem vide bonum tex. in l. ſi quis poſtquã. ff. de fideiuſſ. & Bald. in l. querelam. ante fi. C. de falſ. de quo etiam dixi in l. 1. in prin. in 15. col. verſ. adde etiã q̃ requiritur. ff. de quæſti. Prædictis etiam adde alium caſum in quo confeſſio ſpontanea non nocet confitenti, qui caſus eſt, quãdo aliquis confitetur aliquid, & contra talem eius confeſſionem aliàs fuit † ſententiatum. nam hoc caſu talis con- 11
feſſio non nocet ipſi confitenti. ita dixit Inno. in c. mulieri. de iureiuran. quod dictum refert & ſequitur Bald. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cle. & in auth. no uo iure. C. de pœna iudi. qui male iu de quo latius dixi in ſing. meo. 257. inci. nemo audiendus eſt &c. vbi videas & in repe. mea rubr. C. de proba. in 25. colum. in verſ.

vltimo circa hanc materiam. & ibi in 32. col. in verſicu. quinimo &c. Alius eſt etiã caſus, in quo confeſſio etiam ſpontanea non nocet confitenti: videlicet, quando iudex, coram quo eſſet facta talis confeſſio careret iuriſdi-
12 ctione, nam tunc talis confeſſio † non nocet confitenti quo ad plenam probationem, ad quod dicendũ moueor. nam tu ſcis, quòd confeſſio eſt tantæ potentiæ, quòd etiam cõfeſſus ſuper inordinato proceſſu poteſt condemnari. ita dicit Inno. quẽ omnes ſequũtur in c. qualiter & quando. el 2. de accuſ. in cap. per inquiſitionem. de elect. & voluit Abb. antiquus in c. Piſanis. de reſti. ſpoli. & Bald. in l. edita. in 5. col. C. de eden. & volunt alij plures doct. in pluribus alijs locis, quos ego retuli in ſingu. meo. 201. incip. in cõfeſſum &c. & in l. 1. in §. diuus Antoninus. in 3. col. ff. de quæſt. Hæc tamen doctrina Inno. & aliorum limitatur, niſi nullitas proceſſus proueniret ex defectu iuriſdictionis iudicis. nam tunc cõfeſſio par-
13 tis cõfitentis † nõ valdiat proceſſum. ita nota. per ſcribẽtes in c. at ſi clerici. in prin. de iudi. & in c. olim. vbi eſt bonus tex. ſecundùm do. Abb. extra de reſcri. ita no. dixit Car. Alex. in c. dilecto. in 2. col. in fi. de app. & Socin. in conſi. ſuo 108. inc. ſuppoſito ſtatuto &c. in vlt. colu. in 4. vol. Pro quibus optimè faciunt quæ dixi in ſing. meo 10. inci. tu ſcis &c. ita in propoſito dici poteſt, quòd talis confeſſio facta coram iudice incompetenti ratione iuriſdictionis, nõ nocebit cõfitenti quo ad plenam probationem. de quo etiã dixi in d. ſing. meo 10. incip. tu ſcis &c. & vide omnino quæ dixi infra in hoc §. in nu. 58. in verſi. & pro iſtis faciunt dicta per Ang. de Are. &c. Item alius eſt etiã caſus, in quo confeſſio non præiudicat cõfitenti: qui caſus eſt in confeſſione facta coram delegato, & non coram ordinario: quoniam talis delegatus non poſſet condemnare reum de delicto. ſtante inuali-
14 ditate proceſſus, † licèt ipſe reus eſſet confeſſus delictũ. ita ſingul. dicit Ang. in conſi. ſuo 217. inc. in cauſa accuſationis productæ per Feli. in vlt. col. vbi limitat dictum Inno. & ſequa. in d. c. qualiter & quãdo el 2. habere locum tantum coram iudice ordinario: ſecus coram delegato.

gato.quod dictũ pro valde sing.refert & sequitur dom. Aug.de Ari.in suis addi.ad tract.Ang. super maleficijs. in verbo,qui iudex addit.in pe.addi.de quo etiã dixi in sing.meo 201.inc.in confessum &c. & in repe. mea l.fi. in 57.char.circa mediũ.C.de proba.vbi videas.Et faciũt optime in arg.dicta per Abb.in c.olim ex literis.in 1.co. in versi.& ex hoc,& ex illo tex.infra,de rescrip. vbi dicit,quòd licèt delegatus Papæ gerat vices ipsius Papæ: non tamen † dent illa acriter puniri vitians seu falsans literas delegati,sicut falsans literas ipsius Papæ. Alius præterea est casus,in quo etiã sponte cõfessus delictũ nõ potest puniri:qui casus est in illo,qui confessus est delictum sub spe gratiæ sibi fiendæ promissæ sibi à iudice: vt puta quando iudex dixisset reo, Confitearis delictũ liberè,quia promitto tibi parcere, vel promitto tibi qđ nullam pœnam patieris : hoc casu si ipse reus confiteatur delictum,non potest ex † tali confessione condemnari.ita multum sing.& mirabiliter dixit domi.Ioann. de Imol.in consil. suo 109. incip. visa inquisitione &c. & mouetur ex pluribus iuribus, & rationibus , de quibus ibi per eum,pro quo faciunt optimè dicta per dom. Nicol.Mil.in repert.suo in verbo, & confessio in versũ confessione,persuasione aduersarij &c. & faciunt etiam dicta per laso.in l.error.in 3.colum.C. de iur. & facti igno. Et idem quod dixit dom.Ioan.de Imol.in d. consil.voluit dom. Paris.de Puteo in suo tractatu synd. in 108.char.in versicu.sequitur quotidiana quæstio &c. de quo etiam dixi in d.singu.meo. 201.incipien.in confessum &c. & in l.i.in §.quæstioni.in vlt.colum. ff.de quæstion.tene menti: quia est singulare verbum,quod sæpe practicant iudices indocti,& modicæ fidei.Item alius est casus,in quo confessio etiam spontanea non nocet confitenti,vt ex ea possit condẽnari:videlicet, quando reus confiteretur delictum corã notario, qui ad hoc † non haberet commissionem à iudice : Vel confitere- 17
tur coram iudice non sedente pro tribunali, vel in non figura iudicij : nam tunc confessio talis non esset sufficiens ad condemnandũ ipsum reum,secundum gl.no.

in l.iubemus.C.de libe cauſa.quæ dixit,quòd confeſſio facta coram tabellione abſque præſentia iudicis,non p̃ iudicat.Et dicit ibi Salyc.quòd ſi talis cõfeſſio fieret coram iudice,ad hoc vt præiudicet reo cõfitenti,debet fieri iudice ſedente pro tribunali. Et dixit fortius Bald.in titu.de pace conſtan.in verſ. ſecundum mores & leges
18 illius ciuitatis:quòd etiam tabellio non poteſt † de conſenſu partium ſine præſentia iudicis recipere dicta teſtium,nec iuramenta, nulla facta ſibi commiſſione per iudicem: vt dixit Bald.in addi.Specul.in titu.de teſte.in vlti.colum.verſicu.nunquam reperitur &c. quòd nunquàm reperitur quòd notarius poſſit recipere iuramenta teſtium ſine commiſſione iudicis. allegat gloſſ. in l. hac cõſultiſſima. in §.fina. C.de teſta. & ſubdit ibi Bal, idem eſſe in inſtrumen. & confeſſione: quia etiam no-
19 tarius † non poteſt illam recipere ſine commiſſione iudicis.alleg.gloſſ.in d.l.iubemus,quam dicit eſſe ordinariam.Et ſubdit ibi Bald.quòd recipere ſpectat ad iudicẽ, ſcribere verò ad tabellionem. Pro quibus facit illud, vi-
20 delicet,quòd † probationes ſunt fiendæ iudici. l. quinquaginta.ff.de proba.l.eos.& l.ſi quando.C.de rebus alie.non alie.l.2.C. ex quibus cauſis maio. l. doce ancillam.C.de rei vend.cum ſimi. de quibus latius dixi in l. 1.in princip.in 4.colum.verſic.ſeptimo requiritur.ff.de quæſtio.& in l.de minore.in §.plurium.in 2.colum.eo. titul. Alium etiam habes caſum , in quo confeſſio ſpontanea non nocet confitenti, vt ex ea damnari poſſit,qui caſus eſt in confeſſione nuda non habente cauſam: nam ſicut talis confeſſio ſine cauſa non nocet con-
21 fitenti in ciuilibus,† vt in l.cum de indebito. ff. de proba.& in c.ſi cautio.de fide inſtru. cum ſimil. ita nec nocet in criminalibus.ita ſingul.dixit Pet de Anch.in cõſi. ſuo 23.incip. viſa inquiſitione formata contra Phil. incip.ſingulariter notandũ &c.quod eſt de quo dicto feci mentionem in l.1.in §.præterea.in 16.colum.ff.de quæſtio.vbi in d.§.adduxi plura,quæ requirunt cauſam,aliàs ſunt nulla.Addo vlterius alium caſum notabilem in quo confeſſio etiam ſpontanea non eſt potens ad con-

demn-

demnandum reum confessum. Nam in criminalibus si quis vltro confiteatur sine tormentis, sed sponte: tũc nisi talis confitens pluries in sua confessione † perseue- 28
rauerit, non potest ex tali sua confessione condemnari. ita sing. dixit Raph. Cuma. in consil. suo 318. incipien. hoc maximè propositum &c. in 2. colum. vbi dicit quæstioni fidem adhibendam non esse diuus August. constituit. ff. de quæst. l. 1. & subdit. imò diu quorundam claruit sententia, asserentium quòd in criminalibus si quis vltro & sine tormentis confiteatur, nisi pluries in sua confessione perseuerauerit, non possit ex sua confessione damnari. non enim secundum eos confessio in criminali statim præiudicat, sic intelligitur. ff. de quæstion. l. 1. §. diuus. & §. si quis vltro. solenniter enim in criminalibus proceditur. C. de fal. l. 2. & de proba. l. sciant. de pœnis l. qui sententiam. vnde secundum sententiam eorum in l. 1. C. de custod. reo. tutius esse dicunt, si iudex faciat reum diuersis diebus in sua confessione perseuerare. ita formaliter dicit Rapha. Cuman. in d. consil. suo 138. incipien. hoc maximè propositum &c. quod est multum. Et iudicio meo ratio huius dicti potest esse, quia talis sponte confitens delictũ, de quo vertitur pœna vitæ suæ, nõ videtur in rectitudine, vel in plenitudine intellectus: sed magis videtur delirare, & non esse compos mentis: & ideo debet sæpius de hoc interrogari, vt videatur, an perseueret in tali sua confessione, vel an illam improbet, vel reuocet: & hanc credo fore rationem. Et de istis pluribus confessionibus, de quibus supra dixi, vide quæ dixi in singul. meo 319. incipien. plures sunt casus &c. Et circa † prædictam materiam cõfessionis aduertas etiam 29
ad vnum singulare verbum perpetua memoria dignũ, quòd licet quando reus dicit in iudicio, Confiteor me occidisse hominem ad meam defensionem, per talem confessionem sit fundata intentio Curiæ, adeo quod ipso inquisito non probante fecisse ad suã defensionẽ, debet sequi condẽnatio: quia talis cõfessio diuiditur, & statur ei contra ipsum inquisitũ: secus autem pro

eo,

86

eo, qui habet præſumptionem iuris contra †ſe, quòd nõ fecerit ad ſuam defenſionem, vt dixit Bart. in l. Aurelius. in §. idem quæſijt. ff. de libe. leg. de quo etiã per Bal. in addi. Spec. in ti. de confeſſionib. in 2. col. in ver. confiteor me occidiſſe. & in l. ſi filius. in §. in exceptionib. ff. de interrog. act. & in l. codicillum. C. de codi. & per eundem in l. 1. C. de confeſſ. & per Bal. Imo. & Moder. in l. 2. ff. de verb. obl. & per Abb. poſt gl. in c. cum veniſſent de inſti. & per doct. in c. 1. de confeſſis. in 6. & per Abb. & alios in c. bonæ. de poſtul. prælat. & per alios doct. quos retu. in ſing. meo 184. incip. cõfeſſio inquiſiti &c. Attamen ſcias quòd ſi de homicidio non conſtat aliter, niſi quia reus captus & inquiſitus dixit, interfeci, ſeu occidi ad meam defenſionem, & ſuam defenſionem non
24 probat: † tamen per dictam confeſſionem non punietur pœna mortis. ita ſing. dixit Abb. in c. auditis, circa vlt. col. de præſcrip. quem refert & ſequitur do. Fely. ibi dicens hoc eſſe dictũ ſing. & alibi non reperiri, & quod apud practicos aduocatos eſt in ſolenni cultu. & idem dixit ipſe in c. ſignificaſti. el 2. de homicidio. in penult. col. quod dictum etiam ſequitur do. Alex. in l. non ſolũ. in §. ſciendum. verſ. & ibi ſubdit num. 5. ff. de oper. noui nunt. quod verè eſt ſing. & aureum verbum. de quo etiam dixi in dicto ſing. meo 115. incip. confeſſio inquiſiti &c. & in l. repeti. in 7. colum. in verſ. quartus eſt caſus. ff. de quæſtio. Et ex hac doctrina nõdum elapſi ſunt duo menſes, quibus conſului, & liberaui quendã à pœna mortis, qui erat inquiſitus de furto, & confeſſus fuit quòd bona contenta in inquiſitione aſportauit & contrectauit tanquam bona ſua, & ad eum ſpectantia iure dominij vel quaſi, poſtea ipſe non probauit dicta bona ad eum ſpectare vt dixit, nec curia inquirens habebat aliàs probationes de dicto furto, niſi dictam confeſſionem dicti inquiſiti. Ego dixi quòd per dictam reſpõſionem dictus inquiſitus nõ poterat puniri pœna mortis, quòd ita obtinui. ideo teneas perpetuo menti. Ex
25 iſtis etiã adde quòd cõfeſſio in dubio † interpretatur in fauorem Rei, ſecundum do. Ant. in c. ex literis. el 1. in fi.

de

de ſponſa. quem refert & ſequitur do. Philip. Decius in conſ. ſuo 118. incip. viſo. in vlt. col. & in conſ. 189. incip. lætatus ſum. in 7. col. in fi. ad quod etiam vide eũ in cõſi. 278. incip. non leuis. in 4. col. & Alex. in conſi. 80. incip. in cauſa. ante finem. in 7. vol. & ibi in conſi. 167. incip. viſis. in fin. 2. colu. Præterea circa dictam materiam confeſſionis dicebam vnum fortè non vanum nec contemnẽdum, videlicet, tu ſcis quod in criminalibus p-ceditur ad inſtar ciuilium cauſarum. l. abſentẽ. ff. de pœnis. Sed in cauſis ciuilibus confeſſio † nõ nocet confitẽti, ſed reuocari poteſt tanquã erronea, ſi non fuit acceptata per partẽ, ſecundum Cyn. in l. vnica. in 6. quæſti. C. de confeſſio. & ibi Salyc. in 15. oppo. & Saly. non l. inbemus. C. de libe. cauſa. & l. generaliter. in 6. quæſt. C. de non numera. pecu. vbi refert ſe ſæpius pro hac parte conſuluiſſe. & dicit etiam hoc tenuiſſe Richar. de Sal. & ita etiam do. Alex. prædicta & alia adducens ad hoc in conſi. ſuo 364. incip. in cauſa appellationis. & do. Flori. de ſancto Petro in l. fin. ff. de interrog. actio. & in conſi. ſuo 90. incipiente, fere omnis vis &c. in 1. colum. in 1. volu. & habetur per dom. Franc. de Curte in conſi. ſuo 78. incip. ſuper &c. & per domi. Felyn. in cap. ſi cautio. in 5. colum. verſi. fortius dixit &c. de fide inſtrumen. & per Soc. in fallentijs ſuis, in fallen. 69. incipi. primo fallit niſi poſt dictam &c. Pro quibus faciunt dicta per Bal. in ſimili. in cap. cum veniſſent. in 3. colum. per illum text. de eo qui mittitur in poſ. rei ſeruan. cau. vbi dixit, quòd † renunciatio non nocet renuntianti, quando non eſt acceptata per partem. & voluit Iaſon. in l. poſtquã liti. in prin. C. de pac. vbi not. loquitur in materia iſta, ita puto quòd non eſſet ponere os ſupra cœlum, ſi diceremus, quòd ſimiliter in cauſis criminalibus quando fit aliqua confeſſio per reum, quod tũc iudex nomine reipublicæ talem confeſſionem acceptaret, † quoniam tunc magis præiudicaret ipſi reo, & tunc eſſet validior & ſecurior, nec poſtea de facili poſſet impugnari: argumen. prædictorum iurium. Sed contrarium expreſſe tenet Alexan. in conſi. ſuo 120. incipien. viſo proceſſu. in 3. colu. in 7. volu.

26

27

28

vol. ad quod allegat plura de quibus ibi per eũ. Et scias quod talis acceptatio confessionis, vel renunciationis
29 debet fieri † tempore, quo fit cõfessio vel renunciatio: nõ autem ex interuallo secũdum gl. in l. cõsensu. in ver. cõsentire. ff. de act. & obl. & in l. 1. ff. de contrah. emp. & voluit Abb. c. dilectus. de spõsalib. Modo post omnia supradicta circa materiã spõtaneæ cõfessionis scias, quod cõfessio spõtanea legitimè facta habens omnia requisi-
30 ta est magnæ ac summæ importantiæ, & habet magnũ robur & effectum: nam derogat regulis iuris † communis, vt apparet ex verbis Bald in l. 1. in §. cum vrbẽ. alias in §. initio. ante fi. ff. de officio præfect. vrb. & in l. 2. ad fi. C. de re iud. vbi dixit, quod spõte cõfessus non po-
31 test opponere † de ineptitudine libelli, quod aliàs posset, per glo. fi. cũ materia sua. Instit. de obligatio. in prin. & dixi supra. in §. cõstante. nu. 31. & in consi. meo 51. incip. licèt nedum plene &c. in 15. char. & idẽ voluit do. Felyn. in cap. qualiter & quando. in § licèt autem. in 1. col. de accus. apparet etiã ex his quæ voluit Bal. post gl. ibi in l. ictus fustiũ. in fi. ff. de his qui notan. infam. & in l. 1. §. cum vrbem. in vlt. col. de offic. præfec. vrb. & Ang. in l. 2. C. quorum appel. nõ recipiun. vbi dixerũt, quòd licèt tertius possit appellare pro condemnato capitaliter etiam ipso inuito: vt habetur in l. non tantum. ff. de ap-
32 pella. tamen istud fallit, † nisi talis reus condemnatus spõte cõfessus sit crimen, & in eo perseuerauerit, quia tũc non poterit appellare. de qua materia habetur etiã per do. Fel. in c. cum super. in prin. de re iud. & dixi ego in l. 1. in §. diuus Antoninus. in 4. col. de quæst. Item apparet etiã: nam reus criminis regulariter non potest re-
33 nũciare defensionibus suis, † seu termino defensionis, vt habetur per glo. & doct. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. de quo latè dixi in l. 1. §. fi. in pen. colum. ff. de quæstio. & in l. vnius. in §. cogniturum. in 2. col. eo. tit. & habetur per Iaſ. in l. iubemus in 12. col. C. de iud. & p do. Parid. de Puteo in tract. synd. in 30. char. in 4. col. sub c. inc. an potestas qui misit &c. tamẽ hoc fallit quãdo reus sponte fuit confessus delictum: quia tunc reus po-

test

ſeſt renũciare defenſionibus ſuis, & talis renũciatio valet & tenet, ſecũdum Bald. in l. accuſatoribus. in 1. colu. C. de accuſ. & in l. 1. in 23. col. verſic. ſuper quinta. C. qui accuſa. nõ poſ. de quo latius dixi in l. vnius in §. cogniturũ. in 12. col. verſi. fallit tñ iſta cõcluſio. ff. de quæſtio. Pro quibus faciũt optimè dicta per Bal. in l. à procedẽte. in fi. C. de dilatio. quem vide. Itẽ patet etiã in alio caſu. Nam licet vbi tractatur de pœna pecuniaria imponẽda, reus ſit fideiuſſorib. relaxãdus: tñ hoc fallit, niſi ipſe reus ſpõte ſit cõfeſſus delictum. quia tunc † nõ relaxatur fideiuſſoribus, ita not. dixit Bal. in l. nullus. C. de exhiben. reis. quod dictum refert & ſequitur dom. Augu. de Ari. in addi. ad trac. Ang. de Are. in trac. malefic. in verbo, pro quibus Antonius fideiuſſit. in 1. addi. & idem dixit Ang. de Aret. in tract. malefic. in verbo, fama publica. in 9. char. in verſi. decimo quæro. de quo dixi ego in d. §. cogniturum. in 13. col. teneas mẽti prædictos caſus. quia ſunt notãdi in contingentia facti. Dicta aũt hucuſque in materia cõfeſſionis loquuntur in vera cõfeſſione facta à reo ore proprio. Sed modo aliqua accipias circa confeſſionem non propriam & expreſſam, ſed fictam inductam à ſtatuto, vel lege propter contumaciam, vel ex alia cauſa. Et primo ſcias quòd idẽ operatur ficta cõfeſſio inducta † à lege vel à ſtatuto, quòd operatur vera & expreſſa confeſſio oretenus facta. Nam ille qui ex forma ſtatuti habetur pro confeſſo, perinde eſt, ac ſi verè in iudicio eſſet cõfeſſus factum cũ qualitatib. in accuſatiõe, vel inquiſitione deductis, ita dixit Bar. & Bal. in l. quoniã. ff. de his qui not. infa. & probatur. in l. ſi tutor. & ibi hoc voluit Cynus, & Bal. C. de interdict. matrim. & voluit domin. Franciſ. de Aret. in cõſi. ſuo 147. incip. viſa cõſultatione & ſtatutis. in 1. col. & Aug. & Sal. & Paul. de Caſt. & Alex. in l. is qui. C. qui teſta. facere poſſunt. & ibi Iaſ. in 3. col. Et adeo eſt verũ hoc, qd̃ idẽ operatur ficta cõfeſſio inducta à ſtatuto quod operatur vera: ꝙ ſicut cõfeſſio vera facta ſuper ꝓceſſu nullo valet & validat ipſum ꝓceſſum, vt latè dixi in l. 1. § diuus Antoninus. in 3. & 4. co. ff. de queſt. & in ſing. meo 201. inc.

34

35

in

36 in confessum &c. ita validat † processum nullum confessio ficta inducta per statutum. ita not. dixit Bartol. in consi. suo, incip. à do. Cyno. de Bononia colu. 2. vers. super quarto. quem refert & sequitur dom. Nellus in trac. suo bannito. in prima parte secundi temporis. quęstion. 49. incipien. quæritur an tales. in fi. Sed contrarium tamen tenuit expressè Angel. de Aret. in tracta. suo maleficiorum. in verbo, qui iudex videns. in vers. quæritur tamen an tale statutum &c. circa medium. vbi alleg. ad hoc Bald. in addition. Specula. & alios de quibus ibi per eum, de quo etiam dixi, infra, in hoc §. nume. 58. in ver. incip. & pro istis faciunt dicta per Ang. de Aret. &c. ex quo prædicta doctrina redditur dubia, Scias tamē quòd ad hoc vt talis ficta confessio inducta à statuto propter contumaciam operetur vires confessionis, vt ex ea se-

37 qui † possit condemnatio, quòd necesse est antea hoc declarare per interlocutoriam iudicis. Exemplum, pone ex forma statuti: contumax debet haberi pro confesso, certè hoc casu ad hoc vt habeatur pro confesso, non sufficit sola contumacia, sed requiritur quod super tali contumacia iudex interloquatur ipsum haberi pro confesso, cum fuerit & sit contumax: aliàs si iudex contra contumacem procederet ad aliquam sententiam condemnatoriam sine tali interlocutoria, talis sententia non valeret, ita dixit do. Ant. in c. cum dilecti, de dolo & contuma. in 5. colu. in vers. vltimo aduerte. & idem dixit ipse in c. cum dilecti. de elect. quod etiam videtur tenere Bart. in l. fina. in §. quod si actor. C. de iuramen. calum. & Paul. de Cast. in consil. suo 33. incipien. super primo &c. in 2. colum. vbi expressè affirmat hanc partē. & idem voluit Ang. de Aret. in tracta. malefi. in verbo, qui iudex videns. in 5. char. in ver. statutum dicit. & ibi per do. Augu. in suis addi. &c. Pro quibus faciunt quæ dixi in sing. meo 283. inc. lapsus termini. & infra, in §. aggredior. nu. 106. Et faciūt quæ dixi in auth. agricultores. in 2. & 3. col. C. quæ res pig. oblig. pos. & in l. 1. in 13. colum. C. de execu. rei iudi. Ad quæ etiam vide do. Nellum in tractatu bannit. in 3. part. 1. temp. in 10. quæsti.

incip.

incip. quæritur an post lapsum &c. & in 4. par. 1. temporis. in 2. quæst. post mediū. vbi dixi, quòd sufficit quòd talis pronuntiatio contumaciæ fiat vna cū diffinitiua: ad quod allegat iura. de quibus ibi per eū, quod est singu. no. in practica, cum sæpius occurrat in facto. & vide etiam dom. Nellū in d. suo trac. in 3. parte. 1. temporis. in d. 3. quæst. & quæ ego dixi in rub. ff. de falsis, vltra medium. Et prò prædictis faciunt optimè no. verba. Iaſ. in l. properandum. in §. 1. in 2. col. C. de iudi. vbi multū not. loquitur in materia istâ. Prò quibus etia optimè facit. Nam quis non dicitur talis, † quousq; non est pronunciatus pro tali, secundum Soci. in consil. suo 51. inci. præstantissime doctor. in 3. col. & Paul. de Cast. in consi. 32. inc. omisso ordine. in fin. verbis. & faciunt pro hoc dicta per Pet. de Anch. in consi. suo 240. incip. per prædicta. circa fin. vbi dixit, quòd omnis executio est suspēsa contra excommunicatum, † antequam sit declaratum per sententiā ipsum esse excommunicatum. faciunt quæ ego latè dixi in rubr. extra de cri. fal. vbi latissimè loquutus sum. & in rubri. ff. de fal. Et facit etiā, nam notarius criminosus non est propterea † depositus à dignitate, vel officio, sed requiritur sententia declaratoria, secundum Inno. in c. qualiter & quando. de accusa. & quē refert & sequitur Bal. in l. ictus fustiū. in vlti. col. ff. de his qui not. infa. Et ideo † clericus homicida nō perdit beneficia, nisi postquam fuerit condemnatus de homicidio per sententiā iudicis secundum Inno. in c. cum nostris. de concess. præben. quē refert Bal. in l. athletas in §. calūniator. in prin. ff. de his qui not. infa. & voluit Bal. quem vide, in c. sicut. in 2. col. de coha. cle. & muli. & faciūt quæ latius dixi in consi. meo. inc. misericordia domini &c. in 6. char. Contra prædicta tñ facit non parum glo. in l. pen. §. fi. in versi. per contumaciam. C. ad Treb. quæ dixit, quòd ad hoc vt quis dicatur cōtumax, † sufficit cōstare ex actis, licèt super hoc iudex non pronunciet: quam glo. ibi dixit vnicam & solitariā Bald. & idem ipse dixit in auth. sed cum testator. in pe. col. C. ad legē fal. & in c. 1. in 7. colū. ver. sed an sufficiat. de mili. vasal.

38 39 40 41 42

qui contum. eſt. de qua glo. loquutus ſum in l. 2. in fine. C. de fide inſtru. pro qua gloſſ. facit, Nam acta inducunt
43 † notorium, ſecundum Alexan. in conſi. 404. inc. Chriſti ſaluatoris. in pen. colum. & Ludo. Rom. in conſi. 273. incip. clarum eſt &c. in fi. verbis. & Alexan. in conſi. 77. in cauſa & lite. in pen. colum. in fin. in 2. volu. & Abb. in conſil. 43. incip. in præſenti quæſtione. in fin. vol. 1. &
44 in notorijs non requiritur declaratio † iudicis, ſecundū plures doctor. quos retuli in rep. rubr. C. de proba. in 44. colum. in verſicul. attamen vbicunque &c. Contrariam tamen partem puto de iure veriorem: videlicet, quòd ſuper tali contumacia requiratur interlocutoria iudicis non obſtante quòd illa conſtet ex actis: eo quia etiam
45 ſuper notorijs requiritur † ſententia iudicis, vt ſatis latè dixi in dicta repet. mea rubr. C. de probatio. in 46. colum. verſicu. attende &c. & tamen vide Paul. de Caſt. in d. l. pen. C. ad Trebel. Scias tamen vnum in ſupradicta materia, videlicet, quòd ſi ex forma ſtatuti cōtumax debet haberi pro confeſſo: ſi antequam ſuper dicta contu-
46 macia ſit pronunciatum decedat contumax, † non præiudicaret talis contumacia hæredi. ita no. dixit Barto. in l. 1. §. ſed hæc cōſtitutio. ff. de calumniato. & in l. eius qui delatorem. in fi. 1. col. ff. de iure fiſci, & in l. 2. in §. quòd ſi actor. C. de iuramen. cal. in fi. & Bal. in l. 1. in 3. colum. verſi. ſed dubitatur eo caſu. &c. C. ne ex delic. defuncto-rum. & in c. vaſal. in ver. dicit Io. monachi &c. ſi de feudo fuerit controuer. Item ſcias etiam quòd ſicut vera cō-
47 feſſio aliquando poteſt reuocari † tanquam erronea vt latè ſatis ante dixi, in l. 1. §. fi. ad finē. ff. de quæſt. ita eodem modo poterit reuocari ficta confeſſio inducta per ſtatutum prætextu erroris: & contra talem confeſſionē admittitur probatio. ita ſingulariter dixit do. Frā. de Are. in cōſi. ſuo 147. inc. viſa conſultatione &c. in 3. colu. quē refert Iaſ. in l. is qui 3. col. qui teſta. facere poſ. vbi ſequitur opi. do. Fran. in d. conſ. & plura not. adducit, de quo etiā ego latè loquutus ſum in l. 1. §. fi. in pen. & vlti. col. ff. de qnæſt. vide tñ differētiam in tribus caſibus inter verā confeſſionem & fictam inductā à ſtatuto, quam

ponit

ponit Ang.de Are. in tract. malefi. in verbo, qui iudex videns.in verbo, quæritur tamē an tale ſtatutū &c. circa finem.& ibi in addi. Item etiam teneas menti perpetuò,quòd contumax licèt ex forma ſtatuti debeat haberi pro confeſſo,tamen ad hoc vt valeat cōdemnatio de delicto contra accuſatum vel inquiſitum de crimine, † debet vltra contumaciam conſtare de delicto,& debet 48
conuinci de ipſo,aliter non valet bannum nec condemnatio,ita probat tex.in l.raptores. C. de epiſco. & cleri. poſt prin.in verbo,conuicti interficiantur &c.& ibi etiam circa med.d.l.in ver.poſt legitimas & iuri cognitas probationes &c.& ibi etiā in fine legis. in verſ. reperti & conuicti fuerint &c.& ita per illū text.& per alia plura iura dixit Spec.& ibi Ioan.And.poſt eam in tit.de accuſatione.in 4.parte.in §. fin.in 9.colum.verſic.ſed pone A.fuit accuſatus &c.quod eſt ſingula. not: pro adiuuandis amicis bannitis, quando banniti fuerunt propter eorum contumaciam. & non ex aliquibus probationib. Et idem etiam tenet Oldra.in conſil.ſuo 75. incipien.hic agitur &c.poſt principium.in verſicu. & doctor.iuris canonici &c.de quo etiam dixi in repet. mea l.1. C.de raptu virginum.in nume.129.incipien.nota etiam ex iſto text.&c. Vide tamen Bald. in c.1. §. iniuria.in 6.colum.verſic. quæro vtrum valeat ſtatutum.de pace iuramen.firm.Et licet Ioan. And.vbi ſupra,referat Guido.de Suza.dicere iſtud eſſe verū de iure: ſed quòd contrarium ſeruatur de facto: tamen dico quòd per dicta verba non probatur quòd contrarium ſeruetur de facto,vt dixi, ſupra. in §.1.in nume.15.& caſu quo hoc probaretur per teſtes,vel per inſtrumenta, ſcilicet quòd contrarium ſeruaretur de facto,iſtud non releuat, quia attendi debet, quod de iure fit, non autem quod de facto fit. imò quæ de facto fiunt,nullam habent firmitatem vel robur: ſed imò de facto reuocantur, ſecun- 49
dum gloſſam in l. minor.ff. de cuictio. & Bald. in l.ſi pacto quo pœnam.C. de pact. de quo latius dixi in l.1. in princip.in 7.colum.ff.de quæſtio.Item pro prædicta doctrina Speculat.mihi videtur etiam text.in auth.qua

in prouincia in §.1. in verſic. ſi tamen omnino appareat obnoxius &c. C. vbi de crimine agi oportet. & tex. in argu. in l. ſi. ff. de bonis eorum qui ante ſententiam ſibi mortem conſciue. & text. in l. 2. in §. ſin autem. in verſicu. & conuicti &c. C. de his qui latro. occul. Item etiam pro dicta doctrina eſt optimus text. in c. Deus omnipotens. in verſicul. nullum antè veram iuſtamque probationem iudicare aut condemnare debemus &c. 2. quæſt. 1. Et pro prædictis facit etiam in arg. illud videlicet, quòd quando aliquis damnatur ex præſumptioni-
50 bus, & non ex probationibus: † tunc nunquam debet ſibi imponi vera pœna delicti, ſed alia minor. ita dixit Inno. in c. quia veriſimile. de præſumptio. quod dictum pro valde not. referunt & ſequuntur doct. in c. afferte. extra de præſumptio. & Bald. in l. non eſt veriſimile. ff. quod metus cauſa. & in c. 1. in fi. quib. mod. feud amitta. Et idem voluit Bald. in l. eius. in §. 1. in fi. ff. de teſta. & d. Abb. in c. auditis. in antep. co. de præſcri. & voluit Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 197. inc. viſa inquiſitione. Et illud dictum Inno. etiã ſequitur. do, Ant. & Abb. in c. quanto de præſump. & in cap. conſtitutus de teſti. & Oldra. in conſ. 192. inci. viſo diligenter &c. Bald. in conſ. ſuo 220. incip. in quæſt. in 2. colum. in 3. volum. & Alexand. in conſi 188. incip. viſo. in vlti. colu. in 7. volum. & dixi in conſilio meo 19. incip. non auferas. poſt principium. & in l. 1. in 9. charta. C. de ſica. & voluit Speculat. in tit. de præſump. in §. ſpecies in ver. in ſumma. & Pet. de Anch. in regula, ſemel malus in 10. colum. de regu. iur. in 6. de quo latius dixi in l. repeti. in 6. colum. ff. de quæſt. Et fa-
51 cit etiam ratio. Nam † contumacia dicitur ficta probatio & non vera, ſecundum do. Nellum in tractatu bannito. in prima parte primi tempo. in 1. quæſt. in vlt. col. & voluit Ang. de Aret. in tractatu maleficiorum. in verbo, qui iudex videns &c. in verſi. quæritur tamẽ an tale ſtatutum. in princ. vbi plura ad hoc allegat. Et ideo dixit no. Bald. in l. ſi filio. la 2. ff. ſolut. matrimo. circa finem. quòd contumacia † eſt fictum delictum & non verum,
52 de quo etiam per Bald. in l. & in multis. C. de appell. &

per

per Ioan.de Imola.in l.penult.in §.ad crimen.ff. de publi.iudi.& per Bertha. in reperto. ſuo in verbo, contumacia.in 2.colum.in 2.verſi. Pro quibus facit etiam, nã ſententia lata contra aliquẽ contumacem † magis præſumitur lata propter vitium contumaciæ, quam propter ius partis.text.eſt in l.præſes.C. de pigno. & in l.ſi ideo.ff.de euict.& in l.Papinianus, in §. meminiſſe. & in l.repudiantis.in §.fi.ff.de inoffi.teſtam.& in c. fi. de empt.& vendi.quæ iura ad hoc allegat Ludou.Rom.in conſil.ſuo 329.incip.præſens conſultatio.in penu.colu. vbi alleg.Barto.in l.ſæpe.ff.de re iudic.& l.res inter alios.C.quibus res iudi.non nocet. & do.Ant.in c. quamuis.de re iudi. Pro quibus faciunt optimè dicta per do. Felyn.in cap.fraternitatis.in 2.colum.verſ.tertio fallit. de hæreticis.& in c.in literis.in 10.colum.verſi.pro quo optime facit.de conſtitu.& per Bald.in l.1. circa finem. C.de calumnia.& per Soci.in conſi.ſuo 18.incip. proſequendo.in 11.col.Et faciunt quæ latius dixi in ſingulari meo 4.inc.quamuis aliquo caſu &c. Et pro prædicta do ctri.Spec.in d.tit.de accuſa.§.fi.in 9.colu.in d.verſ.ſed pone,A fuit accuſatus &c.& pro alijs ſuperius adductis, facit optimè in argum.ſingu.verbum Alexã. in l.omne delictum.circa princ. ff. de re militari. vbi dixit, quòd ad hoc,vt accedens bannitum gaudeat beneficio ſtatuti permittentis bannitum poſſe impunè occidi,† debet occidere bannitum ex veris probationibus delicti, non autem bannitum ex contumacia: quia tale ſtatutum non intelligitur de bannito ex contumacia.allegat hoc voluiſſe Bal.Io.de Imo.in l. mora.ff.ſolu.matri.quod profecto eſt ſing.verbum,maximè ad reſtrictionem doctrinæ Bar.& ſequaciũ in l.vbi pactũ.C.de trãſact.vbi dixit, q; ſi poteſtas inquirit cõtra occidentem bannitũ,qui ex forma ſtatuti poterat impunè occidi,q; tunc quilibet de populo poteſt cõparere & oſtendere bannũ illius mortui & dictũ ſtatutũ, & petere q; cõtra eũ vlterius nõ procedatur.ſed imò abſoluatur ab inquiſitione cõtra eum formata.& iudex debet tũc deſiſtere, & † volũt alij plures doc.quos retuli in l.ſi quis ne quæſt.in 25.colu. ff.de 53 54 55

quæſt. & ſupra in §. conſtante. nu. 38. Quæ doctrina Bar. & aliorum poterit reſtringi in occidente bannitum ex veris probationibus delicti, non autem in occidentem bannitū ex cōtumacia, ita ex illa doctrina do. Alexā. in d. l. omne delictum. poterit fieri dicta reſtrictio: quod tenendum eſt perpetuo cordi. Et pro illa doctrina dom. Ale. in d. l. omne delictum, faciunt optimè quę alias ego dixi, in l. infans, ante medium, verſi. circa tertium. ff. de ſicarijs. vbi videas. Et vltra prædicta in hac materia cōtumaciæ teneas menti perpetuò vnum ſingulare verbū & multum quotidianum, videlicet quòd ſtante ſtatuto quòd contumax habeatur pro confeſſo, intelligitur ta-
56 le ſtatutum, dūmodo præcedat libellus ſeu † inquiſitio valida: ſed ſi in ciuilibus præcedat libellus inualidus, vel in criminali præcedat inquiſitio inualida ſequuta contumacia, ipſe reus nō habebitur pro confeſſo. tex. eſt no. & hoc voluit Bar. in l. ſi filius. la 2. §. de interr. act. & facit tex. idē probās in l. ſed ſi ſine. §. ſed ſi ſeruus. eo. tit. & illū tex. in d. l. ſi filius. ad hoc alle. Lud. Ro. in cōſ. ſuo 224. inc. iſta captura &c. in 1. col. vbi dicit, q̄ ex vera cōtumacia, in quā quis incidit iudicio exiſtente nullo, nō poteſt reſultare aliquis validus iuris effectus, & allegat ad hoc. d. l. ſi filius. Et ideo dixit Bal. in d. l. ſi filius, quòd ſi aliquis accuſatur à bānito, qui ex forma ſtatuti nō debet audiri, & ſic accuſatio eſt nulla & inualida, licèt hoc caſu ipſe accuſatus patiatur ſibi labi terminum: non tamen habebitur pro confeſſo ex forma alterius ſtatuti. Et ſubdit etiam ibi Bal. & dicit: Nota hic arg. quòd vbi
57 poſitio nō debet admitti † ratione perſonæ, vel ratione materiæ, vel ratione formæ, quòd tunc cōtumax nō habetur pro confeſſo. alle. Spe. in tit. de teſte. in §. nunc videndum. verſ. cæterum. Et idem etiam voluit Bart. in l. 2. in §. quòd ſi actor. circa fi. C. de iuram. calum. & ibi Bal. qui dicit in ver. vlterius nota. &c. quòd ſi libellus eſt ineptus, vel non concludens, ſicut non poteſt reus tunc ex vera confeſſione condemnari, ita nec ex ficta poterit condemnari, quod dicit ipſe Bal. eſſe nota dignum.

Subdit poſtea ipſe Bal. ibi, quòd facit ad q. quòd bannitus

nitus habeatur pro confesso: quòd istud debet intelligi, quando accusatio, vel inquisitio concludit crimẽ, & punibile crimen, aliàs est impossibile, quòd fiat cõdemnatio, ita dicit Bal. in d. §. si actor. circa finem. Pro quibus etiã optimè faciunt dicta per eundem Bal. in addi. Spec. in tit. de accusa. in 1. parte. in 5. col. vers. & not. quòd vbi libellus &c. vbi dicit, q̃ quando libellus est ineptus siue propter omissionem modi & formæ substantialis, siue propter alias ineptitudines, bannum tunc latũ tanquã in contumacem non valet, nec contumax videtur confessus maleficium, alleg. d. l. si filius. & d. l. 2. in §. sin autem. C. de iura. calum. Et dicit postea quòd si non valet bannũ, non valet etiã subsequens sententia, quę fundatur in banno: & dicit etiam, quòd nõ meretur executionẽ sententiæ, quæ est ipso iure nulla. ita residet Bal. vbi supra. Et dicit Bal. in consi. suo 271. inc. visis dictis statutis &c. in 2. volu. quòd quãdo processus est nullus, quia nullitas apparet ex dispositione statuti, & sic erat error expressus, quo casu citatus nõ tenebatur cõparere: tũc non comparendo nõ dicitur cõtumax, nec potest haberi pro cõfesso: allegat iura de quibus ibi per eũ. Pro quib. optimè faciunt dicta per eundem Bal. in l. certi cõdictio. in prin. in vlt. col. ff. si cert. pet. & per Alex. in l. absentẽ. ff. de pœn. Et facit gl. in l. emptione. C. plus valere quod agi. quæ dicit quòd iuramentum appositum super contractu † nullo, nõ validat ipsum contractum. & facit gl. in auth. si qua mulier. C. ad Velleia. Et facit dictũ Bald. in consi. suo 106. inc. verba accusationis &c. in 1. vol. qd̃ dictũ retuli in cõsi. meo inc. in nomine patris summi, & omnipotentis Dei &c. in 12. char. & faciũt dicta per Pet. de Anch. in cons. suo 408. inc. probata tanta viri sæuitia &c. in fi. verbis. Et pro istis faciunt dicta per Ang. de Aret. in tract. malefi. in verbo, qui iudex vides &c. in ver. quæritur tamen an tale statutum &c. circa med. vbi dixit, q̃ licèt confessio facta super processu inualido valeat, secundum Inno. in c. qualiter & quando. el 1. de accusa. de quo dixi latè suprà in hoc. §. nu. 12. hoc est verũ in vera cõfessione: secus aũt in ficta inducta per statutum

58

59

ex contumacia: quia talis confessio non valet, nec validat processum nullum. ad quod alleg. Bal. in d. addi. in. ci. & nota quòd vbi libellus &c. & alia de quibus ibi per eum. Item teneas etiam menti in hac materia contumaciæ, quòd statutum volẽs, q̃ cõtumax habeatur pro con-
60 fesso, tale statutum non intelligitur † in minore, in muliere, nec in rustico, nisi sint in dolo expresso, & nõ præsumpto, vt est cõtumacia, ita dixit Pau. de Cast. in l. vbi exigitur. in fi. prin. ff. de eden. pro quo faciunt optimè dicta per Bal. & Ang. & Alex. in l. 2. in 1. col. ff. si quis in ius voc. non ierit. & idem expressè dixit do. Phil. de Peru. in c. Nicolao. in vlt. col. de appell. vbi refert hoc voluisse Bald. & Ang. in d. l. vbi exigitur. ff. de eden. quod dicit ipse esse sing. menti tenendum. Pro quo faciũt dicta per Bart. in l. minor. la 1. ff. de minori. vbi inter cętera di-
61 cit, quòd contumacia † dicitur dolus præsumptus & nõ verus: & ideo minor, mulier, & rusticus iuuantur. Tene menti prædicta, quia notabilia, & quotidiana sunt. Scias vlterius in hac materia, quòd si ex forma statuti contumax habetur pro confesso, istud intelligitur quo ad
62 delictum, † non autem quo ad qualitatem delicti aggrauantem ratione personæ, vel aliter, vel etiã quo ad qualitatem personę, in qua delinquitur. ita not. do. Pet. Ancha. in consi. suo 408. pro quo faciunt dicta per Bal. in l. si aduersarius. ver. sed si non opponatur. C. de fide instr. vbi dixit, quòd si quis debet ex forma statuti haberi pro confesso. intelligitur super intentatis tantũ, & nõ super alijs, quod est no. Item scias quòd cõtumacia dicitur vi-
63 tiũ. † l. sancimus. C. de iudi. Itẽ contumacia est peccatum mortale, secundũ Abb. in c. 1. in 3. col. extra de iudi. Item
64 cõtumax dicitur infidelis. c. si qui sunt præsbyteri. † 81. dist. de quibus latius per Iaſ. in d. l. sancimus. in pen. col. in fi. C. de iudi. Itẽ in p̃dicta materia contumaciæ tene menti perpetuò vnum sing. verbũ: videlicet, q̃ statuta Italiæ volentia, q̃ cõtumax habeatur pro cõfesso, nõ cõprehendunt † delinquentẽ existentem extra territoriũ
65 statuentiũ, vnde si delinquẽs est extra territoriũ banniẽtis, & citetur à iudice loci delicti: hoc casu ipso nõ cõparente,

rente, non habebitur p confesso virtute dicti statuti. ita sing. dixit do. Ant. in c. proposuisti. in 2. colum. de foro compe. quod dictū pro valde sing. refert & sequitur do. Catal. in tract. syndic. in ver. 543. inc. adde & tene menti perpetuo &c. quod dictum habet rationē in se per tex. in l. fi. ff. de iurisdi. om. iudi. & c. fi. de consti. in 6. cum si. de quo etiam dixi in consi. meo 82. incip. scientiarum omniū largitor &c. in 9. char. Et ideo vt talis delinquēs habeatur pro confesso ex forma dicti statuti, cautela esset, quòd iudex loci delicti, qui non potest ipsum reum delinquentem existentem extra territorium ipsius iudicis validè, & iuridicè citare, mitteret literas iudici loci vbi est ipse reus delinquens & ipsum rogare, quòd si subsidium iuris vellet facere citare talem reum existentem in suo territorio, vt debeat coram eo tali die personaliter comparere ad respondendum inquisitioni contra eum formatæ: iuxta ea quæ dixi in sing. meo 138. incip. iudex vnius territorij &c. & dicta per Iaſ. in l. properandum. in §. sin autem reus. in 1. & 2. col. C. de iudi. & per Bald. in consi. suo 450. inci. quidā in terra Burgi. &c. in 2. vol. quæ omnia tene mēti: quia paucis sunt nota. Scias etiam in hac materia contumaciæ, quòd stante dicto statuto, quòd contumax habeatur pro confesso, q hoc † intelligitur per trinam citationē, nec tali casu sufficit vna pro omnibus propter magnum præiudicium, quod inde sequitur, ita dixit Bald. in l. receptitia. ante fi. C. de consti. pec. quē refert & sequitur do. Catal. in trac. syndi. in versi. 543. incipien. adde & tene menti perpetuo &c. in fi. Vltimò circa prædictam materiam contumaciæ scias etiam, quòd condemnatus per contumaciā, quæ ex forma statuti habet vim confessionis, † non efficitur infamis. ita dixit Bar. in l. ictus fustiū. ff. de his qui not. infa. de quo latiùs per Alex. qui allegat alios tenentes hanc partem in consi. suo 114. incip. repetitus vt dicam &c. in 6. vol. alia etiā plura not. in materia contumaciæ. vide in repe. mea. l. de vnoquoque. ff. de re iudic. in materia contumaciæ, vbi plura singularia posui. 66 67

SVMMARIVM.

93

1 Iudex in negatorijs rei qualiter se debeat gerere.
2 Quæstio an possit infligi sine iudicis pronūtiatione. 20.
3 Indiciorum copia an danda per iudicem reo non petenti. Et si non dederit an puniendus 19.
4 Pœna iudici imposita propter tardatam expeditionem qualiter intelligenda.
5 Iuramentum calumniæ non petitum, nec præstitum, an annullet processum.
6 Iudex super non petitis non sedet.
7 Iudex nemine petente defensiones Rei tenetur quærere.
8 Verbum debet, positum in lege, necessitatem importat.
9 Iudici commissum ex officio necessitatem inducit, nisi aliter expressum fuerit.
10 Iudex officium suum exercere debet non implo-ratum pro subuentione pauperum.
11 Personæ miserabiles incarceratis comparantur.
12 Carceratorum causa dicitur pia.
13 Legatum relictum incarceratis apud hostes etiam pro maleficio, vt redimantur, dicitur pium. Iudex in actibus pijs debet supplere ex officio.
14 Dotis causa pia est.
15 Ignoranti in his quæ sunt iuris non succurritur.
Incarceratos an excuset iuris ignorantia in non consulendo peritiores.
16 Factum difficile habetur pro infecto.
17 Ignorantia iuris in damnis euitandis non nocet. Et quid in causa lucratiua trahente originem ab onerosa. 18.
21 Iudex plenas delicti probationes habēs, an debeat tormentis reum dare.
22 Quæstio in delicto per veras probationes liquido, locum non habet.
23 Torquendus nemo nisi in subsidium probationum.

24 Iu-

24 Iudex torquens pro delicto per probationes claro tenetur in syndicatu.

25 Torqueri aliquem petens iurare tenetur de probationis defectu.

26 Probationes eneruantur per negationem in tormentis perseuerenter astructam.

27 Accusatio criminis torturam requirit postulatã, quod secùs in inquisitione. Et quid lite non contestata. 28.

29 Iudex an possit torquere virtute primæ depositionis testium sine resumptione, & quæ super hoc veniant seruanda. Et an testes veniant per iudicem examinandi. 30.

31 Torqueri an possit reus minor 25. annis & quomodo.

32 Actus ad præstandam curatoris autoritatem ex breuitate temporis nullus 33.

34 Causæ cognitio in quolibet actu est maximi momenti.

35 Absolutio à iuramento sine causæ cognitione est inefficax.

36 Statutum, quòd liceat pronunciare sine causæ cognitione non valet.

37 Dispensatio inferioris à papa sine causæ cognitione nullius effectus est.

38 Iudex aliquem spolians sine causæ cognitione, ante omnia ille venit restituendus.

39 Iudex sine causæ cognitione procedens homini priuato comparatur, cui non obediendum est.

40 Rescriptum vetans causæ cognitionem, est de falso suspectum.

41 Iudicis iussus sine causæ cognitione non excusat à pœna.

42 Cõmissio iudicis cum causæ cognitione ad tempus successoris protenditur.

43 Causæ cognitio est de iure diuino, nec est omittenda.

44 Authoritas in actu inferenda, sine causæ cognitione & illius mentione in instrumento corruit.

45 Statutum, quòd mulier & minor non obligentur sine iudicis authoritate, causæ cognitionem in instrumento insertam requirit.

46 Confessio minoris facta in præsentia iudicis sine curatore, an valeat.

47 Mulier prægnans non torquenda donec peperit. Nec etiam intra quadraginta dies à die partus. 43.

49 Prægnans non cogenda vt veniat ad testimoniũ ferendum, si sit periculum partus in itinere.

50 Statutum de bannitis impunè occidendis non includit prægnantem.

51 Clericus ex quibuslibet indicijs non torquendus, nisi sit infamis.

§ NVnc videndũ est, quid fiendũ sit à iudice, quando reus respondet inquisitioni negando omnia contenta in inquisitione esse vera: in quo dicas,
1 quòd tunc iudex debet dare copiam indiciorum reo receptorum contra eum, cum termino competenti ad illa purganda, cum comminatione, quòd si illa in illo termino non purgauerit, quòd illa purgabit cum tortura, ita dixit Ang. de Are. in tract. malefi. in verbo, fama publi. in 1. char. in versi. & sic bene not. & in eodem tractatu in eodem versi. item aduertas quòd non sufficit &c, & ibi in addi. & idem voluit Gand. in suo tract. malefi. in rub. in c. quæritur nunquid torquendus sit audiẽdus. & in cod. tractatu sub rub. de quæstio. & tormen. in 4. col. in vers. sed quid erit de quæstione &c. & voluit Bart. in l. fi. in pẽ. q. ff. de quæstio. & Bald. in l. 2. in prin. C. de edẽ. & no. doct. in c. cùm oporteat. de accu. & Paul. de Ieaza. in comment. c. grauis. de depositio. circa vlt. co. in ver. quid si torquendus quærit &c. & alleg. plures rationes, quas ponit d. Alex. in con. suo 65. inci. habita super contentis &c. in primo vol. in 1. col. & voluit Ang. & Imol. in l. custodias. ff. de publi. iudi. Bar. in l. vnius. in

§. reus.

§.reus.& in §.cogniturum. ff.de quæstio. & in l. si postulauerit.§.quæstioni.ff de adulte. de quo etiã per do. Barth.Cepo.in conſ.ſuo 64. incip.ſuper articulo &c. & in conſi.ibi ſequenti. Et dixit Barto.in conſi.ſuo incip. punctus quæſtionis &c.quòd etiam data dicta copia indiciorum,nõ poteſt procedi ad torturam, † niſi primo 2
pronuntietur per iudicem deueniendum eſſe ad torturam:quod dictũ refert & ſequitur do.Fran. Bru.in trac. ſuo de indicijs & tortu.in 9.char.in 4.col. vbi etiã ſubdit, quòd ſi fiat pronuntiatio iudicis,quòd deueniẽdum ſit ad torturam, quod à tali pronunciatione,licèt ſit interlocutoria,poterit appellari per ipſum reum,cum cõtineat grauamen irrecuperabile.alleg.Bart. & alios in l. fi.ff.de ap.reci.& Bal.in l.2.C.de epiſco. audi.de quo p
do.Fran.in d.ſuo tract.in d.loco.& per Gan.in tract.male ſub rub.de quæſt.& tortu.in 3.colũ. verſi.ſed quid de quæſtio.de facto &c.de quibus etiã dixi in l.1. in princ. in 3.col.ff.de quæſt.in ver.tertiò requiritur &c. Sed poteſt hic quæri de vno,videlicet,vtrum talis copia indici. 3
orum debeat per iudicem dari reo non petenti, † ſed ſolum ſi illa petat? in quo dico aduertendũ eſſe. Nam primò videtur dicendum, quòd iudex non teneatur dare dictam copiam indiciorum cum dicto termino reo nõ petenti.arg.tex.multum not. in l.vnius facinoris.in §. cogniturum.in verbo,reo poſtulante &c. ff.de quæſtiõ. vbi dicitur, quòd defenſio nullo tempore eſt per iudicem denegãda reo poſtulante, ex quo tex.poteſt inferri in caſu noſtro, quòd reo poſtulante data ſit talis copia indiciorum. alias ſecus,vt probat ille tex.à cõtrario ſenſu.ad quod vide Ang.de Are.in lib. maleſi.in verbo,fama publ.in 5.char.in verſi.item aduertas.& ibi omnino in addi.pro quo faciunt nota.per Gand.in tract.ſuo maleſi.ſub rub.de homicidijs.in 2.col.poſt prin. Quinimo etiam ſi iudex ad hoc tenetur ſub pœna ex forma legis vel ſtatuti:tamen nõ caderet in pœnam, ſi dictam copiam non daret,ſi ad hoc nõ eſſet requiſitus per ipſum reum. Ita in ſimili dixit Abb.in c.pen.in pen. colũ.in verſ. & nota vnum pulchrum dictum. nu.19.de iudi. vbi dixit,

xit,quòd vbi iudici imponitur pœna,si causam non expedierit intra instãtiam,quod comittatur pœna, si pars petat & instet † apud iudicẽ,quod causam ipsam expediat,aliâs non cadit in pœnam,si dictam causam non expedierit intra tempus instantiæ: & idẽ dixit do. Cat.al.in tract.suo syndi.in versi.42.incip. adde quòd si iudex &c. & Bald.in consi. suo 61. incip. super contentis &c.in 6.col.& Barba.in c.consuluit.in 4.col.de offi. deleg.in rubr.extra de accus.in 1.col.& in c.de causis. in 6. col.de offi.deleg. & in consi.suo 32.incip.viso præsentis consultationis puncto,in 1.col.in 2. vol. vbi plura iura, & plures doctrinas allegat ad hoc. Pro quo etiam facit tex.in l.1.in §.magistratibus. ff de magistr.cõue. vbi dicitur,quòd magistratus, qui non dedit tutorem, vel curatorem minori, tenetur,quòd est verum,dicit tex.si interpellatus fuit,aliâs non. Et faciunt dicta per Ioan.Cal. in consi.suo 3.in titu.de pœn. vbi dicit, quòd si per statutum imponitur pœna iudici si non administrauerit iustitiam, quod hoc casu si non administrauit,quia non fuit hoc petitum per partem,quòd non cadit in pœnã: allegat iura de quibus ibi per eum. Ad prædicta etiã facit glo.nota.in l.vniuersa.in ver.præbeatur. C. de preci. Imper.offe. vbi tex.dicit quòd habens terminum seu dilationem soluendi creditoribus suis, tenetur satisdare de soluendo finito termino dilationis,aliâs non gaudet commodo dictæ dilationis,& glo. ibi dicit hoc esse verum,si talis satisdatio petatur à creditore:aliâs secùs &c. Et dicit ibi Pau.de Cast.in fi.per illam glo.quòd quando lex vel statutum mandat fideiussores præstare,aliâs annullat actum, putà quando forensis agit contra ciuem. teneatur præstare fideiussorem de expensis soluẽdis,aliâs non valeat processus:modò pone quòd forensis egit contra ciuem,& nõ præstauit talem fideiussionem,quia nõ fuit petitũ:opponitur q̃ processus est nullus,dicit Pau. de Cast.ibi.in cõtingentia facti dixisse hoc non esse verum,si non fuit petita,de quo ibi latius per eũ pro quo allegat l.petito.§.fratre.ff.de lega.2.in vers.quòd si cautio non fuerit,ab eo, qui primo loco admissus est, desiderata,

delata, &c. Et dicit etiã facere quod dicitur de iuramẽto calumniæ, quòd nisi p̃stetur, nõ valet ꝓcessus, nã hoc est verũ † si fuerit petitũ, aliâs secùs. alle. not. in l. secũda, in §. sed verũ. C. de iura. calũ. & in c. 1. eod. tit. in 6. Et dicit Pau. de Cast. in d. l. peto in d. § frater, quòd illũ tex. ipse aliquãdo allegauit ad quæstionẽ statuti dicẽtis, quòd appellans vel petẽs restitutionẽ debeat cauere cum fideiussore de reficiendis expẽsis, & aliter ꝓcessus factus nõ valeat: quæritur si cautio nõ fuit petita, nec ea obtulit, sed in causa ꝓcessit, vtrũ processus sit nullus: & dicit quòd ille tex. facit quòd nõ, & quòd dictũ statutũ debet intelligi, si fuit petita & nõ præstita: nam vsufructuarius nõ facit fructus suos nisi cautionẽ præstiterit de vtendo & fruendo arbitrio boni viri: & tamen si sciente & patiẽte proprietario vsus est nõ præstita cautione, facit fructus suos, allegat notata in l. vxori. per Bart. ff. de vsufr. leg. Et illã doctrinã Paul. de Cast. in d. §. fratre. refert, & sequitur do. Feli. in c. sicut. in 4. col. dẽ rescri. & do. Alex. in con. suo 443. secundũ or. meũ inci. visis narratis &c. & faciunt etiã pro istis alia plura & plura quæ adduxi. fortè vltra omnes in l. vnius facinoris. in §. cogniturũ. in 2. & 3. col. ff. de quæstio. vbi videas. Itẽ pro hac parte. quòd iudex non teneatur dare reo copiam indiciorum si ipse reus non petierit: facit optimè in argu. regula illa iuris, videlicet, quòd officium iudicis nõ impartitur nisi petentibus: vt habetur in l. 4. in §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. cum si. ibi à doc. allegatis. Itẽ facit etiã alia regula videlicet, quòd super † nõ petitus iudex 6
non dicitur sedere, de qua habetur per Bald. in cap. 1. in prin. vt lite nõ conte. vbi alleg. tex. quem dicit sing. in l. si ex testamẽto. ff. de excep. rei iud. & idẽ dixit Pet. de An. in cõsi. suo 199. inc. super diligenter omnibus &c. circa med. versi. secundo principaliter & Bald. in consi. 61. inc. super cõtentis. in 6. vol. Pro quibus etiam faciunt dicta per Bald. in c. 1. de cõten. inter me & dominum de porcu. & in l. cum Papinia. in 2 col. C. de senten. Et sic ex istis omnibus videtur dicendum, quòd si reus non petat dictã copiam indiciorum eum termino cõpetenti ad

illa

illa purgãda, quòd iudex nõ teneatur eam sibi dare, sed
possit procedere ad vlteriora. Sed in contrariũ, quòd imo
iudex debeat dare reo dictam copiam indiciorum, etiã
si ipse reus illam non petat. Facit, nam ista datio copiæ
indiciorum est defensio: eo quia habita tali copia, ipse
reus potest opponere contra personas, & contra dicta
7 testium examinatorum super dictis indicijs: & hoc sa-
tis de se patet. Sed iudex ex officio etiam nemine petẽ-
te debet quærere † defensiones Rei. l. si non defendãtur.
ff. de pœn. volunt doct. in l. 1. §. fi. ff. de quæst. per illum
tex. & voluit do. Alex. in con. suo 486. incip. pulchrè re-
spondet &c. in fi. & Ang. in consi. suo. 38. incip. factum
tale est, Christophorus Petri &c. in vl. col. ante fi. & Ra-
pha. Cumanus in con. suo 134. incip. visis denuntia. &c.
in 2. col. post medium. & Bart. multũ no. in con. suo 110.
inc. à do. Cyn. de Bononia. in vlt. col. & in cons. 107. inci.
visis omnibus statutis. & in l. 4. in §. hoc autem iudici-
um. ff. de dam. infect. & in consi. suo inci. factum sic pro-
ponitur. Bernanducius pereussit Herculanum &c. quem
refert & sequitur affirmando hãc partem Paul. de Cast.
in consi. suo 33. incip. super primo quæsito. in 2 colũ. &
idem voluit ipse Paul. de Cast. in consil. suo 207. incip.
super 1. in vlt. col & Cepol. in cons. suo 46. inci. quidam
dominus &c. in vlt. co. & in consi. suo 47. inci. quanquã
in vlt col. Et dixit Bart. in d. consi. 107. incip. visis omni-
bus &c. quòd iudex debet quærere innocẽtiam partis,
etiam si se non defendat per d. l. si non defendantur. &
dicit quòd non solùm hoc debet facere ante sententiã,
sed etiam post sententiam: & si eum non reperiat cul-
pabilem. debet facere, quod potest vt absoluatur. ita for-
maliter dicit Bart. in d. cõsi. quod est summè not. & idẽ
tenet do. de sancto Gemi. in cõsi. suo 26. incip. casus &c.
in 2. col. de quo etiam dicam infra. Item pro hac parte
8 quod iudex teneatur dare reo etiam non petẽti copiam
indiciorum probatur ex tex. d. l. si non defendãtur. quo-
niam verbum debet appositum † in illa l. si non defen-
dantur, est necessitatis, & importat necessitatem, secun-
dum glos. in clem. attendentes. in verbo, debet. de stat.
mo.

mo.quam approbat do. Fely.in c.exceptionem,in 3.col. de excep.circa med. & probatur in l 1.ff.quod quisq; iu. & in l.prætor.in prin.ff.de edē. & voluit glo. & ibi doc. in c.proposuit.de appe. & Bart.in l.3. C.de pig.& Ang. in l.1.C.quomodo & quando iu. Pro quo etiam facit: nā quando cōmittitur aliquid iudici expediendum ex †of- 9
ficio, semper intelligitur esse necessitatis, nisi expressè diceretur,quod esset in eius arbitrio facere vel non facere.ita dixit Card.in d.c.exceptionem. vbi etiam dicit se dixisse in c.1.de dilatio.& eum refert & sequitur do. Fely.in d.c.exceptionem.in 2. colum. ergo ex istis satis apparet, quòd licèt reus non petat talem copiam indiciorum,attamen iudex iustus & rectus secūdùm rigorem & æquitatem debet eam dare ipsi reo. Item pro hac parte facit,nam iudex debet exercere officium suum etiam non imploratum,quādo †tale officiū respicit miserabi- 10
les personas, vel actum pium, vel causam piam,secundū Bart. Alex. & alios,in l. 4.in §.hoc autem iudicium,ff.de dam.infect. sed carcerati dicuntur miserabiles personæ, † vt voluit Bar.in tract.suo carceratorū. in fi. & est tex. 11
& ibi doct.in l.si quis ad declinādam. C.de episc.& cler. & doct.in l.1.C.quando Impera. inter pup. & viduā. & Cy.in l.fi.C.si quis alteri vel sibi.& Moder.in l.diuus.ff. de feriis.Itē causa carceratorū dicitur †causa pia, vt vo- 12
luit Bart.in d.tract.in fin.& legatū factum pro redemptione captiuorum, etiam si sint carcerati pro maleficio,dicitur pium, secundum glo. in c.sacrorum canonū statuta 12.q.2.quem refert & sequitur Bald.in l.illud.in prin.C.de sacrosanct.eccle. † Et quòd tale legatū factū 13
carceratis dicatur pium,tenuit etiam Bald. & alij in l.si quis pro redemptione.C.de dona. & in l.nulli.C.de episco.& cleri.& in auth.similiter.C.ad l.fal.ergo tali casu iudex debet impartire officium suum etiam nō imploratum : & sic cùm causa carceratorum sit pia, & ipsi carcerati sint miserabiles personæ,debet iudex dare reo carcerato copiam indiciorū cum termino competēti ad illa purganda, etiam reo non petente, per prædicta. Ex quibus apparet hanc quæstionem esse dubiam & ambi-

guam. Quid ergo dicendum? Mihi videtur pro concordia esse distinguendum hoc modo, videlicet, quòd aut reus carceratus, est homo idiota, vt rusticus, mulier, vel pupillus, vel alius verisimiliter ignorans iuris solennitates, & homo verisimiliter nesciens facere suas defensiones. Aut est homo prudẽs, vel literatus, vel talis conditionis, qui verisimiliter scit petere talem copiã, & scit facere defensiones suas.

Primo casu, teneo quòd iudex ex officio suo etiã ipso reo non petente teneatur dare sibi copiam indiciorum cum termino competenti ad illa purgãda; ad quod mouetur. arg. tex. not. in l. nec quicquam. in §. circa aduocatos. ff. de offi. proconsul. vbi dicitur, quod vbi iudex debet exercere officium suum circa miserabiles personas prout sunt mulieres, pupilli & similes, tunc siue ipsi tales petant, siue non petant, tamen iudex vltro debet eis dare aduocatos. Et illũ tex. ad hoc pro not. allegat Bart. & post eum do. Alex. in d. l. 4. in §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & hoc voluit Cyn. in l. 1. in 14. q. ff. de iurisd. om. iud. quem refert & sequitur do. Alexã. in d. §. hoc autem iudicium, post prin. vbi respondet ad iura, quæ videntur contraria. Et vltra prædicta, quod in actibus pijs iudex debeat supplere ex officio, voluit etiam Bald. in l. mulierem. per illum tex. C. si mancip. ita ve. ne prostituatur. & Inno. in ca. ad nostram. de iureiur. Bald. in l. nec quicquã in §. vbi decretũ. in col. 10. de offic. proconsul. & in auth. ad hæc. in fi. C. de vsur. & in l. vnica. in 17. col. C. de cõfessis. & Ang. in l. hæreditas. §. 1. ff. de pet. hær. & Lud. Romã. in authẽ. similiter. in 11. sing. C. ad l. Falc. & dicit etiam ipse do. Alex. in d. §. hoc autem iudicium, Reo hac parte benè faceret tex. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. versi. necnõ illud quoque. ff. solut. matrimo. vbi probatur. quòd in causa dotis iudex interponit officium suum etiam non petitum: quia causa dotis † est causa pia. l. cùm is. §. si mulier. ff. de condi. inde. & notat Bart. in l. si constante. in 9. quæst. 1. partis. in fine. ff. solut. matrim. & in l. si ego. in princ. ff. de iure dot. & voluit etiã Raph. & Pau. de Cast. d. §. eo autem tempore

fore. ponderantes illũ tex. ad hoc ſcilicet, quòd in cauſa dotis iudex interponit officium ſuum etiam nõ petitũ. Et pro hac parte quod iudex debeat dare ex officio ſuo copiam indiciorum reo, illo etiam nõ petente, quando talis reus eſt homo groſſus, inexpertus, & literarũ ignarus, & talis qui veriſimiliter neſcit facere ſuas defenſiones, facit optimè in argu. tex. in in l. 3. §. præterea. ff. de ſuſpec. tuto. & faciunt no. verba Paul. de Caſt. in d. l. 4. in §. hoc autem iudiciũ. in fin. ff. de dam. infect. Et facit etiam in argu. rubrũ & nigrum tituli. C. vt quæ deſunt adũoca. par. iud. ſupple. Et profecto durum & iniquum ac abſurdum eſſet, quod in tali caſu tractatur de tortura Rei, & ſic de præiudicio irreparabili, poſſet procedi cõtra ipſum reum ad torturã nõn data ſibi copia indiciorum ipſo neſciente illam petere, & ignaro defenſionũ iuriũ ſibi eõpetentium. Nec obſtat ſi diceretur, quòd nõ eſt ſibi ſuccurrendum in hoc, quoniam in his quæ ſunt iuris † ignoranti non ſuccurritur, vt eſt tex. in l. iuris. & in l. error. & in l. regula. ff. de iuris & facti ignoran. & hoc non ſolùm procedit in maſculo, ſed etiam in fœmina. l. emancipati. & l. quamuis. C. de iuris & facti ignoran. l. iuris. C. qui admit. Sed iſte reus poterat conſulere peritiores, & aſſumere procuratores & aduocatos, qui talem copiam indiciorum accepiſſent ſeu petiſſent pro eo: ergo iudex non debet ſupplere ex officio aliquo nõ petente. Quoniam reſpondeo quòd prædicta non obſtant, eò, quia communiter (vt docet experientia) iudices tenent reos criminis in carceribus ſecretis, & non permittunt, quòd ipſi poſſint alloqui nec procuratores nec aduocatos, nec aliquam aliam perſonam, donec non eſt completus proceſſus, & non eſt datus terminus ipſis reis ad faciendas eorum defenſiones, & hoc faciunt iudices, ne ab aliquo inſtruantur ad occultandum delictum, & ſic iura prædicta non habent locũ in eis, cũ non ſit in poteſtate eorum conſulere peritiores. Quando enim eſſet in poteſtate eorum conſulere peritiores, & non conſulerent: tunc poſſet eis imputari, & iuris ignorantia eos non excuſaret, vt eſt text. in

98

l.regula.§.ſed iuris.ff.de iuris & fac.ignoran.& ibi glo. in verſi.raro.& in d.l.iuris.C.qui admitti. vbi latè per Alex.qui referendo Bald.& Ludo.Romã.dicit quod nedum hoc habet locum quando reus omnino nõ poteſt conſulere peritiores, ſed etiam habet locum, quando nõ facilè poſſunt conſulere. Et quando quis facilè non po-
16 teſt facere aliquid, † perinde eſt ac ſi illud facere non poſſet, ſecundũ glo.in cap.quãuis. in verbo continuatis. de offic.ordi.in 6.Et facit glo.in cap. faciat. 22.quæſt.2. quæ vult, quod illud dicitur non poſſe fieri, quod commodè fieri non poteſt, pro quo faciunt dicta per Cardi. in cap.perpendimus,extra de ſentent.excommu. & ibi do.Fely.ponit plura nota.dicta in propoſito. in c.accepimus.in 2.col.de fide inſtrum.ad quod etiam vide Bal. in conſi.26.inci.caſus.vir donauit &c.in 2.col. in 3.vol. Præterea etiam conſiderandum eſt quod iura loquentia in ignorantia iuris, quæ non excuſat ignorantem, loquuntur in lucris acquirendis,quæ non excuſant etiam mulierem tractantem de lucro : & tamen excuſat talis ignorãtia, quando tales non potuerunt conſulere peritiores,vel non facilè potuerunt, & ſic in lucris captãdis. quanto ergo fortius,vbi agitur de damno euitando habet excuſare ignorantia iuris, quando non poteſt haberi facultas conſulendi peritiores. Et regulariter igno-
17 rantia iuris non nocet in damnis † euitandis, prout eſt in caſu noſtro, vbi agitur de graui & magno præiudicio,vt habetur in l.iuris,& in l.error. ff.de iuris & facti igno.& voluit glo.in l.reg.eod.tit.Et adeo eſt vera dicta regula,quod ignorantia iuris non nocet damnis, quod etiam ſi eſſet cauſa lucratiua, quæ tamen haberet ori-
18 ginem à cauſa oneroſa,quia nõ cenſetur eſſe lucrũ,† ſed imo onus, dato quòd lucrum afferat,vt voluit glo. ſing. in l.ſi donaturus.§.fi.in glo.vlt.& ibi Bald.ff.de dona. ob cauſam.& ibi Iaſ. qui allegat multas concordantias. & in l.ſi emancipata. C.de iuris & facti ignoran. etiam tali caſu iuris ignorantia non nocebit ignoranti: ita ergo in caſu noſtro iſta iuris ignorantia non nocebit reo, ſi ipſe non potuerit conſulere peritiores, & per eum nõ

ſteterit,

ſteterit, quòd eos non conſuleret. Apparet igitur ex prædictis, quod non obſtat dicta oppoſitio. Item apparet etiam quod talibus perſonis miſerabilibus iudex tenetur dare copiam indiciorum, etiam ſi illa non petierint. Et ideo cùm in tali caſu ad hoc teneatur, ſequitur, quòd ſi eam copiam non dederit, debet puniri ſecundùm Bartol. & Alexan. † in d.l.4. in §. hoc autem iudi- 19
cium. & maximè cum hoc videatur feciſſe dolosè, prout in dubio videtur feciſſe, vt dicit Bart. & latius Alex. in d.l.4. §. hoc autem iudicium. alias eſt in §. in eum quicquid. ff. de damn. infect. Secundo verò caſu, ſi eſt homo prudens, ſagax, literatus, vel expertus, vel talis qui veriſimiliter ſcit petere talem copiam, & ſcit facere ſuas defenſiones, & tunc habent locum iura primo loco allegata: videlicet, quòd talibus perſonis iudex non tenetur dare talem copiam, ſi eam non petierint, imputent enim ſibijpſis poſtquàm poterant, & ſciebant petere dictam copiam, ſi illam non petierint; nec hoc caſu poſſunt conqueri de iudice: eo quia damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi imputet, & non alijs, vt in regula, damnum. de reg. iur. in 6. cum concordan. ibi poſitis. Pro quo facit etiam regula illa, videlicet, quòd ſcientia & patientia cum taciturnitate æquiparatur conſenſui, ſecundùm Bart. & Angel. in l. ſi filius. C. de petit. hæred. & in l. qui in aliena. §. ſed & ſi non adierit. ff. de acquir. hæred. de quo latius dixi in ſing. meo. 87. incip. patientia &c. Tene menti prædicta, quia hæc quæſtio ſæpè contingit de facto. Data autem dicta copia cum termino ad purganda dicta indicia ſi in tali termino reus non purgauerit dicta indicia aliquo modo, iudex per ſuam interlocutoriam pronunciabit indicia data reo cum termino non eſſe purgata, & ideo deuenien- 20
dnm eſſe ad torturam. † ita dixit domi. Fran. Bru. in ſuo tract. de indic. & tor. in 9. char. in 4. col. vbi dicit, q̃ hoc voluit Bar. in conſi. ſuo incip. punctus quæſtionis talis eſt &c. de quo latius dixi in l. 1. in prin. 3. col. ff. de quæſt. & hoc facto iudex poſtea ponet reum ad torturam. Quod tamen ſanè intellige, quando aliæ probationes

haberi non possunt de ipso delicto: secùs autem si iu-
21 dex † haberet plenas probationes delicti: quia tunc non debet ponere reum ad torturam, cùm certus certiorari non debet. l. 1. in fi. ff. de actio. emp. l. 2. ff. de eden. l. si legibus. C. de episc. audien. cum simil. de quo plenius dixi in l. 1. in prin. in 3. colum. ff. de quæst. Et ideo dixit mul-
22 tum not. Ang. in l. & si certus. ff. ad Sylla. † quòd si maleficium est liquidum per veras probationes, quòd tunc iudex malè facit ponere reum ad torturā ideo tenetur tali casu in syndicatu. & idem dixit do. Catal. in tractat. syn. in versi. 151. incipien. adde quando &c. & faciunt dicta per Cyn. in l. 2. C. quorum appel. non recip. vbi dixit, quòd iudex maleficiorum qui reum plenè conuictum torquet, vt confiteatur delictū: & sic vt apud acta reperiatur confessus & conuictus ad hoc vt non posset
23 appellare, iuxta dicta l. 2. malè faciunt: quia nemo † est torquendus, nisi in subsidium probationum. Item hanc opinio. quod liquidato delicto per probationes reus nō debeat torqueri, aliâs iudex torquens teneatur in syn-
24 dicatu, tenet †. do. Franc. in suo tract. de indi. & tortu. in 10. char. in prima co. & idem tenet do. August. de Arim. in additio. ad Ang. de Aret. in tracta. maleficiorum. in verbo, fama publica. in 15. char. versi. secundò quæro &c. Pro quibus faciunt dicta per Bald. in l. 1. in 2. colū. in ver. vlterius no. C. de iuram. colum. vbi dixit, quòd
25 ille qui petit aliquem torqueri, debet primò iurare, † quòd non habeat alias probationes, quàm torturam. Et ideo dixit Ioann. And. in c. cùm in contemplatione. de regu. iur. quòd de facili non est deueniendum ad torturam. Et facit etiam, nam ad hoc, vt iudex possit deuenire ad torturam contra reum, oportet, vt dixi, quòd non sint aliæ probationes, nisi ipsa tortura: aliâs si alia probatio est contra eum, non potest iudex deuenire ad torturam. ita probat text. in l. diuus Pius. & in l. edictum. & ibi doct. ff. de quæstio. & tex. in l. quoties. C. eo. tit. & hoc firmat Gand. in suo tractatu malefi. sub rubr. de quæstio. & tormen. in princip. vbi dicit, quòd iudex qui quæstionem de aliquo habere intendit, debet habe-

re hanc

re hanc consideratione, vt non facilè nec repentè procedat ad eam, si aliqua alia leuiori via potest obiecti criminis veritas haberi, quantumcunque adsint indicia vel verisimilia argumenta. Et idem etiam dixit Angel. de Are. in tract. suo malefi. in verbo, fama publica in 15. char. in versi. secundo quæro &c. Pro quo dicit facere text. in d. l. edictum. & ibi Barto. Et subdit quòd iudex debet esse cautus, & facere apparere in actis, quòd ipse iudex nō valens aliter veritatem habere declarauit deueniendum esse ad torturam, aliàs autem posset teneri in syndicatu. Et sic ista est cōmunis opi. doct. quòd probato delicto iudex non possit ponere reum ad torturā. de quo dixi etiam in l. 1. in prin. in 3. col. in vers. quartò requiritur. ff. de quæst. & in repe. mea. l. fin. in 86. char. C. de proba. & singu. meo 108. incip. aliàs fui interrogatus &c. & in consi. meo incip. licèt nedum plenè in 14. char. quòd est in ordine 51. vbi etiā latius loquutus sum. Quinimo tene menti perpetuò, quòd si iudex habet plenas probationes maleficij, & vult etiam habere confessionem maleficij ab ipso reo, vt sit conuictus & confessus, & non possit appellare, iuxta l. 2. C. quorum appell. nō recipi. & ideo facit ipsum reum ponere ad torturam: tūc si ipse reus † in tortura perseuerat negando, tunc iudex 26
non poterit vlterius eum condemnare de dicto delicto vt antea poterat ex plenis probationibus contra eum existentibus: quia per talem torturam, & negationem, & perseuerantiam, ipsius rei probationes, quæ erāt contra eū sunt debilitatæ, & magis videtur verū illud quod ipse reus dicit, & negat cum perseuerantia, quam illud quod depositum fuerunt testes contra eum recepti. Ita sing. & egregie dixit Alber. de Rosa. in l. edictum. per glos. ibi. ff. de quæst. vbi etiam ego dixi. Quod dictū pro valde not. refert & sequitur do. Bar. Cepo. in consi. suo. 23. inci. quidam rustici &c. vbi alia adducit. De quo ego latius dixi in sing. meo 262. incip. quod potui nolui &c. Item antequàm reus torqueatur si sumus in accusatione, requiritur quòd accusans † petat & requirat à iudi- 27
ce, quòd ipse iudex ponat reum ad torturā, alias ipso ac-

cuſatore hoc non requirente iudex non poteſt nec debet ipſum ponere ad torturam: ſecùs autem in inquiſitione, ita dixit Bald. in c.1. in §. iudices. in 3. colũ. verſic. quæro, vtrum. de pa. iur. fir. de quo etiam dixi in d.l.1. in princ. in 4. col. verſic. requiritur & quinto &c. ff. de
28 quæſt. Item requiritur etiam quòd lis ſit conteſtata, † & nomen Rei ſit receptum inter reos, ſecundùm Bar. in l. ſi adulterium. in princip. per illũ tex. ff. de adult. de quo etiam dixi latius in d.l.1. in prin. in 4. col. ver. ſexto requiritur. ff. de quæſt. vbi etiam poſui quando nomẽ Rei dicatur poſitum inter reos, & quid hoc ſignificet. Et aduertas diligenter ne erres, vt vidi doctiſſimos viros, inexpertos tamen errare. Nam quando reus negat contenta in inquiſitione vel accuſatione fore vera, & iudex vult ſibi dare copiam indiciorum, vt poſtea deueniat ad torturam, quòd tunc ipſe iudex debet facere citare reum, & eum ducere coram ſe: & ſimiliter habere coram ſe illos teſtes, quos primo examinauit pro indicijs
29 habendis, & eis † deferre iuramẽtum in præſentia ipſius Rei, & eos iterũ repetere & examinare. aliás niſi primo hoc fecerit, non poſſet iudex procedere ad torturam vigore primæ depoſitionis dictorum teſtium: eo quia ipſe reus non fuiſſet citatus ad videndum iurare teſtes contra eum vt requiritur. & per conſequens dictum eorum nihil operaretur: nec quo ad plenam probationẽ, nec etiam quo ad indicia. ita not. dixit Ang. de Aret. in tractatu maleficiorum. in verbo, fama publica præcedẽte. in 9. char. in verſi. quæro qualiter &c. vbi allegat ad hoc Bar. idem dicentem in l. fi. ff. de quæſt. & idẽ voluit Saly. in l. fi. in fi. C. de quæſtio. & Bald. in l. iubemus. in 2. col. verſi. item dixi. C. de proba. & Ang. in repe. l. ſi vacantia. in 27. col. C. de bon. vacã. lib. 10. & Inno. in c. per inquiſitionem. de elect. & Abb. in c. bonæ. el. 1. colũ. poſt Innoc. ibi de elect. & do. Alex. in conſilio ſuo 65. incipi. habita ſuper contentis. in 1. vol. & in conſi. 179. incip. in cauſa Anglorum. in 3. colũ. & idem dixit Gandi. in trac. ſuo maleficiorum. ſub rubric. quomodo de maleficijs cognoſcatur per inquiſitionem. in 2. colum. in verſ. ſed nun-

nunquid in introductione &c. de quo etiam dixi in l. 1. in prin. in 2. colum. in fi. ff. de quæst. Item scias etiam quòd ad hoc vt vigore testium receptorum possit iudex ponere reum ad torturam, debent tales testes examinari à iudice, † & non sufficit quòd notarius eos exami- 30
nauerit: quoniã in causis criminalibus iudex ipsemet debet facere illos examinari per alium, ita colligitur ex cle. 1. & ibi clarius per gl. de offi. deleg. & per Bal. in rub. de contro. inuesti. in 2. colu. de quo etiam dixi in l. 1. in prin. in 4. colum. versi. 7. requiritur. ff. de quęstio. Tenas etiam menti † quòd si reus, cõtra quem sunt indicia, 31
est minor 25. annis, quòd non poterit torqueri, etiam si omnia supradicta sint obseruata, nisi antequam respondeat inquisitioni, sit datus sibi curator, imò casu quo nõ fuerit sibi datus curator, & sine curatore ipse responderit inquisitioni, & processum fuerit contra eum, processus erit nullus. Ita no. dixit Ang. de Aret. in tracta. maleficiorum. in verbo, comparent dicti inquisiti & confitẽtur totum. in versicu. nec non sis bene cautus &c. alle. l. clarum. C. de auto. præstan. & quæ ibi habentur. Et subdit Ang. vbi supra, quòd si minor sine curatore confiteatur etiam sponte, talis confessio ei non nocet. ita dicit voluisse Cy. in d. l clarum. & Barto. in l. fin. in §. pupilus. ff. de verbo. obliga. & Saly. in l. 1. C. de cõfes. Et subdit etiam Ange. vbi suprà. quòd si minor sine curatore dicat iudici. Dom. Iudex nõ torqueatis me, quia omnia confiteor, & iuro non contrauenire: quòd etiam talis confessio hoc modo facta cum iuramento non præiudicat minori, & hoc dicit voluisse Bal. in l. 1. in 14. colu. in vers. sed pone. C. de confess. de qua materia dandi curatorem minoribus in criminalibus vide quæ plenius dixi in l. 1. in prin. in 5. colum. vers. octauo requiritur. ff. de quæstio. & vltra ibi dicta vide etiam Gandi. in tract. suo malefic. sub rubr. de aliquibus quæst. varijs in maleficijs. in 6. colum. in vers. sed quæritur. & in eodẽ tract. sub rubr. de filiofam. in 1. versic. vbi omnino vide & vide etiam Dyn. in consi. suo 41. incip. quæstio talis est, cõtinetur. &c. Sed vltra omnia, quæ dixi in d. vers. 8. requi-

ritur &c. Adde & diligenter aduerte, quòd quãdo iudex dat curatorem minori inquisito, debet cautè agere. Nã non debet pati nec admittere, quod eo momento tẽporis, quo datus est curator, eodem tempore autorizet in aliquo ipsi minori. Nam esset nullus tunc ille actus pro-
32 pter † breuitatem temporis: ex quo apparet, quòd in tali præstatione autoritatis non præcessit nec interuenit aliqua causæ cognitio, quæ ad validitatem actus debet interuenire. Et ad hoc dicendum moueor ex sing. dicto Pet. de Anch. in consi. suo 83. incip. visis diligenter actis &c. vbi dixit, quòd si eodem momẽto temporis, quo est
33 designatus † curator minori per decretum iudicis sit præstita authoritas ipsius curatoris in aliquo actu fiendo per ipsum minorem, quod tunc nõ valet talis actus, quia non interuenit causæ cognitio ipsius curatoris interponentis authoritatem ex modicitate, vel ex breuitate temporis, quæ causæ cognitio in similibus interuenire debet. Et illud consi. Petr. de Ancha. ad hoc refert & sequitur domi. Alexand. in consi. suo 217. incipien. visis verbis. in vlti. colum. & Barbat. in consil. suo incipien. scripsit ecclesiasticus &c. quod est inter consilia domi. Alexãd. in ordine meo 470. in vlti. colum. Et idem dixit ipse Petr. de Anch. in consil. 36. incipien. visa quadã petitione &c. in 1. colum. & in consil. 116. incipien. secũdum ordinem &c. in 2. colum. Et idem dixit Raph. Cuma. in consil. suo 180. incipien videtur prima frõte &c. in 2. colum. & Iason. in d. l. iudices. C. de iudic. Bald. in consil. suo 325. incip. quod præsumatur. in 3. volu. Iaso. in l. 2. in 5. col. in prin. C. de edendo. Pro qua doctrina facit optime not. verbum Gemin. in c. põderet. 50. distin. vbi text. dicit, quòd tempore egemus, vt aliquid maturius agamus. & subdit. non præcipitemus consilia & opera nostra, neque eorum ordinem corrumpamus. & ibi per illum text. dicit ipse Gemin. quòd iudex qui habito processu incõtinẽti fert sententiã, dicitur talis sententia fulminatoria, & nõ valet propter breuitatẽ tẽporis, qd dictũ refert & sequitur Barb. in c. super quæstio. §. intentionis. in 4. col. de officio deleg. & in d. cõsi. 470. in pe.

char.

char.in vlt.col.Et facit quod voluit do.Card.in clem.pa ſtoralis.§.verum.in princ.de re iudi.vbi dixit, ꝙ præcipitata volũtas iudicis eſt nouerca iuſtitiæ. Et facit illud vulgare, videlicet, ꝙ repentinæ reſponſionis comes eſt pœnitentia. Et dixit Barb.in d.§.intẽtionis, ꝙ illud idẽ, quod dixit Gem.in d.c.ponderet.dixit etiã Bart.in l.platam.in fi.C.de ſent.& idem etiam dixit Pau. de Caſt. in conſi.ſuo 198.inc.ſuper hoc puncto.in vlt.col. & Pet. de Anch.in conſil.ſuo 188.inc.viſis conſilijs,poſt prin. & faciunt dicta per do.Anto.in c.ſi pro debilitate.de of. fic.deleg. vbi dixit,quòd ſi conſultor repentè conſultat, quòd conſilium eſt nullum ipſo iure, quod dictum refert & ſequitur Alex.in d.l.prolatam.Et faciũt alia plura,quæ adduci poſſent circa hanc breuitatem temporis, quæ aliàs adduxi in l.ſtatuliber.in pen.col.ff.de quæſti. vbi videas.Cum ergo contractus factus per minorẽ cum authoritate curatoris interpoſita eodem tempore, quo eſt datus curator,& ſic ſine cauſæ cognitione non valet propter breuitatem temporis in cauſa ciuili, & ſic in re pecuniaria : quanto magis debet hoc habere locum in actu,ſeu in cauſa criminali, vbi agitur non de bonis tẽporalibus,ſed de vita & morte hominis, vt in caſu noſtro.certè indubitanter multo magis non debet valere. arg.c.vbi periculum.de electio.in 6.Cauſæ enim cognitio in quolibet actu † eſt magnæ importantiæ. Et ideo 34
dixit Bal.& Sal.in l.1.C.ſi aduer. dona.quòd decretum interpoſitũ cauſa nõ cognita eſt nullum,quod dictũ refert & ſequitur Ang.de Aret.in §.tripli.Inſtit.de Actio. in 3.col.Et dixit Pet.de Anch.in cõſ.ſuo 198. inc. prædictis ſubtiliter in princ. ver. in præiudiciũ, ꝙ abſolutio à iuramento præſtito nõ præmiſſa cauſæ cognitione † eſt 35
nulla.allegat not.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de cõſtit.& in l.prolatam.C.de ſenten. Et dixit Ang. in l.ab arbitr. §.1.ff.qui ſatiſdare cogan.quòd nõ valet captura, quam iudex decernit contra allegatum ſuſpectum de fuga,niſi ipſe iudex adhibuerit cauſæ cognitionẽ. Et dixit Fed. de Senis.in conſ.ſuo 251. incip. caſus talis eſt. Iacob.de Roma.&c. quòd præceptum factum iudici ſeculari per

iudicem

iudicem eccleſiaſticum ſine cauſæ cognitione eſt nullũ. Et dixit Ludo. Rom. in conſ. ſuo 454. incip. in re præſenti &c. ad fi. quòd miſſio in poſſeſſionem ex ſecundo decreto facta ſine cauſæ cognitione eſt nulla. Et ideo videmus quòd miſſus in poſſeſſionem ſine cauſæ cognitione non facit fructus ſuos, ſecundum Inno. in c. conſultationibus. poſt prin. de iure pat. quem ſequitur Bald. in l. 2. in pe. colum. C. de de ſerui. & aqua. & Ludo. Roma. in
36 ſt. conſil. 454. ad fi. Quinimò nõ valet ſtatutum, † quòd liceret pronunciare ſine cauſæ cognitione ſecundum Bald. in repeti. l. 2. in 2. char. verſi. ſed quid de conſt. ff. de iureiu. vbi alleg. Io. And. in c. fi. de appel. in 6. Et iſta omnia refert & ſequitur dom. Felyn. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. in 8. & 9. colum. vbi etiam dicit, quòd
37 diſpẽſatio † inferioris à Papa ſine cauſæ cognitione nõ valet, ad quod allegat plura, de quib. ibi per eum. Et ſub-
38 dit, quòd licet ſpoliatus à iudice non ſit ante omnia † reſtituendus, cum pro eius authoritate præſumatur: iuxta gloſſ. ordinariam. & ibi Arch. in c. præſentium. in ver. in aliam. 7. quæſt. 1. & per Hoſt. in ſum. de reſtit. ſpolia. in §. quando fienda. in prin. & per alia iura per eum alleg. Attamen ſi iudex aliquem ſpoliauit ſine cauſæ cognitione: ille ante omnia eſt reſtituendus, ſecundum Archi. & doct. in c. notum. 2. quæſt. 1. Pro quo facit ſecundum dom. Fely. quod no. Card. in cle. 1. in fi. de celeb. miſſa.
39 vbi dicit, quòd quãdo † iudex procedit ſine cauſæ cognitione, cenſetur tanquam priuatus, nec eſt ſibi obediendum: ad quod ipſe dom. Fely. allegat plura de quib. ibi per eum. Et ſubdit etiam ipſe vbi ſuprà, quòd adeo iura requirunt cauſæ cognitionem, quòd reſcriptum ve-
40 tans cauſæ cognitionem eſt ſuſpectum de falſo. † alleg. tex. in c. 2. de reſcrip. & ibi Imo. poſt alios dicentẽ, quòd ille text. quotidie allegatur, ad hoc dicit etiam quòd illud, quòd dicitur, quod iuſſus iudicis excuſat à pœna:
41 † vt per gl. & doct. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acqui. poſ. debet intelligi, dummodo emanauerit cum cauſæ cognitione, alias non excuſat à pœna, ſecundum Barto. in d. l. iuſtè poſſidet. in prin. vbi etiam per alios. Dicit poſtea dom.

dom. Fely. vbi ſupra. quòd licet commiſſio iudicis ſuper aliqua executione duret etiam in tempus ſucceſſoris, vt puta licentia de capiendo debitorem, vt per Bartol. in l. fundi. † ff. de acq. poſſ. hoc eſt verum ſi talis commiſſio, vel licentia fuit facta cum cauſæ cognitione, aliàs ſecus: quia non tranſit ad ſucceſſorem, ſecundum Ang. in d. l. fundi. de quo latius per dom. Fely. vbi ſupra qui alia plura in hac materia cauſæ cognitionis allegat, quæ omitto breuitatis cauſa. Addit etiam vnum aliud, videlicet, q̃ cauſæ cognitio eſt de iure diuino, quæ merito omitti non debet, † ſecundum Abb. in c. 1. in 2. colum. de cauſ. & propriet. &c. Modò in propoſito noſtro ſi reus minor qui non poteſt ſtare in iudicio, nec aliquod iudiciale validum facere ſine interuentu curatoris, facit aliquem actum cum authoritate curatoris dati in eo inſtãti, quo celebratur actus & ſic ſine cauſæ cognitione, nõ valebit actus: & hoc maximè in cauſis criminalibus, vbi de grauiſſimo præiudicio agitur. Et per conſequens, ſi reus minor cum tali curatore faciat aliquam confeſſionem, talis confeſſio erit inualida, & non poterit vigore talis confeſſionis condemnari per prædicta. Paria enim ſunt quòd non interueniat authoritas curatoris in actu minoris, vel interueniat minus legitime. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excu. tut. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bo. poſ. cont. tab. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud cum ſi. Quinimò dico fortius: videlicet. quod etiam ſi per curatorem datum minori fuiſſet adhibita cauſæ cognitio, attamen actus factus eſſet nullus alijs non concurrentibus. Nam ad hoc vt authoritas interponenda in actu operetur vires authoritatis interpoſitæ, non ſolum requiritur cauſæ cognitio, † ſed etiam requiritur quòd in inſtrumẽto ipſius actus fiat mentio de ipſa cauſæ cognitione: aliàs actus qui fit eſt nullus, ita not. dixit Petr. de Anch. in cõſil. ſuo 83. incip. Viſis diligenter actis colum. 1 verſic. ſuper quo aduertendum, quòd authoritas iudicis &c. vbi allegat pro hoc l. magis puto. §. non paſſim. & l. qui neque. ff. de rebus eor. & Bartol. in l. prolatam. C. de ſentẽ.

42

43

44

&

& alia plura, de quibus ibi per eum. Si ergo fuerit interpositа autoritas per curatorē in actu minoris, & interuenerit causæ cognitio, sed de ea non fuerit facta aliqua mentio in instrumento actus gesti per ipsum minorem, talis actus erit nullus, & inualidus, & per consequens non præiudicabit ipsi minori. Quinimò fortius dico, quòd per curatorem datū minori esset adhibita causæ cognitio in interpositione dictæ authoritatis, & in instrumento actus gesti per minorem fuisset per notariū facta specialis mentio causæ cognitionis, vel etiam per iudicem coram quo fuit factus actus, fuisset facta mentio de dicta causæ cognitione: attamen nec etiā per hoc valeret dictus actus per minorem factus: quoniā nō sufficit quòd adhibeatur causæ cognitio per curatorem, nisi fiat mentio in instrumento: sed etiam hoc non sufficit vt actus factus à minore valeat: sed etiam requiritur quòd de ipsa causæ cognitione fiat scriptura de per se diuisa ab eo, super quo interponitur autoritas, ita multum sing. dixit Paul. de Cast. in consil. suo 91. incipien. super eo quod quæritur &c. vbi dicit quòd hoc voluit Speculat. in titu. de procuratoribus. in §. 1. in vers. quid si solum per libellum, quod dictum refert & sequitur dom. Felyn. in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. in 8. colum. de const. vbi dicit, quòd hanc partem tenuit etiam Inno. in c. quoniam cōtra. de proba. & idem tenuit Socin. in consil. suo 115. incipien. circa primam. in 1. colum. in 1. volum. Sed ego vltra domin. Felyn. adduco not. doctrinam Paul. de Cast. in l. cum hi. in §. prætor. ff. de trā-
45 factio. vbi dicit, quòd si statutum dicit † quòd mulier vel minor non possit se obligare sine authoritate iudicis, quòd tunc non sufficit, quòd iudex authoritatē interponat, nisi cōtineatur in instrumēto, quòd adhibuit causæ cognitionē, & reperit illum contractū cedere in vtilitatē ipsius minoris, & hoc quia statutum noluit cōmittere iudici rem negligendam, sed perquirendā, & allegat Spec. in tit. de empt. & venditio. in §. nunc dicēdum. in vers. & breuiter. Et subdit Pau. de Castr. vbi suprà, quòd licet aliqui dicant quòd vbi reperitur interpo-

situm

ſitum decretum iudicijs, præſumitur adhibita cauſæ cognitio, quod tamen hoc non videtur verum per illum text.d.§.ſi prætor. niſi in inſtrumento expreſſe hoc caueatur. & videtur ſufficere quòd dicatur cauſa cognita, licèt non exprimãtur particularia. alleg. Bal. in l.1. C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſca. lib. 10. Ex iſtis ergo ſupradictis habes quomodo ſit procedendum cum minore, & quando eſt ſibi dandus curator, maximè in criminalib. quæ ſolennitates ſunt ſeruandæ. tene menti prædicta: quia iſta fortè ita latè alibi non inuenies. Ex quibus ego aliàs annullaui vnum proceſſum factum contra minorem, in quo non erant ſeruata prædicta, licèt illi iudices ſe multum exiſtimarent & reputarent ſe doctiſſimos. Nolo tamen omittere vnum in hac materia not. verbũ. Bald. in c.1. in §. ſacramentum. in penult. colum. verſic. modo quæro &c. de pace iuram. firman. in vſib. feud. vbi dicit, quòd † confeſſio minoris facta ſine curatore 46
valet: quia præſentia iudicis ſupplet defectum curatoris, & dicit quòd hoc tenet Cyn. in d.l. clarũ. C. de autho. præſt. vide etiam & dixi in repetit. mea. l. fin. C. de probat. in 3. quæſtio. extraord. Sed hoc tamen in practica nõ ſeruatur, nec fortè de iure ſubſiſtit. Modò vlterius progrediendo ſcias, quòd quando coniungeret, quòd contra aliquam mulierem procederetur per viam accuſationis, vel inquiſitionis, & contra eam eſſent indicia, quę purgari deberent per torturam, tunc ſi ipſa mulier ſit
prægnans, † differenda eſt tortura donec peperierit, & e- 47
tiam debent decurrere 40. dies ex poſt, in quibus malè ſtat in partu, ſecundum Bart. in l. prægnantis. ff. de pœ. poſt gloſſ. ibi. & idem tenet Ioann. de Ana. in c. intelleximus. in 2. ſeu 3. colum. extra de his qui filios occi. Et rationem allegat Bartol. dicens, quòd ratio eſt quia cum ipſa mulier in illis quadraginta diebus ſit debilis, poſſet mori. debet ergo expectari, donec ſit fortis ad torturam: & idem tenet Bald. in l. Imperator. ff. de ſta. homi. vbi ſubdit, quòd ſi in iſtis temporibus mulier torqueatur, ſcilicet, quando eſt prægnans, vel quãdo eſt intra quadraginta dies à die partus, quòd † confeſſio fa- 48
cta

cta in tali tortura non valeret. Et idem etiam credo posse dici, quod etiam vltra dictos quadraginta dies nõ poterit torqueri, si non reperiatur nutrix puero, & hoc ne ipse puer periret, casu quo mater periret. ad quod seruiunt verba Barto. in d. l. prægnantis. vbi dicit, quòd differtur mors mulieris prægnantis, & puerperæ quando vltra puerperium non reperiretur nutrix puero: quem refert & sequitur Ioan. de Ana. in d. c. intelleximus. in vlt. colum. Et faciunt etiam dicta per Bald. in d. l. Imperator. vbi dicit, quòd sicut debet differri mors prægnantis mulieris, vel membri mutilatio, ita tortura. Nec etiam secundum eum posset cogi venire † ad testificandũ,
49 si est periculum partus in itinere. Et subdit, quod eadem ratione si deberet ire in exilium, debet differri. Itẽ quia istud beneficium fit patui, & non ipsi mulieri. Et subdit etiam eadem ratione quòd si potest bãnitus impunè oc-
50 cidi † vigore statuti, non poterit occidi mulier prægnãs bannita, donec est prægnans: quia grauissimum facinus committit, qui prægnantem occidit. & idem dixit do. Nellus in tracta. bannit. in 2. par. 2. tempo. quæst. 15. incip. viso &c. Et subdit etiam Ioã. de Ana. in d. ca. intelleximus. de his qui filios occi. quòd prædicta procedunt. etiam si partus esset adulterinus, vel in carcere conceptus, & etiam si ipsa mulier esset prægnans decem, vel viginti dierum tantum: quia licet nondum sit anima, tamen spes est eius. ad quæ etiam vide Angel. de Aret. in tract. suo malefic. in verbo fama publ. in 6. char. in ver. sexto quæro. quæ omnia retuli in l. 1. in prin. in 5. col. in vers. 9. requiritur. ff. de quæstionib.

Scias etiam vlterius, quòd si per iudicẽ procederetur contra clericum de aliquo delicto, non posset iudex, procedere ad torturam etiam existentibus contra eum
51 quibuscunque † indicijs, nisi ipse clericus aliàs sit infamis: ita dixit Abb. antiquus in c. grauis. extra de deposito, & eum ibi sequitur Pau. de Leaz. & eum etiam refert Io. de Ana. in c. 1. circa 5. colum. de cle. percus. & Abb. in c. cũ in contẽplatione. de reg. iur. & do. Alex. in l. fi. ff. de quæst. & in l. milites. C. de quæst. & idem Barbat. in c.

si

si constiterit. in 3. col. de accu. & do. Fel. in c. veniẽs. in 2. col. de testi. & in c. vniuersitatis. de sent. excõ. de quo latius dixi in sing. meo. 55. inc. aduertas ad vnũ & c. vbi videas. Item teneas etiã perpetuo menti in contingentia facti, quòd in causa criminali † mutilati membris, vel 52
corpore vitiati non potest testificari cõtra clericum. ita dixit Abb. antiquus in c. 1. de excep. quẽ refert & sequitur Bal. in sua marg. in verbo, mutilati & c.

Istis omnib. seruatis potest postea iudex ponere reũ ad torturam. & pro quolibet sufficienti indicio potest ipsum reum ter squassare: & ita seruat communis practica totius Italiæ. Et debet ipse iudex facere, & curare quod ante torturam non comedat de proximo, sed sit ieiunus ad minus per quinque, vel sex horas ante torturam: quoniã multi reperiuntur, qui torquẽtur post cibum, qui omnia quæ comederunt euomunt, & quandoque etiam euomunt proprium sanguinem & reuoluitur sibi cholera, & cerebrũ, adeo quod per duas, vel tres horas non sunt in plenitudine intellectus. Et ex hac cautela quando reus videt quod hora consueta non datur sibi cibus, tunc contristatur valde, cognoscẽs, quòd debet torqueri in breui. Posito postea reo ad torturam, si iudex videt illũ nõ timere torturã, vt multi reperiuntur, qui habent aliquas incãtationes vt multos habui in forlijs in diuersis locis, & officijs, in quibus fui per Italiam qui non sentiebant torturam. tunc iudex mutet tormẽtum, & adhibeatur aliud genus tormenti. Nam plura & plura sunt genera tormentorum, vt latè & extense satis dixi in l. 1. in prin. in 11. col. vers. vlterius dicitur hic & c. ff. de quæstio. Et scias quòd quando iudex vult oppugnare incantationes Rei, & illis vult obuiare, tunc mutet carcerem reo, & non permittat, quòd ipse aliquid de suo exportet secum de his, quæ habebat ibi secum in carcerem: & similiter spoliet eum omnibus vestibus suis, & etiam camisia: quia vt plurimum habent incantationes suas in vestibus vel in camisia. Itẽ caueat super omnia ne aliquis det sibi comedere: imò velit videre omnia q̃ sibi portantur ad comedendum: & si aliqua ex illis sint

sibi suspecta, illa proijciat & subroget de suo: & nō permittat modo aliquo, quòd detur sibi panis vel placēta aliqua: nā in placentis, & panibus cōmuniter ponūtur incantationes contra tormenta. & inter aliàs incantationes vidi aliàs vnā mirabilē & veram: nā habebā vnū sartorem in fortijs pro fure, contra quem erāt fortissima indicia. ego eum pluries posui ad torturam, & ad alia tormenta, nec vnquam, ipse sentiebat talia tormenta. finaliter fuit mihi necesse eum liberare, quo liberato, post plures dies ipse venit ad me pro vno obsequio iuridico, videlicet, vt facerem capere quendam eius debitorem de fuga suspectum, ego ei inseruiui, postea petij ab eo, vt vellet mihi dicere veritatem, si eo tēpore quo erat in fortijs meis, dū ego faciebam eum torquere, ipse habebat aliquas incantationes suprà se contra tormenta: & ipse dixit, quòd sic, & mihi narrauit, quòd quædam eius amita fecerat sibi quandam placentā cū farina frumenti simul cum lacte matris & filiæ, & miscuit omnia simul, & fecit vnam placentam: & postquam fuit cocta misit eam dicto reo, qui reus quotidie comedebat parū dictæ placentæ: & quousque habebat etiam quid minimum dictæ placentæ in corpore nihil penitus sentiebat dicta tormenta. & etiā aliàs à quampluribus reis sensi hoc de isto lacte matris & filiæ. Ideo iudex diligenter debet aduertere ad istum panem, & placentas, quæ reis portantur ad comedendum: quia magis communiter fiunt in istis incantationes contra tormenta, quàm in alijs rebus. & expertus loquor. Item iudex inquantum potest non permittat reum tacite loqui de per se submissa voce, maximè dum ligatur ad torturam. sed rūpat verba sua eum continuè interrogando de aliquo. Nam dū ligantur dicunt aliquā verba à se submissa voce, quæ verba sunt in passione Domini nostri Iesu Christi: quibus dictis dormiunt in tortura, & nihil sentiunt. & incipiunt ibi, quem quæritis? Iesum Nazarenum: si ergo me quæritis, finite hos abire. & sequuntur dicendo omnia verba quæ dixit Christus in passione sua vsque ad verbum, & inclinato capite emisit spiritū:

&

& cùm dixerint talia verba, dormiunt, & non sentiunt, ideo est necesse quòd iudex sit sagax & astutus, dū ipse reus ligatur ad torturam, vt eum interroget de aliquibus, & non permittat, vt à seipso loquatur. Et alias dum essem Capitaneus vallis Lugani cum magno labore habui à quodam ribaldo carcerato pro falsa moneta quędam verba, quæ si dicantur in aure Rei quando est ligatus ad torturam, vel positus ad aliud tormentum rumpunt omnes incantationes : adeo quòd dictis talibus verbis sentit ipse reus tormenta, & in eis cruciatur, sicut si nihil dixisset, vel nihil comedisset, ex quibus verbis pluries consequutus fui honorem contra plures reos diuersorum delictorum in pluribus & diuersis locis Italiæ, in quibus fui assessor & officialis: ideo tene menti prædicta. & vide etiam quæ dixi in l. 1. in prin. 11. & 12. col. ff. de quæst. vbi posui plura genera tormentorum, quæ sæpe practicantur à iudicibus contra reos.

SVMMARIVM.

1 Testis vnicus in criminalibus an faciat indicium ad torturam & quando. Et quid si sint indicia. nu. 5. 6. & 71. & 132.

2 Indicium ad torturam facit in criminalibus illud quod in ciuilibus facit probationem semiplenam. 116.

3 Defectus quilibet in teste minimus impedit, vt nō possit parti deferri iuramentum in supplementū probationis.

4 Testis non reddens rationem dicti sui, non eneruat dictum alterius reddentis rationem.

7 Testes duo super remotis à maleficio an requirantur ad faciendum indicium ad torturam. Et an debeant esse omni exceptione maiores. 72.

9 Probationum plures species ad probandū quādo simul iungantur.

10 Testes singulares in diuersis nō debent simul iungi. Et an faciant veram probationem. 14. 17.

106

11 Indicijs duobus à remotis, an vnum iuuet aliud ad torturam.

12 Probatio vera ex pluribus indicijs fieri an possit, & in quibus causis habeat locum 13.

15 Testes mille singulares tantum probant quátum vnus.

16 Scripturæ mille priuatæ fidem plenam facere nequeunt.

18 Fama de per se sola an faciat indicium ad tortũram. Et quid si fama sit vehemens. 19.

20 Vehementia sunt maximi effectus.
Probationem semiplenam supplet vehemens adminiculum.

21 Indicia multum vrgentia faciunt plenam probationem.

22 Præsumptio violenta an sufficiat in criminalibus ad condemnandum.

23 Indicia an sufficiant ad torturam iudicis arbitrio relictum est.

24 Iudicis arbitrium iuri & æquitati debet esse consonum.

25 Conscientiam publicam & non propriã sequi debet, qui disponendi secundum conscientiam facultatem habet.

26 Iudex regulas iuris sequi debet, non cõscientiam suam quæ iuribus aduersatur.

27 Iudex in arbitrarijs qualiter iudicare debeat.

29 Indicia perfectionem in genere suo requirunt priusquam vires habeant.

30 Ratio eadem est de toto quo ad totũ, quæ de parte quo ad partem.

31 Testes facientes indicium ad torturam, an debeãt reddere rationem dicti sui, etiam nõ interrogati.

32 Testis vnus deponens sine causa an faciat semiplenam probationem.
Et quid de variãte an præbeat causam sentẽtiæ. 75.

33 Locus à communiter accidentibus facit indicium indubitatum ad torturam.

34 Argu-

34 Argumentum à ſolitis eſt validum.
35 Fratribus communionem habentibus dotis ſolutio vnius quam reddendam promiſit, ex quo fieri debeat.
36 Iactantiæ an faciant indicium ad torturam.
37 Mandatarius contra mandantem an faciat indicium ad torturam.
38 Teſtes deponentes de mandato an ſint idonei.
39 Dicto ſcribentis obligationem priuatam de mandato an ſtandum.
40 Abſurditas eſt vitanda.
41 Fuga an faciat indicium ad torturam. 42. Et an tollatur per iuramentum fugientis. 43. Et quid in præparante fugam. 50.
44 Aſſerentis dicto cum iuramento in his quæ conſiſtunt in animo ſtatur. 109.
45 Fuga in quibus caſibus faciat probationem vſque ad nu. 49.
49 Fuga operatur reuocationem mandati.
51 Iudici exequenti de facto poteſt reſiſti. Et quid in iniuſtè vel indebitè factis. 54.
52 Cuſtos carceris quando non teneatur de fuga incarcerati.
53 Conſanguinei condemnati an poſſint de facto reſiſtere iudici exequenti ſententiam criminalem à qua fuit appellatum.
55 Familia poteſtatis quando teneatur de occiſo reſiſtenti capturæ.
56 Incarceratus iniuſtè p̃ cauſa capitali an teneatur de homicidio, ſi cuſtodes ad euadendū peremerit.
57 Sanguinē ſuū redimere quomodocunq; an liceat.
58 Torturam indebitè paſſus qua pœna puniendus, ſi iudicem occiderit.
59 Socius criminis, an faciat indicium ad torturam contra ſocium eiuſdem criminis, ſi aliud non habeat adminiculum 60. Et an requiratur quòd ſit in quæſtione. 61. 68.
62 Infamis contra aliquē ſine quæſtione nō auditur.

107

63 Teſtes ſine iuramento etiam in ciuilibus nō admittuntur.
Et quid in teſte affidato. 64.
65 Commiſſarij conſcientiæ quatenus ſtandum.
66 Papa an poſſit diſpenſare teſtem de non iurando in teſtimonio ferendo.
67 Inqſitio ad dictū ſocij criminis an poſſit formari
69 Inimicitia an & quādo faciat indiciū ad torturā.
70 Mentiri pro leui inimicitia de facili quis non prę-ſumitur.
74 Mendacium an faciat indicium ad torturam. Et quid ſi contra mendacium nu. 98.
76 Confeſſio facta extra iudicium an faciat indiciū ad torturam. Et quid in confeſſione minoris. 77.
78 Confeſſio extraiudicialis an ſit ſufficiens ad puniēdū de delicto gloriātē. Et an poſſit reuocari. 79.
80 Teſtimonium impuberis an faciat indicium ad torturam.
81 Clericus de delicto quando conuinci poſſit per teſtes laicos.
82 Impuberes duo an & quando probent delictum.
83 Teſtes qui non admittantur ſine tortura. Et quādo inhabilitas teſtis admittatur. 84.
85 Minæ præcedentes maleficium an faciant indiciū ad torturam.
86 Fama mala minantis probata an præſumatur durare in diuerſo genere mali.
87 Occidi an poſſit impunè qui alteri mortē minatur
88 Minæ an inducant iuſtum metum.
89 Actione iniuriarū contra minantē an poſſit agi.
90 Metum offendendi inferēs an pacem promiſſam rumpere dicatur.
91 Res furtiuæ penes reum repertæ an præbeant indicium ad torturam 96.
92 Hæreticus liber penes aliquem repertus, an illum præſumat hæreticum.
93 Incarceratus mortuus an præſumptionem faciat contra cuſtodem de dolo, vel culpa.

94 In.

94 Instrumento falso vtens de se præsumptionē falsitatis facit.
95 Procurator illius in dubio præsumitur, penes quē reperiuntur acta causæ.
97 Vicini an possint capi, & torqueri pro furto inueniendo.
99 Delinquere solitus an præbeat indicium ad quæstionem.
100 Regula, qui semel malus, qualiter est intelligēda.
101 Incertitudo illati vulneris in rixa præsumptionē in nequiorem dirigit.
102 Fur in dubio præsumitur qui est solitus furari.
103 Statutum quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi, an includat falsarium.
104 Satisdatio paupi an remittēda si cauere nō possit.
105 Cautionis iuratorię beneficium an perdat ille, qui cautionem solitus est non seruare.
106 Rapiens vitiatā an præsumatur rapuisse per vim, & cadat in pœnam statuti de raptoribus.
107 Occisus repertus in via an præbeat præsumptionem homicidij, penes cuius ostiū repertus est. nu. seq.
110 Relaxandus fideiussoribus nō est, qui semel è carceribus aufugit.
111 Producentis iuramento, an instrumenta sint de nouo reperta, statur.
112 Statutum quod credatur libro mercatoris, an intelligendum de mercatore infami.
113 Legis aut statuti verbis hærere debet, qui super illis se fundat.
114 Præsumptio minus est quàm indicium.
115 Præsumptiones perspicuæ faciunt argumentum.
117 Offensi constituti in mortis articulo dictum an faciat indicium ad torturam.
118 Percussorem non iuuat vulneratus qui medici culpa dixit se mori.
119 Confessio facta in mortis articulo an valeat. Et quid si sit facta sine causa, & an possit reuocari 120

106

121 Inculpatio offensi facit aliquam præsumptionẽ.
122 Verba in potiori significatu intelligenda.
123 Doctorum dicta secundum allegatas leges intelligenda.
124 Infames in testimonium admittuntur in crimine apud locum infamem commisso.
125 Vxor in quo casu admittatur in testẽ cõtra maritũ
126 Lex ea probatione quæ fieri potest, contentatur in difficilibus probationibus.
128 Furem propria autoritate capere quando, & quibus permissum.
129 Aggressorem fugientem an liceat impunè percutere ad iniuriam vlciscendam.
130 Limitatio ad regulam, odia restringi.
131 Testis vnicus in facto proprio plene probat.
132 Testimonium laici contra clericum an faciat indicium ad torturam. Et an admittatur ad probandam famam contra laicum. 134.
135 Testimonium quæstionem indebitè passi an faciat indicium ad torturam contra alium.
136 Contumacia an faciat indicium ad torturam cõtra contumacem.
137 Receptio literæ cum taciturnitate admonitoriæ fugiendæ pœnæ commissi sceleris an faciat indicium ad torturam. Et an in ciuilibus faciat plenã probationem. 138.
139 Meretrix publica an faciat indicium ad torturã.
140 Mulier an & quando possit esse testis, remissiue.
141 Testis qui non debet examinari, an faciat indiciũ ad torturam.
142 Testis intra terminum non examinatus, an præbeat aliquod indicium.
143 Testis examinatus sine iuramento, vel non legitime, an faciat præsumptionem. 144. 148.
145 Reseruatio qualiter operetur effectum conseruatiuum actus.
Et quid reseruatio exceptionum operetur 146.
147 Testes inordinatè recepti non probant.

149 Te-

149 Teſtes duo ſingulares ſuper eodem facto, an coniungantur ad faciendum indicium quæſtionis.

150 Indicium an ſumatur contra illum, qui maleficium primo inuenit, & contra impium ſollicitatorem.

151 Suſpectus eſt qui ſi ingerit.

152 Plecti capitaliter ex indicijs indubitatis an quis poſſit.

153 Indicia indubitata quæ ſint, remiſſiuè.

154 Accuſatus per reũ in quæſtione an poſſit torqueri reo poſtmodum negante.

155 Reus confeſſus delictum an poſſit ſine nouis indicijs repeti in tormentis, vt mandantem manifeſtet. Et quid de aſſaſſino. 156.

157 Crimen enorme an requirat ſolennitates requiſitas in alijs criminibus. Et an poſſint recipi teſtes lite non conteſtata & parte non citata. 158.

159 Iura licitum eſt tranſgredi propter enormitatem delicti.

160 Clericus quando poſſit ſine degradatione puniri.

161 Statutum abſoluens delinquentes, an compræhẽdat enormiſſimi criminis reos.

162 Reus enormis criminis an poſſit renuntiare defenſionibus. Et an poſſit capi vbique 163.

164 Aduocare pro inſignibus furibus iudex an debeat permittere.
Et an procedendũ non ſeruato iuris ordine. 165.

166 Clericus aſſaſſinus puniri poteſt per iudicem laicum.

167 Animal brutum an poſſit puniri.

168 Memoria defuncti poteſt damnari.

169 Reus enormis criminis ante mortem poteſt mutilari.

170 Conſequentia non tenet: accuſatus eſt, ergo reus eſt verè.

173 Statutum præmians accuſantem an requirat probationes.

174 Dicere non ſufficit niſi dictum probetur.

175 Indicia etiam in crimine læsæ maiestatis torturã præcedere debent.

176 Magistratus minores propter enormitatẽ delicti, an possint iura transgredi.

177 Indicium vnum an sufficiat ad torturam.

178 Confessio tacita per pacem sequutã an faciat indicium ad torturam de delicto, in quo fuit facta pax.

179 Iniuriam remittens per pecuniam est infamis.

180 Delictum fateri an videatur, qui veniam petit.

181 Incantationes an faciant indicium ad torturam.

182 Testes in causis criminalibus an cogendi testificari.

183 Indicia superuenientia an confirment torturam præcedentem indebitè factam, & confessionem ex ea extortam.

184 Donatio per filiumfamilias sine consensu patris facta, postmodum per patrem ratificata, an valida sit.

185 Statutum de mulieribus ne sine consensu propinquorum contrahant, an includat contractũ postea per parentes ratum habitum.

186 Laudum latum non præcedente compromisso nõ potest ratificari per partes.

187 Laudum non potest ratificari à partibus antequã feratur.

188 Filij ex matrimonio gradus prohibiti ante dispẽsationem nati sunt illegitimi.

189 Reconciliatio non roborat testimonium inimici contra inimicum.

190 Reus an torquendus propter indicia contra eum existentia, si alia sint pro eo. 196.

191 Pars benignior in testibus minori parti discordãtibus præualet.

192 Indicium vnum per aliud tollitur. Sicut præsumptio vna tollit aliam. 193. & idem in coniecturis. 194.

195 Verisimile maius tollit minus.

197 Delicti præsumptio ex bonæ famæ præsumptione tollitur.

198 Probationes in specie præferuntur probationibus in genere.

199 Testibus duobus in specie deponentibus potius est credendum, quàm pluribus in genere.

200 Offensi exculpatio est maximi momenti.

201 Accusator morosus accusationem reddit suspectã.

202 Violentia per lapsum longi temporis ideo præsumitur conuersa in consensum.

203 Instrumentum releuatorium, à petitis producere tardans an audiendus, nisi refusis prius expensis.

204 Innocentia indicium præbet, quia accusatus spontè subit carcerem.

205 Infamis repellitur ab accusatiõe. Similiter & pauper. 206.

207 Ratio legis latens habetur pro expressa.

208 Accusans aliquem duo de iure communi facere tenetur.

209 Iudicis officium implorari an possit propter suspitionem de furto.

§. DIligenter tamen venit aduertendum quando vigore indiciorum iudex deuenit ad torturam, vt indicia sint sufficiẽtia, ne si indicia essent minus legitima, iudex ipse teneretur postea in syndicatu: nam quilibet testis non facit indiciũ ad torturã. Et ideo scias quòd dictũ vnius testis de maleficio, qui viderit ipsum reũ committentem maleficium, † facit ipse solus indicium ad torturam, quando est integer, ita dixit Bar. in l. si. ff. de quæst. & in l. admonendi. ff. de iureiur. in 11. col. & Cyn. in l. 3. C. ad leg. Iul. maiest. & Innoc. in cap. sicut. de symo. & Bald. in l. 2. in 1. col. C. quorum appel. nõ reci. & in cõsi. suo 97. incip. an mãdatarius &c. ante fi. in. 5. volu. & in l. si quis ex argẽtarijs. in §. ꝙ si plures. ff. de edẽ. & Ang. in l. fi. in prin. ff. quod me. causa. & in auth. de testa. imperfe. in prin. 2. colũ. de quo latius valde dixi in lege final. in 2. colum. versic. quærit vlterius hic Bartol. &c. ff. de quæstion. Et pro hoc facit optimè: nam

vnus

vnus teſtis omni exceptione maior in cauſis ciuilibus facit ſemiplenam probationem. vt habetur per doct. in l. admonendi. ff. de iureiu. & in l. in bonæ fidei. C. eod.

2 Et illud, quòd in ciuilibus facit ſemiplenã probationẽ, † in criminalibus facit indicium ad torturam, ſecundũ Bart. in l. fi. in fi. ff. de in lit. iuran. quod etiã voluit do. Paris de Put. in tract. ſuo ſyndica. in cv. cha. vbi ad hoc ipſe allegat glo. in l. 2. in §. ſi abſque. ff. ſi ex nox. cauſa agatur. quam etiam ad hoc refert & ſequitur Alexã. in in d. l. fi. ff. de quæſtio. de quo ibi dixi in 2. colũ. & idem dixit Ang. de Aret. in tract. maleſi. in verbo, fama publica, in verſi. iuramentum autem, de quo etiam magis latè dixi in l. fina. in 2. col. ff. de quæſt. Et prædicta intellige vt ſupra dixi, quando ille teſtis deponẽs de ipſo maleſi. de viſu, eſt omni exceptione maior, nam tunc facit indicium ad torturã. Et doct. omnes dicẽtes quòd vnus teſtis de viſu facit indicium ad torturam, loquuntur in teſte omni exceptione maiore, & non in alijs teſtibus. ita. not. dixit Bal. in l. milites. C. de quæſt. & idem dixit Bald. in c. 1. §. ſacramentum. in 2. colũ. de conſuet. recti

3 feud. vbi dixit, quòd quilibet † minimus defectus in teſte impedit, vt non poſſit parti deferri iuramentum in ſupplementum probationis, & ſic infert Bald. quòd talis teſtis non facit ſemiplenam probationem, ſed ſi nõ facit ſemiplenam probationem, ergo non facit indiciũ ad torturam, cum iſta parificentur à iure, vt dixi ſupra proximè. Et pro hoc facit quod dixit Ioan. Andr. in cap. cum in contemplatione. de regul. iur. & Bald. in l. 2. in 1. col. C. quorũ app. non reci. vbi dixerũt, quòd licèt vnus teſtis de maleficio faciat indicium ad torturam, tamen hoc fallit, niſi aliqua alia cõiectura reſiſtat, quòd dictũ pro not. refert & ſequitur Alex. in conſ. 124. incip. quoniam abundè & rectè &c. circa princ. 2. col. in 6. volum. quòd eſt ſing. no. ad quæ etiã facit, quod dixit ipſe Alex. in conſi. ſuo 180. incip. in cauſa, & lite. in 2. col. in 6. vol. & in eodem vol. in 183. conſi. incip. in cauſa & lite. in 3. col. Et facit, quod voluit Bald. in l. fi. in prin. 2. col. C. qui & aduer. quos, vbi dixit, quòd quando ſemiplena probatio

batio aliqua præsumptione eliditur, non est tunc locus delationi iuramenti. Et idem dixit Ludo. Rom. in consilio suo 91. incip. visis. in pen. col. Item pro hac parte facit: nam ad hoc vt possit deueniri ad deferendum iuramentum in supplementum probationis semiplenæ factæ per vnum testem. necesse est, quòd ille testis sit integer & omni exceptione maior: aliâs ille testis non facit semiplenam probationem, sed solum inducit iudicē ad suspitionem, vt in simili dixit glo. in l. etiam matris. ff. de proba. & ita firmant doct. in d. l. admonendi. & in d. l. in bonæ fidei. & do. Alex. in consil. suo 238. incip. viso processu. circa medi. Et faciūt dicta per Bald. in rub. de contro. inuesti. circa princ. vbi dixit, quòd testis faciens semiplenam probationem ad hoc vt possit deferri iuramentum in supplemētum probationis, debet esse omni exceptione maior: nam si aliquo modo læderetur opinio illius testis, non deberet iuramentum deferri. Pro quibus omnibus vide quæ dixi in sing. meo 197. incip. ad hoc. & in singul. 83. incip. in ore vulgi &c. Vide tamē omnino Bald. in l. 1. in 6. col. C. de summa trinit. vbi hæc dicta restringit vt procedant, vbi tractatur de condemnando: sed secùs est vbi tractatur de inquirēdo vel torquendo: quia tunc etiam testes non integri admittuntur. quod dictum refert & sequitur do. Paris de Puteo in tracta. syndica. in 94. char. in vlt. col. quod dictum tamē ego non audeo affirmare propter multa contraria, quæ occurrente casu adduci possent. Et circa prædictam materiam testis deponentis de maleficio de visu, quod nō faciat indicium ad torturam, nisi sit omni exceptione maior: vide etiam quæ dixi in consilio meo 74. incip. summi numinis &c. in pen. charta. & in consi. 101. inci. Illumina quæso me seruum tuum domine &c. in 8. char. per totum. Et scias quòd testis non reddens rationē dicti sui non † debilitat dictum testis reddentis rationem dicti sui, adeo quòd non possit deferri iuramentum in supplementum probationis ei, qui produxit illum testē reddentem rationē dicti sui: ita dixit Bald. in l. de quib. in pen. col. ff. de legi. quem refert & sequitur do. Fely. in c. cum 4

c.cùm cauſam.in 6.col. in verſic. fallit quartò. de teſti. de quo etiam dixi in d.ſing.meo 197.incip. quo ad hoc. & in l.proprietatis.C.de probat.Item limita etiam illud quod ſupra dixi,videlicet, quòd vnus teſtis de viſu facit indicium ad torturam ſeu ſemiplenam probationem in ciuilibus.hoc eſt verum quando ſolùm tractatur de tortura inferenda: ſecùs autē ſi ex forma ſtatuti vel legis deberet ſtari indicijs quantū ad plenam probationem: quia tunc neceſſe eſt quòd tale indicium probetur per duos teſtes. Iſta eſt glo.valde no. in authen. de teſt. imperfec.in prin.in ver.derelinquant, & ibi voluit Angel. vbi inquit,quòd ſi ſtatutum dicit, quòd in maleficijs indicium habeatur pro plena probatione, quòd tūc licèt vnus teſtis deponat de veritate & de ipſo maleficio,tamen nō poterit ex tali indicio ſequi condemnatio, niſi tale indicium probetur per duos teſtes,quod eſt not.de quo dixi latiùs in ſing.meo 269.inci.aliàs dixi tibi &c. Et teneas etiam perpetuo menti vnum ſingulare verbū lucri plenum. videlicet, quòd vnus teſtis ſolus de maleficio ſine alijs indicijs † non facit indicium ad torturam: eo quia vnus ſolus teſtis ſine alijs indicijs non facit ſemiplenam probationem,cùm ſit quòd ea,quæ nō faciunt ſemiplenam probationem in ciuilibus, non faciunt indicium ad torturam in criminalibus.ita voluit Cyn.in l.C.de quæſt. quem refert & ſequitur Alexā. in conſi.313.incip.viſo themate. in 2.col. quos refert & ſequitur Iaſ.in repe.l.admonendi in 78.colū.in verſ.decimo, prædicta regula.ff.de iureiur.pro quo etiam faciūt dicta per Phil.Dec.in conſi.ſuo 37.inc.in cauſa in 4.col. in prin.de quo etiam dixi in ſing.meo 342.inc.quando teſtis &c. & in conſil.meo 101.inci. Illumina quæſo me ſeruum tuum domine &c.in 9.charta. Et pro prædictis facit optimè quod voluit do. Alexan. in conſil.ſuo 11. incip.circa prin.in 2.col.in 1.volū.vbi dixit, quòd dato quòd in crimine læſæ maieſtatis, vel ſymoniæ ſpecialiter ſit inductum, quòd teſtes infames non repellantur à teſtimonio, vel ab accuſatione. c.licèt.el 1.& c.per tuas.de ſymo.l.famoſi.& l.2.ff.ad legem Iul. maieſt. &

not.

not.glo.in l.3.§.lex Iulia.ff.de testi. tamē nō dicūtur integri testes, vt in d.c.per tuas. & ideo nō sufficeret vnus talis testis ad torturā inferendā in illū, † contra quē tē 6
stificatur,per ea quæ habentur in d.§.itē lex Corn.& in præalleg.cum vtrobiq; not. per Bar. ita dicit Alex.in d. cōsi.11.quod est sing.verbū. de quo etiā dixi in d.consi. meo 161. incip. Illumina q̄so me seruū tuū domine &c. vbi latè satis locutus sum in materia ista in occurrenti casu.vide tamen omninò q̄ ego dixi infrà, in hoc §.nu. 177.Scias etiā q̄ licèt vnus testis de visu quādo est omni exceptione maior faciat indicium ad torturā, vt dixi: istud est verū quādo deponit de ipso maleficio immediato & propinquo:sed secùs est quādo deponit super remotis à maleficio,& super mediatis ipsi maleficio. nam super remotis à maleficio requirūtur † duo testes ad faci- 7
ciendū indiciū ad torturā: & in talib. vnus testis nō facit indiciū. ita sing.dixit glos.in l.fi. C.fam.hercis. quā ibi summè not.Bar.& doc.ibi.& in l.fin.ff de quæst.& idē voluit Bar.in d.l.admonēdi.& Inn.in c.sicut.de simo. & Cy.in l.4.C.ad l.Iul.maiest.& voluit Bald.in l.2.in 1. col. C.quorū appel.nō reci.& in l.si quis ex argentarijs. in §.q̄ si plures. ff.de eden.de quo latissimè dixi in l.1. in §.idem Cornelio.& ibi in §.prętera.in 8.col.in ver. præterea contra dictū &c.& in l.de minore.in §.pluriū. in 8.col.in versi.quod autem.& in l. vnius facinoris. in §.testes torquēdi.in 1.col.ff.de quæstio. Et in hac materia teneas menti perpetuo notabile verbū Soci.in cons. suo 54.incip.visis testib.in 3.in 3.vol. vbi dicit, quòd licèt quandò testis deponit de veritate facti debeat esse 8
omni exceptione maior: † tamen quando requiruntur duo testes ad probandū indiciū remotū à maleficio,non requiritur quòd sint omni exceptione maiores, & tali casu admittuntur etiam infames,ad quod allegat Bald. in l.cunctos populos.C.de sum.trinita.& fide cathol.& Bart.in l.1.in §.quæstioni. ff.de quæstio. & in l.fi. ff.de excusa.tut. quod est multum no.in pract. Itē scias etiam circa prædicta, quòd si essent plures testes, qui deponerent singulariter super diuersis, tamen tales testes non

iunge-

iungerentur ſimul ad faciendum iudicium perfectum & ſufficiens: ratio eſt, quia nunquàm iunguntur ſimul
9 plures ſpecies probationum † ad probandũ, niſi quando vnaquæque ſpecies de per ſe in eſſe ſuo eſt perfecta, ſecũdum Bald in l. ſi quis ex argentarijs. poſt prin. ff. de eden. quem refert & ſequitur do. Alex. in conſil. ſuo 355. inci. ſentio in dubiũ reuocari. in 2. col. vbi ſubdit, quod ſi fama eſt plenè probata, poteſt iungi cum alia ſpecie probationis: vt puta cum vno teſte deponente de veritate facti, qui facit ſemiplenam probationem: ſed vbi fama non eſſet plenè probata, non poſſet iungi cum alia ſpecie probationis, & dicit Bald. ita intelligere glo. in l. 2. in verſi. legitimis. ff. de excu. tut. per l. 1. C. qui nume. tutel. & ex hoc dicit do. Alex. in d. conſi. quod ſi eſſet vnus teſtis de fama, & vnus de veritate, & vnus de alio indicio, iſti tales non coniungerentur: quia indicium debet probari per duos teſtes, vt habetur per gloſſ. in l. fi. C. fami. hercis. & idem tenet do. Ant. in c. licet ex quadam. de teſtib. vbi dicit, quòd teſtes ſingulares deponentes de dua-
10 bus confeſſionibus: † vnus de vna, & alius de alia, non debent ſimul iungi, quod dictum refert & approbat do. Alex. in cõſi. ſuo 292. incip. viſo proceſſu. in 3. col. vbi dicit quòd idem videtur velle, licèt non tam clarè Abb. in c. cùm cauſam. in 4. col. & ibi do. Fely. in pen. & vlt. col. de proba. vbi dicit quòd teſtes ſingulares non debẽt iungi ad faciendam plenam probationem. & dicit ℭ iſtud eſt etiam de mente Cyn. in l. 1. C. quæ ſit lon. conſuetu. circa pen. col. De quo articulo an & quando probatiões diuerſi generis iungantur ad faciendam plenam probationem, vide etiam vltra prædicta latius per me dicta in l. de minore. in §. plurium. in 17. col. in verſi. & bene aduertas. ff. de quæſtio. & in l. vnius facinoris. in §. teſtes torquendi. eo. tit. & vide Iaſ. in repet. l. admonẽdi. in 97. & 98. colum. de iureiuran. Et teneas tamen menti ſingularia verba do. Alex. in conſi. ſuo 77. incip. in cauſa accuſationis &c. ad fi. in 1. vol. vbi dixit, ℭ illud quòd dicitur, quòd teſtes ſingulares nõ probant, intelligitur quo ad plenam probationem: ſed quo ad indicium vna præ-

ſumptio

sumptio iuuat aliam, vt patet secundùm eum ex notatis per Bart. in l. fi. ff. de quæstio. & per Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de præsump. in §. species. versi. violenta. vbi tractat an ad torturam requirantur plura indicia, an sufficiat vnum, & dicunt quòd etiam quando sunt duo †indicia à remotis, vnum iuuat aliud. & plus dicit Ioan. 11
And. secundũ eum, quod in practica seruatur, quòd pro vno indicio proceditur ad torturam, de quo latius infra in hoc §. nu. 77. Item circa hanc materiam indiciorum scias, quòd licèt ex pluribus indicijs fiat vera probatio, †secũdùm glo. no. in l. 2. in verbo, legitimis. ff. de excusa. 12
tut. quam ad hoc alleg. Iacob. But in addit. ad tract. Alb. Alb. Gan. super maleficijs, sub rub. de præsump. & indicijs indubitatis. in 3. col. circa med. & illam dixit singu. lo. de Ana. in cũs. suo 49. incip. dubium de quo & Bald. in rub. extra de prob. in 2. char. & in c. accedens el 2. in fi. vt lit. non contest. & Barb. in rub. extra de prob. in 2. char. & in consi. suo incip. scribitur primo Reg. in quib. locis ipse Barba. adducit etiam alias glo. & aliquos text. idem dicentes quòd d. glo. quã etiam refert & sequitur do. Alex. in cõsi. 365. incip. requisitus in causa &c. vbi dicit, quòd idem voluit glo. in l. 3. §. ciusdẽ. ff. de test. quã etiam ad hoc propositũ allegauit Lud. Ro. in l. 1. §. hoc
rescriptum in pen. col. ff. ad Sylla. in consil. suo 7. incip. visis necessarijs. in 1. col. & Paul. de Castr. in cõs. suo 291. incip. viso puncto. in pen. col. & illam gloss. etiam referunt & sequuntur plures & plures doct. quos retuli, accuratius in repe. mea rub. C. de prob. in 62. col. in versi. vltra prædicta &c. vbi nedum latè, sed etiã latissimè locutus sum de prædicta glo. & in repetit. mea. l. fin. in 75.
char. C. de probat. de qua gloss. habetur etiam per Iason. in repet. l. admonendi. in 96. & 97. colũ. ff. de iureiuran. Attamen prædicta glos. & alia iura volentia, quòd ex pluribus indicijs fiat vera probatio: habent locum †so- 13
lùm in ciuilibus tantum, secùs autem in criminalibus. per tex. in l. fi. C. de prob. ita dicit glo. not. in c. veniens. el 1. extra de testi. & volunt doct. in locis superius allegat. & doct. alij quos ego adduxi in d. repet. mea. rub.

C.de probat.in 62.col. Pro quibus faciunt dicta per do. Alex.in consi.suo 158.incip in causa & lite.in vlt. colũ. in 5.vol.Item etiam scias quòd prædictæ glo.& iura nõ
14 habent locum in testibus † singularibus: quia etiam ex pluribus testibus singularibus non resultat vera probatio,quod tamen secùs est in alijs probationibus,quæ inuicem sunt commissibiles,vt vnus testis de veritate & duo de fama:nam isti testes faciunt integram probationem.ita dixit Nico.de Neap.in d.l.2.ff.de excus.tuto. vbi dixit quòd illud,quod ibi voluit glo.in plurib⁹ præsumptionibus non habet locum in plurib. testibus singularibus: sed in alijs præsumptionibus insimul commissibilibus, vt dixi. quod etiam firmat do. Anto.in c. licèt ex quadam.de testi.& Abb.in c.cum causam.de proba.& do.Alex.in cosil.suo 355 incip. sentio in dubium reuocari.Et ratio quare ex pluribus testibus singularibus
15 nõ resultat vera probatio,est:quia tantũ probant † mille testes singulares,quantũ vnus, ita dixit Bald.in l. iurisiurandi.C.de testi.& in c.tam literis,extra de testi.& in addi.Spec.in tit.de teste.in 4.col.vers.etiam mille.& Ias.in rep.l.admonendi.in 95.col. ff.de iureiur.& Alex. in consi.73.inci.non puto.in 4.col.in 1.vol. Pro quo fa-
16 cit,nam mille scripturæ priuatæ † non faciunt plenam fidem,secundùm Soc.in consi.suo 41.inc.antequam.in 5.col.in 1.vol.quod etiam firmauit Bald. in rub.de controuer.inuesti.in 1.col.Vide tamen Alex.in consi.77.incip.in causa accusationis.in vltimis verbis.in 1. vol. Est tamen verũ quòd testes singulares possent esse ita nobiles, quòd iudici adducerent credulitatem, & indubi-
17 tatam fidem,& tunc † iudex non deberet curare de illa singularitate,sed secundùm eos deberet iudicare.ita singular.& mirabiliter dixit Paul.de Castr. in l. admonendi.ff.de iureiur.& l.Lucius.ff.de his qui not.infam. in suis recollectis Florentinis. Et istud dictum pro valde singu.refert & sequitur do. Ioann. Bapti. de sancto Seuerino.in repet.l.admonendi.in 7.char. in 2. colũ.de iureiur.& do.Fran.Bru.in suo tract.de indi. & tor.in 1. char.in 3.colũ.circa prin.de quo latius dixi in sing.meo

114.in

114.incip.vulgatum & tritum est &c. vbi videas. Et de materia d.glo.l.2.ff.de excus.tut.vide plura,quæ ego dixi in repet.mea rubr. C.de proba.in 62.colũ.& in colũ. ibi seq.vbi latè locutus sum.

Modo vltra præmissa postquàm sumus in materia indiciorum plura sunt videnda. quæ sunt necessaria & vtilia,ac multum practicabilia. Et primo scias, quòd fama † de per se sola non facit indicium ad torturam, 18
secundùm Ioann.And.in addit.Specul.in tit.de probat. in §.videndum.in versi.13.iuxta fin. illius addi.& Bald. in l.milites. C.de quæst.Cy.in l.fi.C.eo.do. An.in c.veniens.el 1.in 4.col.de testib.Ang.de Aret.in tract.malef. in verb.fama publica.in versi.& an fama. Bald.in addi. Spec.in tit.de senten.in vlt.col. & Alex. in consil. suo 5. incip.in causa inquisitionis.in 2.col.in 1.volum.& Ias. in repe.l.admonendi in 90.col. in princ. de iureiuran. de quo latè dixi in l.de minore.in §.plurium. in 5.col. in versi.nota vlterius.&c.ff. de quæstio. Et ratio quare fama non facit indicium,potest esse, quia fama est res fragilis & pernicioſa, transmissa ab his, qui desiderant de hoc famam esse: ita dixit Barto.in tract. de tortura.quem refert & sequitur do. Paris de Puteo in trac. synd.in 100.car.in 3.colũ.Istud autem quòd fama non faciat indicium ad torturam non habet locum † in ve- 19
hementi fama: nam vehemens fama est sufficiens indicium ad torturam. ita sing.dixit Barto. in consili.suo 191.incip. domi.Paci de Burgo.sancti sepulchri legum doctori &c. quem refert & sequitur Bald.in consilio suo 131. incipien. visis dictis articulis.in 2. colum.2.volum.& voluit etiam do. Alexan.in l.fina.in 3. addi. ff. de quæst.& Bald.in cap.1.in §.iniuria.in 6. colu. de pace iuramen.firman. versi. sed nunquid ex tali confessione.& do.Feli.in ca.veniens.in 5.col.de testib. Pro quo 20
faciunt:nam ista vehementia † sunt magni effectus. Et ideo dixit Bald.in consi.suo incip. quidam Petrucius de Viterbio &c.quem refert & sequitur Soci.in consil.suo 89.incip.in causa agitata &c. in 6. colum. in 1. volum. quòd vehemens adminiculum supplet semi-

plenam probationem. & Soci. in d. consil. adducit etiam Bald. in l. ea quidem. in 2. colum. C. de accusat. vbi dixit, quòd vehemens adminiculũ est suppletio defectus probationis, de quo latius per Soci. vbi sup. Item vehemés opinio habetur pro scientia & pro certitudine, vt latè habetur per do. Felin. in c. 1. in 1. col. de sum. trinit. & per me in l. patre vel marito. in 12. colum. ff. de quæst. & in l. de minore. in §. plurium. in 6. col. ff. de quæstio. in ver. hanc tamen conclusionem cod. tit. & in sing. meo 205. incip. vehemens opinio. & in alio meo singu. 97 incip. fama sola &c. & in repet. mea rub. C. de probatio. in 47. colũ. & in repetit. mea. l. fin. C. de probat. in 80. char. Et vltra prædicta teneas perpetuo menti vnum videlicet,
21 quòd indicia multum vrgentia † faciunt plenam probationem, ità multum not. dixit Abb. in consil. suo 113. incipien. tria sunt &c. in 2. co. in prin. in 2. vol. quod est singulare verbum, quod alibi non memini me vidisse. Contra hoc dictum tamen facit non parũ, quod voluit Ioan. de Ana. in consi. suo 59. incip. visa inquisitione. in 2. col. post prin. vbi dixit, quòd præsumptiones probabiles & vehementes non operãtur, quòd ex ipsis in causa criminali possit reus condemnari, ad quod allegat plura iura. de quibus ibi per eum. Pro quo facit etiã: nam violenta præsumptio, quæ fit in ciuilibus habet vim ple-
22 næ probationis in criminalibus † non sufficit ad condemnandum, secundùm doct. in c. quia verisimile. & in c. afferte. de præsumptio. & Bald. in l. fi. in vl. colũ. C de probatio. & do. An. & Abb. in d. c. afferte. & Ludo. Ro. in l. 1. in §. si quis in villa. ff. ad Sylla. Alex. in con. 19. incip. viso processu in 5. in 1. vol. & latius per Iaso. alios referentem in l. 1. in 6. co. ver. Primò ex regu. C. de seruis fugi. vide tamen Ioan. de Ana. in c. tua nos. §. fi. in 2. col. ver. nota quòd ex istis &c. extra de homicidio. Plura etiam alia in hac materia indiciorum habes notare. Vnũ
23 est quòd † arbitrio iudicis relinquitur an indicia existẽtia contra reum sint sufficientia ad torturam. ita dixit Bart. in l. fi. ff. de quæst. Bal. in l. 2. in 1. colũ. C. quorum appel. non reci. Ioan. Andr. in c. cùm in contemplatione.

ne, de regul. iur. Alex. consi. 77. incip. in causa accusationis. in 3. colum. in 1. volũ. & ibi in consil. 65. incip. habita super contentis. in fin. Et licèt hoc sit verum, quòd an indicia sint sufficientia ad torturam necne, relinquatur arbitrio iudicis: tamen tale eius arbitrium † debet 24
esse iuri & æquitati consonum, aliàs nõ valet, ita not. dixit Ludo. Rom. in consi. suo 376. incip. q̃stio est: nunquid &c. in pen. colũ. vbi pro hoc allegat gloss. in l. eas causas. ff. de condi. & demonst. & hoc etiam voluit Bald. in disput. sua. incip. statuto cauetur quòd fœnerator &c. in vlt. col. arg. l. codicillis. §. fin. ff. de lega. 2. & idem etiam dixit do. Alex. in consi. suo 21. incip. visis verbis. in pen. colum. in fin. vbi allegat Bald. in d. sua disputat. & plura alia, de quibus ibi per eum: pro quibus facit etiam tex. in l. 1. in prin. ff. de vsur. in versi. ita tamen, vt legem non offendat, &c. Et facit etiam: nam qui habet potestatem disponendi secundùm conscientiam, † non debet 25
sequi propriam conscientiam, sed publicam. text. est iũcta gloss. in ca. iudicet. 2. q. 7. in ver. voluntatis, & voluit Cyn. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. & Bald. in l. 1. C. qui accusa. non poss. Et ideo dixit Bald. in l fi. C. de pœna iudi. qui malè iudi. iudicem debere sequi regulas legum, & non conscientiam suam, † quæ legibus aduersa- 26
tur. de quo etiam per Bald. in l. 2. in 4. nota. C. de fideicommiss. & per Ludo. Rom. in repe. rubr. ff. de arbi. in 2. col. ad fin. & vide text. in l. 1. ff. de solut. & text. & ibi Bald. in l. certi iuris. in fi. C. de iud. & Ias. in §. sed iſtæ. in penul. & vlt. col. Instit. de actio. & vide glo. & do. Anto. in c. vt debitus. in versi. rationabili causa. de appell. vbi dicit, quòd in arbitrarijs iudex † debet facere suum ar- 27
bitrium cum consilio peritorum. alleg. q̃ habentur in c. ne innitaris. de consti. Et subdit etiam ibi do. Anto. per illam gloss. quòd si committitur aliquid iudici expediendum secundùm quòd sibi videtur, intelligitur tamen habito consilio peritorum. quod etiam voluit d. An. in c. 1. in 8. col. de constit. quem sequitur Cardin. Alex. in d. c. vt debitus. in 11. col. ad quem etiam vide Socin. in cõsil. 92. incipi. circa primum. in versi. Secundò respon-

415

& in consi.120.inc.cum in præsenti. in 8.colum. & Ludo.Bolo.in consi.47.incip.visis igitur & diligenter cõsideratis. in pen.col. & Matth.in no.suo 14.incipien.nota.quòd vbi iudex,& gl.in clementi.sæpe.in verbo, defensionis,de verb.signifi. & Ioan.And.in c. 1. de consti. quem refert & sequitur dom.Felyn.in c. quoniam frequenter.in §.porro.in 2.colum. vt lit. non contest. vbi dicit quòd in his quæ sunt commissa arbitrio iudicis,
28 † iudex debet seruare æquitatem. Item de isto arbitrio vide do. Pari.de Puteo in tract.suo syndica. in 19.char. in 3.colum. cum tribus col.ibi seq.& Paul de Castr. in l. filiusfa.donare.ff.de donat.& vide omnino dom.Cata. in tract.suo syn.in ver.139.inci.adde quòd si datur arbitrium potestati.& quæ ego dixi in repet.mea.l. fi. C.de proba.in 79.char.& in l. quæstionis modum. in 4. & 5. col.ff.de quæst.& in repe.mea rub.C.de prob.in 50.col. & supra,in hac practica in §.constante. Et ad dicta superius proximè adde Bal.in l.cum circa. C. de iure do. vbi dixit,quòd indicium,quòd mouet iudicis animum aliqualiter est sufficiens,à iure, si sit approbatum,quod dictum refert & seq. Bertachi.in reper. suo, in verbo.indicium.in 2.col.ad quod vide Bal.in consi.276.in tex.in quo &c.in 1.col.ante fi. in volu.1. Item scias etiam circa
29 hanc materiam indiciorum,quòd indicia † debent esse perfecta in genere suo. aliàs non operantur vires indiciorum.ita no.dixit Bal.in consi.suo 229.incipiẽ. verba inquisitionis. in 2.colum.in 3. volum.Nam sicut probationes in criminalibus ad condemnandum debent esse luce meridiana clariores, vt in l.fi. C. de probat. & in l. addictos.C.de app.& in l.absentem.ff. de pœnis.c.petacium.30. quæst. 3.ita & indicia in genere suo ad torturã
30 debent esse clara, & talia quæ de iure subsistant. Pro quo facit regula illa † videlicet,quòd eadem est ratio de toto quo ad totum: quę est de parte quo ad partem, & econtra l. quę de tota.ff.de rei ven.cum simi.de quo ego etiam dixi in cõs. meo 20. inci.digneris quæso clementissime Deus omnipotẽs &c.in prin. Et ideo ex hoc dicebam, quòd sicut in criminalibus ad plenam probatio-

nem

nem faciendam † teſtes debent reddere rationem dicti 31
ſui, etiam non interrogati, ſecundùm Salic. in l. fi. C. de
prob. quē refert & ſequitur Alex. in cōſil. ſuo 15. inc. viſo
proceſſu inquiſitionis formatæ in 8. col. in 1. vol. & vo-
luit Iaſ. in repe. l. admo. in 103. col. de iureiur. & do. Phil.
Dec. in conſi. 37. inci. in cauſa. in 3. col. Ita etiam ad faci-
endum indicium ad torturam debent reddere rationē
dicti ſui etiam non interrogati, quod eſt diligenter no-
tandum. Pro quo faciunt verba Lud. Ro. in repe. rub. ff.
de arb. in 10. col. in prin. in verſi. ſcias tamen &c. vbi di-
xit, quòd licèt vnus teſtis deponendo faciat ſemiplenā
probationem, vt in l. admonendi. ff. de iureiur. cum ſim.
iſtud eſt verum, ſi talis teſtis deponit † cum cauſa: ſecùs 32
autem ſi deponit ſine cauſa, quod dicit voluiſſe Bald. in
in c. 1. in §. cùm autē. de cōtro. inueſt. de quo etiā dixi in
l. 1. in §. præterea. in 17. col. ff. de quęſtio. Contrariū tamē
tenet do. Phil. Dec. in cōſi. ſuo inci. in cauſa inquiſitiōis.
poſt princip. Sed dictū ſuum nō obſtat: quia iura per eū
allegata loquūtur in ciuilibus, nō autē in criminalibus.
ergo non obſtant. Et adde etiā Bald. in hac materia in
conſi. ſuo 275. incip. ad euidentiam. in 1. col. in 1. vol. vbi
dicit, quòd quandò iudex procedit per inquiſitionē con-
tra aliquem, debet interrogare teſtem de cauſa & ſcien-
tia, alia dictum teſtis non probat: nam cùm in ſe aſſu-
mat officiū inquirēdi, debet formare ipſe interrogato-
ria ex ſeipſo ita dicit Bald. in d. conſi. Item teneas etiam
menti aliud vtile in materia iſta indiciorū, videlicet, q
locus à cōmuniter accidētibus † facit indicium indubi 33
tatum ad torturam ita not. dixit Bald. in addit. Spec. in
titu. de ſenten. in antep. col. in ver. ad mortem. & in l. fi.
circa fi. ff. de hære. inſti. pro quo faciūt quæ dixi in ſing.
meo primo. Et facit etiā: nam validū † eſt argumētū à 34
ſolutis. l. illud. & ibi Bart. ff. de excuſa. tuto. l. 2. ff. de ſpō.
l. cùm de in rem verſo. ff. de vſur. l. vel vniuerſorum. ff.
de pig. actī. Et ex hoc dixit ſingulare verbū Bal. videlicet
q ſi aliqui fratres ſtāt in cōmunione, & maior natu cō-
munia recipit & diſtribuit † & minor natu accipit vxo- 35
rem, & ſe obligat ad reſtitutionem dotis, quòd talis

restitutio dotis debet fieri de cõmuni patrimonio, quia sicut cæteri redditus peruenerunt ad manus maioris fratris, ita & illa dos peruenisse censetur. ita singu. dixit Bald. in consil. suo 120. incip. duo fratres: vnus maior &c. quem refert & sequitur Soci. in consi. suo 46. incip. cùm in præsenti. in antepen. colũ. quod est summè not. Scias etiam in hac materia indiciorũ, quòd iactationes
36 † non faciunt indicium ad torturam, quia sæpe minus faciunt homines qui magna minantur. ita dixit Bald. in consi. suo 275. incip. ad euidentiam. in prin. in 1. vol. & idem voluit Ray. in l. fin. ff. de hæred. instit. quem refert & sequitur Alex. in consil. suo 179. inci. In causa Anglorum in 2. col. circa medium. Contrarium tamen tenet do. Paris de Put. in tract. suo syndica. in 2. char. in 3. col. versi. an si probetur. de quo etiam aliquid per Spec. in tit. de de præsumpt. §. fi. in vlt. col. & vide omnino quæ ego dixi in l. 1. in §. præterea. in 8. colum. versi. modo his visis &c. cum versi. seq. ibi. ff. de quæst. Et vltra præmissa quia indicia videntur esse fundamentũ causæ criminalis: ideo de pluribus quærendum est, an in ipsis causis criminalibus faciant indicium ad torturam, quæ
37 omnia quotidie occurrunt in facto. † Quæro igitur an mandatarius contra mandantem facit indicium ad torturam? in quo Bald. in consi. suo 97. incip. an mandatarius &c. in 5. volu. tenet quòd faciat indicium quo ad instructionem, nõ autẽ quo ad probationẽ. & hæc si acceptauit mandatũ, sed si nõ acceptauit facit indiciũ ad torturam. De quo etiã per Berth. in reper. suo in verbo mãdatarius in vlt. colũ. in vlt. versi. vbi subdit. q̃ assassino eius assertio facit indiciũ ad torturã. alleg. l. nõ ideo minus. C. de accus. d. autẽ Alex. in cons. suo 88. inci. quoniã omne in pen. col. versi. præterea. in 5. vol. dicit, quòd testes deponentes de mandato & commissione sibi facta sunt idonei, allegat plura, de quibus ibi per eum, de qua q̃stione dixi etiã in l. 1. in §. diuus Antonin⁹. in prin. 3. co. de quæst. Mihi autem nunquã placuerũt dicta per dictos doct. in locis præalleg. & hoc ex pluribus, & primo inquantum dicit Bald. in d. cõsi. 97. quòd si mãdatarius nõ

acce-

acceptauit mandatum, quòd facit indicium ad torturā. Sed vellem & ego ſcire à Bal. quomodo probatur quòd mandatarius acceptauerit mandatum, certè non video hoc. & ideo mihi non placet dictum Bald. nam non ſufficit dicere, ſed quod dicitur debet probari, vt latiſſimè dixi in l. 1. in §. ſi quis dicatur in 1. colum. ff. de quæſtio. Item inquantum dom. Alexand. in d. conſi. ſuo 83. dicit, quòd †teſtes deponentes de mādato & commiſſione eis facta ſunt idonei. Dico quòd iſtud non obſtat: eo quia 38
ipſe Alexand. loquitur in caſu, in quo interfuerunt plures teſtes & nō vnus tantum, ſed in caſu quæſtionis noſtræ loquimur, vbi interuenit vnus teſtis tantum, ſcilicet ipſe mandatarius, ergo de vno non infertur ad aliud. item domi. Alex. in d. ſuo conſi. loquitur in cauſa ciuili, nos autem loquimur in cauſa criminali, vbi agitur de valde maiori præiudicio. iuxta l. in ſeruorum. ff. de pœn. & ſic de vno non infertur ad aliud. Præterea dico non ſemper eſſe verum, quòd etiam in cauſis ciuilibus teſtes de mandato & commiſſione ſibi facta probent: & hoc apparet ex doctrina Ioan. de Imol. in conſi. ſuo 92. incipien. in cauſa quæ vertitur, in 2. colum. vbi dixit, quòd ſi aliquis ſcripſit aliquā literam priuatam alicuius obligationis pro aliquo qui neſcit ſcribere, quòd tali caſu non crederetur † dicto ipſius ſcribētis de mandato ei 39
facto, quod deberet ſcribere talem literam nomine illius qui ſe obligabat. quòd dictum etiam retuli in repeti. mea rubr. C. de probat. in 58. colum. & in ſing. meo 471. incip. ſæpe contingit &c. Sed in hoc dubio dicant doct. quicquid velint: Mihi videtur dicendum quòd mandatarius non ſit idoneus teſtis contra mandantem, adeo quod eius dictum contra mandantem faciat indicium ad torturam. Et ad hoc dicendum moueor potiſſimè ex duabus rationibus: primò quia talis mandatarius eſt ſolus teſtis in hoc, quo caſu teſtis etiam de viſu & omni exceptione maior non facit indicium de per ſe, ſi alia non concurrant indicia, vt dixi ſupra in hac practica in hoc. § in num. 5. Cum ergo talis mandatarius ſit ſolus & ſecum non concurrant aliqua alia indicia, ergo dictū

117

ſuum non facit indicium ad torturam cõtra mandantẽ. Secunda eſt ratio: quia talis mandatarius deponit ſuper remotis à malefic. & non deponit de maleficio cõſummatio: ideo talis teſtis non probat: nam quando ſumus in his, quæ ſunt remota à malefi. requirũtur duo teſtes ad faciendum ſufficiens indicium ad torturam, vt dixit gloſſ. not. in l. fin. C. fami. her. de qua dixi late ſupra in hoc. §. nu. 7. Alia etiã ratio vrgentiſſima me mouet & inclinat in hanc opinionem: nam ſi diceremus quod dictum mandatarij eſſet ſufficiens ad torturam contra mandantem ſine alijs indicijs, ſequeretur maximũ inconueniens & abſurdum, videlicet quod volens nocere alicui poſſet deſtruere & lacerare eũ, & quot homines, vellet: nam ſi tacitè haberet aliquem odio, poſſet dicere quod ille talis dediſſet ſibi mandatum ad aliquem occidendum vel vulnerandum, vel ad aliud maleficium cõmittendum: & quòd ipſe tamen noluit acceptare tale mandatũ. quod nõ eſt dicendũ, nec eſſe toleradũ, cum
40 † abſurditas ſemper fugienda & euitanda ſit. l. nã abſurdũ. ff. de bo. liber. clem. 2. de magiſtris. c. cũ ſit. de Iudę. c. ex ore. de priuileg. c. quemadmodũ. de iureiu. c. in Gene ſi. de elec. & voluit do Fran. de cur. in conſi. ſuo 60. inc. dux Phili. in 14. col. & dixi infra in hoc. §. nu. 73. Et malitijs hominum eſt obuiandum. cap. ſedes apoſtolica. de reſcri. l. in fundo. ff. de rei. vend. Nec eſt aliquid concedendum, permittendum, nec tolerãdum per quod quis inuitetur ad delinquendum. vt in l. cõuenire. ff. de pac. dot. & in l. ambiguitates in fi. C. de indi. vidui. tol. cũ ſimi. ibi in gloſſ. allega. Pro quibus faciunt quæ dixi in conſil. meo 102. inci. pauci ſunt dies &c. in fi. Ex iſtis itaque mihi videtur dicendum, quòd nõ cõcurrẽtibus aliis indicijs præſumptionibus, vel coniecturis contra ipſum mandantẽ, niſi dictũ mãdatarij, tale dictũ ſeu teſtimonium ipſius mandatarij non faciat ſufficiẽs indiciũ
41 ad tort. contra eum: tene menti, quia ſæpe de facto iſta contingunt. Quæro modo vlterius, an fuga † faciat indiciũ ad torturã. in quo dicas qđ ſic regulariter, vt habetur per ſcribentes in l. fi. de quæſtio. & in l. in lege Cornelia.

nelia.ff.ad Sylla.& per Ange.de Aret.in tracta.ſuo maleficiorum.in verbo,fama publica.in 6. char. in verſic. an fuga.de quo late dixi in repet.mea l.fin. in 80. char. C.de proba.Quòd tamen intellige eſſe verum, quando quis aufugit ante accuſationem vel inquiſitionem contra eum formatam, vel ante quam contra eum ſit ad aliquem actum proceſſum : ſecus autem ſi aufugit poſtquam fuit accuſatus vel inquiſitus.quia tunc ſi aufugit talis fuga contra eum non facit indicium. ita dixit Bar. in l.1.ff.de bo.eorum qui ante ſenten.ſibi mortē conſci. quam doctrinam ſequitur & multum commēdat Ang. in l.fi.in pen.col.C.de quæſt.& Mattheſi.conſi.193.inc. not.quòd tota &c. & Lud. Ro.in l.in lege Corne. in 2. col.ff.ad Syllan.& Ang. de Aret. in tract. maleficio.in verbo,fama publica.in ver.an fuga ſit ſufficiens,de qua materia latius locutus ſum,in repe.mea rub.C.de prob. in 54.col.& in ſingu.meo 115.inci. fuga. & in d.repe.in 97.col.de quo etiam per Iaſon.in l. admonendi. in 19. col.ff.de iureiur.& in repe. illius legis.in 67 col.in fi.& per Io.An.in addi.Spec.in tit.de præſum. in §. ſpecies. in addi. incipi. hic eſt inſtandum. & per d. Fran. Bru. late loquentem in ſuo tracta. de indi. & tor. in 3. char. in 1 col.cum ibi ſeq.Sed tu vltra do.Barth. & omnes dicas, quod non ſolum fuga non facit indicium quando quis fugit poſtquam contra eum eſt formata accuſatio vel inquiſitio,ſed & quando habet ſuſpitionem † quod 42
contra eum formetur accuſatio vel inquiſitio. nam tūc ſi fugit fuga contra eū nō facit indiciū ad torturam.ita ſin.dixit Lud.Rom.in d.leg.in lege Cornelia.ff.ad Syllan.quod dictum refert & ſequitur dom. Philip. Dec.in conſi.ſuo 234. incipien. in effectu &c. in 1. colum. de quo latius dixi in ſingul.meo 497.incipien. ſæpiſſime in iure &c. Pro quo faciunt ſingu. dicta quæ ego adduxi in l.1.in princip. in 10. colum. ff. de quæſtio.vbi latè poſui quod idem operatur timor ſeu ſuſpitio rei, quod operatur exiſtentia ipſius rei,ad quod vide etiam dom. Petr.Philip.Corn.in conſi.ſuo 58.inci. viſa inquiſitione.in 2.colu.verſi.& dato in 2.volu.item caſu quo

in

13.

118

in aliquo casu fuga inducat aliquam præsumptionem
43 vel indicium cõtra aliquem, tunc talis † præsumptio taliter inducta tollitur per iuramentum ipsius fugientis. ita sing. dixit Cyn. in l. fi. C. de requi. reis. quod dictum pro valde not. refert & sequitur dom. Franc. Brun. in tract. suo de indi. & tortu. in 3. char. in 2. colum. & dom. Petr. Philip. Cor. in consi. suo 58. incipien. visa inquisitione. in 4. colum. in 2. volu. de quo etiam dixi in dicto singu. meo 115. incipien. fuga &c. Et ex istis omnibus ego infero quòd fuga nunquam faciet indicium ad torturam: quia aut fuga erit post accusationem vel inquisitionem: & tunc non faciet indicium, secundum Batt. & alios, vt dixi supra, Aut post suspicionem accusationis vel inquisitionis, & idem erit vt etiam dixi: & sic nunquam fuga faciet indicium: quia aufugiens poterit semper dicere quod aufugit propter suspicionem quam habebat, ne contra eum formaretur accusatio vel inquisitio, & stabitur in hoc dicto suo cum iuramento, quia suspitio est quid iacens in corde vel animo, quæ videri non potest, vt de se patet. Et in his, quæ consistunt in cor-
44 de vel in animo, † statur dicto asserentis cum iuramento, vt dixit gloss. apud aliquos sing. in §. alię. Insti. de acti. quam gloss. refert & seq. Bart. in l. celsus. in 2. colum. ff. de vsuc. & Ioan. de Ana. in consi. suo 44. incipien. in quæsti. stabioli &c. & Ludo. Rom. in consi. 398. incipiẽ. vt clarior &c. ad fi. & in consi. 76. incipien. in causa nobilis viri &c. in 3. colum. & in consi. 102. incip. super eo. in pen. colum. & in consi. 322. incip. hæc istorum quinque. in 1. colum. & Ang. de Aret. in §. fi. Insti. de vulg. substitu. in pen. colu. & dom. Felyn. in c. significasti. el 1. extra de homic. & Io. de Ana. ibi in 2. colum. vbi dicit, quòd idem voluit glo. in c. præsentiũ. de testi. & ibi doc. & in c. si vero. el 2. de senten. excom. & in cap. pastoralis vbi bonus tex. ad hoc. de excep. Et tu vltra eum dicas, q̃ idem voluit gloss. in l. 1. in. § hoc interdictum. ff. de itine. actuq; priua. & in l. si cui. §. ijsdem. ff. de accusatio. de qua materia latissimè fortè vltra omnes locutus sum in repeti. mea rub. C. de probat. in 27. colum. Tenementi prædi-

prædicta: quia ista est consideratio mea noua. Et scias quòd aliqui sunt casus, in quibus fuga facit nedum indicium, sed etiam probationem. Vnus est casus in † offi 45
ciali inquisito de barataria: nam tunc si fugit, habetur pro confesso. ita dixit dom. Felyn. in c. nullus. de præsump. & dicit quòd de hoc est casus in l. consiliarios. C. de offi. assess. de quo facit festum Bartol. & ibi dom. Abb. in c. veritatis. de dolo & contu. in 15. colum. & Bald. in l. in bonæfidei. in 4. colum. C. de reb. cre. & Bartol. in d. l. lege Cornelia. ff. ad Sylla. & Imol. in d. c. null[a]. Quod tamen limita secundum dom. Felyn. ibi, nisi talis fugiens esset reductus quamuis inimicus ad locum vnde aufugit: quia tunc vt condemnetur debet legitimè probari ipsa barataria. ad quod alleg. §. necessitatem. in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. & Salyc. in d. l. admonendi. ff. de iureiur. prout ibi refert Ludo. Roma. in 21. colum.
Item alius est casus in quo fuga facit probationē, † vi- 46
delicet, in eo qui aufugit fractis carceribus: quia talis habetur pro confesso, secundum gloss. & Barto. in l. eos. per illum tex. ff. de custo. reo. quod dictum tamen impugnat, & postea saluat ipse domi. Fely in d. c. nullus, subdens quòd hoc tamen non habet locum, vbi quis aufugit de carcere aperto. secundum Guil. de Cu. & Bald. in l. succurritur. ff. ex qui. cau. maio. & idem dicit si non aufugisset de carcere, sed de palatio prætoris. quod sequitur Ludo. Roma. in d. l. admonendi. in 21. colum. & idē in fugiente ostio aperto dixit Ang. in l. verum. la 2. per illum text. ff. de fur. & in l. 1. ff. de effrac. Itē subdit etiam dom. Felyn. in d. c. nullus. de præsump. quòd ista non habent locum in eo, qui erat in carcere pro generali inquisitione, secundum Bald. in consi. incip. In Christi nomine, punctus quæstionis est: an aufugiens &c. Item alius est casus in quo fuga facit probationem videlicet, in famulo † fugiente à domino: nam si reperiuntur amis- 47
sæ aliquæ res domini, videtur quòd famulus illas res furto subtraxerit, secundum glo. not. in §. si verò el 3. in ver. factum in auth. de exhiben. reis, & voluit Iaso. in l. admonendi. in pen. char. in 1. colum. de iureiur. & in re-

repe.

repe.d.l.in 68.col.in quibus locis multa ponit ad mãteria fugæ. Item alius eſt caſus, videlicet quando lex punit ipſam fugam tanquam ſpecificum crimen ſeu delictum, non autem tanquam ſignum delicti, puta militẽ fugientẽ, vt in l.deſertorem. C. de deſerto. & l.deſertorem.ff.de re mili.de quo latius per dom. Felyn. vbi ſupra. Item alius eſt caſus ſecundum eum, in quo fuga facit probationem, videlicet, quando agitur de probando crimine ſolius ſuſpitionis, videlicet, an quis ſit ſuſpect⁹ vel non, vt ex iſta ſuſpitione ſola ſequatur aliquis effectus: quia fuga probata ſtatim eſt probata ſuſpitio, vt in l.1.in prin.& in l.impuberibus.§.fi. ff. de ſuſpec. tuto. & ita not.doct.ſecundum eum in locis proximè allegatis. ita dixit dom. Fely. in d.c.nullus. de præſump. quę omnia ego retuli in repeti. mea rub. C. de proba. in 54. colu. Sed tu vltra dom. Felyn. dicas quòd fuga etiã facit probationem in alio caſu : nam tollit, incertitudinem & dubitationem, & ideo ſi duo ſunt banniti eiuſdem nominis, & neſcitur verè quis ipſorum ſit bannitus. iuxta l.duo ſunt Titij. ff. de teſt. tut. tunc ille qui aufugit
48 iudicatur † eſſe, qui eſt bannitus, ita dixit Bal. in l. volũtatis. in fi. C. de fideicom. Item etiam ſcias quòd fuga o-
49 peratur reuocationem mandati, † ſecundum Rapha. Cuma. in conſil. 146. incip. Symon & Helias in 3. col. allegat aliqua de quibus ibi per eum. Et ſcias etiã vltra do. Felyn. vbi ſupra, quòd in omnibus prædictis caſibus forte idẽ eſſet nedum in fugiente, & quando quis eſſet in fuga, ſed etiã ſi nondum aufugiſſet, ſed eſſent aliqua ſi-
50 gna euidentia qualiter † vult aufugere & iam ſe præparaſſet ad fugam. ad quod dicendum moueor arg. eius qd dixit Angel. & gloſſ. ibi in l. pignoris gratia. C. de pign. actio. vbi dicit, quòd illud quod dicitur, videlicet, quòd debitor fugitiuus poteſt capi à creditore & duci ad iudicem, vt habetur in l. ait prætor. in §. ſi debitorem. ff. quæ. in fraud. cre. non ſolum habet locum in debitore fugiente, ſed etiam in debitore, in quo ſunt aliqua euidẽtia ad fugã. i. qualiter vult fugere. Et ideo dixit Bal. in d.l. pignoris quòd illud quod operatur fuga in actu, operatur

ratur in promptu. Et facit dictum Bal. in c. ad noſtram. de appel. vbi quærit, an ille dicatur Apoſtata qui non fugit de monaſterio, ſed habet animum fugiendi: & dicit quod ſic. pro quo allegat tex. & glo. ſin. in l. quis ſit fugitiuus. in §. apud Celſum. ff. de ædili. edic. quod etiam tenet Barb. in d. c. ad noſtram. & faciunt dicta per dom. Alex. in conſi. 42. incip. ſuper præmiſſo themate. in 14. col. in 1. volu. & in cõſi. 288. inci. & ſi celeberrime &c. in vlt. col. & vide quæ ego dixi in ſing. meo 43. incip. debitor fugitiuus. & quæ dixi in repeti. mea l. fina. C. de probatio. in 67. char. & in l. 1. in princi. ff. de quæſtio. & in d. repet. mea rub. de proba. in 54. colum. Et aduerte inquantum dom. Felyn. vt ſupra retuli, dicit, quòd aufugiens de carcere habetur pro confeſſo: nam hoc non credo procedere in illo, qui iniuſtè tenebatur in carcerem: nam talis fugiens non debet haberi pro confeſſo, cum licita fuerit ſibi fuga. argu. eius quod dixit Bar. in l. prohibitum. C. de iure fiſ. lib. 10. vbi dixit, quòd iudici exequenti de facto poteſt reſiſti, † de quo latè dixi in l. 51
1. in prin. in 6. colum. ad fi. ff. de quæſtio. & in l. edictum in 2. col. eod. tit. Item facit: nam ſi captura erat iniuſta, ergo nulla. Sed aufugiente de carcere quando captura eſt nulla, † tunc cuſtos non tenetur, ſecundum Ang. in 52
l. quoties. § 1. ff. de condi. inſti. de quo etiam infra in §. attingam. num. 46. Et facit etiam: nã ſi iudex vult exequi ſententiam criminalem à qua eſt appellatum, amici & conſanguinei condemnati poſſunt de facto impunè reſiſtere. † ita dixit Inno. in c. ſi quando. de offic. de- 53
leg. quem refert & ſequitur Bald. in l. addictos. C. de epiſ. aud. quos refert laſo. in §. pœnales. in 24. col. inſtit. de actio. Et facit etiam: nam quando iudex infert iniuſtè grauamen irreparabile, poteſt ſibi impunè † reſiſti, 54
vt quando vellet indebitè aliquem torquere. ita dixit Cyn. in l. 1. C. vnde vi. in fi. & idem dixit Bal. in repeti. l. 1. C. vnde vi. in 24. col. ver. duodecimo quæro an iudici poſſit reſiſti &c. & Pau. de Leaza. in commen. rub. de reſt. ſpolia. & Bal. in l. vt vim. in 7. q. ff. de iuſt. & iure. quos refert & ſequitur Alexand. in conſi. 144. incip.

poſt

post reditum. in 1. colum. in 2. volum. Et hac ratione mo
55 tus dixi in l. 1. in prin. in 13. limi. ff. de fisca. † & licet fami
lia potestatis non teneatur de occiso, quando capiēdus
non vult permittere se capi, vt est tex. & ibi Barto. & alij
in l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confug. & in l. quem-
admodum. in §. fi. ff. ad leg. Aquil. & Bald in l. 1. C. vnde
vi. & in l. fi. C. de exhi. reis. & in l. nec timorem. C. quod
me. cau. Bal. & Ang. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Paul.
de Cast. in consi. 194. incip. viso supra scripto puncto. in
2. colum. Albe. de Rosa. in 4. parte statuto. quæst. 36. inc.
adhuc quæritur. & Catal. in tract. synd. in versi. 339. inc.
Adde quod baroarius. & in eo. tracta. in versi. 205. incip.
Adde quòd si familia. & Ang. de Aret. in tract. malefi-
ciorum. in verbo, fama publica. in versi. verum. Quia ta-
men prædicta habent locum vbi talis familia iustè pro-
cederet, secus si iniustè, quia si iniustè ita teneretur de oc
iso, sicut quilibet alius, ad quod allegaui aliqua de qui-
bus etiam dixi latius in l. 1. in princip. in 2. colum. ff. de
quæstio. Itē pro hac limitatione & restrictione mea fa-
cit: nam iniustè carceratus pro causa capitali, si non po-
56 test aliter euadere, † licitum est sibi occidere custodes
carceris, nec tenetur de occiso. ita dixit do. Paris de Pu-
teo. in tract. Syndi. in 25. char. in 3. colum. & in eo. tract.
in 81. char. in 4. colum. vbi alleg. plura iura, postea alle-
gat rationem dicens, quod licet quomodocunque redi-
57 mere † sanguinem suum, vt habetur in l. 1. ff. de bonis
eorum qui ante sen. sibi mor. consci. quod etiam Bald.
in l. & si legibus. C. si contra ius vel vti. pub. & Old. in
cons. 53. incip. consueuit dubitari. in vlt. colum. de qui-
bus dixi infra in §. attingam. num. 39. Et facit etiam: nā
si iudex iniustè non præcedētibus indicijs torsit aliquē,
58 tunc si ille indebitè tortus occidit iudicē, nō debet † pu-
niri pœna mortis, sed alia mitiori pœna. ita dixit dom.
Paris de Puteo. in tract. suo Synd. in 31. char. in 2. colum.
in fi. vbi refert quādam facti contingentiā. & alleg. l. si
adulterium cum incestu. in §. Imperatores. ff. de adult.
& leg. Gracchus. C. eo. de quo latius dixi in sing. meo
455. incip. difficillimum est iustū dolorē temperare &c.

Tene

Tene menti prædicta, quia singularia sunt & multum
quotidiana. Vlterius quæro an socius criminis † faciat 59
indicium ad torturam contra socium eiusdem crimi-
nis? in quo venit notanter aduertendum, cùm ista mate
ria socij criminis sit multum quotidiana & practicabi-
lis in materia causarum criminalium. & ego in hac ma-
teria pluries consului, & oretenus allegaui, & cognoui,
quòd dicta materia est malè intellecta à Modernis iudi-
cibus, & ab alijs, qui versantur in palatijs. Et ideo scias
quòd regulariter socius criminis non facit indiciũ con-
tra socium eiusdem criminis, vt habetur in l.1. in §. di-
uus Antoninus. ff. de quæstio. & in l. quoniam liberi. C.
de testi. & habetur 4. quæst. 3. §. itẽ liberi. & in c.1. de cõ-
fes. & in c. veniens. de test. & in c. personas, & in c. sicut
eo. tit. & voluit Spec. in tit. de teste. §. 1. ver. itẽ quòd est
socius. Et licèt regulariter hoc sit verum, attamen dicas,
quòd hoc procedit in criminibus, in quibus socius crimi
nis non potest interrogari de consocijs, quia tunc nõ fa-
ciunt indicium, vt in dictis locis habetur, sed in casibus,
in quibus socius criminis potest interrogari de consoci-
is, dictũ socij criminis facit indicium ad torturã, ita te-
net Cyn. post Petr. in l. fi. C. de accu. & do. Ant. in c.1. de
cõfes. & Pau. de Leaza. in c. grauis. de depo. & Ale. in cõ-
sil. 313. inc. viso themate antescripto. & in cons. 120. inc.
viso processu. in 1. col. in fi. in 7. vol. de quo etiam vide
latius dicta per me in l.1. §. diuus Antoninus. in 2. colu.
ff. de quæstio. vbi etiam posui, quæ sint delicta, de qui-
bus socius criminis potest interrogari de consocijs. Et
scias quòd licèt, vt dixi, assertio socij criminis sit suffici-
ens indicium ad torturam in certo casu, attamen tene
menti, quòd talis assertio, seu confessio, seu depositio so
cij criminis de † per se sola non est sufficiens indicium 60
ad torturam. ita singul. dixit dom. Alex. in cõsi. suo 375.
incipien. quoniam abundè &c. in fi. allegat hoc voluis-
se Saly. in l. fi. C de accus. & Ioan. de Imo. in c.1. de con-
fes. de quo latius dixi in singu. meo 209. inci. socius &c.
& idem dixit Gand. in tract. suo malefi. sub rub. de quæ-
stio. & tor. in 4. col. in prin. ver. sed quid si persona &c.

Et in prætacta materia etiam vide dominum Alexandrum, in consilio suo sexagesimo nono, incipiente. visa facti narratione, &cæte. in secundo volumine circa finem. Ad quod etiam vide quæ dixi in allegata lege prima §. Diuus Antoninus. ff. de quæstionibus. Et supradictis adde dominum Franc. de Aretio. in c. cum P. manconella. in septima columna. extra. de accusationibus, vbi dixit, quod ad hoc vt credatur socio criminis etiam in criminibus exceptis, vltra alia adminicula, & coniecturas, requiritur, vel quod ex numero testium, vel ex qualitate deponentium, vel ex persona eorum contrà quos deponitur, verisimilis sit præsumptio eos non mentiri. Casus est secundum eum in §. finali. de hæreticis in libro sexto. Item teneas etiam perpetuo menti, & observa singulariter, quod in illis casibus, in quibus creditur socio criminis, non tamen hoc eousque extenditur, vt illi credatur etiam in criminibus exceptis, nisi
61 tale dictum suum † fecerit & expressérit in tortura: aliàs enim si hoc extra torturam factum est, nequaquam creditur contra socium criminis. Ita singulariter dixit Raphaël Fulgosius in consilio suo centesimo septuagesimo nono incipiente, In causa inquisitionis. &cætera. in prima columna ante finem. & ibi allegat ad hoc multum notabiles rationes. Et tu etiam vltra eum dicas, quod illa ratio esse potest, quia talis socius nominans alium in socium, ipse iam redditur infamis propter confessionem delicti factam per eum. Sed in-
62 famis † contra aliquem non auditur, sine tortura, vt est textus in Cano. illi qui. causa quinta quæstione quinta. in verb. & ideò replicanda est solicitè veritas, quam spontè prolatam in illis vox habere non potest, hanc diuersis cruciatibus è latebris

cebris ſuis religioſus tortor exigere debeat, vt dum pœnis corpora ſubijciuntur, quæ geſta ſunt fideliter & veraciter exquirantur. & in canon. in primis cauſ. ſecunda, quæſtione prima, in principio. & circa medium, ibi, Sed & de perſonis accuſantium ac teſtificantium ſubtiliter quærendum eſt cuius conditionis ſunt cuiuſue opinionis. & circa finem, ibi, vt viliſſimis teſtibus, ſine corporali diſcuſſione credi non debeat. &cæte. Idem voluit gloſſa in dicto capitulo cum P. Manconella. extra. de accuſationibus. & in capitulo per tuas literas. el primo, in verb. adminicula. & in verb. ex toto de ſimonia. Et dominus Alexander in conſilio ſexto incipiente. circa primum. &cæte. in ſecunda columna. in primo volumine. Et in iſta materia vide Salycetum in Lege finali, in vltima columna. verſiculo, quæro nunc an cum tormentis &cæte. C. de accuſationibus. Bartolus in Lege prima, in quarta columna. C. de ſumma trinitate & fide Catholica, dixi etiam plura infra, in hoc eodem §. numero octuageſimo tertio. Aliud etiam venit ſingulariter notandum circa hanc materiam ſocij criminis, in quo audeo dicere, quòd totus mundus errat, quod verè aliàs mihi fecit honorem, & magnum lucrum attulit. Nam ſi capti ſunt duo, vel plures Rei ſocij criminis, & vnus vel plures ipſorum confiteatur ſpontè, vel in tortura crimen: item confiteatur quod alius captus fuit eius ſocius in illomet delicto: an hoc caſu talis confeſſio, vel dictum faciat indicium ad torturã contra dictos ſocios: & hoc quando ſumus in caſu, in quo ſocius criminis poteſt interrogari de delicto cõſocij. In quo videtur dicẽdũ quod ſic: quoniam

122

vt ſuprà dixi in caſibus, in quibus ſocius criminis poteſt interrogari de conſocijs, dictum ſocij facit indicium ad torturam. Sed contrarium eſt verius, videlicet quòd in dicto caſu tale dictum ſocij non facit indiciũ ad torturam contra ſocium. Ratio eſt: quia talis ſocius, qui fecit dictam confeſſionem in tortura, vel extra torturam illam fecit ſine aliquo iuramento: quia erat in tortura, & habebat manus ligatas, & non poterat iurare, & iudex credit ſatis eſſe quod hoc diceret in tortura, putans fortè quod tortura ſubrogetur loco iuramenti: meritò non valet tale dictum, & eius vigore ſocius non poteſt torqueri: in ſimilibus. n. non admittuntur teſtes ſine iuramento vbi tractatur de tortura, vel de alio præiudicio irreparabili: Imò nec etiã in ciuilibus † admittũtur
63 teſtes ſine iuramento, vt habetur in l. iuriſiurãdi. C. de teſt. & in c. tuis quæſtionibus extra eo. & ibi in c. nuper. & in c. item iuriſiurandi. 4. q. 3. & in c. hortamur. 3. q. 9. conſi. Et hoc non ſolum habet locum in teſte producto ab vna parte: ſed etiam habet locum in eo, cuius dicto
64 ſtandum eſt de voluntate † vtriuſque partis vel vigore alicuius ſtatuti, vel alterius diſpoſitionis, ſecundũ Ang. in repe. l. ſi vacantia. in 2. col. C. de bon. vac. lib. 10. vbi ſing. dixit, quòd licèt ex diſpoſitione alicuius ſtatuti ſtari debeat ſimplici verbo nuntij: tamen dicto ſuo nõ ſtabitur, niſi primo iurauerit ante eius dictum. allegat tex. not. in l. Theopõpus. ff. de dote prælega. quod dicit eſſe vtile ad ſtatutum volens quod ſtetur ſimplici verbo accuſatoris de damno ipſi dato, quod ei non creditur, niſi primo iuret. allegat l. qui bona. §. qui damni. ff. de dã. infect. & l. ſi quãdo. C. vnde vi. quam doctrinam refert & ſequitur dom. Mar. Soci. in repe. c. qualiter & quando el 2. de accuſa. in 7. quæſt. nonæ quæſtionis princ. de quo etiam per domi. Felyn. in c. ſignificaſti. el. 1. in fi. de de homi. & in c. quia indicãte. in 1. col. de pſcrip. Pro q. bus facit tex. in c. circa me. de frigi. & male. cõiũcto tex. in c. cõtinebatur. de deſpon. impu. Et faciunt dicta per Ang. & Pau. de Caſt. in l. de pupillo. in §. qui opus. ff. de oper. no. nunt. vbi dixerũt, quòd vbi cõmittitur aliquid

† con-

†conſcientiæ alicuius per l. vel per ſtatutũ, vel per prin 65
cipem, ſi vult commiſſarius quòd eius ſententia valeat,
requiritur quod ante eius ſententiam iuret, quod ita di-
ctet ſibi cõſcientia ſua. aliàs nõ eſt ſtãdum eius cõſcien-
tiæ. quod dictũ refert & ſequitur Alex. in conſi. ſuo 217.
inc. viſis verbis &c. in pen. colu. de quo etiã dixi in rep.
mea. l. fi. C. de proba. in 27. char. Itẽ quo ad illud, quod
dixi quod ſocius criminis nõ audit ſine iuramẽto, ſcias
quod adeo hoc verum, quod † Papa etiam nõ poteſt diſ 66
penſare, quod teſtis in ferẽdo teſtimonio in iudicio non
debeat iurare. ita ſin. dixit Aug. de Anco, in li. de pote-
ſtate eccleſ. q. 55. art. vlt. quia hoc eſt de iure diuino, qđ
teſtis iuret, vt habetur Gen. 51. quòd dictũ pro ſtupendo
& Canoniſtis incognitio refert & ſequitur do. Felyn. in
c. cõſtitutus. in 8. col. de reſcript. de quo latius dixi in ſin
gu. meo 214. inc. ad validitatem dicti teſtis &c. Modo in
propoſito cũ ſocius criminis cõfiteatur in tortura, vel
ſponte talem fuiſſe eius ſocium in eodem crimine, talis
eius confeſſio non facit indiciũ ad torturã cõtra dictum
ſociũ, cũ fuerit facta ſine iuramẽto aliquo. Et ideo ego
aliàs in ciuitate iſta Bononiæ mihi patria ꝓpter hoc de-
fenſaui vnũ à morte, qui vocabatur Ludou. de Pariſijs,
qui erat claudus: nã ipſe fuit captus cũ vno eius ſocio ꝓ
furto, & ille eius ſocius ſeruatis ſeruãdis fuit poſitus ad
torturam, & confeſſus fuit furtũ: & interrogatus de cõ-
ſocijs dixit, quod dictus Ludouicus fuit eius ſocius in di
cto furto: ex quo dicto ipſe Ludouicus ſimiliter fuit po
ſitus ad torturam: in qua ipſe confeſſus fuit verũ eſſe ꝙ
commiſit dictum furtum: & hoc etiam ex poſt ratifica-
uit: habito poſtea termino ad ſuam defenſionem facien
dam. ego comparui pro eius aduocato: & dixi quòd illa
ſua confeſſio erat nulla, & per conſequens ei in aliquo
nõ præiudicabat: & quod dicta confeſſio dicti Ludoui-
ci eſſet nulla mouebar, & dicebam, quod dictũ illius ſo-
cij, qui dixit, quòd dictus Ludouicus fuit eius ſocius ad
furandũ, nõ faciebat modo aliquo indiciũ, propter qđ
ipſe Ludouicus poſſet poni ad torturã, eo quia illud qđ
dixit ille ſocius, nõ dixit tanquã accuſator ipſius Ludo-

123

uici, quia processum fuit per inquisitionem, ergo illud dixit tanquam testis de necessitate: sed testes in causis maximè criminalibus non probant, nec faciunt indicium, quando deponunt sine iuramento, vt in iuribus superius allegatis: ergo dictum illius socij factum sine aliquo iuramẽto nõ faciebat aliquód indiciũ cõtra dictũ Ludouicũ, ex quo posset torqueri: & sic per consequens eius confessio fuit nulla: & sic ex hoc liberaui dictũ Ludouicũ à pœna mortis, & adhuc viuit. Et ideo quando tu eris iudex, bene aduertas, quãdo vnus reus dicit aliquẽ fuisse eius sociũ illius criminis vt facias, quod talis reus primo iuret de veritate dicenda quo ad socios & auxiliatores illius delicti: aliàs dictum talis socij sine iuramento nihil operaretur per prędicta. Tene menti: quia plures etiam doctissimi decipiuntur in hoc credentes satis esse habere dictum socij criminis, & non animaduertunt ad iuramentũ, sine quo nil penitus valet tale dictum socij criminis. Et de isto socio criminis, si vis alia videre, vide Can. in c. 1. de cõfes. Bar. in l. repeti. §. is qui. ff. de quæst. & latè in fin. meo 209. inci. socius &c. Item scias etiã quod licet dictũ socij criminis quandoq; faciat indicium ad torturã, vt dixi, tamẽ ad dictũ socij cri-
67 minis † non potest formari inquisitio secundũ Rapha. Fulg. in consi. suo 136. inc. in causa criminationis &c. in vlt. col. ver. nouissimè vero &c. & idẽ ipse dixit in cõsi. suo 107. inc. super eo. in 3. col. quẽ refert & sequitur do. Phili. Dec. consi. suo 189. inc. Lætatus sum &c. in 5. colu. post prin. & ante fi. licet ibi in sequẽti col. adducat Ange. & Saly. in contrarium. de quo etiam per eundem in consi. suo 175. incip. in causa falsitatis in 2. col. & in consi. 234. inci. in effectu &c. in 1. colu. Adde etiam quòd di-
68 ctum socij criminis nunquàm † facit probationem ad condemnandum, sed solum facit indicium ad torturã. ita dixit Saly. in l. fi. C. de accusa. in vlt. colu. ver. quæro modo &c. Angel. in l. & si certus. ff. ad Syllan. quos refert & sequitur dom. Phili. Dec. in d. consi. 189. inc. Lætatus sum &c. in 6. colum. De qua materia socij criminis vide etiam Gandy. in tractat. suo maleficio. sub rub.

de

de quæſt. & torm. in 4. colu. in verſi. ſed quid ſi perſona &c. tex & gl. in l. ſi filium. C. de libera. cauſa. & in c. 1. de teſt. in 6. & in l. qui accuſare, C. de accuſ. & Io. de An. in c. ſignificauit, in 2. col. de adul. tex. glo. & doc. in c. fi. de teſti. cog. & Io. de Ana. in conſi. 59. in 2. colum. Ange. de Aret. in tracta. malefic. in verbo, fama publica in 4. cha. in verſic. quæro an particeps &c. Alexand. in conſi. 132. inci. viſa facti narratione. in fi. in 1. volum. & in conſil. 69. incip. viſa facti narratione, in 3. col. in 2. volum. & vide plura quæ dixi & quæ poſtea addidi in d. l. 1. §. diuus Antoninus. ff. de quæſt. in quibus locis multa repe ries in materia de qua vide etiam Iaſo. in l. 1. §. ſi tibi. ff. de condi. ob tur. cauſam. Quæro vlterius an inimicitia faciat indicium ad torturam? in quo dicas † quòd 69
aut quærimus de leui inimicitia, aut de capitali. Primo caſu inimicitia leuis non facit indicium: nam pro leui inimicitia quis non præſumitur aliquẽ offendere. arg. eorum quæ dicuntur ab Inno. & ab alijs in c. cum oporteat. de accu. & à doc. in authenti. ſi dicatur. C. de teſti. vbi dicunt, quòd non creditur inimico capitali producto in teſtem: ſecus in inimico non capitali: quia talis teſtis admittitur, licèt ſibi diminuatur de fide. de quo etiam per doct. in l. liberi. C. de inoffic. teſtamen. & in authenti. ſi verò dicatur. C. de teſti. & in §. ſi verò dicatur. in authenti. de teſti. & in l. teſtium. ff. de teſti. Et rationem aſſignat Salyc. in d. authenti. ſi verò dicatur. videlicèt, † quia pro leui inimicitia de facili 70
quis non præſumitur mentiri, vt habetur in d. §. ſi verò quis dicatur. in authenti. de teſti. & in l. licèt. ff. de arbi. Secundo caſu ſi loquimur in inimicitia capitali, & talis inimicitia capitalis facit indicium ad torturam, ſecundum Specu. in tit. de præſump. §. ſpecies. ver. ſed pone, P. minatus eſt T. vbi dixit, quod ſi reperitur quidam mortuus, & neſcitur à quo fuerit mortuus: ſi probatur quòd Titius erat inimicus ſuus, & erat offenſus ab illo mortuo, ꝙ ex hoc ille Titi⁹ inimic⁹ ſu⁹ poterit poni ad torturã ſine alijs indicijs, ꝙ dictũ refert & ſequitur Ludo. Ro. in l. 1. in §. hoc reſcriptum. ff. ad Sylla. dicens illud di

124

ctum Spec. procedere in inimico capitali: sed secus in alio inimico. quod dictū etiam refert & sequitur Ange. de Are. in tract. malefi. in verbo, fama publica. in 2. char. in versi. quæro quid si reperiatur. & Ang. in l. fi. in pen. col. C. de quæst. & est de mente Bart. in l. fi. in pen. col. ff. de quęst. & do. Lau. Calc. in con. suo 62. incip. In Christi saluatoris &c. in 4. col. de quo etiā habetur per Gan. in tract. suo maleficiorum. sub rub. de aliquib. quæstio. varijs in maleficijs. in 6. col. in versi. item pone. & illud dictum Spec. etiam refert & sequitur. d. Frā. Bru. in trac. suo de indi. & tor. in quarta char. in 3. col. Mihi autem nūquàm placuit illud dictum Spec. & sequacium, etiam si solùm loquamur in inimico capitali: sed semper reputaui illud dictum nimis periculosum & iniustum, & ideo dico, quòd illud dictum non est tenendum plurib. rationibus. Et primo, quia contra illud dictum tenuit Gan. in tract. suo malefi. sub rub. de præsump. & indi. in dubi. quibus plerunque peruenitur ad torturam. in 5. co. versi. quia ratio. iuncto versic. ibi sequenti. vbi dicit q ad hoc vt inimicitia operetur, quòd inimicus possit torqueri, necesse est vt cum inimicitia concurrat fama: aliàs per solam famam non concurrente inimicitia non poterit reus torqueri. Ecce ergo quòd ista duo requirū. tur simul, nec alterum sufficit ad torturam, ergo contra Spec. & sequa. Item pro hac parte quòd non sufficiat sola inimicitia etiam capitalis ad ponendum aliquem ad torturam, tenuit Iaco. de Bel. vt refert Ioan. de Imol. in l. fi. ff. de hæredi. insti. Præterea contra dictum Spec. & sequacium facit: nam licèt vnus testis omni exceptione
71 maior faciat indicium ad torturam, † vt not. glos. in l. siquis. C. ad leg. Iul. maiest. & voluit Bart. in l. 1. §. 2. & in l. maritus, & in l. penul. ff. de quæst. & habetur in l. cap. 5. ff. de adult. & per Angel. de Aret. in tract. malefic. in verbo, fama publica. in 2. char. in versi. quæro an vnū &c. attamen hoc est verum, quando ipse testis deponit de malefic. secùs autem quando vnus testis etiam omni exceptione maior deponit super aliquib. remotis à malefi. quia tunc talis testis solus non facit indiciū ad

tor-

torturam, ſed opus eſt vt tale remotum ab ipſo malefic. probetur ad minus per duos † teſtes, ita voluit gloſſ. 74
apud omnes ſing. in l. fi. C. fami. erci. quã Bart. ibi mul. tum not. ad hoc. & idem voluit Bart. per illam gloſ. in l. fi. ff. de quæſti. & in l. admonendi. in 11. col. ff. de iureiur. & Cyn. in l. 3. C. ad le. Iul. maieſt. & Bald. in l. 2. in 1. col. C. quo. app. non recip. & Bald. in conſil. ſuo 77. incip. an mandatarius &c. ante fi. in 5. vol. & in l. ſi quis ex argẽtarijs. in §. quod ſi plures. ff. de edẽ. & Ang. in l. fi. ff. quòd met. cau. & in auth. de teſta. imperfect. in princip. in 2. col. verſi. & not. diligẽter. Sal. in l. fi. C. de quæſt. & Ang. de Aret. in tract. malefi. in verb. fama publica. in 2. char. in verſ. quæro qualiter probetur indiciũ &c. Inno. in c. ſicut. el 1. de ſim. Alex. in conſi. 18. incip. viſo proceſſ. in vlt. col. in 1. vol. & in conſi. 224. incip. viſo proceſſu in 2. col. & in con. 150. incip. in cau. & lite &c. in vlt. col. in 5. vol. & do. Barth. Cæpo. in conſi. ſuo 40. incip. Lucius. in 3. char. in vlt col. Sed inimicitia etiã capitalis eſt aliquid remotum ab ipſo malefi. homicidij, vt de ſe patet, ergo ipſa ſola non faciet indicium ad torturam, ſicut (vt dixi) ipſe ſolus teſtis deponens ſuper aliquibus remotis à maleficio non facit indicium ad torturam, ſed etiã neceſsè eſt, vt ſecum concurrat alius teſtis. Ita eſt neceſſe vt aliũd concurrat cum ipſa inimicitia. Præterea conſiderandum eſt, quòd ſi eſſet verum dictum Spec. & ſeq. ſequeretur vnum abſurdum, quod fugiendum eſt. † in l. 75
nam abſurdum. ff. de bon. liber. & l. 2. vbi glo. C. de cond. inſer. voluit Iaſ. in l. diuortio. in 3. colũ. ff. ſolu. matrim. & dixi in hoc §. nu. 40. abſurdum enim quod ſequeretur eſt, quòd ſi Titius eſt meus inimicus capitalis, & ego ſum capitalis inimicus Seij poterit Titius occidere Seiũ, vt faciat me torqueri, & ſic vt mihi occultè noceat, quod eſſet iniuſtum & iniquum. ergo dictũ Spec. & ſequacium non eſt verũ: & contra eum etiã tenuit Bald. in conſi. ſuo 403. incip. quidam fuit. in prin. in 3. volũ. de qua quæſtione etiam dixi in d. l. 1. in §. præterea. in 8. & 9. col. ff. de quæſtio. quæ omnia tene mẽti: quia ſunt noua & quotidiana, & ego iſta pluries habui in facto.

125

74 † Quæro vlterius an mendacium, seu variatio faciat indicium ad torturam? in quo dicas quòd sic, secundũ Bar. in l. de minore, in §. pluriũ. ff. de quæstio. vbi dicit ℣ ex illo tex. potest satis inferri, quòd vbi alia indicia extrinseca non præcedũt ex eo, quòd reus coram iudice vadit loquendo trepidè, pauendo, & variando quòd potest tũc iudex habere indicia sufficientia ad torturam: & ideo dicit quòd iudex, qui est examinator reorum debet esse cautus, & facere eius vel eorum dicta sic varia scribi in actis, ne postea possit ei dici, quòd fecit ponere reum ad torturam, non præcedentibus indicijs. Quod dictũ Bart. refert & sequitur Ang. de Are. in tractatu suo malefic. in verbo, fama pub. in 17. char. in ver. nono quero &c. vbi dicit, quòd quando iudex præcedẽtibus indicijs torquet aliquem, & vno fero ipse reus dicit vnum, alio fero dicit aliud variando quod tunc iudex non parcat calamo, sed faciat scribere omnes variationes & omnia quæ dicit, nam tunc dicit ipse, quòd sæpè & sæpius etiam alijs indicijs non superuenientibus, iudex poterit eũ in tortura repetere, ad quod alleg. Bart. in d. §. pluriũ. & dicit hoc esse bene not. quia hoc multoties fecit sibi honorẽ, dum fuit assessor. Sed vltra eum dicas, quòd hoc idẽ voluit Bar. in l fi. in 2. col. ff. de quæstio &c. Ludo. Roman. in consil. suo 8. incipiẽ. viso facto &c. circa princ. de quo etiam latius dixi in singul. meo 103. incipi. varietas in teste &c. ad quæ etiam vide dicta per Alexã. in consil. suo 2. incipiẽ. viso processu. in 3. colũ. in 7. volum. & in consil. 127. incipiẽ. viso processu. in 2. colum. in 7. volum. & in cõsil. 244. incip. in causa appellationis. in 5. colum. Et scias quòd varietas etiam operatur alium effectum, cò

75 † quia iudex nullo modo potest procedere ad sentẽtiam ferendam pro ea parte, pro qua testis varians primo testificatus est, ita dixit Inno. in c. præterea de testi. cog. & do. Anto. in c. cùm in tua. in vlti. colũ. de testi. & Ang. in consi. 275. incip. quædam domina Margareta. & Alexan. in d. consi. 364. de quo etiam dixi in dicto singul. meo 103. Prædictam tamen doctrinam Bart. in d. §. plurium. & in alijs locis supra allegatis, limita, nisi iudex tor-

torqueret reũ indebitè & iniustè sine indicijs: nam tunc si benè millies vacillaret non esset talis vacillatio sufficiens ad torturã. per glo. sing. in l. pen. ff. de quæstio. ita dixit do. Aug. de Ari. in d. vers. fama publica. in d. vers. 9. quæro, vbi etiam subdit, quòd inquantum Bart. in d. §. pluriũ. dicit, quòd trepidatio vocis, vacillatio, & incõstantia facit indicium ad torturam, aduertendum esse quoniam Bald. in l. presbyteri. C. de episc. & cleri. videtur velle quòd illa sola non faciant indiciũ, nisi alia cõcurrant arbitrio iudicis, quod etiã videtur esse de mente Bart. in d. l. fi. ff. de quæst. vbi videtur velle, quòd alia omnia copulatiuè concurrant, dum dicit ex voce, trepidatione & inconstantia: de quo dixi etiam in repetit. mea l. fi. C. de proba. in 82. char. & vide etiam do. Alexã. in consil. 63. incip. breuiter omissis &c. in 1. vol. vbi plura dicit de teste vario seu vacillante. & dixi in l. de minore. in § plurium. in 5. colum. ff. de quæsti. Quæro vlterius, †an confessio facta extra iudicium faciat indici- 7
um ad torturam? in quo dicas quòd sic. gloss. est ad hoc not. in l. capite quinto. ff. de adul. & ibi Bart. quam glos. sequitur Ang. de Aret. in tract. malef. in verbo, fama publi. in vers. quæro vnum indicium. & in verbo, comparent dicti inquisiti & negant totum. in fin. 1. colum. & in eo tract. in verbo, nec non ad denuntiationẽ. in verbo, quæro an confessio. & Paul. de Cast. in consi. 197. incip. visa inquisitione, post princ. & do. Franc. Brun. in tract. suo de indi. & tor. in 44. colum. Ludo. Rom. in cõsil. 451. incipien. quædam mulier. post prin. & in consilio 167. incip. Antonius accusatus. circa medium. & in consi. 7. incip. visis necessarijs. post princip. Pet. de Anc. in consil. 287. incip. & prædicta &c. & Alex. in cons. 179. incip. in causa Anglorum. in fi. 1. col. & ibi in pen colũ. & do. Feli. in c. de hoc. de sim. vbi dixit quòd hoc etiam voluit Rota in deci. 175. incip. Item not. quòd licèt. &c. in nouis. Bald. & Ange. in l. 1. C. de confess. & do. Anto. in c. per inquisitionẽ. in vlt. col. de electi. in c. in tua. in pen. colum. de testi. post Inno. Abb. in c. fin. de confess. & in ca. si quis de purgat. cano. & Ias. omnino in l. magistratib.

126

gistratibus.in 2.col.ff.de iurisd.omn.iudic. Sed dubitari
77 potest,an †hoc etiã habeat locum in confessione minoris facta extra iudicium? de quo vide Bald.in l. clarum. C.de auto.præstan.& d.Fran.Bru.in tract. suo de indi. & tor.in 3.char.in 3.col. versi.aliud est indicium &c. & ibi inter cætera dicit, quòd confessio extra iudiciũ facit indicium quando est certa de tempore & loco commissi delicti,ad quod alleg.plura,de quibus ibi per eum. Et in hac materia vltra prædicta teneas etiam menti nota-
78 bile verbum,videlicet, † quòd licèt ista confessio extrajudicialis non sit sufficiens ad condemnationem, sed tantum ad torturam:attamen poterit puniri confitens tanquàm se de delicto glorians extra ordinem arbitrio iudicis, per tex. singula. in c.quàm sit graue. de excessi. prælato.ita nota. dixit d. Paris de puteo in tractatu suo syndi.in 69. chart. in 3.colũ. post princ. in versic. adde vnum singulare &c.de quibus omnibus dixi in l.de minore. in prin.in 10.col.ff.de quæstio.Et de materia cõfessionis extraiudicialis quando faciat indicium ad torturam,vide do. Felin. singular. loquentẽ in c.olim.quasi per totum.extra de rescrip.Item scias, quòd licèt (vt dixi)confessio extraiudicialis faciat indicium ad torturã,
79 tamen vt non faciat indicium potest reuocari, † ita dixit nota.Bald.in l.vnica.in pen.col. C.de confess. quod dictum pro not.refert & sequitur do. Felin.in dict. cap. olim in 3.col.in versi.secundus. de rescrip.de quo latius dixi in singula.meo 310.incip. credo te scire. & infra in §.examinando.in nu.32. Et in materia confessionis extraiudicialis, vide etiam do.Pe.Philip.Cor.in consi.suo 204.incip.Pro decisione &c.in 4. colũ.in 1.volũ. &c. in consi. 27.inci.licèt moris sit &c.in 3.vol.

Vlterius quæro an dictum, seu testimoniũ impube-
80 ris † faciat indicium ad torturam?in quo dicas quòd tale dictum non facit indicium ad torturam,sed solùm ad inquirendum,non autem ad puniendum, ita dixit glo. not.in l.fi.C.de his qui.vt indig. quam ibi not. Bart.ad hoc.& idem dixit Bart.in l.2.in §. quod obseruari.in 2. col.versi.secundo probo &c. C.de iura.calum. & Ludo.

Rom.

Rom. in rubr. ff. de arbi. in 8. colum. & in l. 1. §. in filij. ff. ad Treb. & glo. in l. inuicti. la 2. ff. de testi. de quo etiã per gloss. & doct. in l. 1. §. impubes. ff. ad Silla. & per Bartol. in l. maritus. ff. de quæstio. in 1. col. in fi. ver. vlterius oppono &c. & vide etiam glo. in c. testes. 4 q. 3. & Specu. in tit. de teste. §. 1. versi. item quòd est impubes &c. Et per d. Franc. Bru. in tract. suo de indi. & tor. in 2. char. in 2. col. Istud tamen puto limitandum, & restringendum nisi essemus in casu, in quo veritas aliter haberi nõ posset: nam tali casu fortè dictum impuberis nõ solùm faceret indicium ad inquirendum, sed etiã ad torturam. ad quod dicendum moueor ex pluribus. Et primo per no. verbum Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de teste in §. 1. in versi. Item excipitur quòd est impubes. vbi dixit. q̃ licèt minor 25. ann. non debeat examinari in testem in causa crimi. vt habetur in l. testiũ. ff. de testi. & in c. 1. 4. q. 3. cum si. tamen iudex non prohibetur saltem in defectum probationis recipere talem minorem in testem, quando veritas aliter haberi non potest: & idem dicit Ioã. An. in d. §. 1. vers. item quòd est mulier &c. quòd licèt in causa criminali mulier nõ admittatur in testem: vt in c. mulierem. 31. quæst. 5. & in c. forus. cum ibi not. de verb. signifi. tamen secundùm eum admittentur mulieres, quando veritas aliter sciri non posset: & dicit q̃ hoc habet æquitatem: quod dictum refert & sequitur d. Alex. in consi. suo 64. incip. viso themate. in 1. colũ. in 1. volũ. Pro quibus optimè facit quod habetur in c. peruenit. el 2. de test. cog. & in l. serui. ff. de testi. & in c. quanquam. cum gloss. 14. q. 2. Et facit quod voluit Abb. in c. de cætero. de test. in 1. col. vbi dixit, quòd licèt laicus †nõ admittatur contra clericum in causa criminali, vt habetur in c. laicos. & in c. ibi seq. 2. q. 7. & in c. veniens. de testi. el 1. attamen si clericus commisit delictum in loco, vbi non erat copia clericorum, hoc casu poterit conuinci per testes laicos. Et facit etiam quod voluit d. An. in c. tertio loco. de proba. vbi dixit, quòd licèt domestici nõ admittantur in testem. c. repellantur. de accu. l. etiam. & l. parentes. C. de test. tamen admittuntur secundùm eũ, 81

quan-

quandò veritas aliter ſciri non poteſt, quod etiam vo-
luit Io.And.in addi.Spec.in tit.de teſte.§.1.verſi.quid ſi
olim.in addi. incipiẽ.idem Guido de Suza. & Abb.in c.
cùm in tua.de ſponſa.& do.Fran.de Aret. in conſil.ſuo.
23.incip.viſo diligenter.in 11.colũ. vbi not. loquitur. Et
facit etiam, nam quando veritas aliter ſciri non poteſt,
vt ipſa veritas habeatur, recedimus à regulis iuris com-
munis.& ideo dixit multum ſing. Saly.in l.ea quidem.
in 50.colum.verſi.ad quintam quæſtionem.C.de accuſ.
quòd quando veritas haberi non poteſt à teſtibus in-
tegris, tunc admittuntur teſtes minus legitimi, & ibi
ipſe ponit exemplum de ludente in proſtibulo, qui fuit
deceptus propter taxillos malè quadratos vel falſos: q̃
ad hoc vt veritas huius deceptionis & falſitatis haberi
poſſit, poterit probari per lenones & infames, quod di-
ctum refert & ſequitur Angel. de Aret. in tract. ſuo ma-
leſi.in verbo, meritore, de mal dadi.in 1 col. vbi pro hoc
dicto ipſe allegat Inn. in c.cùm l.& A.de re iudi.de quo
etiam per eũdem Ang.in d.ſuo tract.in verbo, qui iudex
ſtatuit terminum ad opponendum contra proceſſum
in prin.1.col. Et illud dictum Saly. refert etiam & ſequi-
tur Alex.in conſi.ſuo 63.incipi. viſo themate in 1.colũ.
in 1.vol. vbi pro illo dicto alleg.not. in l. ex conſenſu.
C.de repu.& in l.ob carmen.ff de teſti. & in c. veniens.
el.2.de teſti. Itẽ ad prædicta facit etiam not.verbũ Hoſti.
& Ioã.And.in c.1.de teſti.cogẽ. vbi dixerunt, q̃ aliquæ
ſunt perſonæ quæ inuitæ non compelluntur ad teſtifi-
candum, de quibus in l.4.de teſti. attamen tales perſonæ
poſſunt etiam compelli ad teſtificandum, quando veri-
tas aliter ſciri nõ poteſt, quia nõ eſt anguſtãda facultas
probationum.l.quoniam. C.de hæret. & iſtud dictũ pro
ſin. refert & ſequitur Lu. Ro.in ſin.ſuo.396.incip.tu ha-
bes &c. Et faciũt etiam dicta per Iaſ.in d.l.1. in pen.col.
C.de his qui. vt indig. & per Alex.in conſi.102. incipiẽ.
ſuper primo &c.ante ſi.in 7.vol.& in eo.volũ. in conſil.
119.inci.viſo proceſſu.in 3.col.& quæ ego latiſſime dixi
infra in hoc §.in nu.124.in plurib.numeris ibi ſequẽtib.
Et faciunt dicta per do.Franc.de Cur.in conſi.56. incip.
ſuper

ſuper proceſſu. in 2.col. & quæ ego dixi in l. diuus Pius, in 2. & 3.col. ff.de quæſtio. & in l. de minore. in prin. in 9.col.eo.tit. vbi inter cætera dixi no. eſſe ſing. verbū Al. be.de Roſa. in d.l.in teſtimoniū. ff.de teſt. vbi dixit, quā. do delictum aliter probari non poteſt niſi per minores quod tunc duo impuberes † probant ipſum delictū quod 82
eſt ſing. verbū, quod nō memini me alibi legiſſe, quod re. fert ſimpliciter Bertha. in ſuo. repert. in verbo, teſtes qui eſſe poſſunt. in vlt. char. in 1.col. poſt med. Et teneas etiam menti in materia iſta, quòd in caſibus, in quibus teſtes inhabiles reprobati à iure ex vitio ſuo admittuntur, & ſic quando veritas aliter haberi non poteſt, quòd tunc tales teſtes nō † admittuntur ſine tortura, ita dixit 83
glo. & ibi Bald. in l. 3. § lege. Iul. in ver. palam. ff. de teſti. pro quo eſt tex. in l. ob carmen. in §. 1. eod tit. de quo dixi latius in hoc. §. nu. 62. vbi videas. Et teneas menti & diligenter aduertas, quòd ea quæ dicuntur, quòd inhabiles admittuntur quando aliter veritas haberi non poteſt ab habilibus, vt in dictis iuribus: quòd hoc intelligitur procedere, & habere locū, quando ex natura illius facti † alij teſtes haberi non poſſunt, ſed ſecùs ſi ex na. 84
tura illius negocij alij teſtes haberi poſſint, quia tunc inhabiles non admittuntur, licèt veritas haberi non poſſit. nam ſibi imputet, qui potuit exhibere teſtes legales, & adhibuit inhabiles, ita not. dixit do. Anto. in c. tertio loco. de proba. & in con. 24. incip. quæſtio dubia vulgata habet. & eum refert & ſequitur Alexā. in conſil. ſuo 64. incipiē. viſo themate. in 1. vol. pro quo alleg. tex. & ibi Abb. in ca. fin. de teſtib cogē. Et idem dixit do. Alex. in conſi. ſuo 152. incip. viſo proceſſu. in 6. colū. in 5. volu. de quo etiam per Iaſo. in l. fi. C. de his quib. vt indignis. & per do. Philip. Decium in conſi. 133. incip. viſo in vlt. col. & latius per me in ſing. meo 44. incipi. plures ſunt &c. Et in prædicta materia de teſtib. inhabilibus, qui admittuntur, quando veritas aliter haberi nō poteſt, vide quæ dixi in cō. meo 192. inci. pauci ſunt dies &c. In iſtis aūt ſupradictis caſib. cui incūbat onus probandi q̄ veritas aliter haberi non poteſt, vide do. Franc. Bru. notabiliter

liter loquentem in ſuo tract.de indic. & tort. in 2.char. in 1.col.verſ. ſed ſtabit difficultas &c. Quæro nunc de alio quotidiano dubio,quod alias pluries vidi in facto,
85 videlicet, † an minæ præcedentes maleficium faciãt indicium ad torturam contra ipſum minantem? in quo dicas quòd Paul.de Caſtr.in l.1.C.de his quibus vt indi. dicit, quòd tales minæ faciunt indicium ad torturam, licèt non faciant probationem.& idem dicit Ang.ibi ſecundùm Iaſ.ibi.qui refert eum ita tenere, ſed Angel.ibi in libro meo hoc non dicit.Sed Ioan.de Imol. in l. fi.in pen. col.ff.de hæred.inſti. in hoc dubio dicit in effectu poſt multa,quòd tales minæ faciunt indicium ad torturam,attenta qualitate perſonæ,vt ſi eſt potẽs, vel diues, vel homo malæ cõditionis,vitæ,& famæ, & ſolitus ſuas minas mandare executioni, & allegat Bald.ibi. & dicit,quòd iſtis qualitatibus probatis,poterit talis minãs condemnari, ita ſecundùm eum tenent plures doctores. Dicit tamen ipſe Ioan.de Imo. vbi ſupra quòd hoc ſibi non placet,ſcilicet quòd talis minans, in quo vigeãt dictæ qualitates, poſſit propter dictas minas condemnari de delicto ſequuto, & hoc, quia in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores.l.fin. C.de probatio.nec debet quis ex ſuſpitionibus vel præſumptionibus damnari.l.abſentem.ff.de pœnis. Vnde ſecũdùm eum potius videtur dicendum,quòd talis minans, in quo concurrũt prædictæ qualitates, debebit poni ad torturam vt habeatur eius confeſſio. Et ſubdit Ioan.de
86 Imo.quòd quando eſt probata mala fama † minantis, debet intelligi quòd ſit malæ famæ in eodẽ genere : ſecùs ſi in alio genere mali : alleg. Bald.ibi hoc dicentem. & allegat etiam l. ſpadonem. §.qui iura.cum §.ſequenti. ff de excuſat. tuto. & ea quæ habentur in l.ſi quis ex argentarijs in §.2. ff.de eden. & l.iubemus. C.de probatio.quod dicit not. eſſe pro limitatione regulæ, ſemel malus.de re. iur.6. Tu autem vltra Ioan.de Imol.vide de hac quæſtione Gandy.in trac.ſuo malefi.ſub rubric. de aliquibus quæſtionibus varijs in maleficijs in 6.col. verſi.item pone &c.vbi idem dicit quod Ioan. de Imo.

in d.

in d.l.fi.ex quo credo quòd habuerit prædicta à Gandy. in dicto loco,licèt de eo non faciat mentionem.& vide Bald.post Cyn.in l.metũ.C.quod met.cau. & Cy.in l.1. C.si quis impera.maledi.& ibi Salyc.& vide Spec.in tit. de præsumptio.in §. species. in versi. sed pone P. minatus est T.vbi finaliter tenet, quòd si minans non consueuit talia facere, non potest ex minis præcedentibus cõdemnari de delicto sequuto, sed bene poterit poni ad torturam. & idem videtur tenere Cy.in metũ. C.quòd met.caus.& in l.1.C.si quis impe.maled.vbi in hac quæstione se remittit ad Spec.in d.§.species.in d.§. sed pone P.minatus est.T.& vide etiam aliquid per Bald.in d. l.1.in 2.col.C.de ser.fugi.& in cõsi.suo 275.incip.ad euidentiã.in prin.in 1.vol.& ibi in consi.sequenti.& d.Paris de Pu.in tract.syndica.in 102.char.in 3.col. Alexã.in consi.179.incip.in causa.in 2.col.in 2.vol. Et per Flo. in l.si seruus.in 2.col.ad fin.ff.ad leg.Aquiliã.Et vide Frãc. Bru.in tractatu suo de indi.& tor.in 4.char. in vlt. col. versi.quæro vlterius an minæ &c. & vide omnino quæ dixi in cõsi.meo 72.incip.munda cor meum &c. in 2.3. & 4.char.vbi accuratius loquutus sum in hac materia. Et postquàm sumus in materia minarum, Nolo omittere aliqua in ipsa materia. Ideo teneas mẽti, quòd ille qui minatur mortẽ alteri, potest in illo actu ab illo occidi, quia non debet expectare se percuti, ita dixit Bald. in l.1.C.quando liceat se sine iudi.vindic. & Bald.super statutis in verbo pax.in 1.versi.& Ange.in l. quẽadmodum.ff.de inoffi.testam.quem refert & sequitur Cotse. in notab.suis,in verbo, metus. Pro quibus faciunt quæ latè dixi in l.1 in prin.in 5.col.ver.nam quis dicitur &c. ff.de sica. Et an † minæ inducãt iustum metũ vide doct. in l.metum.C.quod met.cau.& Soci.in consi.suo 4.inc. super quæst.in 6.col.versi.quinimo.el 2.in 3.volum. Et scias etiam quòd potest agi actione † iniuriarũ cõtra minantem secundùm Bald.in repertorio suo. in verbo,iniuria in 2.col.alleg.tex.sing in l. item apud Labeonem. in §.1. ff.de iniur. Item scias quòd promittẽs aliquem non offendere faciendo pacem, dicitur rumpere talem

87

88

89

129

90 pacem si infert † metum offendendi, ita dixit Angel. in l. si cum exceptione. in §. satis. ff. quòd metus causa, & quo optimè facit tex. in d. l. item apud Labeonẽ. §. 1. de quo dixi etiam in l. 1. in prin. in 10. col. in fi. ff. de quæst. Quæro vlterius, si res furtiua reperitur penes aliquem,

91 vtrum talis inuentio faciat † indicium ad torturã contra illum penes quem reperitur, quod ipse illam furto subtraxerit, nisi ipse doceat à quo eam habuerit, in quo dicas quòd sic, ita dixit Bart. in l. fi. ff. de quæst. & Ang. in l. 2. &, in l. milites. & in l. fi. C. de quæst. & in l. ancillę. C. de furtis. & Ang. de Are. in tract. suo malefi. in verbo, fama publica, in 2. char. in versi. quæro an vnum indicium. pro quo facit l. inciuilem. in fi. C. de furt. Ad quod etiam facit quod in simili dixit Lud. Rom. in sing. suo 323. incip. eo ipso quòd libri hæresis &c. vbi dixit, quòd

92 † eo ipso quòd libri hæresis reperiuntur penes aliquem, quòd ille præsumitur hæreticus, & potest de hæresi cõdemnari, quod dicit voluisse Archi. in c. sane. el 2. 22. q. 4. & hoc per tex. in c. si fortè. eadem causa & quæstione, vbi de hoc videtur casus, pro quo facit l. maiorem. C. de falsi. vbi habetur, quòd ille qui habet penes se instrumẽta falsa, præsumitur falsarius, nisi ostẽdat à quo illa habuerit. & facit tex. in c. ad falsariorum. in prin. de crimine falsi. & potest etiam adduci glo. valde sing. in l. cùm ita. in §. species ff. de leg. 2. qui dixit, q; si reperitur carceratus mortuus penes custodem carceris, & sic in car-

93 cere, quod ipse custos debet † probare ipsum nõ esse mortuum dolo, vel culpa sua, aliàs præsumitur contra eum: quam glo. ad hoc refert & approbat Ioan. de Ana. in d. c. falsariorum. in fi. 1. col. de cri. falsi. & do. Alex. in consi. suo 157. incip. in causa & lite in 2. col. in 2. volũ. vbi pro illa glo. plura allegat. Et illam glos. dicit esse sing. Ang. de Are. in tractatu maleficio. in verbo, fama publica. in 13. char. in versi. secũdò quæro &c. & pro illa glo. est tex. in l. fi. ff. de custo. reo. Item adduci potest etiam not. dictum Bald. post lac. But. in l. maiorem. C. de falsis. vbi di-

94 xit, quòd vtens falso instrumento, † præsumitur quod illud fabricauerit, vel illud falsum fieri fecerit, nisi ostẽ-

das

dat vel nominet autorem, quod dictum refert & sequitur Alex. in consi. suo 77. incip. in causa accusationis. in prin. 3. col. in 1. vol. Et adduci potest etiam in arg. gloss. not. in cap. coram dilectis. de offi. deleg. quæ dicit, quòd ille in dubio præsumitur † procurator alicuius, penes 98
quem reperiuntur acta ipsius causæ: quã glo. ad hoc allegat Bart. in l. carbonianum. §. causæ. ff. de carbo. edic. Et potest etiam adduci glo. not. in l. fi. in fi. 2. glos. C. de pact. conuen. quæ dixit, quòd si instrumẽtum nominũ debitorum vxoris reperitur penes maritum, præsumitur esse constitutus procurator ab vxore. Et faciunt alia plura quæ dixi in repe. mea l. fi. C. de probatio. in 82. cha. & ibi in seq. Scias tamen quòd prædicta omnia iura intelliguntur & locum habent in homine malæ condicionis, vitæ & famæ: quia si apud talem reperiuntur talia bona furto subtracta, poterit ipse torqueri tanquàm præsumatur, quòd ipse furto subtraxerit talia bona. † Sed secùs est in illo, qui est bonæ conditi- 96
onis vitæ, & famæ: & qui non est solitus similia facere, quia si tales res furatæ reperiantur penes eum, non erit talis inuentio indicium sufficiens ad torturam contra eum, & non præsumetur per hoc quòd ipse talia bona furto subtraxerit. ita notabiliter dixit Bald. & Ioan. de Imo. in l. fi. ff. de hæred. instit. & Salyce. in l. fin. C. de quæst. quem refert & sequitur d. Ang. de Ari. in addi. ad Ang. de Are. in tract. maleficiorum, in verbo, fama publica. in 4. char. in addi. magna inci. tu autem in hac materia adde quòd minor &c. in 2. col. & in eo. tract. in verbo, & vestem cælestem &c. in 5. char. in addi. inci. tu autem inquantum tangitur hic &c. & hanc partem etiam tenuit Angel. de Aret. in dicto tractatu malefi. in dicto verbo, & vestem cælestem. in 7. chart. in versic. quæro an eo ipso &c. & ibi do. Augu. in addi. & do. Alexã. in consi. suo 5. incipiẽ. in causa inquisitionis formatæ. in 2. colum. in 1 volum. Pro quibus etiam facit optimè quod voluit Bald. in lectura antiqua. in l. dominus horreorum. ff. locati. vbi limitat dicta Bart. ibi, inquantum dixit, quòd si commissum est furtũ in aliqua domo, † & 97

130

vicini possunt capi & torqueri pro furto inueniendo, vt etiam dixit ipse Bar. in l.1.ff.furti aduer. nautas. & in l.1.ff.de offic.præfect.vigi.de quo etiam per do. Frāciſc. Brun. in ſuo tract.de indi. & tortu. in 2.char. in 4. col. Hoc tamen dicit Bald. in d.l.dominus horreorum. eſſe verum, & locum habere in vicinis malæ conditionis, vitæ & famæ, qui ſunt conſueti ſimilia facere: ſecus autem dicit eſſe in hominibus, ſeu vicinis bonæ opinionis vitæ, & famæ: quia tales non poſſunt torqueri. quam doctrinam refert & ſequitur Iaſ. in l.in actionib. in pe.colū.ff.de in litem iuran. Et vltra eum ibi dicas tu, quod idem dixit Bar. in l.1.circa princ.C.loca. quem refert & ſequitur do.An.de Arimi. in addi.ad tract. Ang. de Aret.ſuper malefi.in verbo,fama publica. in 18.char. in 1.addi.inci.tu aūt adde quòd iſte doct. &c. Tene mēti hanc limita.ad prædicta iura & doctrinas, quia verè eſt nobilis & lucroſa, & ego eam bis habui in facto, & obtinui in arduis cauſis crimi. in hac ciuitate Bono. coram doctiſſimis iudicibus,ſanguinolentis tamen & duriſſimis, cum quibus longam habui diſputationem ſuper hoc paſſu: finaliter tamen obtinui & liberaui clienticulos meos à pœna. Et vide circa hoc quæ dixi in cōſ. meo 52.incipi.Miſericordia domini nō me deſerat &c. in antepe. & pen.char. & vide quæ dixi infra in hoc §. in num.196. Quæro vlterius,an mendacium ſeu variatio faciat † indicium ad torturam contra mendacē vel variantem(in quo dicas quòd ſic. ita dixit Lud. Rom. in conſi.ſuo 8.incip.viſo facto &c. & idem dixit Bart.in l.de minore.in §.plurium. ff.de quæſt. vbi dicit, quōd iudex examinator reorum debet eſſe cautus, & facere eorum dicta varia & diuerſa ſcribi in actis, & etiam debet facere ſcribi trepidationem & ſimilia, ne ei poſſit dici, quòd fecit ponere reum ad torturam non præcedentibus indicijs. Et iſtud dictum Bart. refert & ſequitur Ang.de Are.in tract.ſuo malefi.in verſi.fama publica.17.char.in verſi.nono quærō.vbi dicit,quòd quando iudex præcedentibus indicijs torquet aliquem, & vno ſero ipſe reus dicit vnū, alio dicit aliud variando, quod

98

tunc

tunc iudex nō parcat calamo, ſed faciat ſcribere omnes variationes, & omnia quæ dicit: nā tunc ipſe dicit quod ſæpè & ſæpiùs etiam alijs indicijs nō ſuperuenientibus, iudex poterit eum in tortura repetere. ad hoc alleg. Bar. in dicto § plurium. & dicit hoc eſſe bene not. quia hoc multoties fecit ſibi honorem dum eſſet aſſeſſor in vrbe Ro. Et tu vltra eum dicas quòd idem voluit Bart. in l. fina. in 2. col. ff de quæſt. de quo etiam dixi in ſing. meo 103. incipi. varietas in teſte. vbi etiam alia not. adduxi in materia varietatis &c. de qua materia dixi etiam ali. quid in l. ex libero. in prin. in vlt. col. ff. de quæſt. vbi videas &c. Et vide ſupra in hoc §. vbi etiam examinaui latius hāc quæſtio. nu. 74. & hic etiam tetigi oblitus ibi tetigiſſe, attamen non ſolent quæ abundāt vitiare ſcripturas. Vlterius quæri poteſt de notabili & quotidiano dubio, videlicet, † an ſolitus delinquere habeat ex hoc 99
indicium delicti contra eum, adeo quòd poſſit poni ad torturam? In quo do. Alex. in conſi. ſuo 77. incip. In cauſa accuſationis. in 3. colum. in prin. in 1. vol. tenet quòd ſic, vbi dicit, quod hanc partem tenuit Bart. in l. fin. ff. de quæſtio. & Bald. in l. fi. ff. de hæred. inſt. & dicit quòd hoc tenuit in terminis glo. in l. iubemus. C. de probatio. Et idem tenuit ipſe Alex. in conſi. ſuo 50. incip. viſis & oportunè &c. in 6. col. in 1. vol. & in conſi. 5. incipien. in cauſa inquiſitionis &c. & Salyce. in fi. in vlt. colū. C. de quæſt. & Guido de Suza. in tract. de tormētis in 4. col. Et
pro hac parte facit optime illa regula vulgata, † q ſemel 100
malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali. l. non omnes. in §. à Barbaris. ff. de re milita. l. ſi cui. in §. ijſdem. ff. de accuſationibus. l. ſi aliquid C. de ſuſcep. & archa. lib. 10. voluit glo. in l. iubemus. C. de probatio. & probatur in c. miramur. 61. diſtin. & in c. paruuli 22. quæſt. 5. & in c. non poteſt. 2. quæſt. 7. & in c. ſcribam. de præſumpt. & in reg. ſemel malus, de regulis iur. in 6. & in hac regula fundant ſe omnes tenentes hanc partem. Et pro hac parte & opinione poſſunt plura adduci. Et primo adduci poteſt notabile verbum. Sal. in l. fin. in vl. colum. in ver. quæro an ſufficiat &c. in fin. C. de quæſt.

101 vbi dixit, † quòd licèt incertitudo tollat poteſtatem iudici condemnandi aliquem, quando plures fuerunt in rixa, & mortuus vel vulneratus non habet, niſi vnicum vulnus, & neſcitur à quo fuerit illatum, & ſimiliter tollat poteſtatem torquendi aliquem, vt veritas habeatur quis intulerit dictum vulnus: attamen prædicta omnia limitantur, & reſtringuntur, niſi vnus ipſorum, qui fuerit in rixa ſit malæ conditionis vitæ, & famæ: vt quia aliàs alicui alteri intulerit aliquod vulnus, nam hoc caſu non obſtante aliqua incertitudine, poterit talis torqueri ad veritatem inueniendam, quod eſt ſing. notan. Et hoc idem videtur velle Guido de Suza in tract. ſuo de tormentis. in 4. colũ. in verſi. quæ & qualia indicia &c. circa fi. De quo latius dixi in ſing. meo 217. ter vel quater &c. Item adduci etiam poteſt glo. in l. inciuilem. C. de

102 furtis, quæ dixit, quòd † ſolitus furari, in dubio præſumitur fur. & glo. in l. cùm allegas. C. de vſuris. quæ dixit, quòd ſolitus fœnerari, in dubio præſumitur fœnerator. & gloſſ. in l. Caſſius. ff. de ſenato. quæ dicit, quòd qui ſemel deliquit præſumitur in futurum delinquere, & facit glo. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. & gloſſ. in l. qui cum vno. in §. ignominia. ff. de re milita. & glo. in l. lege Cornelia. ff. ad Sylla. Et facit etiam: nam ſtante ſtatuto quòd de damno dato ſtetur ſacramento damnum

103 paſſi, non ſtabitur ſi damnum † paſſus aliàs iurauit falſum. Ita dixit Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de teſte §. 1. in 4. char. in addi. incip. allegat Pileum. Et idem dixit Bart. in cap. per tuas. per gloſſ. ibi de ſymo. vbi etiam ad hoc allegat tex. formalem in dicto can. paruuli. 22. quæſti. 5. quem tex. in gloſſ. etiam ad hoc allegauit Barba. in ſuo tract. Cardinalium in 2. quæſt. in 9. col. verſic. quarto limita &c. & idem voluit Ang. in l. qui iudicio. ff. de accuſa. vbi dicit hoc obtinuiſſe de facto, quem refert & ſequitur Barba. in cap. 1. in 3. col. de accuſ. Et facit etiam,

104 nam pauperi † ſeu forenſi remittitur ſatiſdatio quando cauere non poſſunt. l. de creationibus. verſi. inquantum poſſibile eſt. C. de epiſc. audien. l. cùm non facilè. ff. ſi cui pluſquàm per leg. Falcid. vbi dixit Ange. per illum

tex.

tex. quod remittitur vsufructuario satisdatio. de qua in l. 1. C. de vsufruct. quando est pauper, & similiter dicit q talis satisdatio remittitur forensi stãte statuto, vt in hac ciuitate, quòd quis non audiatur, nisi satisdet de expensis in casu succumbentiæ. & idem dicit Ioan. de Imo. in dicta l. cùm non facilè. quos refert & sequitur Barb. in consi. suo 11. incip. pro præsentis consultationis clarissima decisione &c. in vlt colum. in 3. volũ. Pro quibus facit etiam tex. in authen. generaliter. C. de episco. cleri. & in corpore vnde sumitur. & tex. in §. sed hodie. Insti. de satisda. & in l. vnica. C. vt omnes iudi. tam ciuiles quàm mili. & in §. si quis autem pro pecuniaria. in authen. de sanctissimis episco. & in authen. cui relictum. C. de ind. vidui. tollen. & in corpore. & faciunt alia plura iura, quę adhoc adduxi in l. 1. §. præterea. in 18. colum. ff. de quæst.

† Istud tamẽ beneficiũ iuratoriæ cautionis perdit ille, 105
qui aliâs talem cautionem non seruauit, secũdùm Bald. in authen. ei qui iurat, in prin. C. de bon. autor. iudi. possper illum tex. & Ludo. Rom. in l. 2. in prin. in 9. colu. ff. solu. matrim. & Moder. in l. 2. quòd diximus. ff. si quis cau. de quo etiam dixi in repet. mea. l. fina. C. de proba. & in sing. meo 74. incip. tu habes regulam. & latius in repet. mea rubr. ff. de fideiusso. in 22. quæsti. Facit etiam optimè ad prædicta sing. verbum Paul. de Cast. in consi. suo 303. incipiẽ. viso dicto statuto &c. vbi dicit, † quòd 106
sta nte statuto quòd rapiens mulierem per vim puniatur pœna mortis, quòd si quis rapuerit mulierem solutam quæ fuit aliás tacta seu deflorata ab alio nõ cadit in pœnam statuti: quia non præsumitur quòd eam rapuerit per vim, cùm alias consenserit alteri, quod est sing. not. Et idem voluit Albe. de Rosa. in 2. parte statut. quæstio. 92. incip. sed pone aliquis &c. & Gandi. in tract. suo maleficijs. sub. rub. de aliquibus quæstionibus varijs in malef. in 1. col. in simi. in versi. quæro de facto &c. pro quo faciunt dicta per Iacob. Butri. in additio. ad tract. Gand. de maleficijs. sub rubric. quomodo de maleficio cogno. per inquisitio. in 3. colum. versic. vnde quanquam &c. de quo latius dixi in singulari meo 74. incip. tu habes

132

regulam &c. & idem dixit etiam do. Augu. de Arim, in addit. suis ad Angel. de Aret. in verbo. che hai adulterata la mia donna in 7. char. in addit. incip. tu autem in hac materia de multiplici modo peccandi &c. ante finē. Facit etiam ad prædicta, nam dixit Bart. in l. ædiles. ff. de via publica. † quòd repertus mortuus in strata, præ-
107 sumitur mortuus ab eo, penes cuius ostium repertus est quod dicit Ludo. Rom. in l. 1. §. hoc rescriptū. ff. ad Syllan. esse verum in illo, qui erat solitus talia facere, aliâs secus. Et dicit Ang in l. iusto errore. ff. de vsuca. quòd si
108 reperit aliquis † mortuus in strata, & nescit à quo quòd præsumitur mortuus ab illo, qui frequentabat illâ stratam. quod intelligit Ludo. Rom. in d §. hoc rescriptū. si ille erat solitus talia facere: aliâs secùs. quam limitationem Ludo. Ro. refert & sequitur Alex. in d. l. ædiles. de via publi. Facit etiam ad prædicta. Nam in his quæ de-
109 pendent ab † animo, standum dicto asserentis cum iuramento. glo. in §. aliæ. Institu. de actio. quam pro singul. allegat Pet. de Anc. in consi. 158. incip. rationes quæ superius. & Ang. in consi. 313. incip. viso dicto testamento. in 2 col. Sed talis est similis glo. in c. significasti. el. 1. de homicid. & in c. si vero. el 2. de sent. excom. & in l. si cui. in §. eiusdem. ff. de accusa. & in l. atqui natura. §. cùm me absente. ff de neg. gest. & in l. si. C. de anna. exc. in l. 1. in §. hoc interdicto. ff. de itinere actuque priua. & alia est glo. similis. in c. qui & humanis. 12. quæst. 2. & in cap. proposuisti. 82. distin. & in l. 1. C. de sica. imo etiam hoc probatur in d. c. si vero el 2. de sent. excommu. & in c. si verum. 31. quæst. 2. & in c. in lectum. 24. q. 2. & in c. nulli. de elec. in 6. & in c. Pastoralis. de excep. de quo latissimè ego dixi in repe. mea rubr. ff. de fideiuss. in 8 & 9. col. & ponit etiā Ias. in §. sed istæ. in pen. char. Insti. de actio. & dixit etiā supra in hoc. §. in nu. 44. Sed omnia prædicta limita non habere locū in eo, qui aliâs iurauit & fuit p-
iurus: qa nō stabitur iuramento suo, de his q consistūt in animo suo, ita dixit d. Feli. in c. significasti el 1. de homi. ad quod allegat iura, de quib. ibi p eū. Facit etiā ad pdi-
100 cta, nam relaxādus fideiussoribus nō relaxatur, † sed carceratur,

ceratur, si aliàs aufugit de carceribus: quia per illam fugam perdidit priuilegiũ, ita dixit Ang. de Aret. in tract. maleficio. in ver. fama publica. in versic. quarto notandum est. Facit etiam nam an instrumenta sint de nouo † reperta, statur iuramento producentis illa secundum Bartol. & alios in l. admonendi. ff. de iureiuran. & Cano. in c. Pastoralis. de except. quod limitat Ludo. Rom. in d. l. admonendi. non habere locum in illo, qui alias fuit periurus: quia non stabitur iuramento suo. de quo latius dixi in repe. mea rubr. ff. de fideiu. in 22. q. Et facit etiam ad prædicta: nam stante statuto, quod credatur † libro mercatoris, intelligitur nisi talis mercator sit infamis, vel aliàs incurrerit infamiam, ita dixit Bal. in l. cunctos populos. in 41. colum. C. de summa trinita. & fide Catho. quem refert & sequitur Iaso. in §. sed istę. in 24. colum. Instit. de act. & faciunt etiam ad prædicta quæ dixi in sing. meo. 1. Et faciunt alia plura, quæ dici possent de solitis, quæ causa breuitatis non refero. Contrariam tamen partem credo veriorem, videlicet quòd talis solitus delinquere de stricto rigore iuris non possit ex hoc solum, quòd sit solitus delinquere, poni ad torturam. Et ad hoc dicendũ me mouent plura. Et primo dico vt dixi supra quòd omnes doc. tenentes contrariã partem fundãt se in illa regula, quod semel malus semper præsumitur malus, tunc dico sic, quòd fundans se in lege vel statuto. † debet inhærere verbis ipsius legis vel statuti. c. porro. c. accedentibus. de priuil. Bald. in authen. si qua mulier. in fi. C. de sacrosan. eccle. & in l. iubemus. §. fi. C. ad Treb. Alexand. in consi. l. inc. visis &c. in 2. colum. in 1. vol. Pau. de Cast. in l. Gallus. in §. & qd si tantum. in fine. ff. de lib. & post. & in consi. suo 161. incip. in præsenti causa &c. in 2. colum. Modo sic inhærendo verbis dictæ regulæ in qua se fundãt, patet quòd solitus delinquere non potest poni ad torturam, ex hoc propter verbum, præsumitur, appositum in dicta regula, semel malus. Et ratio est: quia à verbo præsumitur, descendit verbum præsumptio: & præsumptio est minus quã indiciũ: † vt colligitur ex dictis per Bal. in l. ea quidem.

111 112 113 114

153

quidem. in 2. colu. C. de accuſ. quem refert & ſequitur do. Amod. luſtinus in tractatu ſuo ſyndica. in 22. charta, in 1. colum. & voluit Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de notorio crimine. §. vt autem. in addi. magna. Et hoc quòd præſumptio ſit minus quàm indicium, firmauit Iaſ. in l. 1. in 2. col. ff. de eo per quem fact. erit. Pro quo facit glo. in l. 2. C. de calum. Et faciunt dicta per Bald. in l. 1. in 1. colum. ver. extra quæro. ff. de excuſ. tut. vbi dicit, quòd præſumptio eſt probatio probans non probatio probata, ſed indicium eſt probatio probata, ſecundum Bald. in d. l. ea quidem. Item ſubdit Bald. in d. l. 1. ff. de excuſationib. tuto. & dicit quod præſumptio in directè tangit factum ſed indicium directè tangit ipſum factum. Et ideo dicit ibi quod minus eſt præſumptio quã indicium: cum ergo in ſolito delinquere nõ oriatur indicium, ſed oriatur ſolum præſumptio contra eum, ergo talis delinquere ſolitus non poterit torqueri: quia ad ponendum aliquem ad torturam non ſufficiunt præſumptiones, ſed requiruntur indicia de neceſſitate, ſecũdum Bar. & alios in l. 1. ff. de quæſt. & doct. in l. milites, in fin. C. eo. cum multis ſimi. Item pro hac parte & opi. mea facit glo. not. quam credo ſingu. in l. abſentem in verbo, damnari. ff. de pœnis. quæ dicit, quòd ex ſola præſumptione quis non grauatur, quam gloſſ. refert & approbat Io. And. in addi. Spec. in tit. de notorio crimine. in §. vt autem in vlti. additione. Item pro hac opinione mea facit etiam. Nam perſpicuæ præſumptiones
115 † faciunt argumentum ſecundum Inno. in c. cũ in diœceſi. quem refert & ſequitur Soc. in conſi. ſuo 90. inc. in cauſa magnifici &c. in 6. col. in 3. vol. Sed ſi faceret indicium, non dixiſſet Inno. & Socinus vbi ſupra, quod faciunt argumentum.

Item quòd præſumptio etiam veritatis non faciat indicium ad torturam, dixit expreſſe glo. in c. literas. el 2. de præſumptio. Item pro hac parte facit. Nam illud
116 † quod facit ſemiplenam probationem in ciuilibus, facit indicium ad torturam in criminalibus: quod etiam procedit negatiue. Ita dixit Barto. in l. fina. ff. de in lit. iurand.

iurand. & do. Paris de Puteo in tractatu syndica. in 105. char. ad quod allegat gloss. in l. 2. in §. si absens. ff. si ex noxa. causa agatur. quam etiam ad hoc refert & sequitur Alexand. in l. fina. ff. de quæstio. de quo ego ibi dixi in 2. colum. & idem dixit Angel. de Aret. in tractatu maleficio. in verbo, fama publica. in versicu. iuramentū autem. Sed nullibi reperitur, quod in ciuilibus præsumptio faciat semiplenam probationem, ergo in criminalibus non faciat indicium ad torturam. Et pro hac opinione mea quod solitus delinquere non habet contra se ex hoc solo indicium ad torturam. faciunt optimè dicta per Alex. in consi. suo 313, incip. viso themate antescripto. in 2. colum. vbi not. loquitur in consi. 133. incip. stantibus. in 5. colum. in 7. volum. Fateor tamen quod pro prima opi. contraria multum faciūt dicta per Ang. in l. athletas. in §. calūniator. in 1. col. ff. de his q not. infa. & per Alex. in consil. 101. inc. viso in pen. col. in 7. vol. Attamen nō recedo ab opinione mea quod solitus delinquere ex hoc solo non habet contra eum indicium ad torturam per supradicta. tene menti, quia ista est consideratio mea noua.

Quæro vlterius de importanti dubio & multū quotidiano, videlicet, † an dictum offensi cōstituti in mortis articulo faciat indicium ad torturam contra illum quem dicit ipsum offendisse. Exemplum: aliquis fuit mortifere vulneratus in loco, vbi non erant testes, vel de nocte, & talis vulneratus in articulo mortis dicit, quòd Titius fuit ille, qui eum vulnerauit, an tale dictum faciat indicium ad torturam contra dictum Titium: Et possent etiam poni alia exempla in simili. In quo videtur dicendum quod non, per textum & quæ ibi volunt doct. in l. si quis in graui. in §. si quis moriēs. ff. ad Syllan. vbi dicitur, quod non creditur morienti de eo quod dicit, quod etiā voluit Ang. de Aret. in tractat. maleficiorum: in verbo, qui iudex ad probationē suæ inquisitionis. in secunda col. & voluit etiam Bal. in consilio suo. 43. incip. quidam fuit. in 1. col. in 4. volu. Et pro hac parte facit glo. in l. mater. C. de calum. & faciūt dicta 117

cta per Alexand. in consi. 238. incip. ponderatis narratis in themate &c. in 2. colum. & Angel. in consil. 38. incip. Christophorus Petri &c. in penult. colum. versic. de secundo &c. vbi loquitur in iudice, & in arbitro, qui in articulo mortis dicunt se tulisse falsam sententiam, vel falsum laudum, quòd per hoc non præiudicatur sentẽtiæ, vel laudo, & idem tenent Bartol. & Bald. loquentes in teste. in l. generaliter. in fi. C. de non num. pecu. & in d. l. si quis in graui. in §. 1. & Bald. in authent. si dicatur. in 3. colum. C. de testi. & Pau. de Cast. in l. Seia. in prin. ad Sylla. vbi loquitur de notario asserente in articulo mortis se fecisse falsum instrumentum, quod per hoc non derogatur ipsi instrumento, & prædicta affirmat Iaso. in l. 1. in 1. & 2. col. ff. de eo per quem fact. erit, & Bal. in c. literas. in 3. col. de præsum.

Pro quibus faciunt etiam dicta per Petr. de Ancha.
118 in cap. final. de suc. ab intesta. vbi dixit, † quod si vulneratus moriens dixit se mori culpa medici, quod per hoc non iuuat percussorem: quod dictum refert & sequitur dom. Felyn. in c. literas. in penult. colum. de præsump. Et dixit Bald. in c. in præsentia. in 4. colum. de p-bat. quod si testator in testamento dixit, confiteor me teneri ad restitutionem vsurarum à diuersis extortarũ: quod tamen per hoc non præsumitur vsurarius. Et dixit idem Bald. in additio. Specula. in tit. de cõfes. in versic. confessio facta &c. quod cõfessio facta in vltima voluntate non probat debitum, de quo etiam per domin. Franci. Brun. in tractat. suo de indici. & tort. in 4. char. in 2. colum. versic. 13. an assertio &c. Item facit pro hac parte dictum Bald. in titu. de pa. constan. in verbo, vasalli nostri. vbi dixit, quod non omnis moriens est sanctus Ioannes Euangelista, pro quo facit glo. in cap. literas el 2. de præsump. quæ dixit, quod morientes non dicunt semper verum, quod etiam dixit Oldra. in consil. 192. inc. viso diligenter processu &c. & Iaso. in repetit. l. admonendi. in 55. colum. ff. de iureiu. Item vltra prædicta, quod non faciat indicium ad torturam talis confessio, seu assecuratio, vel testimonium offensi constitu

ti in

ti in articulo mortis, facit optime: nam si aliter dicere- 173
mur, sequeretur inconueniens, quod ipse offensus esset testis in causa propria, & sic contra regulam iuris, quæ est quod nemo potest esse testis in causa propria, vt in l. omnibus, C. de testibus. & in l. nullus. cum simi. de testi. Et per ista verba videtur dicendum, quod dictum offensi etiam constituti in mortis articulo non faciat indicium ad torturam contra illum, quem nominauerit, per prædicta. Sed contrariam partem, scilicet quod dictum offensi constituti in mortis articulo faciat indicium ad torturam, tenuit Ang. in dicta l. si quis in graui. in dicto §. si quis moriens. quod etiam ibi approbat Ludou. Roma. dummodo talis asserens in articulo mortis illud dicat cum iuramento, & idem videtur tenere Bal. in authen. si dicatur. C. de testi. & in c. literas. de præ-præsump. in fi. in cap. quoniam frequenter. vt lit. non contesta. Prætereà pro ista parte facit. Nam confessio facta in mortis articulo valet & tenet: & quia constitutus in articulo mortis non præsumitur † mentiri, ita di- 119
xit Bald. in consil. suo 25. incipi. casus super quo &c. in 2. colum. in 1. volum. & quilibet præsumitur memor salu. æter. l. fi. C. ad leg. Iul. repet. c. sancimus. 1. quæstio. 7. & maximè ille qui laborat in extremis, contra quem non potest cadere aliqua præsumptio quòd mentiatur: quia si vnquā habetur veritas ab homine, habetur quādo recessurus est ab hoc seculo, & quando anima debet statim separari à corpore. Et pro hac parte facit glo. fin. & vnica apud omnes in l. 1. in glo. fi. circa medium. C. de fal. causa. adiect. leg. quæ dixit, quòd licet confessus se habuisse & recepisse pecuniam ab aliquo possit intra biennium opponere exceptionem non nume. pecu. vt in l. in contractibus. in prin. C. de non num. pecu. tamē confitens in articulo mortis habuisse & recepisse pecuniam ab aliquo, ipse nec eius hæres non poterit opponere talem exceptionem, quia moriens non expectabat futuram numerationem & illam gloss. ibi multum cōmendat Bald. in 1. colum. in fin. & illam etiam pro sing. ad hoc alleg. Bald. in titu. de pace constan. in verbo, va-

salli

ſalli noſtri.& in d.c.literas.de præſum. & illa ſequitur Alex.in conſi.45.inc.habita ſuper his &c.in princip.4. col.in 1.vol. Pro quibus etiam facit dictum Ang.in cõſ. 5.inc.viſis inſtrumentis & iuribus.in fi.vbi dixit,quod confeſſio facta in extremo vitæ præiudicat, nec præſumitur facta ſpe futuræ numerationis,per dictam gloſſ. ſupra alleg. quam refert & ſequitur Iaſ. in l. ſi pecuniam.in 2.col.ff.ſi cer.pe facit etiam pro hac parte. Nam
820 licet confeſſio ſine cauſa † non valeat.vt in l.2.§.circa. ff.de doli excep.& in l.cum de in debito.ff.de probat.& habetur in ca.ſi cautio.de fide inſtrum. tamen ſi ſit facta in mortis articulo ſine cauſa,valet & tenet,nec poterit reuocari:ita dixit dom. Ant.in d.c. ſi cautio. in vlti.colum.de quo ego latius dixi in repeti.mea rub.C.de prob.in 18.colum.in fi.verſi.limita etiam. Ad prædicta faciet etiam l.qui cum maior.§.fi.ff.de bo.lib.vbi dicitur,quod confeſſio teſtatoris excuſat hęredem à calumnia.quod etiam habetur in l.2.C.de cal.& voluit Bal. in l.athletas.in §.calumniator. in 1.colum.ff.de his qui no.infa.vbi dicit,quòd licet aſſertio vulnerati non plene probet: tamen pro ea multum præſumitur, adeo q excuſat à calumnia. & faciunt quæ ego dixi in repeti. mea rub.ff.de fideiuſ.in 9.col.

Præterea pro hac parte facit ratio naturalis iuncta cum arg.à communiter accidentibus,videlicet,quòd naturaliter & communiter omnis homo videns ſe ſtatim, ſeu de proximo moriturum , non diceret mendacium ſimpliciter,ſed nec etiam pro quocunque pretio,& experientia rerum magiſtra hoc oſtendit. nam morituri magis timent mentiri,& offendere maieſtatẽ Dei , quã aliquo alio tempore,& videmus ſæpe quòd maximi ribaldi qui toto tẽpore vitæ ſuæ mala operati ſunt,& nũquã voluerũt deſiſtere, tñ in pũcto mortis veniũt ad pœnitentiã & cõtritionẽ.Pro quibus omnib.facit illud diui Hiero. dicẽtis , Facilè contẽnit omnia,qui cogitat ſe moriturũ, quanto fortius in illis , qui habent (vt ita dixerim)mortem ante oculos , & cognoſcunt non poſſe tunc mortem euadere. Item ad prædicta etiã facit quod

voluit

voluit Soc. in cons. 54. incip. visis testib. in pen. col. in 3. vol. vbi dixit, quòd inculpatio offensi † facit aliquam 121
præsumptionem. ad quod alleg. glo. & Bal. in d. l. 2. C. de calum. Et vlterius pro ista parte non eundo per arg. quod assertio offensi constituti in mortis articulo faciat indicium ad torturam tenuit expresse Iac. de Beluiso in sua prac. iudiciali. sub rub. de quæst. in 5. col. ad quod dicendum mouetur præcipue per illud quod supra dixi, videlicet, quòd nemo præsumitur immemor salutis æternæ, vt in dictis iurib. Et ista opi. videtur mihi magis æqua & rationi ac iuri rationali consona, non obstantibus in contrarium allegatis & adductis. Quibus potest responderi. Et primo in quantum omnes doctores tenentes contrariam opinionē fundant se in illo tex. dictæ l. si quis in graui. in d. §. si quis moriens. Dico. quòd ille tex. non probat eorū intentionē, nā tex. ille non loquitur de indicijs, sed loquitur ad plenā probationē, quod patet, nam dicit ibi tex. non esse credendū domino. ego fateor, quòd nō est credendu domino in illo casu, quo ad plenam probationē, sed secus quo ad indicium. Et q ille tex. loquatur de plena probatione, & nō quo ad indicium, patet. Nam verba † semper debent intelligi in 122
potiori & in digniori significato l. 1. §. qui in perpetuū. ff. si ager vect. vel emphy. petatur. l. 1. §. biduum. ff. quando appel. sit. c. pe. de sent. exc. §. sed quoties, Institut. de iu. nat. gent. vel de ciuil. cum si. ergo illud verbum, Credendum, loquitur quo ad plenam probationem, & nō quo ad indicium, ergo ille tex. non probat dictum doct. tenentium contrarium, cum ille tex. hoc non probet, & dicta doctorum † sunt intelligenda secundum leges, 123
quas allegant, vt dixit Bart. in l. non solum. in §. liberationis verbo. ff. de libe. lega. & in l. cum quidam. ff. de his quib. vt indig. & Ioan. And. in c. cum nuntius. de testib. & Saly. in l. si ex cautione. in 10. col. C. de non nu. pec. Nec obstat etiam illud, videlicet, quòd non omnis moriens est sanctus Ioannes Euangelista, & quod morientes non dicunt semper verum: quia dico, quòd licet non omnis moriens sit sanctus Ioannes Euangelista,

tamen

tamen maior pars morientium nititur mori ſine onere conſcientię, vt docet experientia rerum magiſtra, & validum eſt arg. à communiter accidentibus, & non à raro contingentibus. l. certi condict. in §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. l. palam. §. ſi qua cauponam. ff. de ritu nup. l. nam ad ea. ff. de legi. l. certi iuris. C. de iud. Itē ille, qui dicit conſtitutū in mortis articulo, mentiri non debet audiri: quia dicit non veriſimile, & dicens non veriſimile, non debet audiri, ſecūdum Pet. de Anch. in conſ. ſuo 157. inci. viſa facti narratione in 7. col. pro quo faciunt quæ dixi ſupra in §. poſtquam. nu. 8. & facit tex. in l. ſi ita quis, verſ. quòd nemo ſanus diceret. ff. de euic. Et ſic per iſta videtur dicēdum, quòd credendū ſit offenſo cōſtituto in mortis articulo, & eius dictū faciat indicium ad torturam contra illum, qui dicit eum offendiſſe. Attamen non obſtantibus ſuperius adductis ad vtramque partem mihi videtur finaliter diſtinguendū in hac non leui dubitatione, hoc modo videlicet, Aut talis moriens in articulo mortis conſtitutus eſt alienus à mente & intellectu, vt ſæpe morientibus contingit, iuxta tex. in l. hac conſultiſſima. in §. at cum humana fragilitas. C. qui teſt. fac. poſ. & tunc habeat locum prima opinio, quòd dictum talis nullam probationem nec indicium faciat, nā mortis timore oppreſſus ſimilis eſt mortuo, vt dicit tex. in l. iubemus. poſt princ. C. de teſ. & voluit Pau. de Caſt. in conſ. 366. incip. viſo puncto &c. Et ideo dixit Bald. in l. extraneum. in princip. C. de hære. inſtit. quòd conſtitutus in mortis articulo, non poteſt adire hæreditatem. Si autem talis conſtitutus in mortis articulo, qui eſt offenſus eſt in plenitudine intellectus diſtinguendum puto, quod aut illud, quòd ipſe aſſerit, poteſt probari per alios, aut non poteſt probari. Si poteſt probari per alios, tunc dictū ipſius offenſi nō facit probationem, nec indiciū. Sed ſi nō poteſt probari per alios ne veritas pereat, & ne delicta remaneant impunita: teneo quòd dictum ipſius offenſi cōſtituti in mortis articulo faciat indiciū ad torturā. Ad quod dicendū moueor ex pluribus. & primo ex regula illa, quæ dicit, ꝙ quā-

do ve-

do veritas aliter haberi non poteſt, conceditur illud, quòd aliter non concederetur, & propter hoc receditur à regulis iuris communis. quod patet ex pluribus iuribus & doctrinis. † Et ideo dixit Saly. in l. ea quidem in 124
1. colum. C. de accuſa. quòd ſi aliquis luſit in proſtibulo, & fuit deceptus propter taxillos falſos, vel malè quadratos, vel aliter: quòd hanc deceptionem poterit probare per lenones, & ſic per infames, licet infames in cauſis criminalibus non admittantur: vt in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. & habetur in ca. licet ex quadã. & in ca. teſtimonium. de teſti. & in cap. forus. §. fin. de verbo ſigni. quod dictũ refert & ſequitur Ang. de Are. in tract. malef. in verbo. metitore di mal dadi. in 1. colum. & in eo. tract. & in ver. qui iudex ſtatuit terminum ad opponendum cõtra proceſſum. in prin. & Alex. in conſi. ſuo 64. incip. viſo themate in 1. colum. in 1. volu. vbi pro illo dicto allegat ea, quæ habentur in l. ex conſenſu. C. de repudijs. & in l. ob carmen. ff. de teſti. & in c. veniens. el 2. de teſti Et facit etiam dictum Spec. in tit. de teſte. §. de teſtium compulſione. verſi. ſed nunquid vxor. & Abb. in cap. in literis, in fin. extra de teſti. quos refert & ſequitur Alex. in conſi. 102. inci. ſuper primo &c. circa fin. in 7. volu. vbi dixerunt, quòd quando veritas aliter haberi non poteſt, † vxor admittitur in teſtem contra maritũ 125
licet regulariter non admittatur. Et facit etiã, nam aliquæ ſunt perſonæ, quæ inuitæ non compelluntur ad teſtificandum, de quibus in l. 4. ff. de teſti. tamen compelluntur teſtificare, quando aliter veritas haberi non poſſet. ita no. dixit Hoſt. & Ioan. And. in c. 1. de teſti. cog. q̃ dictum refert & ſequitur Ludo. Ro. in ſing. ſuo. 393. inc. tu habes &c. Et faciunt plura & plura alia, quæ ad hoc propoſitum adduxi in l. diuus Pius in 2. & 3. colu. ff. de quæſt. & ſupra in hoc. §. in nu. 80. cum pluribus numeris ibi ſequen. vbi plura adduxi ad hoc propoſitum. Itẽ pro prædictis etiam facit. Nam in his, quæ ſunt difficilis probationis, & vbi materia de ſui natura nõ eſt probabilis per legitimas probationes: tũc lex contẽtatur ea probatione, quæ † fieri poteſt, ſecundum Bart. & Imo. 126

in l. in illa ſtipulatione ſi calendis. in fi. ff. de verb. ob. & Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. in §. pen. ff. de eden. de quo dixi latius ſupra in princ. nume. 13. 14. & 15. & faciunt optime dicta per Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 119. inci. notandum &c. ad fin. Præterea pro hac parte facit. Nam ſi diceremus quod dictum offenſi conſtituti in mortis articulo, quando non adſunt aliqui teſtes, non faceret indicium ad torturam, ſequeretur quòd delicta remanerent impunita, cõtra † l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. l. ſi longius. §. 1. ff. de iudi. l. Stichum. §. 1. ff. de ſolu. l. ſi operis. C. de pœnis. c. vt famæ. de ſenten. excom. c. licet hely. de ſymo. quòd eſſe non habet, imò vt delicta nõ remaneãt impunita aliqua cõceduntur, quæ alias non concederentur. Quod patet, nam quamuis priuato † nõ liceat ſibi ius dicere: vt in l. 1. C. quando liceat ſe ſine iu dice vindica. l. ſi quis in tãtam. C. vnde vi. c. placuit. 16. q. 3. c. eum qui. de præben. in 6. tamen quis poteſt furem propria authoritate capere, quando eſt ſuſpicio fugæ. ex qua delictum remaneret impunitum, ita probatur in c. 2. & 3. extra de homic. & habetur in l. capite quinto ff. de adult. & ita dixit do. Felyn. in d. ca. 2. de homi. vbi ſubdit not. verbum, videlicet, † q̃ ſi video aggreſſorem meum fugientem, quẽ ego accuſaui, poſſum me de iniuria vlciſci, ne delictum ſuum remaneãt impunitum, ad quod allegat glo. & ibi Bal. in l. nullus. C. de Iudæ. quã gloſ. ad hoc allegauit Abb. in cap. 1. in 19. col. de iudi. & in c. cum non ab homine. in 3. colu. eo. tit. & Lud. Rom. in l. ſi vero. §. de viro. in 45. fal. ff. ſol. ma. Item minor pars vniuerſitatis punitur de delicto per eam commiſſo, ne maleficia remaneant impunita, ſecundum Hoſt. & Io. And. & do. An. in ca. dilectus. de ſimo. quos refert Millus in reperto. ſuo. in verbo, vniuerſitas. in 13. not. &c. Patet etiam. nam licet † in pœnalibus & odioſis regulariter non fiat extenſio, quia odia debent reſtringi. c. odia. de reg. iur. in 6. cũ ſi. tamẽ quãdo extenſio tendit ad fauorem publicũ, ne delicta remaneant impunita, fit extẽſio etiã in pœnalibus & odioſis. ita no. dixit Bar. in l. quemadmodũ. in prima col. C. de agricol. & cenſit. lib.

127 128 129 130

vnde.

vndecimo, quod dictum refert & sequitur Alexand. in consilio suo 410. incipien. visa. in prima colu. Pro quo dicto est text. in l. hoc modo. ff. de condit. & demonst. & in l. si quis in graui. in §. hi quoque. ff. ad Syllan. & in l. secunda. C. quando li. se sine iud. vind. & voluit etiam Bart. in l. 2. in §. exercitium. ff. de insa. & Bal. in l. non sine. C. de bo. quæ libe. & Pau. de Cast. in l. bona fides. ff. depos. Et illud dictum Barto. in dicta l. quemadmodum, refert etiam & sequitur domi. Augu. de Ari. in additio. suis ad tract. Ang. de Aret. super maleficijs. in verbo, che hai tradito la tua patria. in secunda char. in tertia colum. & in eod. tract. in verbo, Sempronium mandatorem. in 6. char. in 1. colum. & ibi, in verbo, Necnon ad denuntiationem. in 6. char. in 3. colum. & Iason. in l. 1. in vlt. colum. C. de transact. & in l. 1. in 4. colum. C. de sacro. san. eccle. & in l. si certis annis. in 2. colu. C. de pact. & in l. si is qui pro emptore. in 88. colum. ff. de vsuca. & in l. qui se patris. in 29. colum. C. vnde libe. & in l. si quis maior. in 2. colum. C. de transact. & domi. Ro. de Curte, in c. fi. in 51. colum. in fin. de consue. & dom. Ant. Corse. in no. suo. in verbo. Extensio. incip. licet lex pœnalis & odiosa, & dom. Philip. Deci. in consilio suo 65. in 2. colum. Facit etiam pro hac parte & opi. Nam quando quis deponit de facto proprio, cum præsumatur magis scire veritatem, quam alius, propter hoc recedimus à regulis iuris communis. Quod patet. nã ad plenã probationem faciendam regulariter in quacunque causa requiruntur duo testes, nec est aliqua causa, quæ terminetur ex dicto vnius testis tantum, quacunque dignitate præfulgeat, vt in c. licet vniuersis. cod. titu. & in l. iurisiurandi. C. de test. & in c. testes. §. vnius vero 3. q. 3. † Attamen in facto proprio vnus testis tantum plene 131
probat, ita multum singul. dixit Paul. de Castr. in l. prima. in §. si absens. ff. si ex nox. causa aga. & hoc per tex. in l. quæro. §. fin. ff. de edict. vbi creditur vni seruo de facto proprio, ergo à fortiori vni libero. Et idem etiã tenuit idẽ Pau. de Castr. in l. seruos. C. de testi. & in l. quicunque. ad fin. C. de ser. fugi. & in consil. suo. 329. incip.

visa petitione prædicta in 1.colum. & in consi. 38. incip. visis actis & actitatis &c. Et idem tenuit Bald. & Saly. in l. si quis decurio. in 4. oppo. C. de fal. & Soci. in cõsi. suo 49. incip. in causa episcopi. in 5. colum. in 3. volu. & ibi in cons. 28. incip. visis &c. in 2. col. Ex quibus omnibus mihi videtur concludendum quòd credatur offenso cõstituto in mortis articulo, si dicit aliquem eum vulnerasse, & dictum suum faciet contra illum, quem dicit eum vulnerasse indicium ad torturam, quando talis offensus in mortis articulo est in plenitudine sui intellectus, & est homo bonæ conditionis, vitæ, & famæ: & tale delictum non potest per alios probari, & ista opinio mihi videtur iusta, & æqua, & optimis rationibus & iuribus roborata, nõ obstantibus in contrarium adductis tene menti: quia sæpe contingit in facto. Quæro vlterius an dictum, seu testimonium laici cõtra clericum fa-
282 ciat † indicium ad torturam in quo videretur dicendũ quòd non: quia laicus non admittitur in testem contra clericum in causa criminali: vt habetur in c. veniens. el 1. extra. de testi. & in ca. laicos. 2. quæst. 7. & ibi gloss. & voluit Spec. in tit. de teste. in §. primo. ver. item quod est laicus. & voluit Ioan. And. in c. prælatis. de homic. in 6. Attamen contrarium est verius, nam prædicta & similia iura dicentia, quòd laicus non admittitur contra clericum in causa criminali, intelligũtur, quo ad plenã pbationem faciendam: sed secus est quo ad indiciũ: quia dictũ laici facit indicium ad torturã cõtra clericũ. ita sin. dicit Abb. in c. de cætero. de testi. & ibi dom. Fely. quod
283 dictum refert & sequitur dom. Alex. in l. maritus. ff. de quæst. † Pro quo facit quod voluit Bart. in l. fi. in fi. ff. de in lit. iuran. vbi dicit quòd quotiescunq; probatio probat in ciuilibus, in criminalibus facit indiciũ ad torturam, sed clarum est quòd in ciuilibus testimoniũ laicorum contra clericos plene probat, ergo in criminalibus facit indicium ad torturam. de quo latius &c. & ibi
284 etiam dixi, quòd laicus † admittitur ad probandum famam contra clericum. ita dixit do. Anto. in c. tam literis. in vlti. col. de testi. de quo latius in dic. meo sin. 98.

Quæro

Quæro etiam † an testimonium torti quia de iure non 135
poterat torqueri, faciat indicium ad torturam contra
alium? In quo dicas quod non, ita dixit Bald. in l. fi. C.
de accusa. & Iacob. de Belui so in sua practica causa. cri-
mi. sub rub. de quæst. & qualiter torm. in 11. colum. post
prin. & ibi col. seq. & istam partem etiam tenet Bart. in
l. 1 in §. seruus bona fide. & ibi ego etiam aliquid dixi.
ff. de quæst. Quæro † vlterius an contumacia faciat in- 136
dicium ad torturam contra contumacem? In quo dicas
quod sic secundum Bal. in l. 1. in 11. col. C. de hære. institit.
& Iacob de Bel. in sua practica iudiciar. causa. crim sub
ru. de crimino so remisso. in prin. & illud dictum Bald. p
valde no. refert. & approbat dom. Fran. Bru. in tractat.
suo de indi. & tor. in 35. colum. in princ. & ver. addo ali-
um &c. de quo dixi ego in fin. meo 117. inci. ad torturã
&c. & in l. penult. in fi. ff. de quæst. pro quibus faciunt
optimè quæ ego dixi in rep. mea. l. de vnoquoque in 38.
colum. in fi. ff. de re iudi. Quæro etiam de no. dubio in
hac materia indiciorum: quod dubium non memini
me vnquam vidisse tactũ ab aliquo in voce, nec in scri-
ptis vsque ad hanc horam. quod dubium tale est: Reper
tus est aliquis mortuus, vel vulneratꝰ, & nescitur à quo:
vel cõmissum fuit furtum, & nescitur à quo: Vel impo-
situs fuit ignis in aliqua domo, & nescitur à quo, attamẽ aliquis, puta Titius scribit vnam literam Seio, in
qua dicit hoc modo, videlicet; Quoniam aliqui testes
dicunt te occidisse talem, Vel furtum commisisse in tali
apotheca. Vel imposuisse ignem in tali domo, iudex
ordinauit & mandauit, vt sis captus pro tali delicto, id-
eo animaduertas ne capiaris, Tunc ille Seius recipit ta-
lem literam, & illam legit, & tacet & nihil dicit se ex-
cusando, & dicẽdo quod miratur de tali re, cum ipse sit
innocens à tali delicto, † an talis receptio dictæ literæ
cum taciturnitate faciat contra dictum Seium indici-
um ad torturam de dicto malefic. commisso? In quo
mihi videtur dicendum quod sic, & hoc propter regu-
lam illam, quæ dicit, quod in criminalibus proceditur
ad instar ciuilium. vt dicit text. in l. absentem. ff. de pœ-

138

nis, ſed in cauſa ciuili talis receptio ſimilis literæ cum taciturnitate facit probationem, vt ſtatim oſtendam, ergo in criminalibus debet facere indicium ad torturam. arg. doctrinæ Barto. in l. fin. in fi. ff. de in litem iurand. vbi dicit, quod ea quæ faciunt ſemiplenam probationem in cauſa ciuili, faciunt indicium ad torturam in cauſa criminali. Quod autem talis receptio literæ cum taciturnitate in ciuilibus faciat plenam probationem,
138 † voluit Bartol. in l. filiusfamilias. la 2. per illum text. ff. ad Mace. vbi dixit, quòd ſi ſcribo tibi literam, in qua rogo te, vt reſtituas mihi mea centum, quæ tibi mutuaui, quia illis egeo: tunc ſi tu recipis illam literam, & eam legis, & nihil dicis in contrarium, ſed taces, per talem taciturnitatem eſt probatum creditum meum, & idem dixit Bart. in l. quo enim. §. 1. ff. rem rat. hab. & in l. ſi tabernam. in §. idem quæſijt. ff. de pig. & in l. Publia. in fin. ff. depoſ. Et idem clarius firmat Mathæ. in not. ſuo 22. inci. nota mirabilem, &c. vbi alle. d. l. filiusfa. & tex. in clem. 1. de procurat. Et idem voluit Bald. in l. ſi procurator abſentis. in princ. ff. de procur. Bartol. & Bald. in l. Titius Seio. ff. de conſti. pecu. & Bald. in rubr. C. de fide inſtrumen. in 13. colum. & in l. ſi literarum. C. de ſolut. & in l. fin. C. ad Maced. & Bald. in l. ſi literas. C. manda. & in l. fina. C. de nouatio. & in c. ex parte. in 7. colum. de reſcrip. in c. fin. in 8. colum. de iureiur. & Ioan. de Imo. in l. qui in domini ff. de reſti. & in l. non ſolum in §. morte. ff. de oper. no. nun. & in d. cle. 1. de procur. in fi. & Ludo. Roma. in l. quæ dotis. in 7. colum. ff. ſolut. matri. & Abb. in c. non iuſte. in 3. colu. de proc. & doct. in d. l. fi. C. ad Mac. & do. Bartol. Cep. in caute. ſua 45. incip. pone quod filius & Abb. in conſi. 18. incipiē. in cauſa & quæſtione. in 2. colum. in 2. volu. de quo etiam per Iaſ. in rep. l. admonendi in 54. col. de iureiu. & per me in rep. mea rub. C. de pbat. in 51. col. Et per iſta videtur dicendū, cp talis receptio d. literæ cū taciturnitate faciat indicium ad torturā contra dictum receptantē talē literam & tacentem. Contra ſupradicta tamen fortiter facit quod voluit Bar. & Pau. de Caſt. in l. ſi cum dos. ff.

rerum

rerum amo. & per Paul.de Caſt.& Iaſ.in l.ſiquidem.C. de tranſact.ideo cogita mecum. Poteſt etiam quæri qđ de meretrice publica, † an faciat indiciũ ad torturam: in quo dicas quod non, ſecundũ Alex.latè in conſil. ſuo 11. inci.circa primum in 2.col. in 1.volu.niſi delictum non poſſet aliter probari, vt dixi ſupra in hoc §. in numero 81.cũ ibi ſeq.& generaliter † an & quando mulier poſſit eſſe teſtis, vide Ioan.de Ana. in c. tanta labes. de ſymo. vbi latè loquitur in materia. Quæro vlterius de alio dubio videlicet, an teſtis † qui non debuit examinari, ſi ſit examinatus faciat indicium ad torturã ? in quo dicas quòd talis teſtis, qui non debuit examinari, examinatus facit indicium qualequale, ſecundũ Bal.in l.maritus, in ver. vlterius oppono.ff.de quæſt. & glo. in l.3.in prin.in ver.aduertendus ff.de teſt.Bal.in l. cunctos populos. C.de ſumma trini.Bal.& Saly. & alij in l.ſeruos. C. de teſt.& voluit Abb.in c.ex literis. in prin.de tranſact.& Bald.in c.1.circa princi. de confeſ.vbi dicit, quòd minor qui ratione ætatis non debet examinari, examinatus facit indicium ſolenne, cum quo dicto concordat Saly.in l.fin.C.de his quibus vt indignis. de quo etiam latè per do.Franciſ.Brun.in ſuo tract.de indi. & tor.in 1.char.in vlt.col.cum 4.col.ibi ſeq.Et facit quod voluit do.Flor.in d.l.4.ff.de teſti.vbi per glo.ibi dixit, quòd licet teſtis in aliqua cauſa vt ſuſpectus repellatur à teſtimonio: tamen ſi ſit examinatus facit indicium.Et dixit no.Bal.in l.cum Titia.in fi.C.de iu.do. quòd vbi regulariter requiritur certus numerus teſt. minor numerus facit † indiciũ.Et dixit Bar.in l.2.ff.de appellat. recip.Q teſtis, qui poſt datum terminum ad probandum non eſt examinatus, ſed poſtea examinetur, facit aliquod indicium. Et bene facit gloſ.in c. cum olim, el 1. de priuileg.& text.in c.cum olim. de dolo & contum. per quem dicit, ibi Abb. in 3. not. † quod teſtis examinatus ſine iuramento facit præſumptionem, de quo per Alex.in conſ.22.incip.animaduerſis.in 4.char.in 2.volu. de quo latius dixi in repeti.mea.l. fin. in 81. char. C. de proba.de quo etiam dixi in l.maritus.in 2. col. ad fi.

139 140 141 142 143

139

ff. de quæstio. & in l. 1. §. diuus Antoninus. eod. tit. & vide Bar. in l. seruus pro domino. C. de testa. & in l. si quis ex argentarijs. §. 2. ff. de eden. & Bart. in l. 2. in §. impubes. ff. ad Syllan. & Bald. in l. 1. in 5. oppo. C. de summa trin. & fide Catho. Et circa hanc materiam teneas menti perpetuo quod in casu, in quo testis non debet exami
144 nari examinatus † facit indicium est verum si à principio antequam fuerit examinatus non fuit per partem oppositа contra eum exceptio suæ inhabilitatis: sed si antequã fuerit examinatus fuit oppositа exceptio suæ inhabilitatis contra eũ, & postea fuerit examinatus, eius dictum nullũ facit indiciũ, & pro nullo reputatur. ita sin. dixit do. Francis. de Are. in c. ex parte Adæ. in 5. char. de testi. & ibi alleg. rationẽ dicens: quia sicut testis à principio si repulsus est, nihil penitus probat pro producente, quia nõ esset examinatus: ita si examinaretur post reseruationem, nullum penitus facit indicium ex-
145 ceptione probata, quia † reseruatio operatur effectum conseruatiuum actus, perinde ac si suo tempore factus esset quo ad omnia, vt probat text. cum gloss. in l. item Labeo. in §. 1. ff. famil. herciscund. de quo meminit Bal. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. pro quo bene facit quod not. gloss. & doct. in c. cum contingat. de foro compe. Et quòd talis testis hoc casu faciat nullum indicium dicit ipse do. Fran. se allegare casum not. in authẽ. de test in §. si vero dicatur. circa prin. vbi dicit tex. secundum quòd perinde est ac si nunquam fuerit examinatus. Et ideo dixit Barto. in l. si ille à quo in §. testa-
146 mento. ff. ad Treb. † quòd reseruatio exceptionum operatur, quòd si postea pateat de veritate ipsarum exceptionum, omnia retro sunt nulla. idẽ dixit Paul. de Cast. in consi. 392. incip. viso quodam libello. in fin. 2. colum. & idem voluit gloss. & ibi doct. in c. cum contingat. de offi. deleg. quam ad hoc pro sing. allegauit Iaf. in §. præterea. in pen. col. Insti. de actio. de quibus omnibus latius dixi in sing. meo 198. inc. testis qui non debet examinari. Et circa prædictã materiam quando testis nõ debet
147 examinari &c. scias etiam † q testes inordinatè recepti

non

non probant,etiam si essent recepti à Cardinalibus ita
dixit Bald.in auth.sed si quis.in vlt.col. C.de testi. Item
scias etiam quòd testis † non legitimè examinatus non 148
faciat indicium etiam si talis testis sit omni exceptione
maior.ita dixit Bald.in c.1. §.sacramentum. in 2 col. de
consue.recti feud quem refert & sequitur Barb. in con.
suo 11.incip illud &c.in antepen.col.in 4.volu.pro qui-
bus optimè faciunt dicta per Ias.in repeti. l. admonẽdi.
in 81.col.post medium.ff.de iureiur.Quæro vlterius an
duo testes singulares super eodem facto † coniungantur 149
ad faciẽdum indicium ad torturam: in quo dicas quòd
non.ita dixit Bald in l.si quis ex argẽtarijs.§.1.ff.de edẽ.
quem refert & sequitur Alex.in consi.suo.179. incip.in
causa Anglorum.in fi.2.col.quod etiam dixit patere ex
not.per do.An.in cap.licèt.de testib. quod etiam voluit
do.Alex.in consi.suo 292. incip.viso processu causę &c.
in 3 col. & in consi.405.incip. sentio in dubium &c.in
fi.2.col.vbi & subdit,quòd ita etiã intelligit Bald.glos.
in l.2.ff de excusa.tu.per l.1.C. qui nu.tu.& idem etiam
firmat do.Alex in consi.suo 228.incip.ponderatis nar-
ratis &c.vbi dicit,quòd hoc etiam voluit Bald.in l.spa-
donem.§.quarta.ff.de excus.tuto. & in l.iurisiurãdi. C.
de testi.& Ioan.Cal.& Anto.de But.in c.veniens,el 1.de
testi.& Nico.de Neapol.in l.2.in prin. ff.de excusa. tut.
& Pet.de Ancha.in consi.suo 267.incip.visa diligenter
&c.Pro quibus etiam faciunt dicta per me in l.vnius fa-
cinoris.in §.testes torquendi.ff.de quæstio. Et dicta per
Bald.in rub.de contro.inuesti.in 1.col.vbi dixit, quòd si
essent duo testes singulares nõ consentientes.in vnum
rei finem:qui eos produxit,non dicitur habere aliquem
testẽ, & eis nulla fides adhibetur.quod est no. Pro quib.
faciunt etiam plura not.quæ adduxi in l.de minore. in
§.plurium.in 17.col.in versi.& bene aduertas &c. ff de
quæst.& vide etiam Soci.in cons.89.incip.in causa.in 8.
col.& Ias.in repe.l. admonendi.in 96.col.cum seq.ff.de
iureiur.videas tamẽ Caccialupum in sua repeti.l.admo-
nendi.ff.de iureiurando quem refert & sequitur Socin.
in consi.suo 54.inci.visis testib.in 1.col.in 3.volu.vbi di-

xerunt, quòd licèt plures ſemiplenæ probationes non coniunguntur ad faciendum vnum indicium. de quo dicto aliàs multum dubitaui legendo. Vlterius circa hãc materiam indiciorum non omitto vnũ, videlicet, quòd quandoque oritur indicium ad torturam contra eum, qui non requiſitus ſe ingerit in perquirẽdo malefactorẽm, adeo quod dicit do. Paris de Puteo in tractatu ſuo
350 ſyndi. in 99. charta. in 4. col. poſt med. † quòd indicium aliquando ſumitur contra aliquem, qui primo dicitur vidiſſe ſeu inueniſſe maleficium ſeu occiſum. & contra aliquem quia valde ſolicitat in curia, & petit quòd maleficium inquirat, de quo ad eum nihil ſpectat. Et refert temporibus ſuis bis occurriſſe de quodam, qui dixit inueniſſe occiſum, & hoc curiæ denunciauit, & ipſe eũ occiderat. Et ſimiliter refert, quòd quidam occiderat conſocium, & ſæpè veniebat ad curiã importunè ſolicitando, vt occiſor reperiretur, ſolicitator fuit captus vt ſuſpectus, & finaliter repertum eſt quòd ipſe illum occiderat. Et prædictorũ omniũ ratio eſt, regula illa videlicet, qui
351 ſe ingerit † ſuſpectus eſt: vt probat tex. in l. vnius faci. noris. in §. ſeruo quæ vltro. ff. de quæſtio. & concordat tex. in l. quæ omnia. ff. de procura. & in l. fi. & ibi glo. ff. de officio præto. & in l. ſemper. ff. de iure immuni. & in l. vxori. in §. qui ſe. ff de Falci. & in l. ſi quenquam. C. de epiſco. & cleri cum concor. in glo. allegatis. de quo dixi in d. §. qui vltro. in fi. pen. col. Vide tamen quæ dixi in-
352 fra. in § expedita. num 93. Quæro vlterius † an ex indicijs indubitatis poſſit quis ad mortem condemnari? de quo vide quæ latiſſimè dixi in l. repeti. in 5. 6. & 7. col. ff. de quæſtio. quæ dicta ibi non repeto breuitatis cauſa: & ibi finaliter poſt adducta pro vtraque parte tenui quòd non. & ibi in 7. col. in verſi. quæ autem ſint expo-
353 ſui † quæ dicantur indicia indubitata, quæ omnia omitto hic ne idem ſæpius repetam: & in tali materia vide etiam quæ dixi in repe. mea rub. C. de proba. in 47. col. vbi etiam latè loquutus ſum in materia. & quæ dixi infra in §. quoniam. num. 29. Quæro vlterius de alio dubio videlicet, quidam reus fuit inquiſitus de quodã

malefi. præcedentibus legitimis indicijs contra eum & seruatis seruandis fuit positus ad torturam, in qua confessus fuit se commisisse illud delictum, & dixit q̃ Titius fuit eius socius in committẽdo tale delictum postea ductus ad banchũ iuris ad ratificandũ negat, & nõ vult perseuerare in dicta sua confessione: sed dicit, quòd illud quod dixit, & confessus est, quòd fuit propter cruciatum torturæ, & repetitus in tortura propter dictam suam confessionem perseuerat in negatione, † an hoc casu 154
vigore suæ primæ confessionis possit d. Titius poni ad torturã, tanquàm contra eum talis confessio faciat indicium ad torturã? & loquor in delictis de quibus potest quis interrogari de cõsocijs. In quo videtur primo dicẽdum q̃ sic. cùm sit, q̃ ille reus propter dictã suam primã confessionem possit repeti in tortura, vt volunt scrib. in l. repeti. & ibi latè ego dixi. ff. de quæstio. Attamen hac ratione non obstante, cõtrariam partem credo veriorẽ. ratio est: quia nõ est eadẽ ratio dictæ cõfessionis contra ipsum Titiũ, quæ est contra ipsum reũ. nam dicta cõfessio contra dictũ reum facit nouum indiciũ, vt ipse possit repeti in tortura, vt volunt doct. in d. l. repeti. sed nõ facit aliquod indicium contra ipsum Titium, qui non negauit nec confessus est, ideo nisi vestiatur cum ratificatione & perseuerantia ipsius Rei, qui hoc confessus fuit, non probat, sed cùm non perseuerauit in dicta sua confessione, dicitur nuda, & sic nõ debet nocere ipsi Titio, & sic non poterit ex ea torqueri: quia tanquàm accessoria corruit concurrente cõfessione Rei. in qua non perseuerauit. arg. reg. accessorium. de regu. iuris. in 6. de quo etiam dixi in dicta l. repeti. in 8. colum. in versic. his visis &c. Modo incidenter hic quæro, an † reus qui 155
confessus est delictum, possit sine nouis indicijs repeti in tormentis vt manifestet mandantem: in quo dicas, quòd sic, secũdùm Ange. in l 8. & si certus. ff. ad Sylla. & idem tenet Ang. de Aret. in suo tract. malefi. in verbo, Sempronium mandatorem. in 2. col. in ver. & benè nota. & illud dictum Ang. in d. l. & si certus. refert & sequitur do. Philip. Decius in consil. suo 189. inci. Lætatus

sum

ſum in 6 col. Et vide Ang. de Aret. in dicto tract. maleſi. in verbo, fama publica. in 14. char. in ver. quæro aliquis. vbi dicit, quòd confeſſus delictum poteſt poni in carcere ſolummodo propter hoc, vt manifeſtet mandantem, & de materia vide Bald. in marga. ſua in verbo, Confeſſio. in 2. verſi. & do. Flor. in l. ait lex. in §. Iulianus. el 2. ff. ad leg. Aquil. & do. Lud. Bologninum in con. ſuo 8. in 4. col. in prin. de quo etiam ego dixi in l. repeti. in 8. col. ff. de quæſtio. Et in hac materia adde Bald. in l. nō ideo
156 minus in 1. col. C. de accuſ. vbi dicit, quòd † aſſaſſinus ſine alijs indicijs poteſt torqueri vt indicet mandantem. & idem volunt Alex. poſt Bart. in dicta l. repeti. quæ omnia ſunt multum not. quia quandoque accipiunt in facto, & ego hic. & alibi vidi hūc caſum in facto. Viſis ſupradictis, ſequitur alia not. dubitatio, quæ eſt talis, vide-
157 licet, † an in enormi crimine requirantur ſolennia indicia, & aliæ ſolennitates quæ requiruntur in alijs criminibus? in quo primo aſpectu videtur dicēdum quòd non, nam enormitas delicti operatur, vt iudex poſſit tranſgredi iura, & regulas iuris communis & ſtatutorū. Quod patet plurib. mod. Et primo in tali enormi deli-
158 cto † poſſunt recipi teſtes lite non cōteſtata & parte nō citata, & ſic contra illum titulum, vt lite non conteſt. & contra regulam. l. de vnoquoque. cum vulg. ff. de re iud. ita dixit Archi. in cap. 1. de homi. in 6. qui dicit quod in caſu illius capituli poſſunt recipi teſtes lite nō conteſta. & parte non citata. quod dictum ſequitur ibi Gemini. in §. fi. & eos refert & ſequitur do. Fely. in c. quoniam frequenter in prin. in pen. col. vt lite non conte. Itē pro
159 hac parte facit regula illa videlicet, † quòd ꝓpter enormitatem delicti, licitum eſt iura tranſgredi, ſecūdùm Innocen. & alios. in cap. 1. de cōſti. & voluit Bald. in l. quid ergo. in §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa. in 4. colum. & in cap. 1. in 6. colum. qui feud. dare poſſ. & in l. & ſi ſeuerior. in 2. col. C. ex quib. cauſis infa. irro. & idē Bald. in l. 1. in 5. col. C. qui accuſa. non poſſ. & in l. obſeruare. in §. proficiſci. in 6. col. de officio procon. & in l. 1. in prin. C. de præci. impe. offe. & in c. 1. §. iniuria. in prin.

de

de pace iura. fir. & in authen. sed nouo iure in 1. col. C. de
fer fugi. & in c. vrgẽtium. in fi. de re iudi. & volunt alij
plures iurislatores in alijs locis, quos retuli in l. fi. in re-
pet. mea. C. de proba. in 73. & 74. char. & in l. 1. in prin.
in 9. col. ff. de quæstio. & in l. vnius. in §. cogniturum. in
14. col. eo. tit. Facit etiam ad prædicta: nam clericus fa-
ciens † atrocissimum delictum potest sine degradatione 160
puniri, secundùm Ioan. An. in c. cùm non ab homine. de
iud. & Gemi. in c. fi. de homic. in 6. & Pet. de Anch. in cõ-
sil. 157. incip. ex narratis in facto. in 5. col. Et facit etiam,
† nam statutum concedens abolitionem delinquentib. 161
non comprehendit delinquẽtes enormissimi criminis,
secundùm Ang. in disputa. sua incip. extorta guerra. &
Ludo. Roma. in l. si quis in graui. in §. hi quoque. ff. ad
Syllan. Item facit etiam, nam licèt regulariter reus cri-
minis non possit renuntiare † defensionib. suis directè: 162
vt dixi in l. 1. §. fi. in 19. col. versi. si autem loquimur] &c.
ff. de quæstio. & in l. vnius. in §. cogniturum. in 12. col.
eod. tit. Tamen committẽs enorme delictum potest re-
nuntiare defensionibus suis. ita dixit do. Feli. in c. cùm
veniissent. in 3. col. de testi. & Lud. Rom. in rub. de arb. in
14. col. & Bald. in l. pronuntiare. C de ser. Facit etiã, nam
† committens enorme delictum non est securus in ali. 163
quo loco, sed potest vbique capi. l. 1. C. de rap. vir. c. 1. de
homi. in 6. in versi. à toto populo Christiano defidatus
&c. & in c. inter alia. de immu. eccle. c. Felicis. § pen. de
pœnis. in 6. l. 3. § transfugas. in ver. vbicunque. ff. de sica.
Item facit nam † pro insignib. furibus iudex non debet 164
pati aliquem aduocare, secundùm Ang. de Are. in tract.
mal. in verbo, & vestem cœlestem abstulit, versi. & benè
nota &c. pro quo est text. in l. per omnes. C. de defen. ci-
ui. quod etiam voluit Lud. Roma. in repe. l. si verò in §.
de viro. in 4. Fallẽ. ff. sol. mat. & Barb. in c. quæréti, in 10.
col. de off dele. Item propter enormitatem delicti, † po 165
test procedi contra reum ordine iuris nõ seruato, secun-
dùm do. Parid. de Puteo, in tract. suo syndica. in 51. char.
in 2. col. in fi. & ibi subdit quòd in crimine assasinatus
propter enormitatem delicti non requiritur plena pro-
batio,

batio, ſed ſufficiunt probabilia argumenta. allegat iura de quibus ibi per eum. Item facit nam ſi aſſaſſinus ſit clericus, † poteſt puniri per iudicem laicum ſecundum
166 Lappum in d.c.1.de homici.in 6.quem refert & ſequitur do. Paris vbi ſupra. Et dixit Bald.in c.cùm quidam.in fi. de iureiur.quod licèt magnates furcis non ſuſpendãtur, tamen hoc iallit quando committunt proditionẽ, quod eſt enorme crimen quia tunc ſuſpẽdũtur furcis. Et facit
167 etiam.nam propter enorme crimen † animal brutũ punitur.c.mulier.15.q.1.dixit gloſ. in l.2.arbo. fur. cæſa. & propter enorme delictum quis poteſt ſuſpẽdi, & poſtea beſtijs ſubijci: quam gloſ.dixit ſing. Lud. Ro. in l.2.circa fi. C.qui teſt.fac.poſſ. Item propter enorme delictũ po-
168 teſt damnari † memoria defuncti. gloſ.in §. per contrarium.inſti.de hæredi. quæ ab inteſta. defe. quã dixit ſingu. Ang. de Are. in tra. maleficio. in verbo, qui iudex videns. ver. & prædicta procedunt &c. Io. de Imol. in l. defuncto. ff. de publi. iud. & in c. quoniam frequẽter. vt lit.
169 non conteſt. Item propter enorme delictum † reus poteſt ſpadachiari, & ita ſpadachiatus duci ad mortem, ſecundũ Bald. in l.1. in 4.col. C. ne ex delict. defe. pro quo facit tex. in l. illuſtres. C. de modo mul. in verbo. grauiſſimum. Item propter enorme delictum poteſt procedi die feriato. l. prouinciarũ. C. de ferijs. & voluit Ang. de Are. in tracta. maleſi. in verbo inchoata & facta. verſic. quæro an vno die. de quo etiam do. An. in c. fina. & ibi etiam per Abb. de iud. & in c. fi. de ferijs. Et adduci poteſt etiã tex. ſin. in l. ad beſtias. ff. de pœnis, vbi propter eminentem vtilitatẽ quis liberatur à morte. de quo tex. aliquã dixit do. Fely. in c. illud extra de maior. & obed. Et poſſent alia plura in hac materia adduci, quæ aliàs adduxi in l. vnius. in §. cogniturum in 14. col. cum ſeq. ff. de quæſtio. & in l.1. in prin. in 11. col. eo. tit. & in repe. mea. l. vnicæ. C. de rap. vir. nu. 100. cũ plurib. nu. ibi ſeq. Et ſic ex prædictis videtur dicendum quòd quando ſumus in enormi crimine, non requirantur ſolennia indicia, nec ſolennitates, quæ eſſent ſeruandæ in alijs criminibus. Sed contrarium credo verius, ſcilicet, quòd etiam

am in enormi, imo enormissimo crimine seruãdæ sint solennitates omnes requisitæ in alijs criminibus. Et in hoc attende quæso. Non potest dici quòd in causa accusationis, vel inquisitionis enormis criminis dicatur, ℣ sumus in delicto enormi, cùm non constent quòd reus accusatus vel inquisitus commiserit tale delictum: quia si hoc constaret vlterius reus non accusaretur, inquireretur, nec contrà eum procederetur de tali delicto, sed puniretur pro ipso delicto pœna congruenti. Sed in tali casu de necessitate debemus dicere, quòd non sumus in tali enormi delicto: sed sumus in putatione enormis delicti, ideo merito nõ habent locum superius adducta. 170
†nã nõ sequitur, talis est accusatus, vel inquisitus de tali enormi crimine, ergo est reus talis criminis verè. Ad quod ego adduco tex.no.in l.fi.C.de accu.in ver.nõ statim reus existimetur &c. Item adduco text.in l.furti. in prin.ff.de his qui no.infa.in ver.pendente iudicio non. dum inter famosos habetur &c.& facit tex.in l.1.& in l. nullam.C.ex qui.cau.infa.irro.& facit etiã, nam nõ statim quòd quis accusatur, reus est, sed ℣ cõuincitur, ita dixit tex.in c.fina.in fi.15.q.vlt.& in c. nonne.8.q.4. & in c.eorum.11.q.3.& in c. laudabilem. vt lit penden, & hoc voluit Spec.in tit.de aduo.in §.sequitur. circa prin. pro quibus etiam facit.nam †quis non dicitur talis, do- 171
nec non est pronunciatus pro tali, secũdùm Spec. in tit. de instru.edi.in § restat.versi.quid si tabellio.& in vers. quid si confectũ. & So.in consi.31.incip. præstantissime doct.&c.in 4.col.in primo volu.& Pau.de Cast.in cõs. 32.inci.omisso ordine &c. in fin. verbis.& Petr.de Ancho.in consi.241.incip.per prædicta.circa fin. vbi dixit, quòd omnis executio est suspensa † contra excommu- 172
nicatum, antequàm sit declaratum per sentẽtiam ipsum esse excommunicatum: de qua materia latius sum loquutus in rubr.extra de crimi.fal.Et facit etiã, nam statutũ † dans præmiũ accusati, intelligitur si ipse accusans probauerit contenta in accusatione esse vera & non aliter. ita dixit glo.in c.1.in versi.ostensum. de eis quæ fiũt a ma. par.ca.& probatur in c.post electionẽ. & in c.cùm

super.

143

ſuper.de conceſſ.præben.& voluit gloſſ.in c.non eſt.in verſi.allegat.de conſuetu.in 6.& glo.in l.ſi cuius appellatio.ff.de appel.reci.quòd in l.2.in glo.ſi C.quod metcau.& voluit Alex.in conſi.196.inci.diuini numinis.in 2.col.& in conſi.71.in 2.col.in 5.volu quod incip.videretur in conſultatione &c.de quo etiam dixi in l.qui falſum.in 6 col.in prin.ff.de fal. Et facit etiã illud vulga-
174 tum videlicet,quòd non † ſufficit dicere,niſi illud quod dicitur probetur: vt dixit glo.in l.1.ff.ſi qua pau.fe.di.& glo.in l.2.de fer.& glo.in l.magis puto. in §. illud. ff.de reb.eo. & gl.in l.ait prętor. ff.vi bo.rap.& in l.1.ff.de incen.rui.nau.& glo.in cap.ſuper eo.extr. de app.& in cle. 1.de reſti.in integ.de quo etiam dixi in l.qui falſam. in 5.col.in ver.quinimo fortius.ff.de fal Item pro hac parte quòd in crimine enormi debeant ſeruari ſolẽnitates,
175 quæ ſeruantur in alijs criminibus,facit, † nam videmus quòd etiam in crimine læſæ maieſtatis, quod eſt enormiſſimum crimen indicia debent præcedere torturam, ſicut in criminibus non enormib. tex.& not. & ibi glo. Cyn.Bald.& Sali.in l.ſi quis alicui.C.ad legem Iul.maieſt.quod etiam voluit Ang de Are.in tract.ſuo malefi. in verbo, che hai tradito la toa patria in primis verbis. & do.Franciſ.Brun.in ſuo tract.de indic. & tortu. in 9. char.in 1.col.poſt med.de quo etiam latius dixi in l.pe. in 5 quæſt.in prin.ff.de quæſtio.& in repe.mea l.fi.C.de proba.in 77.char.& dixi etiam ſupra in §. cõſtante. nu. 2.Et ſic ex iſtis omnibus ſatis patet per iura & rationes, ſuperius adductas, quod in enormibus criminibus requiruntur indicia ſolennia, & alię ſolennitates, quæ requiruntur in criminibus enormibus. Et patet etiam, illud quod ſupra dixi,quod propter enormitatem delicti,licitum eſt iura trãſgredi,habere locum in puniẽdo, quando conſtat reum eſſe verum delinquentem, ſecùs autem in procedendo:quia in proceſſu nõdum verè ſcitur,an accuſatus vel inquiſitus ſit verus delinquẽs necne. Tenementi,quia nõ mentior, hæc cõſideratio mea noua fecit aliâs mihi magnũ honorem in ciuitate Mediolani coram Capitaneo Iuſtitiæ in quadã cauſa monetæ,

aetæ, in qua oretenus allegaui, & postea in scriptis consului, vt voti compotem facerē illum Capitaneum Iustitiæ, & eius vicarium, corā quibus agitabatur illa causa. Et circa illud quod dixi quòd propter enormitatem delicti licitum est iura transgredi, incidēter teneas menti, † quòd illud habet locum solum in maioribus magi- 176
stratibus: sed secùs est in minoribus, vt sunt Potestates, & Iudices terrarum, qui iurauerunt seruare statuta: nam tales non possunt leges, statuta, nec consuetudines trāsgredi. ita dixit Bald. in authen. hodie. C. de iudi. quem refert & seq. Iaſ. in §. ex maleficijs. in 2. colum. Insti. de actio. vbi pro hoc dicto alleg. Lud. Rom. in l. si vero. in §. de viro. in 46. fal. ff. solu. matr. vbi dixit, quòd propter enormitatem delicti, non licet magistratui leges transgredi: sed quòd imo tūc debēt cōsuli superior, pro quo alleg. tex. quem dicit vnicum in iure. in l. diuus. la 2. ff. de fal. Et dicit Iaſ. vbi sup. quòd istud dictū Ludo. Rom. alibi non reperitur, licèt videatur sibi, quòd ille tex. hoc nō probet, certè imo ille tex. optimè probat illud. sed & illud quod dixit Bald. in d. authē. hodie, dixit etiā ipse in authen. sed nouo iure. circa 2. col. C. de ser. fugiti. De quo etiam dixi in sing. meo 243. inc. tu scis & illud &c. tene menti prædicta: quia in hoc multi iudices errāt credentes sibi licere transgredi leges, statuta, & consuetudines &c. Quæro modo vlterius, † an vnum indicium tātum 177
sufficiat ad torturam inferendam, an verò requirantur plura: in quo Bart. in l. maritus. de quæstio. dicit videri. quòd plura indicia requirātur: quia leges de hoc loquētes, loqui videtur in plurali numero, vt in l. 1. circa prin. ff. de quæstio. ibi, alijs argumentis. & in l. vnius. §. 1. eod. tit. & in d. l. milites. eo. tit. & facit l. sicut. C. de Falſ. Sed quòd sufficiat vnum indicium facit glo. in d. l. maritus. quæ loquitur in singulari: dum dicit, sed præcedente suspitione &c. & facit glo. in l. si quis. C. ad leg. Iul. maiest. Postea dicit Bart. quod hoc an sufficiat vnum indicium, vel requirantur plura ad hoc, vt quis possit poni ad torturam, hoc relinquitur arbitrio iudicis. ar. l. 3. §. eisdem quoq;. ff. de testib. nam secundū eum possunt esse quædā

indicia generalia & remota, quæ non ſufficerent ſine alijs indicijs: & ponit exemplum: ſi probatur quod homo eſt malæ conditionis. nam hoc eſt indicium quale quale, vt in l. de minore. §. pen. ff. de quæſt. & dicit ipſe Bart. ſe putare quod tale indicium non ſufficiat ad torturam ſine alijs indicijs: ſed ſi eſſet tale indicium vnitũ cum alio indicio, vt puta, quia eſt homo malæ conditionis, & conuerſabatur in domo illa, vbi factum fuit tale maleficium: tũc iſta duo generant ſuſpitionem: vt habetur in l. domini horreorum. ff. loca. ſed ſi eſſet vnum indicium non remotum, ſed propinquum tangens negotiũ, de quo quæritur, vt puta, vnus bonus teſtis de viſu: vel cõfeſſio extra iudicium, vel eſt res reperta apud eum: tunc dicit Bart. quod tale indiciũ ſolùm erit ſufficiens ad torturam. & ita dicit ſe intelligere gloſ. in d. l. maritus. & in d. l. ſi quis. C. ad leg. Iul. maieſt. ita reſidet Bart circa hoc dubium in d. l. maritus. Sed tu vltra Bart. vide de hoc articulo do. Pari. de Puteo in tract. ſuo ſynd. in 103. charta in vlt col. vbi inter cætera adducit Azo. in ſumma de quæſtio. dicentem, quòd licèt dicatur, quòd vnus teſtis inducit præſumptionẽ, per l. Theopompus. ff. de dote prælega. tamẽ ſi talis teſtis eſt de veritate, ſufficit ad torturã, & iura loquentia, quòd requiratur pluralitas indiciorũ ad ponẽdum aliquem ad torturam, nõ habet locum, quando extat vnus teſtis de veritate delicti. Item ſubdit do. Paris vbi ſupra, quod tamen in hoc, an vnum indicium, vel plura indicia requirantur ad hoc vt reus poſſit poni ad torturam. quod relinquitur arbitrio iudicis. ad quod allegat. Bartho. in d. l. maritus. & in l. fi. ff. de quæſtio. & alios etiam allegat de quibus ibi per eum. Et idẽ dixit do. Paris in d. ſuo tract. in 105. char. in 1. col. ver. an ad torturam inferẽdam, vbi etiam alia plura dicit, de quo etiam ego latius dixi in d. l. fi. ff. de quæſtio. in 1. & 2. col. Ad quem etiam vide do. Pari. in d. ſuo tract. in 94 char. in vlt. col. & ibi in 96. char. in 2. col. in verſi. ſi quis eſt inuctus &c. circa fin. & vide etiam Ioan. An. in additi. Spec. in tit. de præſump. in §. ſpecies. in addi. inci. hic eſt inſtandum &c. circa med. addi.

& Ia-

& Iaco.de Bel.in auth.de exhi.reis.in §. si verò etiam. quem refert Ioan.de Imo.in l.fi.in pen.col. ff.de hæred. instit. & iaſ.in repe.l.admonendi.in 62.col.ff.de iureiur. Et vide omnino ſupra in hoc §.nu.5.& nu.11. & do. Pe. Phil.Cor.in cõſ.58.inc.viſa inquiſitione.in 3.col.in prin. in 2.vol. Quæro vlterius † an tacita cõfeſſio, quæ fit per pacem ſequutam, faciat indiciũ ad torturam de delicto, in quo fuit facta pax? In quo do.Fran.Bru.in tract. ſuo de indicijs & tortura.in 4 char.2.col.in ver.quæro quid de confeſſione tacita &c.dicit quòd per talẽ pacẽ plenè probatur delictũ, per ea quæ habentur per Bart.& Bald. in l.tranſigere.C.de trãſact.& per Bald.in c.1. §.iniuria. de pace iur.firm.& dicit quòd de hoc videtur text.in l. quoniã.C.de infa.poſtea dicit & Bald. in d.l. quoniã.& in l.furti.in §.pactus.eo.tit.dicit, & faciens pacem nunquàm intelligitur cõfiteri delictũ, quo ad condemnationem. Item allegat Archid.in c.in omnibus. 2.quæſt.4. vbi dicit, & licet paciſcens videatur fateri crimen: vt in d.l.quoniam. tamen iſtud eſt verum, ſi aliquo dato paciſcitur: ſecus eſt ſi gratis: vt d. §. pactus. Poſtea quærit ipſe do.Frãc.Bru. vbi ſupra, quo fieri poterit pax, vt per eam non videatur quis fateri delictum, ad quod allegat Tancre.de Corneto in ſua compendioſa dicentẽ, & fiat hoc modo, videlicet, quòd dicat. Et hæc facit vt euitet ſumptus litis, nõ & commiſerit crimen, de quo facit pacem, allegat d l.furti.§.pactus. itẽ dicit quòd poteſt fieri alio modo: videlicet, quòd is qui iniuria, vel damnũ paſſus eſt, remittat per pactum omne damnum & omnem iniuriam, quòd cõſtaret vel cõſtare poſſet ſibi ab aliquo illatum quacunq; de cauſa: Vel iniuriatus faciat pacem cum iniuriãte, & ei remittat iniuriã, quã cõſtat vel conſtare poſſet illã ſibi intuliſſe: qa ex hoc nihil videt fateri. Poſtea dicit & alij dicũt generalius, & Notarius debet dicere in inſtrumẽto: Tales fecerũt pacẽ, & concordiam de omnibus iniurij, vulneribus & offenſis, quæ dicuntur per dictos ſe inuicem feciſſe & inuicem intuliſſe. nã tũc nõ videtur fateri, ita reſidet do. Franc. Brun. in d. ſuo tract. Tu autẽ vltra do. Fran. Bru. vbi ſupra vide d. Catal. 198

145

in ſuo tract. ſyn. in ver. 625. incip adde an producés. vbi dicit, quòd producens inſtrumentum pacis, videtur confiteri delictum, ſi talis pax fuit facta per pecuniam: ſecùs ſi fuit facta gratis, quia tunc non videtur confiteri delictum. & alleg. d. l. quoniã. C. de inſa. & Bald. in d. l. furti. in § pactus. eod. tit. & alle. etiam Arch. in c. in omnibus. 2. quæſt. 4. Et ſubdit do. Cata. vbi ſupra. in verſi. ibi ſeq.

179 quòd † qui remittit iniuriam per pecuniam, eſt infamis. alle. glo. 23. q. 4. c. ſi illic. quod etiam no. Bart. ſecundùm eũ. in §. athletas. in §. ſi quis. ff. de infa. & vide circa hãc materiam. Bald. in c. 1. in §. ſeu furtum. in 5. col. verſ. itẽ quæſiuit Ioan. monac. de pace iura firmã. Prædictis etiã

180 adde quòd qui petit veniam, † nõ videtur fateri delictũ, ſecundùm glo. in c. exhibita, in verbo, veniã poſtulauit de homicidio, quod etiam voluit Ludo. Ro. per illã glo. in l. 1. in prin. ff. de noui. oper. nun. & do. Bart. Cepol. in con. ſuo 21. incip. ego Bart. in 6. col. & vide Paul. de Caſt. in conſi. 119 incip. notandum &c. circa fin. & do. Felyn. in cap. teſtimonium. in 11. col. verſ. & aduerte. ext. de teſtib. vbi allegat plures Doct. in pluribus locis loquentes circa hanc materiam. Quæro vlterius de dubio fæpiſſimè occurrenti, quòd ego ſæpè audiui de facto videlicet,

181 an ‡ diuinatio ſeu incantationes faciant indiciũ ad torturam: quã quæſt. ponit do. Franciſ. Bru. in tract. ſuo de indicijs & tor. in 5. char. in 1. col. in prin. vbi dicit, quòd quandoque aliquis incantator conſultus dicit, quòd Titius commiſit tale furtum, vel aliud delictũ: an ex hoc poterit quis poni ad torturam, & dicit quòd ipſe vidit fieri incantationem in quadam fiala, vel cum forbice & cribro, & dicit quòd talia non faciunt indicium ad torturam, quia talibus non eſt adhibenda fides: vt l. item apud Labeonẽ. §. ſi quis aſtrologus. vbi hoc tenet Ang. ff. de iniu. & facit l. verũ. C. de infam. Dicit poſtea quòd Bald. in quodam ſuo conſi. incipi. in Dei nomine amen, quia quæſtio iſta de tortura &c. dicit, quòd licèt ars maleficio. ſit reprobata, vt l. nemo. C. de malefi. & mathe. tamen quãdoque permittitur quod maleficiũ tollatur per aliud maleficium, ſi alio modo non poteſt, quàm per incanta-

cantationẽm etiam dæmonũ, vt dicit notari in ſumma confeſſorũ per magiſtrum Io. de Ripa ſub rubr. de impedimento ligaminis, tamen animus non debet recedere à Deo quicquid ore proferatur, ſecundùm opinion. multorum Theologorum. nam licitũ eſt aliquando de aqua turbida bibere, vbi fluminis ſtagnantis aqua deficit. medicinæ enim omnes ſumuntur non ratione delectationis, quia ſunt aridæ, ſed ſolùm ratione ſanitatis recuperandæ, retinendæ, vel adipiſcendæ, ſicut arte & natura manifeſtum eſt: ſæpè vulnus vulneri additur, vt vtrunque curetur. ita ſecundùm eum dicit Bald. in d. ſuo con. Ex quibus videtur ſecundùm do. Franc. vbi ſupra quòd quanuis ars diuinandi ſit reprobata, tamen vbi magnũ ex delicto immineret ſcandalum, fortè nec Deo nec hominibus reprehenſibilis videretur, dummodo animus à Deo non recedat, non dico quòd ad torturam procederetur, ſed ad inquiſitionem. nam ſi diuinator aliquẽ inculpat, poterit iudex pro illo mittere, & videre qua cõſtãtia, quo rubore, & quo pallore loquatur, & ex hoc ſumere indicium veritatis: vt in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. ita reſidet do. Fran. Brun. in dicto ſuo tract. Ego autem circa hãc materiam dico vnum, quod teneo firmiter, quòd talis diuinatio non faciat indicium ad torturam, ſed ad inquirendum. vt dixit do. Franci. cum ex iſtis diuinationibus, & incantamentis, ſæpè animus hominis inclinatur, & inducitur ad credendum aliquid eſſe vel non eſſe. Et memini me aliâs tempore iuuentutis meæ vidiſſe rem mirabilem & ſtupẽdam, dum eram gubernator ciuitatis Albinghanæ in partibus Ianuenſium vltra Sauonam per 30. miliaria. Nam fuerat mortuus quidam homo nocturno tempore, & neſciebatur à quo: attamen multi erant ſuſpecti de morte ſua. & quidam homo ſenex dixit mihi, domine gubernator, ſi vultis ſcire veritatem huius homicidij, faciatis coram vobis portare cadauer illius mortui, poſtea faciatis vocare illos qui ſunt ſuſpecti de illo homicidio, & veniat vnus poſt aliũ, vbi eſt illud cadauer, tunc cùm ſuperuenit verus homicida, tunc vulnera illius cadaueris fluent ſanguinem

146

guinem de nouo, & sic habebitis certitudinem illius homicidij: Quo aud to feci portare coram me illud cadauer, & feci vocari illos suspectos de illo homicidio de vno in vnum: & cùm superuenit verus homicida, vulnera illius cadaueris inceperũt effluere, & emittere sanguinem de quo summe fui admiratus: attamẽ nihil dixi, nõ præstans fidem tali rei, quæ nullibi probatur. attamen ex post per plures dies reperta sunt indicia sufficientia ad torturam contra illum verum reum, quem capi feci, qui habita copia indiciorũ absq; tortura confessus fuit se occidisse illum hominem, & postea eum condemnaui secundum formam iuris, & statutorum illius ciuitatis. Quæri etiam potest † an in causis criminalibus
182 possint testes cogi testificari? in quo remitto me ad dicta per do. Fran. Bru. in tract. suo de indic. & tortu. in 2. char. in 1. col. vbi etiam ponit quæ personæ cogi possint. Quæro postremo, an si index sine indicijs vel cum indicijs minus legitimis posuit reum ad torturam, qui reus confessus est delictum, quo casu talis confessio est nulla, etiam si sit ratificata, vt habetur in l. pen. ff. de quæst.
183 & ibi latè dixi, an si postea superueniant indicia ‡ sufficientia, cõfirment torturã præcedentem indebitè factã, & confessionem ex ea extortã. In quo Bald. formans istam q. in l. fi C. de accus. tenet q̃ non. & hoc dicit procedere: quia fuit ordo peruersus, vt patet ibi in gloss & dicit, q̃ hoc etiã tenuit glo. expressè in l. maritus in 2. lectu. ff de quæst. quod dicit esse notan. Tu vltra Bald. dicas quòd idem tenent doct. per glo. ibi in l. pen. ff. de quęstio. & in l. q̃ in aliena. §. Celsus. ff. de acqui. hæred. & do. Catal. in suo tract. syn. in ver. 165. incip. adde quod diximus. de quo etiam dixi in repe. l. fi. in 32. char. ante fin. C. de p̃b. Pro qua doct. Bal. & sequacium possunt aliqua in simili adduci. Et primo adduci potest dictum Bal. in l. si vxor.
184 C. de condi. inser. vbi dixit, quòd licèt filiusfa. † possit donare causa mortis cum consensu patris: vt l. tam is. §. 1. ff. de don. causa mor. tamẽ si filiusfa. donat caus. mortis sine consensu patris, licèt postea pater ratifi et, non tamẽ valebit talis donatio: quod dictũ refert & sequitur

do.

do.Fran.de Are.in no.in consi.suo 70.incip.donatio.Et dixit Bal.in cap.cum cõsuetudinis in 2.colũ.de cõsuetu. quod pater nõ potest authorari filio donanti causa mortis. post donationẽ factã, etiam si donaret fratri in eadẽ potestate constituto.pro qua faciũt dicta per Bald.in ca. quoties.de pac.& dicta per Oldr.in consi.suo 206.incip. quanuis pater &c.in 1.col.& dicta latius per Iac.de Bel. in cõsi.suo inc.Cicolus Petri &c quod consiliũ est inter consilia Bald.in 6.vol.nu.57. & faciunt dicta per Bald. in consi.84.incip.verba libelli &c in fi 2.colũ.in 1.volũ. & in consi.166.incip.casus talis est &c.in 3.volu. Et fa- cit etiã dictũ Bal.in l.1.in antepen.col.versi.extra quæ- ritur.C.qui admitti.vbi dixit,quòd stante statuto,quod mulier non † possit contrahere sine consensu propin. 185 quorum,aliâs non valeat contractus,quòd si mulier cõ- trahit sine cõsensu propinquorum, licèt postea propin- qui consentiant,tamen non valebit cõtractus: quod di- ctum refert,& sequitur Barba.in repe.iub.de fide instru. in 13.char.in vlt.colu.& in c.causam matrimõij, in vlt. char.in 1.colu. de officio delega. & in c. cum iure.in 27. col.eo.ti.pro quibus facit gl.in l.si filius.C.de post. hæ- redit.Et idem in simili dixit do.Alex.in consi. suo 170. incip.viso processu in vlt.col.pro quo allegat l. si filius. & l.eius qui in prin. ff. de rest. & l.si minor. ff. si seruus expor.& c.1.de despon.impub.li.6.& no.per Bal.in c.fi. de sta.mon.& per Dyn.in reg.non firmatur. de reg.iur. in 6.Et facit quod no.dixit Bald.in tit.de pace constan. in verbo sententiæ.vbi dixit,quòd laudum † latũ non 186 præcedente compromisso non potest ratificari per par- tes:quod etiam videtur de mente Sal.in l.societatem.in §.arbitrorum.in 15.q. ff.pro socio. & d.Ant.in c.Quin- tauallis.vltra me.de iureiur. quod etiam voluit Petr. de Anc.in c.canonum statuta.in 14.q.prin.11.col.de cõstit. & idem tenet Lud.Ro.in l.1.in fi ff.de ferijs, vbi refert Bald.in d.verb.sententiæ quoque.& idem voluit Ioã.de Imo.in consi.suo 106.inc.in caus. quæ vertitur & versa est inter Christophorum &c. & pro illo dicto Bald. est bonus tex. quem ipse allegat.in d.§.sentẽtię quoq;.in c.

157

examinata. de confir. vtili vel inutili. vbi dicitur, quòd non poteſt emologari laudum, ſuper quo non præceſſit compromiſſum. Et idem voluit Lud. Ro. in cõſi. ſuo 155. incip. præmiſſum laudum. vbi cõſuluit ſuper hoc. & dixit non refragari ſequẽs ratificatio. ſeu emologatio laudi, quando non præceſſit compromiſſum. & allegat d. c. examinata. & Bald. in d. §. ſententiæ quoque. & idem dixit ipſe Lu. Ro. in conſi. ſuo 173. in fi. & Bald. in conſi. 108. inc. cùm plures &c. quod tamẽ an ſit verum ſemper & indiſtinctè non ex animo nunc, cùm non ſit materia noſtra. ideo me remitto ad dicta per doct. in dictis locis. & ad Io. de Imol. in c. niſi eſſent in 2. col. de præb. & ad Bald. in c. cùm dilecta. de reſcri. & dicta per Bald. in l. fi.
137 in fi. C. de contrahen. empt. vbi dicit etiã, quòd † laudũ nõ poteſt ratificari à partibus antequàm feratur: quod dicit voluiſſe Dyn. in cõſ. ſuo inci. Ptolomæus &c. quod tamẽ limita vt ibi per eum. de qua materia vide etiam Lud. Ro. in conſi. 24. in fi. 1. col. & Pet. de Anch, in conſi. 254. inc. videtur prima facie dicendũ. in fi. & Io. de Imo. poſt Ang. in l. ſciendũ, circa fi. ff. de verb. obl. & Ange. in conſi. ſuo 195. inc. pro cõcluſione prædictorũ. & do. And. in c. dilecti. de arb. & Abb. in d. c. examinata. & Bald. in l. cùm antea, in 1. col. C. de arbi. & Pet. de Ancha. in con. ſuo 120. inci. vnus ex procuratoribus. Item vltra prædicta pro hac parte, quòd habilitas ſuperueniens nõ validet actum à principio nullum. facit glo. ſing. iuncto tex. in l. pen. ff. de quæſt. quæ dixit, quòd confeſſio facta in tormentis legitimis indicijs non præcedentibus nõ valet, dato quòd poſtea ſuperueniãt indicia: & dato etiã ꝙ ratificetur. de qua glo. plura dixi. d l. pẽ & in rep. mea. l. fi. C. de ꝓbat. in 22. char. poſt med. Itẽ vltra ꝑdicta ꝙ hac parte, ꝙ habilitas ſuperueniens non validet à principio nullum, facit tex. in l. obligari. in §. tutor. ff. de auto. tut. & tex. in §. tutor. Inſt. eo. tit. in quibus iuribus dicitur, ꝙ ſi authoritas tutoris debet interuenire in ipſa celebratione actus, aliàs actus debet eſſe nullus, quòd talis actus etiam non conualidatur, ſi factus ſit ſine illa ſolennitate, ſeu autori. licèt poſtea talis autoritas interueniat. Pro

quibus

quibus etiam faciunt dicta per Ludo. Roma. in consilio suo 59. incip. circa propositam consultationem circa penul. colum. vbi ad hoc quòd habilitas superueniens nõ validet actum à principio inualidum propter aliquam inhabilitatem allegat plura. & primo tex. in l. si quis in senatorio. & l. si quis tutor. ver. quid ergo. & l. eos ff. de rit. nup. & l. 1. C. si rector prouinciæ, & l. & si contra. C. de nup. & c. 1. §. nec matrimoniũ. de desponsa. impub. in 6. in quibus iuribus patet, quòd si matrimonium, vel sponsalia sunt nulla: quia inter inhabiles cõtracta propter defectum ætatis, vel propter aliam inhabilitatem legalem: ea inhabilitate cessante, vt quia superueniat legitima ætas, ipso iure non reconualescent. item allegat etiam Ludo. Roma. in dicto consi. ad hanc materiã. l. 1. C. de contracti. iudi. & l. fi. C. si maior fac. vbi dicitur, quòd alienatio facta illi, qui præest alicui loco pro iure reddendo, non reconualescit cessante inhabilitate. ad idem alleg. l. minor. ff. de ser. expor. in verbo, nullius momẽti &c. et c. si eo tẽpore. de rescri. in 6. vbi habetur quòd concessio facta per principem nulliter, eo quia inhabili propter defectum ætatis, non reconualescit ex hoc solo quòd superueniat legitima ætas. & alia plura ad hoc propositum adducit Ludo. Roma. in dicto consi. Sed ego vltra eum adduco not. verbum Bart. in l. eum qui. alias incip. Paulus. ff. de statu ho. vbi dicit, quòd si contractum est matrimonium in gradu prohibito, † licet superueniat dispensatio, tamen filij ante nati non erunt legitimi. & idem tenet Bald. in c. 1. §. naturales. in vlt. colum. si de feu. fue. contr. inter dom. & agna. & dicit quòd Cy. in d. l. Pau. refert quòd ista quæst. fuit de facto in quodã de Vbald. & idem clarius dixit Bal. in l. & si contra. C. de nu. in ver. nota ergo &c. & Bald. in l. ex libera. C. de suis & leg. vide tamen quæ dixi infra, in §. secunda quæst. nu. 51. Et facit quod voluit Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de teste. in §. 1. in 2. addit. vbi dicit. quòd si inimicus † recipiatur de facto in testem contra inimicum, licet postea superueniat recõciliatio inter eos, non tamẽ reconualescit testimonium suum. 188 189

148

& alleg glo. in auth. de teſt. in §. ſi vero quis dicat. in verbo, non adſit. Et faciunt etiã dicta per Pau. de Caſt. in conſ. 322. inc. ſuper primo videtur &c. vbi dicit, q̃ ſententia nulla ratione defectus probationũ, non recõualeſcit ex atteſtationibus poſtea receptis. Pro quibus etiã faciunt quæ ego dixi in l. iuriſiurãdi, in 2. char. C. de teſti. & quæ latius dixi in l. pen. in 6. 7. & 8. colu. ff. de quæ. vbi omnino videas. & in repe. mea. l. fin. C. de pb. in 32. char. & in conſi. meo 25. inc. confundentur omnes qui te derelinquunt domine &c. in 2. & 3. char. Petr. de Anch. in conſi. 338. inc. de efficacia & c. in fi. tene mẽti prædicta in materia præſentis dubitationis: quia vere ſunt notabilia. Quæro modo vlterius: pone aliqua ſunt indicia contra reum quòd commiſit maleficium: aliqua vero ſunt pro reo quòd non commiſit maleficium, an vigore indiciorũ exiſtentiũ cõtra eum † poterit poni ad torturam: in quo dicas quòd nõ. & hoc duplici ratione. Prima quia ſemper in obſcuris debemus inclinare in benigniorẽ partẽ. l. ſemp in obſcuris. ff. de regu. iur. l. factũ cuiq;. §. fi. eo. titu. reg. in pœnis. de reg. iur. in 6. c. eos vero. 50. diſt. l. merito. ff. pro ſocio. l Arrianus. ff. de actio. & obligatio. Et vbi poteſt capi duplex intellectus, ſemper debet capi intellectus, per quem quis non cadat in delictum, vt latiſſime dixi ego adducẽdo multas, & quamplures doctrinas in repe. mea. l. fi. C. de probat. in 50. char. & habetur per Franc. de Cur. in in conſ. ſuo 70. incip. circa primum. in 2. colum. pro quibus optime faciunt, quæ ego dixi in l. vnius facinoris. in §. in ea cauſa. in verſi. itẽ pro prædicta regula &c. ff. de queſt. vbi plura notabilia adduxi facientia ad materiam iſtã. Pro quibus facit quod dixit Bal. in c. duobus. in 1. colu.
191 verſic. quòd ſi iudices. de re iudi. vbi dixit, † quòd in teſtibus parti minori diſcordantibus, prævalet benignior
192 pars. Secunda ratio eſt: quia † vnum indicium tollit aliud, ſecundum Alex. in conſ. ſuo 77. inci. in cauſa accuſationis. in vlti. colum. in 1. volum. & vna præſumptio
193 † tollit aliam. l. diuus ff. de in integ. reſtitut. c. accedens. de crimine fal. & ibi gloſſ. c. tuam. de ſponſalib. & ibi gloſſ.

gloss. voluit Bal. in l. Paulus meuius. ff. de hæredi. institu. & Ioan. de Ana. in consi. suo 19. incip. visis instrumentis, in 3. col. Alex. in consi. 103. incip. videtur. in 7. col in 1. vol. & Cyn. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. soluto matrimo. & Spec. in titu. de expensis. §. 4. versic. in hoc &c. circa med. docto. in l. si qui adulteri. C. de adulter & in l siue possidetis. C. de probati. & habetur in l. mater. & ibi Ang. & Saly. C. de calum Et idem dicimus in coniecturis. † quia vna coniectura tollit aliam, secun 194
dum Bald. in consi. 302. inci. proponitur. ante fi. in 2. volum. & Fulg. in consi. 173. incip. in causa. & Angel. in l. iniuriarum. in §. si quis de honore. ff. de iniur. Et idem dicimus in duobus verisimilibus † nam magis verisi- 195
mile tollit minus verisimile secundum Bal. in l. fi. in 2. oppo. C. de hæredi. insti. Et maior verisimilitudo tollit minorem, secundum Bald. in l. siue possidetis. C. de p-bat. quem refert & sequitur Ias. in l. si extraneus. in 2. colum. ff. de condi. causa data causa non sequuta. Et circa hanc materiam quòd vnum indicium tollit aliud teneas perpetuo menti, quòd istud est adeo verum, quòd si contra reum adest vnum indicium maleficij: sed pro reo sit probata bona fama, quòd hoc casu ipse reus † nõ 196
poterit torqueri vigore illius indicij, quod habet cõtra se: ita not. dixit Bald. in l. fi. C. de prob. in vlt. col. quem refert, & seq. do. Alex. in l. fi. in 3. apost. ff. de quæsti. vbi dicit, quòd illud quod dicit, & quando contra reum est aliquod indicium, quòd ex hoc ipse reus potest torqueri: Est verum & habet locũ quãdo talis reus est vilis persona, & abiecta: secus aũt vbi esset vir grauis, bonæ vitæ, conditionis, & famæ: quia tunc non poterit torqueri: quoniã qualitas præcedẽtis vitæ elidit huiusmodi indiciũ. per l. nõ omnis. §. à Barbaris. ff. de re milit. et c. cũ iuuẽtute. de præsump. quod dixit Alexãd. vbi supra esse not. & idem dixit ipse Alex. in cõsi. suo 313. inc. viso the mate ante scripto. in penul. colum. Et idem dixit Bal. in l. ea quidem. in antepenult. colum. versi. item quæro an infamatus. C. de accusa. vbi etiam respondet ad contraria. & dicit ibi & idẽ tenuit Gandi. licet non dicat in

quo

quo loco. Et idem tenuit Bart. in l. 3. in §. sed si ex impuiſo. ff. de re mili. & Alex. in d. l. fi. ff. de quæſtio. in pen. apoſtil. Et idem etiam tenuit Alex. in conſi. ſuo 237. incip. ponderatis narratis in themate, in vlti. col. vbi allegat Bald. in dictis locis. Et idem tenuit Catal. in ſuo tractatu ſynd. in verſic. 542. incip. adde quia ſæpe &c. ante fin. dicti verbi. & Rapha. Cuma. in conſil. ſuo 135. incip. ad primum &c. in 2. col. in verſi. amplius dixit Bal. &c. vbi allegat Bald. in d. l. ea quidem. in d. verſic. quæro an infamatus &c. Et idem tenuit dom. Petr. Philip. Corne. in conſilio ſuo 58. incip. viſa inquiſitione. in 4. colum. 2. volum. & do. Bartho. Cepo. in conſi. ſuo 40. inc. Lucius &c. in 9. colum. Et hanc partem etiam firmauit Ange. in l. milites C. de quæſtion. quem refert. & ſequitur Alex. in d. l. fi. ff. de quæſtio. in 4. & in pe. apoſtil. Et hãc partem etiam firmat do. Philip. Deci. in conſi. ſuo 189. incip. lætatus ſum &c. in pen. colum. in fi. vbi etiam ad-
197 ducit Bald. in l. 1. in fi. C. loca. vbi concludit, † quòd præſumptio delicti tollitur ex probatione bonæ famæ: ad quæ vide etiam Pet. de Ancha. in c canonum ſtatuta. in 107. colum. verſi. ſubijcio ſimilem quæſtionem: de conſtitu. quæ omnia ſunt notanda: quia multi eſſent, qui dicerent contrarium, Nam quando ſpecialiter ſunt examinati teſtes ſuper mala fama alicuius, tunc tales teſtes præferuntur teſtibus deponentibus in genere de bona fama. ita dixit Ludo. Rom. in conſi. ſuo 167. inc. Antonius accuſatus. in fi. verbis. vbi allegat hoc voluiſſe Inno. in c. inquiſitionis. & in c. cum oporteat. de accuſatio. Pro quo etiam faciunt dicta per Inno. in c. auditis. de
198 præſumpt. vbi dixit, quòd probationes † in ſpecie præferuntur probationibus in genere: quod dictum refert, & ſequitur do. Alex. in conſi. ſuo 77. incip. in cauſa accuſationis. in prin. 4. colũ. in 1. vol. & ibi etiam ſubdit, quòd pro hoc facit quod voluit Bal. in l. ſiue poſſidetis. in 2. col. C. de prob. vbi dixit, quòd præſumptio in ſpecie tollit præſumptionẽ in genere. Et facit regula, generi per ſpeciẽ derogatur. de reg. iur. in 6. de quo per do. Franciſ. de Curte. in cõſi. ſuo 56. inc. ſuper proceſſu &c.

in

in 7.col. Item illud dictum Inno. in d.c. auditis. de præscrip. refert, & sequitur Alex. in consi. suo 148. incip. excellentissime domine &c. in 1.col. in 2. vol. vbi etiam refert Nicol. de Neapo. in l. turpia. in prin. ff. de lega. 1. dicentem, quòd † magis creditur duobus testibus in specie deponentibus, quàm pluribus deponentibus in genere. allegat quod not. per Inno. in d.c. auditis. de quib. omnibus dixi in l. de minore. in §. plurium. in 18. colu. in princ. ff. de quæst. vbi sequutus sum hanc partem. Sed nunc diligentius, & accuratius cogitans circa prædicta inclino in aliam partem tanquam benigniorem. Et hoc primo per regulam, semper in obscuris. & per alia quæ supra adduxi. Secundo propter autoritatem tantorum patrũ contrariũ tenentium, quos supra retuli. Pro qua parte & opinione faciunt optime, quæ ego dixi in l. falsam. in prin. in 15.col. ff. de fal. & supra in hoc. §. nu. 96. & 97. Quæ omnia teneas menti: quia sæpe conferũt honorem, & maximã vtilitatem. Vlterius dico, quòd omnia superius dicta continent materiam indiciorum existentiũ cõtra reos, quia aliqua etiã sunt indicia, quę faciũt pro ipsis reis: ideo mihi videtur de talibus indicijs faciẽtibus pro reis aliqua dicere, & in medium afferre: Ideo scias quòd exculpatio † offensi est magnæ importantiæ, & multum prodest reo inquisito, vel accusato. Nam si aliquis fuit accusatus, vel inquisitus de vulnere illato in personam Titij, si ipse Titius dicit, quòd non fuit vulneratus ab illo inquisito, vel accusato, & eũ exculpat, non poterit torqueri ex indicijs existentibus cõtra eum: quia habet indiciũ innocentiæ pro se, ita sing. dixit Bald. in l. 1. in vlt. colum. in versic. pone testator. C. commu. de leg. alleg. l. Paulus. §. 1. ff. de bo. lib. quam doctrinam refert & sequitur dom. Alexãd. in consi. suo 24. incip. animaduersis. in 6. colum. in 2. volum. & in consi. 237. incipi. ponderatis narratis in themate. circa princ. & in consi. 224. incip. viso processu. in 2. char. in vltim. colum. & idem firmat Bald. in margarita sua. in ver. maleficium. in 1. ver. & Bald. in reperto. suo. in verbo. vulnus. in 1. ver. & dom. Fely. in c. 1. circa fin. de præsumpt.

199

200

ſumpt. & in c. literas. in 5 col. eo. tit. & Gand. in tractat. ſuo maleficiorum. ſub rub. de tranſact. & pac. in maleſi. in 6. colum. in vlti. verſic. incip. ſed pone quòd quidam mortifere vulneratus &c. & illam doctrinam Bald. etiã refert & ſequitur Alex in l ſi quis in graui. in §. ſi quis moriens ff. ad Syllan. & in conſi. ſuo 124. incip. quoniam abunde &c. ad fin. in 6. volum. & in conſi. 30. incip. ex allegatis &c. in vlti colum. in 7 volum. de quo etiam per Iaſon. in l. 1. in 2. colum. ff. de eo per quem fac. erit. & per eundem in d. l. 1. in fi. C. cõmu. de legatis. de quo dixi ego etiam in ſingu. meo 23. incip. confeſſio offenſi &c. Item aliud eſt indiciũ pro reo, quod indicium eſt

201 tarditas accuſandi. † Nam ſi accuſator multum ſtetit ad accuſandum, eius accuſatio poſtea redditur ſuſpecta, ſecundum Bald. in conſil. ſuo 37. incipiẽ. quidam tabellio. in fin. in 3. volum. pro quo facit tex. in c. 1. in verſ. quia ſi proclamare voluit, cur tamdiu tacuit &c. de frigi. & malefic. ad quæ vide etiam Iaſon. in §. fuerat. in 5. colum. Inſtit. de actio. & in l. 1. in 6. colum. verſi. item pro extenſione &c. C. qui admit. pro quibus etiam faciunt dicta per Alexand. in conſi. 115. incip. viſa. in 1. colum. ad

202 fin. in 7. volum. Et facit etiam. † Nam violentia per lapſum longi temporis præſumitur conuerſa in conſenſum, ſecundum Spec. in titu. de præſumptio. in §. ſpecies. in verſicu. neceſſaria. Et pro iſtis faciunt optime dicta per me in ſingu. meo 288 incip. tolle moras &c. vbi videas. Et facit etiã. Nã ille qui differt producere inſtrumentũ ſolutionis vel alterius tenoris releuãs eum à pe-

203 titis, † non debet audiri illud producendo, niſi refectis expenſis quibus ſua tarditate vexauit aduerſarium. ita dixit Bald. in c. exceptionem, in princ. de excep. quem refert dom Felyn in c. ad audientiam. el 2. in 12. col. de reſcrip. & in c. de cætero. in 4. col. de re iudi. pro quo alleg c ſuſcitata. & ibi Abb. in 3. not de in integ. reſti. Et p hoc facit optime no. dictũ Aegi. de Bellame. in deciſ. ſua 20. inc. in cauſa &c. vbi dicit, clericus qui permiſit ſe condẽnare à iudice laico, & cõmittere executionẽ, & poſtea allegauit priuilegium clericale, cũ eſſet clericus,

quod

quod debet condemnari in expensis, quibus fatigauit actorem tardando opponere dictam exceptionē: quod dictum refert & sequitur dom. Felyn. in c. exceptionem. in prin. de exceptio. & idem dixit Gemi. in c. 1. in 6. col. in prin. de rescrip. in 6. de quo plenius dixi in l. patre, vel marito. in 16. colum ff. de quæst. vbi videas. & vide etiam in materia Alexan. in l. edita. in 4. col. ver. teneo opinionem. C. de eden. & Io. An. in additio. Spec. in tit. de requiren. consi. § insuper ver. tu autem. & Angel. in consi. 136. incip. in quæstione vertente. & Alex. in cons. 62. incip. visa facti narratione &c. in 2. colu. in fin. in 2. volu. & do. Fely. in c. inter monasterium. in 8. col. de re iudica. & in c. nullus. circa fi. de præsumptio. & Abb. in c. scilicitata. in pe. col. de restitutio. in integrum. & in c. ex parte. el. 2. post prin. de offi. deleg. & in c. super. eod. tit. & do. Francis. de Aret. in c. super his. in 11. col. de accusa. † Aliud est indicium non debile iudicio meo in 209
signum innocentiæ Rei, & in eius fauorem: quod indiciū nō memini me vidisse positum, nec tactū ab aliquo scribēte. quod indicium est, quādo aliquis est accusatus, vel denuntiatus, vel inquisitus: & est in libertate positus: tñ spōte se ponit in carcerem. Nam iudicio meo tale est signū non leue, & indiciū, ꝙ talis sit innocens. Nā nemo est ita fatuus, & insanus, qui si est nocēs & verus reus delicti velit se priuare libertate, & constituere se in carcerem, putans celare veritatem, quæ finaliter mori non potest, nisi sciat se innocentem, & loquor vbi tractatur de pœna vitæ. & ita tenet dom. Barthol. Cepo. in consi. suo 31. inci. super homicidio. in 4. colum. ver. decima & vltima. Et verè ego multos diebus meis præsentaui ad carceres sua sponte, & semper reperti sunt innocentes, & fuerunt absoluti, & liberati, & non credo ꝙ aliud cadere possit in capite sani, & prudentis viri, quā ꝙ talis se spōte constituens ad carceres sit innocēs, licet sæpe dissuaserim hoc pluribus clientulis meis memor illius dicti Bal. dicētis, quod sub iusto clypeo sæpe pereūt iusti, & sæpe succūbit fouēs iustitiā. Et ꝓpter hanc spontaneā constitutionem in carcerē memini me alias legē-

do fa-

do feciſſe quandam conſiderationem nunquam factã, nec relatam ab aliquo, quæ talis eſt. Tu ſcis quòd iura prohibent, & repellunt inimicum ab accuſando, cùm magis præſumatur propter odium & inimicitiam accuſare inimicum, quàm propter veritatem, & zelum iuſtitiæ: vt habetur in c. cum oporteat. & in c. repelluntur. de accuſa. & in c. cum P. & in c. meminimus, eod. tit. in c. accuſatores. & in c. omnes. 3. quæſtio. 5. & voluit gloſſ. in c. 1. de accuſatio. & Specu. in titu. de accuſatio. in §. 1. 15. colum. verſicu. item quod eſt inimicus &c. Et idem
205 dicimus de infame, † qui ſimiliter nõ admittitur ad accuſandum l. qui accuſare. ff. de accuſa. l. criminis. C. qui accuſare non poſſunt. c. prohibentur. 2. quæſtio. 1. gloſſ. in c. 1. de accuſa. Et Specu. in titu. de accuſatore. in §. 1. in verſi. Item quòd eſt infamis. & Hoſt. in ſumma de accuſ. & Azo in ſumma. C. qui accuſare non poſ. & gloſſ. in rub. C. qui accuſ. non poſ. Et ratio quare infamis non admittitur ad accuſandũ, eſt: quia alias propter aliquod delictum per eum commiſſum incurrit infamiam. Ideo præſumeretur etiam nunc fraudulenter accuſare, per re-
206 gulam, ſemel malus &c. Item ſimiliter pauper † non admittitur ad accuſandum. l. nonnulli. ff. de accuſat. c. prohibentur. 2. quæſt. 1. & voluit Specu. in d. titu. in §. 1. in 13. colu. in ver. item excipitur contra accuſatorem q̃ eſt pauper. & voluit glo. in d. rub. C qui accuſa. nõ poſ. Et cauſa propter quam non admittitur pauper ad accuſandum, eſt, ne propter paupertatem accepta pecunia indebita accuſet, ſecundum Specu. in d. verſicu. item excipitur contra accuſantem &c. Et in prædictis caſibus nulla alia ratio aſſignari poteſt, propter quam prædicti repellantur ab accuſando, quàm rationes ſuperius allegatæ: ergo illæ rationes debent haberi pro expreſſis.
207 quia quando vna ratio tantum poteſt † aſſignari in lege, vel ſtatuto, illa habetur pro expreſſa, ſecundum glo. not. & ibi docto. in l. quanuis. C. de fideicom. & voluit Cy. in c. fi. de reg. iur. in 9. & Bald. in l. final. C. de liberis præte. & Rapha. Cu. in conſi. 146. inci. Simon. in 4. col. & Fulgo. in conſil. 78. incipi. præſuppoſito ſtatuto &c.

in

in fi.1.colum.Sed si dictæ causæ cessarent deberet cessare effectus: quia cessante causa cessat effectus. l. adigere. in §. quamuis. ff. de iure patr. c. cum cessante. de appella. Sed in dictis casibus cessant dictæ præsumptiones: vt statim ostendam. ergo debet cessare effectus quòd non possint accusare. Quod autem cessent prædictæ præsumptiones in dictis casibus ostendo clare, & lucide. Nã accusans aliquem ad hoc vt valeat, & procedat eius accusatio, debet duo facere de iure communi. primo debet se subscribere, seu inscribere ad pœnam talionis. l. libellorum. ff. de accusatio. l. 4. C. qui accusare non possunt. & l. non prius. C. de calumnia. Quæ pœna talionis est vt ipse accusans dicat se velle pati illam pœnam, quam deberet pati accusatus, si ipse non probabit suam accusationem. ita dixit glo. in d. l. 3. C. qui accusare non pos. & docto. in dictis locis. † Item quod durius est, tenetur 208
ipse accusans intrare carcerem cum accusato, & ibi stare detentum donec probauerit & lata fuerit sentẽtia, vel causa terminata, aliter non procedit accusatio. & hoc procedit & habet locum tam de iure ciuili, quàm de iure canonico. De iure ciuili hoc dicit tex. in l. fin. C. de accusat. & tex. in l. 2. C. de exhiben. reis. & tex. & gloss. in l. si quis alicui. C. ad leg. Iuliam maiesta. De iure autem Canonico hoc dicit tex. in c. si quis. 2. q. 8. & tex. in c. fina. 3. q. 9. & voluit Bald. in l. sed si is. ff. de in ius vocan. Sed si inimicus infamis, vel pauper accusant aliquem, & se inscribant ad pœnam talionis: & vltra inscriptiones debeant personaliter se constituere in carcere cum accusato: vt supra probaui. verè, & indubitanter cessat omnis suspitio, & omnis præsumptio, quæ posset obiici, & opponi eis, quòd accusarent indebitè alicuius prętextu, cum nemo sit ita demens, fatuus, vel bestialis, & tantũ crudelis sibi ipsi, quòd vellet indebitè aliquẽ accusare, quando exponit propriam vitam in carceribus in manibus iustitiæ, vbi nõ est spes fugæ, vel alterius auxilij: & hoc credo constare vnicuiq; sani capitis. ergo prędicti passim sunt admittendi ad accusandum. Nec obstant præsumptiones, quæ sunt contra eos, quas supra

152

retuli: quia maior est præsumptio in contrarium post-
quam exponunt propriam vitam, ponendo se perso-
naliter in carceribus. Et vna præsumptio tollit aliam. l.
diuus. ff. de in integrum restitutio. l. si qui adulteri. C.
de adulte. l. siue possidetis. C. de probatio. c. literas. de p-
sumptio. c. accedens. de crim. fal. Item vnum indicium
tollit aliud. & vna coniectura tollit aliam: & magis ve-
risimile tollit minus verisimile, vt de istis omnibus di-
xi supra in hoc §. nu. 192. cum tribus numeris ibi sequē.
Et sic ex istis dico, quòd iura superius alleg. dicentia,
quòd inimicus infamis, & pauper non possunt accusa-
re, sunt delenda: quia non possunt stare, nec locum ha-
bere stantibus dictis iuribus, quibus cauetur quòd accu-
sans debeat intrare carcerem simul cum accusato, præ-
missa inscriptione ad pœnam talionis. Et ista fuit cōsi-
deratio mea noua nunquam audita ab aliquo, quā ego
aliàs feci dum legerem titulum. C. qui accusa. non pos.
super gl. rub. Et ideo argu. prædictorum dico, quòd ille
qui in libertate positus ponit se sponte in carceribus in
causa, in qua tractatur de periculo vitæ, quod ille habet
pro se indicium innocētiæ nisi esset aliquis fatuus, vel
furiosus, vel alius non compos mentis. Tene mēti. Mo-
do quia vidimus plura quę prosunt damnum passo, vel
offenso mediantibus indicijs. Scias quòd etiā quandoq;
sine indicijs succurritur damnum passo. vt puta cōmis-
sum est furtum in bonis Titij: & licet ipse non habeat
aliquā indicia contra aliquem de furto, attamen si ha-
bet aliquā suspitionem quòd bona sibi furto subtracta
sint in aliquo loco, vel in aliqua domo, potest implora-
209 re † officium iudicis & petere quod sibi fiat copia per-
quirendi. in domo illius vbi suspicatur quod sint bona
sua, & iudex debet hoc facere. ita dixit Ang. de Aret. in
tract. suo maleficio. in verbo, vestem cœlestem abstulit.
in 9. char. in versic. & bene nota &c. allegat l. i. §. hoc
autem. & l. diuus. ff. de seruis fugi. & l. requirendi. C. eo.
& dicit quòd ita tenent doct. in dictis locis. Et subdit
quod hoc est verum, non tantum in territorio, in quo
factum est furtum. sed etiam si factum est furtū in vno
loco,

loco, & portatum sit in alio territorio, vel loco, & vni sit assignatum furtum. nam tunc hoc idem poterit impetrari à iudice vt possim perquirere in illa domo. in qua suspicor quòd apportatum sit tale furtum. ad quod alleg. l. 1. C. vbi quis de curia. & cohorta. li. 11. Et dicit quòd hoc voluit Bal. in d. l. requirendi. De quo etiam latius per dom. Aug. de Ari. in suis addi. in d. versi. & bene nota. &c. & per Gandi. in tractatu suo maleficiorũ. in titu. de furibus & latro. in fi. & Io. de Ana. in c. qui cum fure. in 2. colum. de furtis. de quo etiam dixi in l. 1. in prin. in 9. colu. in fi. ff. de quæstio. Et per ista finem impono pro nunc materiæ indiciorum, quæ iudicio meo satis diffuse facta fuit ex supradictis.

SVMMARIVM.

1 Iudex an possit incipere à metu torturæ.
2 Torquendi metus torturæ æquiparatur.
3 Tormentorum formidine aliquid faciens an ubi præiudices.
4 Confiteri sponte an dicatur, qui torquetur.
5 Belli timor remissionem datiarijs præbet.
6 Debitorem suum propria authoritate capere ex sola fugæ trepidatione an creditor possit.
7 Metum offendendi inferens pacem fœderis percussi violat.
8 Iudicandum idem an sit de futuro inimico, quẽ admodum de præsenti.
9 Venditio metu facta an possit reuocari per titulũ. de alie. iud. mutan. cau. fac.
10 Confessio quãdo dicatur metu tormentorũ facta.
11 Confessio incarcerati dicitur violenta & nõ spontanea.
Carcer est species torturæ.
12 Mortuus in carcere dicitur mortuus in cruciatu.
14 Tortura quibus modis probetur. 15. 16.
17 Potentia in habitu hoc potest quod potentia in actu.

18 Tempus ad appellandum hoc operatur quòd ipsa appellatio.

19 Percutiens percutere volentẽ, qui nõ percussit, an dicatur defensionis causa percutere.

20 Mulier quæ à viro vapulauit, vt contractui consentiret, & postmodum præstitit consensum, metu plagarum dicitur consensisse.

21 Metus probatio ex indicijs & probationibus fit.

22 Edictum prætoris, quod metus causa est vox Dei in ore prætoris insufflata.

23 Metus cadens in constantem virum actum eneruat.

24 Notarius scribens reum coram tortura sponte cõfessum, falsum committit, & veniet puniendus.

25 Non verisimile, est quædam falsitatis imago.

26 Experimentum verorum sermonum quale est.

27 Decuriones, & constituti in dignitate torqueri an possint. Et quid officio finito 28. Et quid de doctoribus. 29.

30 Miles pro debito non potest carcerari. Et an idem de aduocato & doctore. 31. 32. 33.

34 Onerum impositio an extendatur ad doctorem.

35 Doctor dicitur in dignitate constitutus.

36 Milites torqueri an possint & quid de doctoribus. 37.

38 Torqueri quæ personæ non possint. 39. 40. 41. 42. 43. 44.

45 Priuilegium non torquendi cessat in crimine læsæ maiestatis.

46 Confessio in tormentis personæ torqueri prohibitæ an valeat.

47 Torqueri in quibus causis quis possit.

48 Testes an, & quando, & in quibus casibus torqueri possint.

49 Torturam à quo debeat incipere iudex quando plures sunt torquendi. 50. 51. 52. 54.

50 Pater magis veretur de filio, quam de seipso.

52 Nomen turpe indicium præbet iniquitatis.

53 Phy-

53 Physionomia bona prodest reo, mala nocet.
55 Torturam reus an possit sponte subire iudice nō decernente.
56 Committere alteri vt ipsum puniat an quis possit.
57 Iudex terminos iuris excedens habendus vt priuatus.
58 Pœna delicto commensuranda.
59 Tortura an sit grauior pœna quàm membri mutilatio.
60 Causa pecuniaria grauis & ardua æquiparatur criminali, & in illa deueniri potest ad torturam.
61 Causa ciuilis habens crimen annexum torturam recipere potest.
62 Mercatores banchā rumpentes & fugitiui an possint torqueri.
63 Causa ciuilis in quibus differat à criminali. 68. 69 73. 78. 79. 81. 82.
64 Inducię deliberatoriæ in causis criminalibus non dantur, nec reus cum iuramento respondet. 65. 66. Et in his causis iurisdictio an prorogetur 67.
70 Appellare à tortura & futuro grauamine reus an possit.
71 Executor merus habens conscientiam contra sententiam quam videt iniquam, an debeat illā exequi, maxime in causa criminali. 72.
73 Appellare continuè an possit, qui continue grauatur.
74 Iuramentum in supplementum probationis in causis criminalibus ſtāte semiplena probatione, an differri possit.
75 Statutum quod de damno dato ſtetur accusatoris iuramento an habeat locum in furto.
76 Princeps in causa criminali an possit de plenitudine potestatis tollere defensionem reo.
77 Probatio semiplena vna cum fama non sufficit

154

in causis criminalibus.

79 Mutilati, vel corpore vitiati an possint in causa criminali contra clericos testimonium ferre.

80 Clerici contra laicos non admittuntur in causis criminalibus.

81 Probatio plena in causis ciuilibus ex pluribus indicijs fit.

82 Testium numerus in causis ciuilibus supplet, qđ deficit in fide, secus in criminalibus.

83 Reus pro crimine enormi an possit die in honorē dei feriato quæstioni mandari.

84 Iudex aduersus absentem contumacē contra quē habet indicia criminis commissi, qualiter se debeat gerere.

85 Tortura cum moderamine infligenda.

86 Iudex seuerus in criminalibus ab officio deponēdus. Vbi multa de Iudicum credulitate.

87 Iudex aliquem indebitè torquens an, & qua pœna puniendus. Et quid si iniuste odio, vel fauore procedat. 88. Et quid si reus in tortura moriatur. 89. 90.

91 Conuersatio cum iniquis indicium præbet iniquitatis.

92 Bonus ex mala conuersatione efficitur malus.

93 Taciturnitas indicium facere potest ad torturam.

§. EXpedita materia indiciorum, successiue videndum est aliquid circa materiā torturæ, ad quā deuenitur data copia indiciorum reo cum termino ad illa purganda. primo præcedente respon. negatiua facta inquisitione. Circa quam materiā vltra ea quæ dixi supra in §. nunc videndum. scias primo quòd sicut iudex non potest incipere à tortura: vt dixi supra. in §. constante, in pluribus versic. ita nec etiam potest
1 incipere à minis, seu à metu torturæ † seu à terrore ali-
2 quo: quia talis metus † & talis suspitio torquēdi æquiparatur torturæ: secundum Bald. in l. interpositas. circa fin. C. de transf. quem ibi sequuntur doc. & voluit dom. Alex.

Alex. in l. 1. in §. diuus. ff. de quæstio. & isto casu ita dicetur confessio facta per torturam, ac si fuisset tortus. Et ideo dixit Bald. in l. nouissime in princ. ff. quod fal. tut. auto. quòd paria sunt confiteri in tormentis, Vel metu tormentorum, quod etiam dixit Barb. in c. si con. stiterit. in pe. colum. de accus. & do. Catal. in tract. synd. in ver. 165. & Ang. Are. in tracta. maleficiorũ. in verbo, fama publica. in ver. post quam aliquis &c. pro quibus faciunt dicta per Inn. in c. relatum. quod metus causa. & in c. causam matrimonij. de officio deleg. & Ang. in l. qui in aliena. in §. Celsus. ff. de acq. hær. vbi omnes cõcludunt, paria esse confiteri per tormenta, vel metu tormentorum. Et dixit Bald. in l. 2. in fi. C. quorum appel. non recip. quòd ille qui † formidine tormentorum ali- § quid facit non sibi præiudicat. pro quibus faciunt dicta per Cors. in not. suis in verbo, metus. & per Barba. in cõ. si. suo 70. incip. vbi Christus &c. in 3. colu. in 4. volu. vbi dixit, quòd probato metu vel tortura, † impossibile est, 4 quòd quis sponte fuerit cõfessus, allegat Bal. in l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cleri. & alia plura dicit in materia ista Barb. in dicto cons. Et facit tex. in l. si quis. in verbo, iacentem. ff. de incen. rui. naufrag. vbi dicitur factum in naufragio, vel pati in naufragio. quod quis fecit, vel passus est timore naufragij imminentis. & dicit ibi Bart. quòd ex naufragio dicitur fieri, quod fit trepidatione naufragij. & facit l. 3. §. qui armati. ff. de vi & vi arma. vbi sufficit terror armorum. Et dixit Lud. Ro. in l. lege Cornelia. in 2. colu. ff. ad Syllania. quòd paria sunt producere libellum minatorium accusationis, vel libellum accusationis, ad quod allegat tex. quem dicit non esse alibi in l. miles. in §. socer. ff. de adul. Et dixit Ang. in l. 1. C. vnde vi. quòd timor geminationis percussionis operatur, vt percussus possit percutere suum percussorẽ licitè. quòd etiã voluit Bal. in consi. suo 289. inc. de ista quæstione. in 1. volu. Et faciunt optime dicta per Petr. de Anch. in consi. suo 87. inc. præmissa facti serie &c. vbi consuluit † quod datiarij alicuius datij, ita § debent habere remissionem propter timorem belli, si-

155

çut propter ipſum bellum. & allegat illud Senecæ, Peior eſt bello timor ipſe belli. Et faciunt dicta per eundem in conſi. ſuo 158. incip. rationes ſuperius. & facit gl. in l. ob negotium. C. de neg. geſt, quæ vult, quòd idem operetur exiſtentia curatoris, quod ſuſpitio exiſtentiæ. Et dixit gl. in l. pen. C. de pignora. actio. quòd idem operatur præparatio ad fugam, quod operatur actus ipſius fugæ. Et ideo dixit Alex. in conſi. ſuo 288. inc. & ſi celeberrime. in vlt. col. quòd ſufficit eſſe trepidatio fugę ad
6 hoc, vt poſſit † quis ſibi propria autor. ius dicere, & capere debitorē ſuum. Et idem dixit Bal. in conſ. ſuo 105. inc. ad euidentiam. ante fi. in 1. vol. vbi dicit, quòd licitè poteſt capi ille, qui ſe præparat ad fugam. De quo dixi aliqua in ſingu. meo 44. incip. debitor fugitiuus &c. ad quæ etiam vide quæ dixi ſupra in §. diligenter. nu. 41. & 42. & faciunt dicta per Alex. in conſi. ſuo 42. inci. ſuper præmiſſo themate. in pen. char. in vlti. col. in 1. volu. vbi dixit, quòd idem operatur timor litis, quod operatur ipſa lis quo ad tranſactione faciendam. alle. tex. in d. l. 1. C. de tranſactio. & l. cauſas. eo. tit. & not. in l. 3. ff. de tranſactio. Et dixit Ang. notabile verb. in l. ſi cū
7 exceptione. in §, ſatis. ff. quòd metus cauſa. † quòd promittens nō offendere, dicitur rumpere pacem, ſi infert metum offendendi. Et dicit Spec. in titu. de delegato. in §. ſequitur. in 2. col. verſi. porro, quod ſi aliquis nō turbat iuriſdictionē delegati, ſed eſt præſumptio, vel dubitatio de turbatione, quod poteſt delegatus ipſum cogere vt caueat de non turbando. quod etiam voluit dom. Ant. & Io. de Imo. in c. 1. de offi. dele. quos refert dom. Fely. in rub. de treuga & pace. in fi. Et dixit Bal. in c. 1. in
8 vlt. colum. quibus cauſis feu. amitt. quòd idem † indicamus de eo, de quo dubitatur ex veriſimili ratione quòd debeat effici inimicus, ad quod vide, quæ dixi in ſing. meo 178. inc. inimicus &c. Et ad p̄dicta facit dictū Odo. quem refert & ſequitur Bal. in l. quoties. C. de rei vendica. vbi dixit, quòd ſi timeo mihi †
9 moueri quæſt. ſup domo, vel fundo, & ideo eā alieno: poſtea mihi mouet quæſtio, dicit q̄ talis venditio reuocabitur per titulū de alie.

alie.iudi.mutan.cau.fact. quod etiã fuit de mente Bart. in l.qui petitorio.C.de rei vend.& Bart.in l.2.in §. fin. C.de alien.iudi.mutan.causa facta.& Ange.in l.si autẽ. §.1.C.de rei vendica.Et facit ad prædicta text. in l.habitatores.§.fi.ff.loca.& ibi doctores.vbi dicitur,quod iustus timor facit,vt fiat remissio mercedis,licèt nõ sit sequutum periculũ,de quibus omnibus latè dixi in repet. mea l.fi.C.de probatio.in 67.charta,& in l.1.in prin. in 10.& 11.col.ff.de quæstio. vbi supradicta limitaui, videlicet quòd tantum operatur timor torturæ, quantũ ipsa tortura,hoc habere locum in hominibus timẽtibus torturam,& qui in ea cruciantur,vt multos vidi in diuersis officijs,quæ habui. Sed secùs esset in illis,qui non timẽt torturam,nec alia tormenta, vt similiter pluries vidi, quos ego habui in fortijs meis, qui aliàs fuerunt capti, & torti,& adeo sunt assuefacti torturæ,quod eam nihil timent,& cùm non timeant realem illationem tormentorum,multo minus timebunt minas eorum, argu. authen.multo magis.C.de sacrosan.eccle. Sed merito quæri potest nunc,quando cõfessio † dicatur facta metu tor- 10
mentorum? in quo dicas quòd nedum dicitur facta metu tormentorum quando realiter fiunt illata,& adhibita tormẽta,sed etiã dicitur facta metu tormentorum, si non sint adhibita tormenta, quãdo reus fuit ligatus ad torquendum,& ductus coram tortura, vel etiam si minæ ad torquendũ præcesserunt.ita dicit Angel.de Aret. in tractatu maleficiorum.in verbo,fama publica.in ver. postquàm aliquis.& ita dicit voluisse Iac.Butri. Cyn.& Sal.in l.2.C.de custo.reor.& Bartol.in l.1.§.diuus. ff.de quæstio.Et idem dicit,si reus sit spoliatus ante torturã, & non ligatus, nec aliquo modo minatus.ad quod alle. Bart.in l.nouissime,per illum tex.ff. quòd falso tuto.auto. vbi dicit se hoc habuisse de facto Florentiæ. Et idem tenet Gan.in tract.suo malefi.sub rub.de quæst. & tormen.in versi.dictum est supra. Et scias quòd si carceratus aliquid cõfiteatur etiam sine alia tortura: talis confessio non dicitur spontanea, † sed violenta : quoniam 11
carcer dicitur species torturæ,secundùm Bart.in l.cleri-

cus.aliàs, ſi clericus.in 2.col.C.de epiſco.audi.& in l.2. C.qui ad libe.perue.non poſſ.in fi.vbi dixit quòd mor-
12 tuus in carcere † dicit mortuus in cruciatu. pro quo eſt tex.in c.nulli dubium.3.queſt.1.in fin.& in materia vide omnino Alexand.in conſi. ſuo 275. incip. viſo the-mate.in vlti.colum.vbi hoc tenet.& allegat Pet.de Ancha.idem dicentem in conſi.ſuo 23.incipiente, viſa inquiſitione formata in Philippum.de quo ibi latius per eum.pro quo faciunt dicta per me in conſilio 28. incipiente,requiſitus à ſer.Franciſco de Ghiſilerijs.&c. in 1. charta,in verſi. & licet ipſe Petrus &c. & per Gemi. in conſi.ſuo 15.incipiente,reuerende pater.in 4.col.verſi. ſuper ſecundo. & dicta per Card. Alexand. in c. ſuper eo.el 2.in 2.colum.poſt medium. poſt dom. Philip. de peru.ibi in 1.colum. de appellati. & per Bald. in c.at ſi clerici.in prin.3.colum.verſicu. & licet confeſſus.extra de iudi.vbi videtur innuere contrarium.& vide quæ di xi in l.1.in prin.in 10. colum. ff.de quæſtio. Item ſcias
13 quòd ſufficit probare quem fuiſſe † detentum , vt eius confeſſio dicatur facta metu tormentorũ. ita dixit Bal. in l.falſus.in fi. C.de fur.quem refert & ſequitur dom. Fran.Bru.in ſuo tract.de indi.&tor.in 12.char.in 3.col. verſi.quibus adde &c.Et ita dixit do. Catal.in ſuo trac. ſynd.in ver.163. inc. adde an tortura &c. ibi ad hoc alleg.Bal.in d.l.falſus.& Cy.in l. 2. C. quòd metus cauſa. quod etiam videtur velle Bal.in l. ſi quis in hoc genus. C.de epiſc.& cler. & voluit etiã Barba.in c. ſi conſtiterit.in pen.colu.extra de accuſ.de quo etiã dixi in repet. mea l.fi.in 165.char.poſt med.C.de ꝓbatio.&in l.1.in §. diuus Seuerus.in 1.col.ff.de quæſti. & infra. in §. attin-
14 gam.num.27.28.& 29.Quæro vlterius † quomodo probetur tortura?in quo dicas quod probatur pluribus modis.Et primo probatur à communiter accidentibus: adeo quòd ſi reus dicat ſe confeſſum fuiſſe per torturã , & poteſtas, ſeu iudex dicat quòd imo ſponte cõfeſſus eſt, quòd creditur ipſi reo. quia poteſtates terrarum,ſeu iudices ponunt homines ad torturam nocturno tempore, nemine ibi pro reo exiſtente. Ita dixit Pet.de Ancha.in

d.conſi.

d. consi. suo 33. incip. visa inquisitione formata contra Philippum &c. in 2. col. versi. præterea aduertendũ &c. vbi etiam refert Bal. consuluisse pro hac parte quod cõsilium refert, & sequitur Alex. in consi. suo 275. secundum ordinem meum incip. viso themate. circa finem. quod consilium Bald. in ordine est 669. in 6. vol. & inc. præmittendum est quod interdum tortura &c. & idem consuluit ipse Bald. & melius & clarius in consil. suo 171. in eodem volum. & incipit, tres sunt casus &c. pro quo dicto faciunt dicta per Bald. in l. prima. C. ne ex delict. defunctorum. in 5. colum. vbi dicit, quòd assessores videntur homicidæ: quia in camera torquent, & postea ad banchum faciunt scribi, quòd reus sponte confessus est. Et ideo dixit multum no. Bald. in l. 2. C. de cust. reo. in ver. & ideo assessores, quod quando scriptura dicit, quòd reus est sponte confessus, quòd talis scriptura vt plurimum est falsa. & illud dictum Petr. de Ancha. in d. consil. 23. refert, & sequitur dom. Paris de Put. in tractatu suo synd. in 96. char. in 3. colum. in versi. quidam fuit tortus. Et hoc etiam firmauit do. Alex. in cõsi. suo 189. inc. in causa & lite. in 3. colu. in 6. volu. Pro quibus faciunt dicta per Bal. in l. obseruare. in §. proficisci. in 13. quæst. ff. de officio pro cons. Et faciunt quæ dixi in singu. meo primo. † item probatur etiam tortura pro- 15
bata detentione rei, vt dixi: quòd voluit etiã Alex. in l. 16
1, §. diuus Seuerus. ff. de quæst. † Item etiam probatur tortura per indicia & coniecturas, secundum Bal. in l. si quis in hoc genus C. de episc. & cleri. pro quo facit. Nã cum istud sit difficilis probationis, cum tortura detur in secreto, vbi non adest copia testiũ, merito poterit pbari per indicia, & cõiecturas: quia in his, quæ sunt difficilis probationis, admittitur probatio per coniecturas, vt dixi in d. singu. meo prima, & dixi supra in prin. huius operis. in nu. 13. & 14. Itẽ pbatur etiã tortura, si reus fuit auditus vociferare in occulto, secundũ Alexã. in d. l. 1. in d. §. diuus Seuerus. ff. de quæst. De qua materia vide etiã Pau. de Leaza. in c. grauis. de depos. Cano. in c. cum in contẽplatione. de reg. iur. Et dixit etiam dom. Alex.

Alex. in d. §. diuus Seuerus, quòd tortura etiam probatur per famam ad quod alleg. quæ habentur in l. de minore. in §. pluriũ. & in §. tormẽta. ff. de q̃st. Et in hac materia vide etiam Ang. in l. 1. in § quæ one. andæ ff. quarum rerum actio non datur. Et scias quòd nedum confessio facta per torturam non præcedẽtibus indicijs est nulla: vt est glo. iũcta text. in l. pen. ff. de q̃st. & similiter si sit facta per metum torturæ, vt dixi supra, sed etiam si sit postea ratificata statim, vel ex interuallo durante captura rei in fortijs ipsius iudicis, ita dixit dom. Catal. in tractatu suo syndi. in versi. 165. inci. adde quòd diximus in superioribus, & alleg. Bart. in d. l. pen. Et hoc quòd dicit de perseuerantia, intelligit ipse esse verum, si perseuerat in tali confessione antequàm sit repositus in pristina libertate: quia tunc est præsumptio, quòd sicut illicitè torsit: ita illicitè fecit eum perseuerare, seu ratificare metu tormentorum futurorum. argu. l. si cui. §. ijsdem. ff. de accu. Secus autem dicit esse, si reus fuisset positus in pristina libertate, & postea rediret ad iudicem, & coram eo fateretur delictum: nam tali casu confessio sua probaret, & esset puniendus: vt habetur in l. 1. C. de confessis. & facit. l pen. ff. de cõdi. ob causam. Et subdit, quòd hoc suadet ratio manifesta: videlicet, quia intelligitur metus durare vbicunque durat eadem potestas torquendi. ad quod allegat Inno. in c. 1. quòd metus causa. & in c. causam matrimõij. de offic. deleg. Et ideo secũdùm eum dicit Ange. in l. qui in aliena. in §. Celsus. ff. de acquir. hæred. quòd cautus debet esse aduocatus inquisiti, qui confessus fuit ad banchum iuris se maleficiũ commisisse, vt faciat probari, quòd reus primo fuit tortus indebitè nullis præcedentibus indicijs sufficientibus ad torturam: quia quouisque detentus fuit, idem metus torturæ durare præsumitur: ideo talis perseuerantia, seu ratificatio non nocet reo. ita resident. d. Catal. in loco superius allegato. Et idem dixit Ange. de Are. in tractatu maleficio. in verbo, fama publi. in 4. char. in versi. & aduertas. vbi dicit idem voluisset Pet. de Ancha. in clem 1. de homicid. per tex. in ca. 1. de accusatio. in 6. sed latius

super

super hoc loquitur Aug. de Ari. in suis addi. ibi, qui refert se aliâs ex hoc euasisse à pœna mortis quendam, qui vocabatur, vt ipse, scilicet, Augustinus de Arimin. & ibi refert Bald. & Saly. tenere contrarium, & malè. vt refert plures antiquos & Modernos tenere hanc partem contra Bald. & Saly. Ego autem vltra do. Augu. vbi supra dico quod idē tenuit d. Paris de Puteo in tractatu suo synd. in 104. chartā in 3. col. in ver. datur regula &c. vbi idē dicit, quòd dixit do. Catal. in loco superius alleg. de quo etiam per do. Alex. in consi. suo 5. incip. in causa inquisitionis &c in prin. in 1. vol. & in consi. 179. inci. in causa Anglorum. in pen. col. & in consi. suo 224. incip. viso processu inquisitionis formatæ in 2. col. & in cons. 275. incip. viso themate. in 2. col. & Gandi. in tract. suo malefi. sub rub. de quæst. in 5. col. in versi. pone quidam &c. Et inquantum Ang. in d. l. quæ in aliena. in d. §. Celsus. ff. de acquir. hæred. & do. Catal. & sequaces dicunt, q̄ si reus perseuerat in confessione facta in tortura non præcedentibus legitimis indicijs, antequàm sit positus in pristina libertate, quòd talis confessio, & perseuerantia ei non nocet: quia præsumptio est, quòd sicut eum torsit indebitè, ita illicita fecerit eum perseuerare metu torturæ: quia quousque detentus fuit, idem metus tormentorum durare præsumitur. Adde do. Paridem de Puteo in tract. suo synd. in 69. char. in 3. col. in versi. quidā fuit tortus &c in fi. vbi dicit, quòd idem operatur ipsa potētia † in habitu, quòd operatur ipsa potētia in actu. quod 17
dicit probari in l. Labeo. ff. de statu libe. & in c. non solū. de appellatio. in 6. Ex quo dicit, quòd confessio rei constituti in fortijs iudicis, dicitur facta metu tormentorū cùm iudex semper habeat potestatem, & potentiam in habitu torquendi ipsum reum. Sed tu vltra do. Pari. ad. de q̄ pro hoc optimè facit glo. & quod ibi voluit Barto. & alij in l. ex iudiciorū. ff. de accusa. quæ dixit, † quòd 18
idem operatur tempus datum ad appellandū, quòd operatur ipsa appellatio. quam glo. sequitur Bal. & Imo. in l. qui à latronibus. in §. 1. ff. de test. & Bald. in l. furti. in 2. col. ff. de his qui no. infa. & Bald. in l. si is. in §. 1. in 3. col.

C. si

C. si penden. appella. & Bal. in c. consideramus. de electio. & Bal. in c. quoniam contra. in 24. colum. de probatio. & Ioan de Imol. in l. defuncto. ff. de pub. iudi. & Auge. in l. fi. C. si reus. vel accusa. mor. fuc. de quo etiam per docto. in c. concertationi. de appellatio. lib. 6. & voluit Bald. in l. addictos. post princ. C. de episco. aud. vbi ad hoc etiam alleg. glo. similem in l. 1. ff. nil nou. appel. lat. & idem firmauit ipse Bald. in l. post rem. in 2. colū. ff. de transact. & Barba. in consil. suo 7. inc. visis dubijs eleganter &c. circa pen. colum. in 3. volum. & Oldr. in consi. suo 18. incip. circa primum. circa me. vbi pro hac allegat bonum tex. in l. appellationē. C. de appella. & in l. vnica. ff. nil no. appel. pen. & tex. in d. c. non solum de appe. in 6. vbi text. & gloss. de hoc. Et hanc partē etiam tenuit Alex. in l. 3. in §. si seruus. in vlti. colum. ff. de acqui. post. de quo etiam per Corse. in no. suo. 2. in verbo, appellatio. & in verbo, terminus in 1. not. Et pro istis facit optime no. verbum Bar. in l. si ex plagijs. in §. tabernarijs. ff. ad legem Aquil. quē refert & sequitur Ange. de Are. in §. iniuriam. in 1. colu. in fi. Institut. ad leg.
89 Aqui. vbi dixerunt, quòd si percutio te ante quam tu percutias me, dum tu es in actu percutiendi me, quòd dicor tunc fecisse ad meam defensionem. quod etiā voluit Ang. in l. quemadmodum. ff. de inoffic. test. quē refert & sequitur do. An. Cor. in no. suis no. 1. in verbo. metus. Pro qua doctrina est tex. apertus in l. 3. C. ad legē Cor. de sica. & hoc etiā firmauit Ang. in l. 1. circa. fi. C. vnde vi. vbi not. loquitur. Et idē dixit Ang de Are. in tract. malefic. in verbo, & dictus Titius se defendēdo. in 1. char. in vlti. versi. circa medium. vbi similiter alleg. Bart. in d. §. tabernarius. & Bal. in l. 1. C. vnde vi. Et idē in effectu dixit do. Alex. in consil. suo 323. inc. in casu prædicto. in 3. colu. in versic. circa secundum, vbi ad hoc alleg. bonum text. in l. nouissime. in versi. quid si compulsus. ff. quod falso tuto. auto. per quem tex. dixit Dyn. ibi, quod idem operatur probabilis suspitio tormentorū, quòd ipsorū illatio. pro quibus etiam faciunt dicta per Bal. in cōsil. suo 488. incip. Ioannes. in princ. 5. col. in 3. vol. Et faciūt

dicta

dicta per Pet.de Anch.in consil. suo 168.incip.rationes quæ superius &c. vbi dicit,quòd postquam quis scit se posse compelli per iudicem ad gerendum actuum non minus dicitur coacte facere, licet sponte dicat facere. & dicit de hoc esse casum in d.l. nouissime.§.quod si cõpulsus.in verbo,si compulsus aut metu ne compellere-tur &c.quod ibi no.Bal.Et subdit etiam Petr.de Ancha. in d.consil.quòd inspicitur nocendi potentia.sicut nocendi actus.& allegat l. Labeo.ff. de statuliber. & c.pisanis.de restitutio.spoliator.& idem firmauit Petr. de Ancha.in consi suo 57.incip. præmissa facti serie.& in consi.158.pro quibus faciunt optime quę ego dixi in repetitio.mea l.fi.C. de probat.in 66. & 67. char. & in l. penul.in 3.& 4.colum.ff.de quæstio, & dicta per Ange. in l.1.in §.quæ honorandæ. ff. quarum rerum actio nõ datur.Et faciunt not.verba Bartol.in l. penult. in vlti. colum.ff.de condic.ob turp.causam. † vbi dicit,quod si maritus bene verberauit vxorem, quia nolebat consentire contractui fiendo, si postea ex intervallo talis mulier consentiat,præsumitur per metum consensisse: quia donec durat in matrimonio illius viri , semper metus ille durabit.& hanc doctrinam refert,& sequitur Iaſ.in §.quadrupli.in 10.colum.Instit.de act. vbi alleg. Ang.idem dicentem in l.ad inuidiam.C. quod met.causa.Et pro hoc dicto faciũt dicta per do.Alexand.in consi. 391.incip.in causa prædicta.in 4. colum. vbi ad hoc alleg.gloss.fi.in c.1.quod met.caus.quæ dicit, quod viuente viro semper metus præsumitur durare in vxore. Et adducit etiam Bart.in l.1.C. quod metus causa.qui dicit,quod si aliquis facit aliqd metu tyranni,presumitur durare metus,donec viuit tyrannus. adducit etiam Inno.in c.super hoc.de renuncia.vbi dicit,quod vbi apparent signa extrinseca violentiæ , non potest apparere de animo,tunc ex extrinsecis fit probatio,q.d.qđ si apparent acta extrinseca violentiæ,licet timens violentiã inferri faciat animo lęto &iucũdo,psumitur tñ per metũ facere,nec audietur volẽs ꝓbare,ꝙ spõte fecit, & dicit ꝙ tũc nõ admittitur directa probatio sed indirecta.

&

& ibi do. Alex. ponit exempla. & dicit quod illud dictũ Innoc. sequitur Ioan. And. dom. Anto. & Ioan. de Imol. in dicto c. super hoc. in 18. & 19. col. vbi referũt Boatinũ dicentem, quòd si filius in studio existens renuntiauit beneficio suo, si probat metum fuisse illatum à parentibus in patria, propter quem renuntiauit, non audietur aduersarius, si dicit se velle probare per testes, quod liberè & sponte renuntiauit: nam testes nõ potuerunt videre metum, quem intrinsece patiebatur. Et idem dicit Abb. ibi referens Ioan. And. & doct. præalleg. qui dicũt, quod quædã puella rapta & desponsata fuit, & postea aufugit, & raptor volebat probare, quod tempore contracti matrimonij puella ridebat, ideo sponte contraxerat. dicit quòd non admittetur talis probatio: quia quæcunque signa sint exteriora demonstratiua lætitiæ, nullius tamen sunt momenti, ex quo apparẽt signa intrinseca metus: nam animum intrinsecum hominis nullus mortalis cognoscere potest: & multi fingunt ridere, qui timent. ita dicit do. Alex. in d. con. 391. inci. in causa prædicta. & in consi. 323. incip. in casu supradicto. in 3. & 4. colum. de quibus dixi in sing. meo 325. inci, dixi tibi aliâs &c. & vide do. Nellum in tract. bannitorum. in 4. parte primi temp. in 4. q. & faciunt optimè dicta per dom. Philippum Decium in consi. suo 219. incip. viso puncto. in 3. col. vbi plura superius adducta refert & approbat. & pro prædictis etiam faciunt dicta per Bald. in cõs. 223. incip. punctus infrascripti consilij &c. in 1. volũ. & Paul. de Cast. in l. non fatetur. in §. sed an & ipsos. in fin. ff. de confess. & Soci. in consi. suo 27. incip. visis in pen. col. in 4. volũ. Et circa illud quod supra dixi de confessione facta metu tormentorum, scias quòd metus † probatur ex
21 indicijs, & præsumptionibus, secundùm Petr. de Ancha. consil. 299. incip. visa suprascripta facti narratione. & Bald. in consi. 26. incip. punctus in 3. vol. & in l. si quis in hoc genus. versi. adde tamen vnum. C. de epis. & cle. de quo latius per do. Philip. Decium in consi. 219. incip. viso puncto. in 1. col. & per Soc. in consi. 4. incip. super in 6. col. ad fi. in 3. vol. Et circa ipsum metum scias quòd dictum

ctum prætoris dicentis,(Quod metus causa gestum est, ratum non habeo.) † est vox Dei, quam posuit in ore 22
prætoris. ita dixit Raynu de pœna forti. quem refert & sequitur Bal. in rubri. de contro. in uestit. in fi. Item etiam scias quod nõ omnis metus inualidat actum, seu confessionem, sed solum hæc operatur † metus cadens 23
in constantem virum: vt habetur in l.3. in §. metum ff. quod metus causa. & in l. interpositas. C. de transact. Et idem dicimus in muliere: nam requiritur talis metus, qui cadat in constantem mulierem, secundum glos. in c. quod locum. de sponsa. quam ad hoc allegat dom. An. in c. consultationi. quòd met. causa. Item circa ea quæ dixi supra in hoc §. num. 4. quòd data tortura, impossibile est probare confessionem spõtaneam secundũ Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleric. scias quòd ex hoc dixit no. Bald. in c. 1. in §. iniuria. in 8. col. versicu. quæro vtrum de pace iura. fir. † quòd si quis da- 24
ctus sub tortura, vel alijs tormentis, vel coram eis confiteatur aliquod delictum quòd tali casu si notarius scribit, quòd ille fuit sponte confessus, committit falsum, & potest puniri de falso: quod dictum refert & sequitur Barb. in c. si constiterit. in pen. colum. de accus. & d. Catal. in tractatu suo syndi. in verb. 165. inc. Adde qđ diximus &c. & Bal. & Ludou. Roma. in l. qui in aliena. in §. Celsus. ff. de acqui. hære. de quo etiam ibi per Ang. & per Barba. in quodam consi. suo incip. clementissimi Dei patris, pro quo faciunt dicta per Bal. in l. 1. in 6. col. in versi. modo. iuxta prædicta. C. de confessis. Et facit etiam ratio naturalis quæ est, quòd nemo præsumitur ita demens, & fatuus quòd confiteatur crimen, seu delictum sponte, propter quod imponitur pœna mortis, vel mutilatio membri, ideo præsumptio & coniectura est pro ipso reo in tali casu: Quinimo dicere contrariũ quòd reus sit sponte confessus delictum, est quædam fal sitatis imago. cum sit remotum à verisimili: † vt dixit 25
Bald. in l. 1. in 3. colum. de seruis fugitiuis. pro quo facit tex. in l. milites. in §. oportet. C. de quæstio. Experimentum enim † verorum sermonum est, vt concordet cum 26

160

rebus sensatis,& verificentur sermones nostri in communem opinionem hominum fruentium intellectu, vt l.si ita quis, in versic.quòd nemo sanus diceret.ff.de euict. Vlterius circa hanc materiam torturæ, scias quod aliquæ sunt personæ priuilegiatæ, quæ iure non possunt torqueri,etiam in causis criminalibus,etiam si cõtra eas sint indicia sufficientia ad torturam. Et primo
27 Decuriones † non possunt torqueri,& alij in dignitate positi.l.omnes.C.de decurio.li.10.& iudex contra faciens punitur. vt ibi dicit ibi tex. quòd consuetudo contraria non est seruanda.& idem habetur in l. 2. in §. in filijs.C.de decuri.& in l.diuo Marco. C. de quæst. quod intelligas etiã finito officio,vt habetur.in l.nihil. C.de quæstio.& in l.si quis decurio.C.de fal. & voluit gloss. in d.l.omnes.de quo latius dixi in l.edictum, in 4.col. ff.de quæstio.& in sing.meo. 179. incip. viget communiter.& late etiam ponit do. Fran. Brun. in suo tract. de indi.& tort.in 8.char.in 2.colum. Et si officialis vel-
28 let aliter facere,posset † ei resisti de facto, vt habetur, in d.l.omnes. & in authen.quomodo oportet episco.in §. fin.pro quo faciunt quæ latè dixi in l.1. in 2. char. C.
29 de exc.rei iudic. Item doctores † nõ possunt torqueri de iure,secundum Cyn.in l.milites. C. de quæst. vbi loquitur de Aduocatis.& voluit Bart.in l.1.C.de Aduo.diuerso.iudi.de quo etiã per Cyn.in l.4.C.ad legem Iuli. maiestatis.& per Alex.in d. l. milites. vbi idem firmat Ludo.Ro.in sing.suis in 13.char. in 3.col.in sing. incip. milites doctores sub nume.48.&c. vbi alleg.d.l.omnes pro singu.& alleg.etiam d.l. diuo Marco. & hoc etiam voluit Ang.de Aret.in tract.suo malefi. in verbo, fama publica in 16.char.in versi.sexto quæro. & Ioan. And. in d.c.cum in contemplatione.de reg.iuris.Pro quibus facit quod dixit Bald.in l.1.C.qui bo.ced.pos.vbi dixit,
30 † quòd milites non possunt carcerari pro debito, per l. miles.ff.de re iudi.& idem dicendum est in Aduocato
31 † & doctor.per glo.in l.medicos.C.de profess.& medi.
32 l.quæ dixit,† quòd nõ tenentur vltra quam facere possint. Et facit etiam,nam lex cõcedens capturã personæ,

non

non extenditur ad doctorem, † vt habetur in l. medi. 33
cos prælegata. & voluit Bal. in l. 1. C. qui bo. ce. poſ. &
facit l. ne quis. C. de aduoca. diuer. iudi. vbi impoſitio
onerum perſonalium non † extenditur ad doctorem ra 34
tione ſuæ dignitatis, quia doctor † dicitur in dignita 35
te conſtitutus c. quanto. de magi. & voluit Bart. in pro-
œmio. C. & in l. fin. C de iud. & in l. fi. C. de Iudæ. & in
l generaliter. C. de decur. & in d. l. omnes. eod. tit. Barb.
in d. c. quanto. de mag. vbi plura iura ad hoc alle. Et ali-
bi dicitur, quòd Doctores quaſi radij ſolis appellantur:
vt habetur de pœnit. diſt. 2. c. multi. & 1. q. 7. c. ſi qs. vbi
velut luminaria ſplendeſcere dicuntur. & facit. c. 1. de
reliqui. & vener. ſan. in 6. vbi dixit, quòd Papa per Do-
ctores quaſi luminoſas candelas vniuerſorum corpus
orbis errorum tenebris profugatis, velut ſydus radiat
matutinum. Et facit text. in c. ſuper ſpe. de magiſ. vbi
text. dicit quòd doctores velut ſplendor fulgent firma-
menti. Et facit etiam c. cum ex iniuncto, de hæret. & gl.
in c. cum ex eo de elec. in 6. quæ dixit, quòd Aduocati
non minus prouident humano generi, quàm ſi armis
patriã defenderent. & quod Doctorũ ſcientia mundus
illuminatur. Et faciũt dicta per Saly. in auth. habita. C.
ne ſi. pro pa. in 1. col. vbi dixit, quòd mundus illumina-
tur doctoribus & hominibus ſcietiæ, & dicit, ꝙ niſi fuiſ
ſent Doctores, nos eſſemus in tenebris. Et facit etiã ad
prædicta. nam milites † nõ poſſunt torqueri. vt eſt tex. 36
in l. milites. C. de quæſt. & ibi doc. imo nec etiã eorũ fi-
lij, vt ibi dicitur: ergo nec Doct. quia † priuilegia militũ 37
extendũtur ad doctores, ſecundũ Cyn. in l. 1. C. de iur. &
fa. igno. Pro quo facit etiã, nã ſicut verſatur vtilitas pu-
blica in militibus. vt in l. 1. & fin. ff. de teſta. mili. ita etiã
in doctoribus & aduocatis. l. 1. & ibi gloſſ. C. de ſtud. lib.
vrb. Ro. quod etiã voluit Bart. in l. 1. ff. ſolu. mat. & in
l. aduocati. C. de aduo. di. iu. & hoc ponit latius do. Paris
de Put. in ſuo trac. ſynd. in 38. cha. in ver. an doct. & vide
do. Frã. Brun. in trac. de ind. & tor. in 8. char. in 3. col. Itẽ
minores 14. an. † nõ pñt torqueri, ſecũdũ Ang. de Arc. 38
in trac. male. in verb. fama pub. in 16. cha. ver. 6. q̃ro &c.

Nam ſecundum eum talis minor dēt ferula cedi. alleg. l.cum ſyllanianum.ff.ad ſylla. ſed voluit allegare l. excipiuntur eo.tit.pro quo facit l.1. & quæ ibi habentur.

39 C.ſi aduer. delic. Item maiores † magiſtratus durante officio nō debent torqueri. Ang. vbi ſupra arg.l.pars li-

40 terarum.cum ſi.ff.de iudi. Item nec etiam clerici † in ſacris conſtituti quod tamen intellige, niſi ſint infames, ſecundum doc.in c.grauis.de depoſi.ad quod vide dixi

41 ſupra in.§.nunc videndum.num.51.& in ſingu.meo.55. inc.aduertas ad vnum &c. Item nec † decrepiti debent torqueri.l.3.§.ignoſcitur.ff.ad ſyllan.& in l.1.§.impubes.& ibi gloſſ.eod.titu. De quibus perſonis vide etiam dom. Fran. Bru. in tracta.de indi.& tor.in 8. char. in 2. colum. & etiam per Alexand.in d.l.milites. C. de quæ-

42 ſtio. † Item ſi apparent indicia contra aliquem vtilem reipublicæ,talis non torquebitur,ſicut nec cæteri ſupradicti,ſecundum dom. Par.de Pu.in d. ſuo tracta. in 39. char.in 1.colum.ad quod alleg. Ludo. Roma. in rep.l. ſi vero.in § de viro.in 10.fal.ff. ſol. mat. ſed ad hoc poterat allegare bonum text.in l.ad beſtias.ff.de pœ.de quo text.loquitur dom.Felyn.in c.illud. de mai. & obe. & Ludo.Roma.in ſing.ſuo 717.incip.poteſtas.& Cæpo.in cau.2.& dixi in l.qui falſam. in 8.colum.ff.de fal. Item

43 † nec etiam milites veterani torqueri poſſunt, vt volunt doc.in d.l.milites. & dom. Paris de Put. in d.ſuo tracta.in 38.char.in vlt.colum. Quid autem in militib. noſtri temporis,an poſſit torqueri, vide do. Fran. Bru. in d.ſuo tract.in 8.char.in 2.colum.& doc.omnes in dictis locis,vbi hoc examinat.De quibus omnibus dixi referendo prædicta,in l.edictum.ff.de quæſtio. vbi etiam

44 poſui,an mulier † prægnās poſſit torqueri. vide ibi late.Scias tamen quòd licèt non liceat regulariter torque

45 re prædictas perſonas.† tamen hoc caſu fallit in crimine læſæ maieſt. quia in tali crimine ceſſat tale priuilegium,& poterunt torqueri,ſecundum Ang. de Aret.in tract.malefic.in verbo,fama publica:in verſic.6.quæro &c.vbi alleg.ad hoc.l.de minore. in princ. & l.ex libero.§ 1.ff.de quæſtio.& l.proditores.ff.de re mili. & idē

dicit

dicit esse in crimine hæresis alleg. gloss. in l. 3. C. ad leg. Iul. ma. de quo dixi in l. edictum. in fi. ff. de quæst. Vide tamen omninò quæ dixi supra in §. diligenter. nu. 170. cum pluribus numeris ibi seq. Et teneas etiam mẽti, quòd si aliqua ex dictis personis torqueri prohibitis torqueatur, quòd confessio † facta per tales personas 46
in tortura, vel vigore talis torturæ non valebit. argu. gloss. sing. in l. pen. ff de quæst. & arg. eius quod voluit Franc. Tit. in l. fi. ff. de decu. quem ego retuli in d. l. edictum. in 14. colum. versi. & in quantum superius &c. ff. de quæst. & hoc voluit etiam Bald. in l. imperator. la. 2. ff. de statu. homi. de quo etiam dixi in d. l. edictum. in 4. colum. versi. & teneas menti &c. de quæstio. & domi. Franc. Bru. in tract. de indi. & tor. in 7. char. in 2. colum. in vers. Quarto principaliter quæro. Vlteriùs quæri potest in quibus causis quis possit † torqueri? de quo vide 47
dom. Franc. de Bru. in tracta. de indi. & tor. in 7. char. in 1. colum. in versi. tertio principaliter quæro. Item an, & quando testes † possint torqueri, & in quibus casibus, 48
vide eundem dom. Fran. in eo. tracta. in 7. char. in 3. & 4. colum. Quæri etiam potest de no. dubio: videlicet, quando plures sunt torquendi. † à quo debeat iudex 49
incipere torturam pro habenda veritate: in quo dicas quòd debet incipere à suspectis: ideo siue loquamur in pluribus reis, siue in pluribus testibus torquendis, siue in similibus, de quo per Bald. in l. 1. & ibi ego dixi in pe. colum. ff. de quæstio. Vel dicas secundum Bartol. ibi. q? debemus incipere ab eo qui verisimilius dicit veritatẽ: sed quando non est magis verisimile de vno, quam de alio, tũc incipimus à magis suspecto: vt in d. l. 1. in prin. ita dixit Bar. ibi. Sed tu vltra Bart. vide Gand. in tracta. suo malefic. sub rubr. de quæstion. & tor. in 2. colum. in versic. nunc videndum. vbi dicit, quòd quando de pluribus est habenda tortura, sagax iudex debet considerare à quo facilius veritas erui potest, & ab illo debet quęstionem incipere tanquam à timidiore, & magis suspecto: & debet incipere à viliori, & non à fortiori vel digniori. Item † si sunt torquẽdi pater & filius, debet inci- 50

162

pere à filio in conſpectu patris, quia citius dicet pater, quam filius, quia pater magis veretur de filio, quam de ſeipſo: vt in l. iſti quidem. ff. quod met. cau. & §. fina.

51 Inſtit. de noxa. Item † à fœmina prius eſt incipiẽdum, quàm à maſculo, quia homo tanquam maioris conſtãtiæ tardius confiteretur: ſed ipſa mulier citius confiteretur: quia ipſa habet cor momentaneum & inſtabile. alleg. l. filia in orbitate. C. de inoffic. teſta. & c. forus. de verbo. ſigni. ita etiam firmat ad literam. do. Paris de Puteo in ſuo tract. ſynd. in 102. char. in 1. colum. & Guid. de Suz. in ſuo tract. malefi. in 5. col. in verſi. quo ordine. Et idem in effectu videtur firmare do. Fran. Bru. in ſuo tract. malefi. de indi. & tor. in 12. char. in 3. col. vbi vltra prædicta dicit vnum no. verbum videlicet, quòd quãdo

52 inter torquendos eſt vnus, qui habet † turpe nomen, vt puta Foraboſcho, Tarabuſo, Spezacroce, & ſimilia nomina: quòd tunc debet incipi ab illo, qui habet tale nomen, vt etiã eſſet Pizaguerra, Mezzofra, Falameſchia, Scaramella &c. & allegat rationẽ: quia tale nomẽ facit indicium iniquitatis contra eum, & reddit ipſum ſuſpectum, & hoc voluiſſe Ioan. And. ſecundum quod retulit magiſter ſuus in voce in c. cũ in contẽplatione. de regu. iur. pro quo facit in arg. tex. in l. facta. & ibi gl. in §. ſi vero nominis. ff. ad Trebellia. vbi habetur, quando volumus procurare, debemus habere pulchrũ nomẽ: de quo per do. Fely. in proœmio decretaliũ. in ver. Gregorius. in 8. col. & per Ang. de Are. in tract. malefi. in verbo, fama publica. in 26. col. verſi. nunc videmus &c. Et pro iſtis facit quod voluit Bal. in l. 2. in 2. col. C. quo ap.

53 non recip. vbi dixit, quòd bona † phyſionomia prodeſt reo. & mala eidem nocet: quia mala phyſionomia facit præſumi quẽ procliuum ad ſcelera. ita dicit ipſe ibi, qđ eſt notandum de quibus etiam per dom. Pari. de Put. in ſuo tract. ſyndi. in c. 108. char. in 2. col. De quibus omnibus etiam latius loquutus ſum in l. 1. in prin. in pen. & vlt. colum. ff. de quæſtion. vbi etiam ex prædictis aliqua addidi. Et dixi, quod quando plures ſunt Rei, qui ſunt torquendi pro aliquo delicto, vt veritas ipſius delicti

inue-

inueniatur, quòd non debent attendi prædicta : sed si vnus ipsorum reorum aliàs commisit simile delictum, pro quo sunt torquendi, quod tunc † ab illo est incipiẽ- 54
da tortura, non attenta distinctione doctorum de qua supra. ita sing. dixit Saly. in l. fin. in vlt. colum. in versi. quæro an sufficiat &c. C. de quæst. & hoc per regulam, semel malus &c. de quo etiam feci mentionem supra. in §. diligenter. nu. 101. & idem voluit Gan. in tracta. suo malefi. sub. rub. de præsum. & indi. indubitatis. in pen. versi. Tenementi quia notabile est. † Quæro vlterius 55
an quis possit se subijcere torturæ sponte sua, & dicere: Domine iudex ego non habeo indicia cõtra istum, quẽ accusaui de tali delicto, sed volo stare secum ad torturã, & eum conuincere in tortura, in quo dom. Fran. Bru. in suo tractat. de indi. & tor. in 16. char. in 1. col. in prin. dicit, quòd aliquis sit inculpatus de aliquo delicto & dicit, Domine iudex ego non commisi tale delictum, & offero me velle stare torturæ, ideo ponatis me ad torturam, quod licet iste sit vna bestia, attamen Potestas nõ potest ipsum ponere ad torturam nisi præcedant indicia, & hoc per l. liber. homo. ff. ad leg. Aquil. Item quia potestas torquendi in meri imperij. vt l. defensores. C. de defenso. ciui. & tenet Gui. de Cu. in l. imperiũ. ff. de iurisd. om. iud. sed ea q̃ sunt meri imperij, nõ possunt pacto priuatorum concedi. l. priuatorum. C. de iurisd. om. iudi. Item etiam quia non † potest quis committere al- 56
teri, vt ipsum puniat. l. 1. in §. vsqueadeo. ff. de iniur. & tenet Bart. in l. penul. ff. de condi. ob turp cau. & in l. interdum. in §. qui furem. ff. de fur. licet glos. ibi sentiat contrarium. Et licet glos. & Bar. ibi loquantur quando quis committit se torturæ in manibus priuati : tamen ipse idem dicit, quando se cõmitteret in manu iudicis: quoniam vt iudex in casu illo torquere nõ potest, quia habetur vt priuatus quando † aliquid facit extra termi 57
nos iuris, vt habetur in l. prohibitum. C. de iur. fis. Et p. pterea dicit Fran. vbi supra. q̃ quando in casu prędicto torqueret aliquem etiam volentem, non excusaretur à pœna applicanda fisco, sed excusaretur ab actione iniu-

163

riarum, & ab ipsius interesse: quoniam volenti non fit iniuria. l. 1. §. adeo ff. de iniur. & ibi Bar. & habetur per Bart. in l. quamuis. in fi. ff. de in ius vocan. Ex quibus secundum domi. Fran. vbi supra deciditur alia quæstio, quæ sæpe occurrit. Nam aliquis inculpat aliquē de delicto, & quia non habet veras probationes, nec vera indicia ac sufficientia ad torturam, dicit, domine Potestas ponatis me & ipsum ad torturam, quia hoc modo volo ipsum cōuincere de dicto delicto: an iudex ipse, seu Potestas possit hoc facere? & dicit quòd multi sunt fatui, qui putant hoc posse fieri: Sed ipse dicit contrarium esse verius per supradicta in persona volentis: ergo fortius in illo, qui nollet, de quo etiam vide quæ dixi in l. pen. in 1. col. ff. de quæst. & Gandi. in tract. maleficiorū. sub rub. de pœnis reorū. in 7. col. versi. 1. inc. Itē pone fore &c. & Ioan. de Ana. in c. pen. in 2. col. de rapto. & quę dixi ego in l. 1. in 1. col. ff. de sica. Vlterius quæri potest in quib. causis de iure cōmuni possit qs torqueri. in quo dicas, quòd in causa pecuniaria seruus potest torqueri: quòd secus est in libero homine: vt habetur in l. diuus. ff. de quęst. sed in criminalibus, & grauibus etiam liberi torquentur. vt in l. edictum. eod. titu. & ista est differentia quantum ad tormenta inter causas ciuiles & criminales. sed quòd imò nec seruus, nec liber homo debeat torqueri, facit. Nam † pœna est commensuranda delicto, tex. & ibi Bal. in auth. omnes peregrini. in fi. C. com muni. de succes. in fi. pro quo facit illud, quod scribitur Deuteronomio. ca. 25. vbi dicitur, Iuxta mensuram delicti, erit plagarum modus. & in causa pecuniaria quis non potest punire, nisi in pœna pecuniaria, vt de se patet. & clarum est, ne pœna rei pecuniariæ excedat ipsam pecuniam: vt in d. auth. omnes peregrini. sed tenendo quòd in inquirendo veritatem rei pecuniariæ possit seruus torqueri, sequeretur quòd maior esset pœna in inquirēdo, quam pœna rei inquisitæ repertæ: quia reperta veritate rei pecuniariæ inquisitæ reus non poterit puniri nisi in pecunia: & sic maior erit pœna in inquirendo quam in puniēdo. Et ꝙ hoc sit verū satis patet. nam ne-

58

dum

dum tortura, sed etiam quæ libet alia pœna corporalis minima, est maior quacunque pœna pecuniaria. l. in seruorum. ff. de pœnis. Quinimò grauior & durior † est 59
tortura, & eius pœna, quam vtriusque manus abscissio: vt est tex. in authen. vt nulli iudi. §. fi. & si alibi dicitur, quòd supremas angustias sustinere potius est mori, quã viuere. Et dixit Bald. in repe. l. primæ. in penult. colum. C. vnde vi. quòd cruciatus corporis æquiparatur morti. Et scribit Seneca in epistolis, quòd nemo tam timidus est, vt malit semper pẽdere, quam semel cadere. De quo latius dixi in l. diuus Pius. in prima colum. ff. de quæst. Possunt tamen prædicta limitari, & dici, quòd in causa pecuniaria non deuenitur ad torturam regulariter, vt in dictis iuribus. hoc tamen fallit in causa pecuniaria graui & ardua: quia talis causa licet sit † pecuniaria ta- 60
men æquiparatur causæ criminali, secundum Bald. in l. parentes. C. de test. & Petr. de Ancha. in consilio suo 27. incip. rationes inductæ &c. circa fin. & consil. 62. incip. in causa quæ vertitur. in 2. colum. & habetur in l. propter litem. §. 1. ff. de excusati. tuto. de quo dixi in l. 1. in §. seruus municipum. & in §. præterea. in 7. colum. in versic. item dicuntur capitales &c. in l. diuus Pius in 1. colum. ff. de quæst. Sed in causa criminali regulariter omnes possunt torqueri: vt ff. & C. de quæst. ergo. Secũdo limita nisi causa ciuilis & pecuniaria habeat † cri- 61
men annexum: quia tunc deueniretur ad torturam cõtra omnes, ita habetur per docto. in c. 1. extra de deposito. Ex quo dicto refert dom. Paris de Puteo in tract. suo syndic. in c. 108. char. in 1. colu. versic. an causa &c. quòd aliàs ipse dixit, quod mercatores falliti, cessantes, & fugitiui poterunt † torqueri vt indicent pecunias ipsis da- 62
tas ad mercandum, quas nunc denegant habere, & dicũt illas perdidisse: quod est sin. 20. secundum eum, cùm sæpissime eueniant in facto. Et de hac secunda limitatione vide etiam Alexand. in consil. 77. incip. in causa accusa. in 4. colum. in 1. volum. & vide quæ dixi in l. maritus. in 1. colum. ff. de quæstio. Et circa illud quod dixi supra quòd in materia torturæ differt causa ciuilis à

1 64

cauſa criminali &c. adde quòd etiam in pluribus alijs differt † cauſa ciuilis à cauſa criminali: licet dicatur q̃ in cauſis criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium: vt dicit tex. in l. abſentem. ff. de pœnis. & voluit Ludou. Rom. in ſingu. ſuo 694. incipiẽ. quæro nunquid &c. & Bald. in l. qui crimen. in 3. colum. ad fin. C. qui accu. non poſ. Differt enim in danda dilatione. nam in cauſis ciuilibus dantur inducię deliberatoriæ: vt in authen. offeratur. C. de lit. conteſtat. & tamen in cauſis criminalibus non dantur inducię deliberatoriæ. † ita dixit gl. not. in c. 1. incip. de inducijs. 3. q. 2. quam gloſſ. dixit auream Ludo. Rom. in ſing. ſuo 694. prælegato. incip. quæro nunquid. & dicit eam eſſe ignotam. de quo etiã dixi in ſing. meo 437. incip. in cauſis criminalibus &c. 64

Item in cauſis ciuilibus reus tenetur reſpondere cum iuramento, vt in toto titu. de iuramento calũ. ſed ſecus eſt in cauſis criminalibus, quia in illis † reus non debet reſpondere cum iuramento, nec iudex debet pati quòd reſpondeat cum iuramento, etiam ſi ipſe reus vellet reſpondere cum iuramento, vt ſatis latè dixi in l. pen. in penul. colum. ad fin. ff. de quæſtio. 65

Pro quo faciunt dicta per Bald. in l. 1. in 2. colum. verſ. oppon. nam contumax. C. quo. & quando iudex. vbi dicit, quòd † in criminalibus non debet reus reſpondere criminoſis poſitionibus: & ſi eſt inobediens in reſpondendo, non debet haberi pro confeſſo: quia non poteſt de hoc imputari, de quo ibi latius per eum. 66

Item in cauſis ciuilibus, iuriſdictio poteſt prorogari in eo, quàm non habet iuriſdictionem, vt habetur in l. 1. ff. de iudic. † Sed in cauſis criminalibus non poteſt prorogari iuriſdictio, vt habetur per Bal. in l. ſi ex conſenſu. in 2. colum. in ver. reuoco igitur in dubium. C. de epiſcop. audien. & in l. 1. in princ. ver. ex hoc infertur. C. vbi de crim. agi. opor. & in l. 1. in vlti. colum. ff. de iuriſ. omn. iudic. & in l. 1. in 5. notab. C. qui pro ſua iuriſdictio. & per Bart. poſt gloſſ. in l. 1. in 2. colum. ff. de iudic. & per Bal. in additi. Spec. in titu. de competen. iudi. adi. verſic. quod in criminali. ad quod etiam vide Spec. in titulo de iuriſdictio. om. iudi. 67

iudi. in 3. char. & Imo. in c. de cauſis, in 1. colum. de offici. delegat. & Alex. in l. 1. ff. de iudic. & Bald. in c. decernimus. extra de iudic. circa fin. & Alexã. in conſil. 216. incip. ponderatis. in vlti. colum. in 6. volu. Alia eſt etiã differentia inter cauſas criminales & ciuiles. † Nam in 68
cauſis ciuilibus habet locum reconuentio: vt habetur late in l. cum Papinianus. & in authen. & conſequenter. C. de ſenten. & interlo. omn. iud. cum. ſim. hoc tamen non habet locum in cauſis criminalibus, in quibus non fit reconuentio ſecundum Bald. in c. at ſi clerici. de iudi. in 4. colum. Item differunt etiam dictæ cauſæ ciuiles à criminalibus. Nam in cauſis ciuilibus licet quis nõ poſ-
ſit † appellare à futuro grauamine, vt habetur in c. ante 69
ſententiam. & in c. non ita. 2. quæſtio. 6. & voluit Bart. in l. Titia. in 5. colum. ff. de accuſ. & dom. And. in c. ex parte. in pen. colum. de appel. vt habetur late per Cano. in c. vt debitus. eo. titu. Tamen iſtud fallit in criminalibus, vbi tractatur de præiudicio irreparabili: † vt puta 70
ſi pronuntiatur quis torquendus, nam licet nondum ſit tortus, poterit tamen appellare ne torqueatur, cum per torturam tractetur de eius præiudicio irreparabili. ita habetur in l. ſi quis prouocatione. C. de appella. & per dom. Car. Alexand. in d. c. vt debitus. in 19. col. de appel. vbi ad hoc allegat etiam not. per Barto. in l. 2. ff. de appella. recip. Pro quo faciunt not. verba Bal. in d. l. ſi quis prouocatione. & dicta per do. Felyn. in c. cum ſuper. in pen. colum. de re iud. & in c. cum inter R. priorem in 8. col. de excep. & per Ange. de Aret. in tract. maleficiorum. in verbo, & dictus Titius ſe defendendo. in 1. char. in vlt. verſi. incip. dixi &c. poſt prin. & per dom. Felyn. vbi omnino videas in c. ſignificauerunt. in vlt. col. poſt me. de excep. & in d. c. cum ſuper. in 4. colum. ante mediũ, pro quibus faciunt, quæ ego dixi in l. ſi quis ne quęſtio. in 1. col. & in l. 1. in prin. in 3. col. ver. & ſubdit Bart. &c. & ibi in 8. col. verſi. ſequeretur etiam. ff. de quæſtio. Et ſcias aliã differentiã inter dictas cauſas ciuiles & criminales. nã licet merus executor † habet conſcientiam 71
ſuam cõtra ſententiã ciuilẽ quam debet exequi, cum videat

deat illam iniquam, tamen tenetur illam exequi, vt vo
lunt doc. in c. paſtoralis. in §. quia vero. & in c. præterea
de offic. deleg. & in l. ſi vt proponis. & in l. executorē,
vbi per gloſſ. & Bald. C. de execu. rei iudi. Tamen hoc
fallit in cauſa criminali, in qua tractatur de pœna cor-
72 porali: quia † in talibus cauſis merus executor non de-
bet exequi ſententiam iniuſtam contra conſcientiam
ſuam: quia damnum talis executionis eſt irreparabile.
ita not. dixit Inno. in d. c. paſtoralis. in d. §. quia vero.
quod dictum refert & ſequitur Iaſ. in §. ſi minus. in 7.
colum. in princ. Inſtit. de actio. ad quod etiam allegat
Paul. de Leaza. & Petr. de Ancha. in cle. 1. de re iudi. &
Bal. in l. addictos. C. de epi. audi. pro quo etiam facit il-
lud ſatyrici: videlicet, Nulla vnquam de morte homi-
nis cunctatio longa eſt. Et vltra eū dicas, quòd pro iſtis
faciunt etiam dicta per dom. Nellum in tract. ſuo ban-
nitorum. in 4. parte primi tempo. in 5. quæſtione. inci.
quinto &c. in ver. ego vero &c. quæ omnia adduxi in
ſingu. meo 349. inc. in his in quibus &c. vbi videas &
vide dicta per Ang. de Aret. in tract. maleſi. in verbo, fa
ma publica. in 16. char. in verſi. aduertas. & Bald. in l. 2.
C. de epi. audi. vbi ponit de illo, qui continue grauatur,
73 † qui continue poteſt appellare. de quo etiam pro dom.
Phi. de Peruſio. in c. ſuper eo. el 2. in 1. colum. de appel.
& latius in c. ex parte. eod. titu. in 3. colum. verſicu. 5. &
vlt. infertur. Alia eſt etiam differentia: nam in cauſis ci
uilibus ſtante ſemiplena probatione differtur iuramen
tum in ſupplementū probationis: vt in l. iuriſiurandi.
C. de reb. credi. & in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in
l. manifeſtæ turpitudinis. eod. titu. Sed in cauſis crimi-
nalibus ſtante etiam ſemiplena probatione, non defer-
74 tur † iuramentum in ſupplementum probationis, ita
habetur in l. fin. C. de proba. & in l. dolum. C. de dolo. &
in l. metum. C. quod met. cau. & voluit Bart. in l. mari-
tus. ff. de quæſtio. & Petr. de Anch. in c. mediatores. ver-
ſicu. not. tertio. de teſti. in 6. vbi pro hoc alleg. gloſſ. in c.
tam literis. extra de teſti. quæ dixit, quòd in cauſa crimi
nali etiam ciuiliter mota, licet actor habeat præſump-
tionem

tionem pro ſe, non tamen ei defertur iuramentum in ſupplementum probationis: ſed imò tunc habet locum regula, quòd actore non probante &c. quod etiam voluit in termin. gloſſ. in c. cum ſint iura. de regu. iur. in 6. & voluit Alex. in conſi. ſuo 66. inc. viſo proceſſu &c. in 1. colum. in 1. volum. & in conſil. 122. incip. viſo proceſſu vtriuſque cauſæ. in 2. colum. in 2. volum. & Abb. in c. fi. in prin. in vlt. col. de iureiur. & dom. Ant. in d. c. tã literis. de teſti. & ideo ſtante ſtatuto quod de damno dato credatur ſacramento accuſatoris, † non habet locum 75
in furto, & ſic in cauſa criminali, niſi quatenus ius commune diſponeret. nam furtum & damnum ſunt diuerſa. ita nota. inquit Bald. in l. nauta in §. quæcunque. ff. nau. caupo. ſtab. & idem dixit Alber. de Roſ. in 2. parte ſtat. quæſtion. 63. incip. Item quæro aliam quæſtionem &c. Bald. in l. ait prætor. in prin. ff. de iureiuran. & in l. ſi ſeruus ſeruum. in §. ſi oliuam. ff. ad leg. Aquil. & Lud. Roma. & Alexand. in l. 2. ff. de dam. infect. & Alberic. de Roſa. in l. 1. §. occiſorum. ff. ad ſyllan. & Alexand. in cõſil. 167. incip. vt breuibus. & volunt alij quãplures, quos ego adduxi in l. de minore in §. tormenta. in 1. colum. ff. de quæſtio. Eſt etiam alia differentia inter ipſas cauſas ciuiles, & criminales. nam licet in cauſa ciuili & pecuniaria princeps poſſit tollere defenſionem de plenitudine poteſtatis: tamẽ † in cauſa criminali princeps etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt tollere defenſionem reo. ita ſingu. dixit Bal. in l. 3. in §. ſi is pro quo. ff. quod quiſque iur. quod dictũ refert & approbat do. Felyn. in c. dilecti. in 6. colum. de excep. & in c. cum olim. in vlt. colum. de re iud. & Soci. in conſi. ſuo 120. incipien. memini me aliàs conſuluiſſe in 9. colum. in verſic. tertius caſus &c. in 4. volum. & idem voluit Bartol. in l. filiusfam. in 2. colum. in verſi. ſed an tunc. ff. de donat. & dom. Paris de Puteo in tract. ſynd. in 30. char. in 3. colum. incipiẽ. an poteſtas qui miſit &c. Et idem voluit dom. Franciſ. de Aret. in conſil. ſuo 165. incip. ſicut Ioannes. 13. colum. in verſicul. ad obiecta &c. & Soci. in conſilio 164. incip. viſa bulla. in 7. colum. in verſic. tertius 76

tius quando princeps. & in consi. 166. incipien. in causa, quæ vertitur. in 20. colum. in versic. tertius casus. vbi dicit, quòd omnes doct. tenent hanc doctrinam Bald. de quo etiam dixi in l. 1. §. cogniturum. in 11. colum. ff. de quæstio. & latius in sing. meo 388. incip. defensio. Alia est etiam differentia inter causas ciuiles & criminales: quod patet. nam licet in causis ciuilibus sufficiat semi-
77 plena probatio, vna cum fama: † tamen secus est in causis criminalibus, in quibus semiplena probatio vna cū fama non sufficit. ita dixit glo. not. in c. veniens. el primo de test. quam refert & sequitur Bal. in l. 2. in prin. ff. de exc. tut. & Imol. in l. interesse. ad fin. C. de accus. & Pau. de Leaza. in c. grauis. in pen. col. de depos. & idem voluit Cyn. in l. fi. C. de quæst. in l. qui crimen. in 4. col. in fi. C. qui accusa. non poss. & in l. quis si ex argentarijs. in §. 2. ff. de eden. & idem, per illam glo. tenuit Alex. in consi. suo 143. inc. quoniam abunde. in 2. volu. & Ias. in repetit. l. admonendi. in 99. col. post prin. ff de iureiuran. vbi subdit fortius, videlicet, quòd idem etiam est quando agitur ciuiliter de crimine, allegat hoc voluisse Ioan. Ana. in consi. suo 59. incip. visa inquisitione. in 3. colum. ad quæ etiam vide quę dixi in repe. mea rub. C. de proba in 62. & 63. colum. & in singu. meo 437. incip. in causis criminalibus &c. Alia est etiam differen-
78 tia inter dictas causas. nam stante statuto † quòd de litibus, quæstionibus, seu differentijs fiat compromissum inter affines. tale statutum non habet locum in causis criminalibus existentibus inter affines. ita dixit Inno. & Ioan. & Abb. in c. irrefragabili, in §. cæterum. de offi. ordi. de quo feci mentionē in sing. meo 467. inci. viget statutum. circa medium. Item alia est etiam differētia.
79 nam mutilati † membris vel corpore vitiati non possunt testificari contra clericos in causa criminali. ita not. dixit Abb. antiquus. in c. 1. de excep. quem refert & sequitur Bal. in marga. sua in verbo, mutilati. & idem etiā dixit gloss. in c. 1. 4. quæstio. 3. in fi. vl. glo. quæ dicit idē esse in bigamo. ad quod etiam vide gloss. in c. ipsi apostoli. 2. q. 7. de quo dixi in singu. meo 381. incip. clericorum

eorum priuilegia &c. Et dicas idem esse in laicis: quia laici non possunt conuinci † per clericos in causis cri- 80
minalib⁹: qa clerici cōtra laicos nō admittunt in causis
criminalibus: vt in testimoniū. 11. q. 1. & voluit Inn. in
c. cum P. de accu. Spec. & Ioan. And. in titu. de teste. in
§. 1. versi. item quòd est clericus &c. & Abb. in c. de cæ-
tero. in princ. de testi. & Alex. latius in consi. 65. inc. vi-
sis processibus. in fi. in 2. vol. Alia est etiam differentia
inter causas ciuiles & criminales: nam in causis ciuili-
bus † ex pluribus indicijs fit vera, & plena probatio, se- 81
cundum gl. sing. in l. 2. in verbo, legitimis. ff. de excu. tu.
quam dicunt singu. doct. in pluribus & diuersis locis,
quos ego retuli in repeti. mea rubri. C. de proba. in 62.
col. vbi videas. Tamen illa gl. non habet locum in cau-
sis criminalibus. ita not. dixit glo in c. veniens. el 2. ex-
tra de test. ad quod vide Ioan. de Imo. in l. fi. in fi. ff. de
hæred. instit. vbi dicit d. gl. esse sing. & Alexād. in consi.
143. inci. quoniam abūde. in 2. col. in 2. vol. ad quod etiā
vide Soc. in consi. 54. inc. visis testibus. in 1. colum. in 3.
volum. & Alex. in consi. 180. inc in causa & lite. in vlt.
colum. in 5. volum. & do. Phil. Decium consi. 133. inc. vi-
so &c. in 4. col. in fi. & in consi. 167. inc. in causa. in vlt.
col. & vide Bal. in addi. Spe. in tit. de præsum. in vlt. ad-
di. Reperio etiam aliam differentiam inter ipsas causas
ciuiles & criminales. nam in causis ciuilibus † in testi- 82
bus quod deficit in fide supplet numerus, secundū glo.
not. in l. 3. & ibi Ia. But. ff. de test. & no. Io. And. in add.
Spe. in tit. de noto. cri. in §. fama in add. inc. alias supra
&c. & Nic. de Neapo. in l. excusantur. in prin. ff. de excu.
tuto. & voluit Alex. in consi. suo 149. inc. viso proces-
su. in 3. col. in 5. volu. & in consi. suo 5. inc. in causa in-
quisi-
tionis. in 5. col. in 1. vol. & in consi. 78. inc. in causa & lite.
in 3. col. in eo. vol. & in consi. 47. inc. abunde. in 1. colu.
in 2. vol. & in consi. 56. inci. viso processu. in vlt. colum.
& in consi. 211. inc. visis & discussis. in vlt. col. in eod. vo-
lum. & in consi. 4. incip. viso processu. in fi. in 2. vol. &
ibi in consi. 93. incip. repetitis. in pen. col. & ibi in cōsi.
181. incip. perspectis &c. in eod. 6. volum. & in consi. 238.
incip.

1167

incipien. perſpectis &c. in 1. colum. & voluit dom. Philip. Dec. in conſil. 163. incipiē. in cauſa matrimoniali. in penul. colum. de quo etiam per do. Philip. in c. teſtimonium. in 2. colum. de teſt. de quo dixi etiam in ſingula. meo 477. incip. in teſtibus. & voluit Ioan. de Imol. in l. qui teſtamento in 1. colu. ff. de teſti. & per Ioan. de Ana. in conſilio ſuo 52. incip. in cauſa iſta. & ibi latius in addi. & Alexand. in conſilio 119. incip. viſo proceſſu. in 3. colum. in prin. in 7. volum. & dom. Franc. Curt. in conſilio ſuo 56. incipien. ſuper proceſſu. in 2. colum. Iſtud tamen limita quòd in teſtibus, quod deficit in fide, ſupplet numerus. nam hoc non habet locum in cauſa criminali, vel in cauſa ciuili ardua. ita no. dixit Bald. in c. ad noſtram, de proba. ad quod alleg. tex. in c. licet cauſam. in §. quidam vero. de proba. & ideo dicit Bald. in d. c. ad noſtram, quòd in cauſa criminali, nec in ciuili ardua plurimi teſtes infames non probant. Et illud dictum Bald. refert & ſequitur domi. Felyn. in c. teſtimonium. in 5. colum. in fin. de teſti. & dom. Philip. Decius in conſilio ſuo 133 incip. viſo proceſſu. in fin. 4. colum. vbi etiam ad hoc alleg. Petr. de Anchara. in conſilio 247. incip. in cauſa agitata & Angel. in conſil. 127. & alia allega. de quibus ibi per eum. de quo etiam dixi in d. ſingu. meo 467. incip. in teſtibus &c. Alia eſt differentia inter cauſas ciuiles & criminales, nam in cauſa ciuili filiusfa. non poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, vt habetur in l. cum non ſolum. in §. 1. C. de bo. quæ libe. & in c. ſi annum 14. de iudi. in 6. Sed ſecus eſt in cauſis criminalibus: quia in illis filiusfam. poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris. ita dixit Bald. in l. penult. C. de noxa. Et iſtæ ſunt differentiæ inter cauſas ciuiles & criminales, quæ præſentialiter mihi occurrūt, curioſus tamen lector poterit alias inuenire, & iſtis addere. iſtas tamen quæ ſupra adduxi non reperies ſimul cumulatas ab aliquo vſque nunc. Modo redeundo ad materiam torturæ ſcias vlterius, quod etiam diebus feriatis † in honorem Dei poteſt reus ſubijci torturæ pro crimine enormi. text. eſt & ibi Bald. in 1. col in l. 3. C. de epiſcop.

83

epiſcop. audien. Quæri etiam poteſt in hac materia torturæ, de quotidiano dubio de quo heri fui interrogatus à iudice maleficiorum huius ciuitatis. Quod dubiũ tale eſt: aliquis tanquam reus citatus comparet, & dat fideiuſſores, & negat maleficium commiſiſſe: ex poſt apparent contra eum indicia dicti maleficij ſufficiẽtia ad torturam, iudex facit eum citare, quòd veniat ad ſe ſubijciendum torturæ propter indicia contra eum exiſtentia: qui reus eſt contumax, & non vult comparere, quid debeat tunc facere iudex? † in quo dicas quòd glo. 84
in l. pen. ff. de quæſtio. dat remedium, ſcilicet quòd cogat eum captis pignoribus & multa indicta. quod verũ dicit eſſe Bartolus ibi de iure communi, ſecundũ quod ius commune abſens non poteſt damnari, etiam vbi eſt pœna pecuniaria, niſi de maleficio conſtet. vt l. abſentẽ. ff. de pœnis. Sed ſecundum ſtatuta terrarum, ſecundum quæ abſens contumax habetur pro confeſſo, dicit ipſe Bartol. quòd ſicut ante comparitionem, ſi fuiſſet contumax, & pateretur ſe poni in banno haberetur pro confeſſo, ita quando citatus eſt, quòd veniat ad ſubeunda tormenta, & eſt contumax, & patitur ſe poni in banno, debet haberi pro confeſſo. & hoc dicit probari in l. conſentaneum. C quomodo & quando iud. & in l. properandum. in §. ſin autem reus. C. de iud. in quibus dicitur, quòd ſicut contra contumacem ante lit. conteſt. proceditur ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo & ſecundo decreto, ita poteſt procedi poſt li. conte. & ita dicit ipſe Bart. pluries practicaſſe, quod dicit eſſe menti tenẽdum: quia eſt multum not. de quo latius loquutus ſum in dicta l. penult. in 2. colum. ff. de quæſt. Sed vltra ea, quæ ibi dixi, vide circa hanc quæſtionem Gand. in tracta. ſuo maleficio. ſub rubr. quid ſit agendum reo abſente & contumace. in 2. colum. verſic. pone, quòd aliquis. & in dict. tract. ſub rub. quid agendum ſit reo præſente & non contu. in 3. colum. verſicu. ſed pone quòd iſte &c. Vlterius ſcias quòd tortura debet † fieri cum 85
moderamine: vt habetur in l. de minore. in §. tormenta. ff. de quæſtio quod intellige arbitrio iudicis, qui de-

bet considerare complexionem, & qualitatem Rei, videlicet, an sit debilis vel robustus & ferox, an nobilis vel plebeius: an ciuis vel rusticus. Item debet etiam considerare qualitatem criminis, an sit leue, vel graue seu atrox, ita dixit Dyn. in tracta. de quæstio. & in vers. qualiter debeat &c. & idem tenet Ang. de Areti. in tractatu maleficio. in verbo, fama publica præcedēte. in 16. char. in versicu. septimo quæro. & ibi dom. Aug. de Arim. in suis add. vbi dicit, quòd licet ille tractatus de quæstionibus attribuatur Dyn. tamen in veritate fuit Gand. in tract. malefic. in quo fecit rubricam de quæstionibus & tormentis. & alle. ipsum Gand. in d. tractat. in princ. in vers. Quintò nota. vbi dicit, quòd iudices debent habere hoc temperamentum, vt tormenta non sumant immensa de aliquo, nec quantum accusator postulauerit, sed prout moderatæ rationis temperamenta desiderāt, adeo quod tortus saluus sit innocentiæ, vel supplicio. ita secundum eum dixit Ioan. And. in c. cum in contēplatione. de reg. iuris. per text. in l. quæstionis modum. ff. de quæst. Et circa hoc vide etiam Bald. in l. 1. C. de cōfessis. in 6. colum. qui dicit, quòd quo moderamine sit habenda tortura, hoc relinquitur arbitrio iudicis. Et teneo quòd cum hoc relinquatur arbitrio iudicis, quòd iudex semper debet vti potius benignitate, quam atrocitate. argum. reg. semper in obscuris, cum multis simili. & in arbitrarijs iudex semper debet seruare æquitatem. vt supra, in §. constante. numero 30. & in § diligēter nume. 28. Et dicit not. dom. Fran. Bru. in tractatu de
86 indi. & tortu. in 10. char. in 1. colu. post med. † quòd iudex seueriter procedens in criminalibus debet priuari iurisdictione: quòd est summe not. contra aliquos iniquissimos, & sceleratissimos iudices à fece leuati, qui omni carent scientia, virtute, & ratione naturali: qui cum habent aliquem reū fortè indebitè inculpatū in fortiis suis, illos non alloquuntur, præterquam dum pendent in tortura: & si non confitentur, illud quod ipsi vellēt, dimittunt eos in tortura pendentes, & in tali acerbissimo tormento eos retinent per vnā diē integrā, vel per

vnam

vnam noctem, quando postea deponuntur quomodo se habeant, & qualiter se reperiant, & cuius animi, & voluntatis, quilibet cogitet, & de ſa faciat coniecturā. Nō ſunt adhuc tres menſes, quibus quidam iuuenis pictor hic Bononiæ fuit captus & carceratus: & hora 11. fuit poſitus ad torturam, & in ea altiatus vſque ad ſummum: & ita fuit dimiſſus vſque ad horā 23. poſtea quādo ille ſanctus iudex veritatis & bonitatis plenus ſupuenit, & dixit illi reo exiſtenti in tortura: vis etiam dicere veritatem? & videns quòd ipſe reus in tortura pendens non reſpondebat, iuſſit ipſum deponi: qui depoſitus erat mortuus, & ſpirauerat in totum. Et iſta toleran tur à Deo, à Papa, à Cardinalibus, & ab omnibus ſuperioribus, & inferioribus: & omnis lingua tacet, & quilibet homo videtur mutus, & ſurdus, & vere durum eſt talia pati. ſed tranſear, de ſimilibus etiam plura dixi, in annum tamen, & fruſtratoriè in repetit. mea rubr. ff. de fideiuſſ. in penul. & vlt. colum. Quæro conſequenter, ſi iudex ponit aliquem indebitè † ad torturam, an & qua 87
pœna puniatur: in quo Bal. in rub. C. de pœna iudi. qui male iudi. in ver. quæro qualiter. dicit ꝙ talis iudex nō punietur ſimilitudine ſupplicij, & ſic non punietur ſimili tortura: quia non reperitur iure cautum quòd tortura imponatur alicui pro finali pœna delicti, pro quo facit & habetur. in l. pen. ff. de quæſt. & in l. itē apud Labeonē. §. quæſtio. ff. de iniurijs. ſed talis iudex tenetur actione iniuriarum pro motu iudicis. alleg. l. iniuriarū æſtimatio. ff. de iniur. Bald. autem in l. decuriones. C. de quæſtioni. inducit illam l. in ar. quòd de quacunq; tortura, quā iudex dolo malo facit, & ſine cauſa, ſit pœna capitalis. de quo ſe remittit ad no. in l. 1. C. de priu. carce. vbi dicitur, ꝙ plus eſt torquere, quā in priuato carcere retinere. l. 1. C. de cuſto. re. ſed pœna priuati carceris eſt pœna vltimi ſupplicij, & læſæ maieſt ergo pœna indebitę torturę erit pœna mortis. Ang. aūt in d. l. decuriōes. colligit ꝙ iudex, qui torquet nō torquēdum, capite puniſ tur. Et iſtos doct. refert & hāc partē appbat Ioā. de Ana. in c. 1. de cle. percuſ. in 3. colum. in fi. Item hanc partem

169

quòd in tali casu iudex sit capite puniẽdus, tenet Ang. de Aret. in tracta. maleficio. in verbo, fama publica. in 15. char. in versic. tertio quæro &c. vbi dicit, quòd idem voluit Bald. in l. 1. C. de priua. carc. quod dicit esse bene not. à iudicibus. Pro quibus faciunt dicta per Bald. in l. milites. C. de quæst. vbi dixit, quòd iudex semel tortum non potest amplius torquere: & si iudex repeteret tormenta, & tortus decederet, quod iudex acriter puniretur. Et idem videtur tenere dom. Paris de Puteo in suo tracta. synd. in c. cha. in 2. colum. ante fin. vbi alleg. Bal. in d. l. milites. & vide etiam Salyc. in l. fin. C. de pœna iudi. qui male iudic. ibi tenet opinio Bald. in d. rubr. il lius titul. Sed idem Salyc. in l. 2. C. de exhi. reis. tenet qd iudex ponens aliquem iniustè ad torturam, puniatur pœna capitis. quæ opi. videtur magis communis. quam etiam tenuit Ange. in l. Gracchus. C. de adult. de quo dixi etiam in repe. mea l. fina. C. de proba. in 37. charta.

88 Et vide etiam Bald. in l. 1. C. ne ex deli. defun. in 5. colum. vbi dicit, † quod iudex in criminalibus procedens iniustè fauore, vel odio, tenetur l. Corneli. de sica. quæ omnia retuli in l. quæstionis modum. in vlti. colum. ff. de quæstio. Quæro modo. pone quod iudex debite, &

89 iuste torsit reum, qui reus mortuus est in tortura, † vel est debilitatus aliquo membro: an hoc casu iudex puniatur, & qua pœna: in quo vide Bartol. in d. l. quæstionis modum. vbi dicit quòd si iudex taliter torqueret, q reus moriatur, vel aliquo membro debilitetur, quod iudex tenetur in syndicatu, si in torquendo excessit modum consuetum, & qui debebat adhiberi secundũ qualitatem personæ tortæ: aliàs secus, secundum Bartol. in d. l. quæstionis modum. vbi dicit quod hoc accidit sibi in facto: quia cum vidit reum iuuenem & robustum, torsit illum taliter, quod fere mortuus est: & ideo dicit inspiciẽdum an iudici hoc possit imputari, & alleg. no. per Cyn. in l. Gracchus. C. de adul. Sed tu vltra Bart. videas bonum text. in l. item apud Labeonem. in §. sed si iussu. ff. de iureiurando. Et hanc partem etiam tenet Tancre. de Corn. in compendiosa sua in 5. rubr. in

19. quæ-

19.quæſtio.vbi primo arguit ad partes : poſtea decidit quòd ſi iudici poteſt imputari, vt quia exceſſit modum tunc tenetur.aliàs ſecus.& idem etiam ſentit Bartol.in l.aut damna.in §.nec iura.ff.de pœnis. pro quibus etiã faciunt dicta per Bartol.in l.fin.ff.de quæſtio.vbi dicit, quòd ſunt quidam iudices ſtulti,qui ſtatim cum habẽt indicia contra reum,cogunt eum confiteri : quòd fieri non debet ſecundum eum: ſed debet adhibere tormenta cum moderamine: & ita dicit ſe pluries feciſſe. Et faciunt dicta per Bal.in l.prima.C.de emenda.ſeruorum. vbi dicit per illum text. no. contra iudices qui abſcindunt alicui carnem, vt confiteatur crimen. nam ſi talis moritur in tormentis, iudex debet decapitari tanquam homicida,ſecundum Bald.ibi. Bal. autem in l. 3. C. de adulte. in hoc diſtinguit. videlicet,quòd aut iudex non exceſſit modum in torquendo: vt quia torſit in caſu licito, vt eſt de conſuetudine ſine aliqua aſperitate , & tunc non tenetur,quia licitè fecit.arg. l. item apud Labeonem.in §. quæſtionem. ff. de iniurijs. Aut exceſſit modum: & tunc aut dolo exceſſit, & tunc tenetur lege Corne.de ſica.pro quo allegat l.prim.C.de emenda.ſeruo. Aut exceſſit modum ex culpa: & non ex dolo.& tũc tenetur ſecundum qualitatem culpæ. Aut exceſſit modum caſu: & tunc nullo modo tenetur,quia dabat operam rei licitæ.& ita dicit tenere Iacob. de Are. & ita etiam dicit Bald.met.in conſilio ſuo 327. incip. factum ſic proponitur &c.in 4.volum.& hanc opinio.Bald.ſequitur Ang.in d.l.Gracchus.Sali.autem circa hoc in d. l.Gracchus.arguit pro & contra.& finaliter dicit,quòd aut officialis vltra legitimum modum non torſit,& legitimis indicijs præcedentibus torſit, tunc nõ tenetur: quia fecit lege permittente, & auctorante , & ita debet intelligi quod habetur in d.l.aut damna.in §.nec in ea. vbi habetur,quòd plerique in tormentis deficere ſolẽt. aut modum exceſſit, & tunc aut dolosè tantum, & tũc tenetur lege Corne.de ſica.vt ff.ad leg.Iul.repetun.l.fi. & facit.l.1.in fi.C.de cuſto.reorum.aut culpabiliter tãtum : ſed per modum culpæ , tunc ponitur pro modo

ipſius culpę.arg.l. ſi adulterium cum inceſtu.§.impera-
tores.ff.de adul. modica tamen culpa non eſſet inſpici-
enda,ſecundum eum.arg.§.illud videlicet in auth. vt
iud.ſine quoquo ſuffra. In dubio autē vt dicit ipſe Saly.
exceſſum aſcribendū potius culpæ,quam dolo:ad quod
allegat plura,de quibus ibi per eū. & ibi ponit ipſe Saly.
quādo dicatur iudex modū excedere. Et iſta quaſi om-
nia refert & ſequitur Ioan.de Ana.in c.1.in 4.& 5.colu.
de cler.percuſ.& ſic opi. Barto.in d.l.quæſtionis modū.
videtur cōmuniter approbata : De quæſtione vide etiā
Ang.de Are.in tract.ſuo malefic.in verſi. fama publ. in
verſi.8.quæro & ibi in addi.& do.Paris de Put. in tract.
ſynd.in 99.char.in 1.col.& ibi in 98.char.verſi.an offi-
cialis &c.& vide q̄ dixi in repet.mea l.fi.C. de proba.in
73.char.Et iſta omnia ad literam retuli in d.l. quæſtio-
nis modū.in pen.col.Sed etiam vltra ibi dicta, de hoc
vide Gandi.in tracta. ſuo maleficiorū.ſub rubr.de quæ-
ſtionibus & tormentis in 6.col.in verſic.ſed quid ſi iu-
dex.& dom.Flor.in l.qui occidit.ff.ad leg.Aquil.& quę
dixi in l.1.in prin.in 13.col.ff.de q̄ſt.ver. ſunt tamē &c.
Sed vltra prædicta poteſt quæri quid erit in illo iudice,
90 qui fecit ligare reum, vt eum torqueret, † & talis reus
fuit male ligatus, ex quo cecidit, vel ſibi fregit brachiū,
an talis iudex teneatur:dicas quod ſic,quòd tenetur de
culpa.ita dixit Pau.de Cāſt.in l. ſi vt certo. in §. nūc vi-
den.in fi.ff.commo. Modo vltra præmiſſa nolo omit-
tere aliqua iudicio meo non omittenda, quæ tamē me-
lius conueniſſent materiæ indiciorum : de qua dixi ſa-
tis ample & diffuſe.in §.diligenter. ſupra proxime. id-
eo tene menti quòd ille,qui conuerſatur cum malis &
iniquis hominibus, ex tali conuerſatione habet contra
91 eum indicium † iniquitatis,& delicti commiſſi,& ideo
ſi commiſſum ſit homicidium, & Titius ſit ſolitus cō-
uerſari cum homicidiarijs, ex tali conuerſatione habe-
bit contra eum indicium dicti homicidij.ita dixit Ang.
de Aret.in trac.maleficio. in verbo, fama publica.in 2.
char.in ver.quæro an vnum indicium.vbi dicit, q̄ quā-
do cōmiſſum eſt maleficiū, bonus iudex inquiret cum

quibus

quibus & per quæ loca cõuerſabantur delati, ſeu inquiſiti, quos torquere intendit: quoniam mala conuerſatio eſt malæ operationis indicium : allegat. ff. de adminiſtra. tut. l. ſi plures. in §. quanuis. quia ex mala † conuerſatione bonus efficitur malus vel vitioſus. vt l. ædiles. in §. Pedius. ff. de ædil. edicto. & idẽ tenet do. Augu. de Ari. in addi. in d. verſ. quæro an vnum indi. & ibi dicit quòd hoc idẽ dixit Gand. in trac. ſuo maleſi. ſub rub. de quæſt. in ver. quæ debeãt præcedere quæſtiones &c. Itẽ teneas etiã menti vnũ aliud no. verbũ: videlicet, † ꝙ ſi reperitur aliquis occiſus in vna domo, & ſocius ſuus tacet & nihil dicit, tunc talis taciturnitas facit indiciũ cõtra eum, ex quo poterit poni ad torturam. ita multum nota. dixit Lud. Ro. in l. excipiũtur. in fi. ff. ad Sylla. quẽ refert & ſequitur do. Aug. de Arim. in ſuis addi. ad trac. Ang. de Aret. ſuper maleficijs. in verbo, fama publica præcedente. in 8. char. in 1. addi. inc. tu autem in hac materia adde de iſta quæſt. quam poſſunt lo. And. &c. Ego autem non habeo hanc doctrinam pro expedita, per ea quæ dixit do. Paris de Puteo. in tractatu ſuo ſynd. in 99. char. in 2. col. & per ea, quæ dixi ſupra in §. diligenter. nu. 150. & nu. 151. vbi omnino videas. Et per iſta ſit expedita præſens materia torturæ, quæ in criminalibus eſt maximi momenti, & importantiæ, vt notum eſt. 92 93

SVMMARIVM.

1 Reus poſt torturam non ſtatim reaſſumendus vt confeſſionem ratificet.
2 Reus ſufficiẽter tortus an iterũ torquẽdus. 5. & 18.
3 Tortura leuis non dicitur tortura.
4 Vacillatio an ſit per ſe ſufficiens indicium ad torturam.
6 Cõfeſſio erronea etiã ſæpius iterata poteſt reuocari.
7 Teſtis varijs ter examinati depoſitio an ſuſcipiatur, & quæ.
8 Iudex torquens vltra tres vices temporibus diuerſis, dicitur immoderate procedere.

9 Indicia secunda per quæ reus repetitur in tortura, debent esse diuersi generis.

10 Regula, infinitas est vitanda, in quibus locum habeat.

11 Præsentatio prima an liberet vadimonium de iudicio sisti.

Et quid de illo, qui promisit præsentare toties quoties. nu. 12. 13.

14 Arbiter habens facultatem temporis prorogandi in compromisso, bis tantum potest prorogare.

15 Securitas eundi & redeundi concessa, an intelligatur pro prima tantum vice.

16 Licentia intrandi claustrum monialium concessa primam tantum vicem admittit.

17 Emptor fructuum an debeat habere fructus qui secundariò in eodem anno creuerunt.

19 Confessio facta extra iudicium, an faciat indicia ad torturam.

20 Confessio in criminalibus an semper ratificanda.

21 Consequentia non tenet, pro tali habetur, ergo talis est.

22 Verbum habetur, est nota improprietatis.

23 Statuta in odiosis & pœnalibus ad casum fictum nunquam extenduntur.

24 Statutum loquens in maiore, an habeat locum in maiore ex priuilegio.

25 Reus qui delictum confessus est, an possit suam confessionem reuocare prætextu erroris.

28 Reus confessus de se crimen, an possit sine nouis indicijs repeti in tortura.

29 Reus habens contra se indicia indubitata, an possit sine alijs probationibus plecti capitaliter. Et ponitur exemplum. nu. 30. Et quid si sit impubes. num. 31.

32 Præsumptio violenta neminem damnat criminaliter.

33 Pœna ex solis præsumptionibus debet esse mitis.

34 In-

34 Indicia indubitata quæ sint.
35 Reus quando dicatur in sua confessione perseuerare.
36 Perseuerare ex diuersis temporibus idē est, quod pluries confiteri.
37 Perseuerantia quid sit.
38 Reus quo casu possit sine ratificatione condemnari. 40.
39 Confessio causa pietatis facta an possit parere effectum absque perseuerantia.
41 Probatio delicti plena contra reum tollitur per torturam constanter passam.
42 Reus confessus post tormenta repetita quæ repeti non debuerant, an plectendus. 43.
44 Citatione non legitimè facta processus, & inde sequentia sunt nulla. 45.
46 Denuntiatio criminis perperam facta, inquisitionem inde sequutam eneruat.
47 Accusatus à bannito cui tempus banni lapsum est an habeatur pro confesso ex forma statuti de habendo contumacem pro confesso.
48 Reo constanter quæstionem passo, iudex quid facere debeat non molestetur in syndicatu.
49 Tortus non confessus an & quando debeat relaxari, & absolui. num. 50.
51 Iudex nolens reum fideiussoribus relaxandum relaxare, an teneatur actione iniuriarum in syndicatu.
52 Condemnatio an sequi possit ex deductis in inquisitione quæ non fuerunt specialiter probata.
53 Statutum puniens delictum commissum in strata, & inquisitio dicit commissum in via, non punit inquisitum. Et quid de instigante, cuius inquisitio dicit illum mandasse delictum committi. num. 54. 55.
56 Statuti qualitates specificè probandæ priusquam pœna illius locum habeat. nu. 57.
58 Inquisitio requirit probationem omnium con-

tentorum, aliàs corruit. Idem etiam de ſententia iudicis. 59.

60 Probationes factæ contra accuſatum de vulnere, quando non præiudicent accuſato.

61 Probatio licet habeat intellectus ambiguos, ſi tamen eſt concluſiua in omni intellectu, prodeſt probanti.

62 Ignoſcendum eſt ei, qui prouocatus deliquit. 69.

63 Vim vi repellere quatenus liceat.

64 Aggreſſorem occidens etiam ſe non defendendo mitius punitur. Nec peccat ſi aggreſſorē percuſſerit. nu. 74 85.

65 Percuſſus inſequens vulnerātem qui fugiebat & eum occidens, an teneatur vt homicida.

66 Pœna temperanda in eo, qui dolore accenſus delinquit.

67 Dolus in dubio non præſumitur in eo, qui faciendo actum licitum exceſſit modum, in culpa tamē eſt. 68.

70 Prouocatus ſemper ad ſuam defenſionem feciſſe præſumitur nu. 72.

71 Percutere incipiens ſemper in culpa dicitur, & animum repercutiendi habere nu. 73.

75 Clericus in altari aggreſſus, ſi ſe defendendo aggreſſorem occidat, poteſt ſtatim ad altare redire.

76 Defenſio tanquam iuris naturalis competit etiam brutis.

Quæ per principem tolli non poteſt, nec per papam. nu. 77.

78 Statutum tollens defenſionem intelligitur de ciuili, non autem de naturali.

80 Prouocato iura adeo fauent, vt de occiſo aggreſſore in defenſione non puniant de homicidio. 82 Et contra aggreſſorem præſumuntur nu. 82.

83 Verbera non dantur ad menſurā, & nemo in defenſione modum tenere poteſt.

84 Metus improuiſus inſtantis periculi rectum iudicium tollit & conſilium deliberandi.

86 Pro-

85 Prouocatus quando non teneatur fugere, sed resistere, & suam tueri salutem.

87 Fugare aliquem est iniuria, maxime nobilem, qui non tenetur dare terga fugæ. nu. 88.

89 Famam propriam negligens crudelis est.

90 Castigandi modum excedens tenetur tantum pro percussionibus in quibus modum excessit. nu. 92. & 93.

91 Initium attenditur vbi de delicti executione agitur.

94 Homicidam condemnare capitaliter quē impulit iracundia in iudicis potestate est. nu. 95.

96 Delictum capitale minoris qua pœna puniendum.

97 Consuetudo mala excusat delinquentē à pœna.

98 Notarios à pœna falsi excusat consuetudo.

99 Ius diuinum potest moderari per principem.

100 Ius diuinum dicitur ius naturale.

101 Ius naturale per principem etiam suppleri non potest.

102 Consuetudo contradicens iuri diuino, naturali vel gentium, dicitur vsurpatio.

103 Consuetudines malæ ex longo tempore non confirmantur.

104 Dispensatio propter multitudinem personarum inducitur.

§. QVoniam regulariter post confessionem factam in tortura deuenitur ad ratificationē ipsius confessionis: ideo aliqua sunt vidēda, & examinãda circa ipsam materiã ratificationis. Et ideo scias quãdo precedentibus legitimis indicijs reus cõfessus est delictũ in tortura, nõ reducitur statim ad banchũ iuris ad ratificandã illã confessionem, † quam fecit in tortura: sed reponitur in carceribus, postea elapsis aliquibus diebus, quando verisimiliter cessauit dolor torturæ vel aliorũ tormentorũ, reducit ad banchũ iuris ad ratificandũ. ita dixit Ange. de Are. in trac. maleficiorũ.

† in

in verbo, fama publica. in 14. char. in versi. postquam a. liquis &c. vbi dicit, quòd aliqui sunt iudices qui faciunt malefactorem, postquam est confessus delictum in tormentis statim ad banchum iuris ratificare : & dicit quòd male faciunt: quia adhuc ineſt dolor, & metus tormentorum: quia antequam ducatur ad ratificandū, debet esse interuallum. ita secundum eum dixit Ia. Bu. Bal. & Salyc. in l. 2. C. quod met. cau. & ibi etiam Ang. & Ia. But. in l. 2. C. de cust. reo. vbi dicit, quòd tortus debet quiescere, saltem per vnam diem naturalem post torturam, antequam ducatur ad tribunal, vt ratificet. Et cessato dolore, ducitur postea ad banchum iuris publicè coram iudice, & notario, & coram publicis personis, vt illud quod secrete dixit in tortura confirmet, & in publicum confiteatur. ita dicit tex. & ibi Ang. & Sal. in d. l. 2. C. de custo. reo. & Barto. in l. 1. in §. diuus Seuerus. ff. de quæstio. & ibi ego dixi in vlti. colum. versicu. quærit vlterius Bar. Et circa hanc materiam vide dom. Aug. de Ari. in suis addi. ad Ang. de Are. in tract. suo maleficiorum. in verbo, fama publica. in d. versi. postquam aliquis &c. vbi alleg. Gan. & alios, de quibus ibi per eū satis latè loquentem. Et scias in practica, quòd quando reus est deductus ad banchum iuris ad ratificandum, & tunc iudex debet ibi palam, & publice facere, quòd notarius maleficiorum legat, & vulgarizet inquisitionē, & eius confessionem, & debet notarius dicere ipsi reo, quòd bene aduertat ad id quod dicitur, & sibi legitur: nam ibi tractatur de vita sua. & ideo si illud, quod est confessus, est verum, illud confirmet: si autem non est verum. illud neget & improbet: Tunc lecta & vulgarizata ipsi reo dicta inquisitione, & confessione, si ipse reus dicit, quòd confessio, quam fecit est vera, dicitur eam ratificasse, & approbasse, & perseuerasse in sua confessione. Et tunc iudex dicit notario maleficiorum, qui fuit rogatus de dicta confessione, & ratificatione illius rei. Sis rogatus, qualiter audita confessione, & ratificatione istius, puta Titij inquisiti. Ego statuo sibi 10. dies ad faciendum omnem quamcunque defensionem suā,

quam

quam facere vult, potest & intendit : quoniam finito dicto termino, si non fecerit legitimam defensionem, faciam eum decapitari, vel aliter mori, secundum formam iuris, & statutorum. Quo facto in præsentia dicti notarij, & testium eum reum de nouo consignat militi suo, qui eum ducit ad carceres inferiores, vbi omnes possunt eum alloqui. Si vero ipse reus tortus negat ad banchum iuris, & dicit confessionem, quã fecit in tortura, non esse veram, sed factam esse propter cruciatũ torturæ. Et tunc an iudex possit de nouo torquere, in hoc plura sunt dicenda. † Et ideo scias, quòd si talis reus fuit sufficienter tortus, quòd nõ poterit de nouo torqueri, nisi superueniant noua indicia : quia illa prima indicia fuerunt purgata per torturam, ita habetur in l. repeti. ff. de quæstio. & ibi dixi post alios in 1. colum. & habetur. in l. vnius. in §. 1. eod. titu. Si vero non fuit sufficienter tortus, tunc potest repeti in tortura, etiam nouis indicijs non superuenientibus, ita dixit Bald. in l. 2. C. quorum app. non reci. vbi dicit, quòd leuis tortura non dicitur tortura. Et dixit Cyn. l. fin. C. de quæstion. quòd assessores, qui repetunt tormenta sine nouis indicijs, vel sine nouis argumentis, non habeant Deum, nec leges præ oculis. de qua materia plenius habetur in l. repeti. ff. de quæstio. & per Saly. in l. 1. C. de cust. reo. & per Dyn. in tractat. de quæstio. in versic. quid si aliquis fuit semel tortus &c. & per Angel. de Aret. in tracta. malefic. in verbo, fama pub. & per Bald. in l. milites. C. de quæstio. & per Alexand. in consi. suo 176. incip. in causa Anglorum. in pen. colum. in 2. volum. & in l. 1. §. diuus ff. de quæst. Et in hac quæstione vide Bald. in l. in bonæfidei in 3. colum. C. de reb. credi. in versic. item quæro de confessione &c. vbi dicit, quòd reus, qui in tortura confitetur, postea ad banchum iuris negat illud commisisse, poterit de nouo torqueri: quia ex prima sua cõfessione remanet semiplena probatio : vt voluit gloss. secundum eũ in l. 2. C. de custo. reo. Et ideo dicit, quòd nisi ipse reus reuocans talem confessionem suã probet contrarium, compellitur perseuerare in dicta sua confessione,

2

3

fessione, pro quo adducit quod no. Inno. in c. per inquisitionem extra de elec. Sed idem Bald. in l. 2. C. de cust. reo. aliter dicit in hoc articulo videlicet, quòd quando in cõfessione reus nõ perseuerat tacite, vel expresse, sed reuocat eam, quòd tunc si sunt aliqua indicia pro reuocatione, admittitur reuocatio. alleg. l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæstio. Si aũt apparẽt aliqua indicia faciẽtia contra eũ: tunc nõ admittitur reuocatio. quia vbicunq; potest quis cogi cõfiteri, nõ admittitur reuocatio: sed iste potest cogi cõfiteri vigore dictorũ indiciorũ superuenientiũ cõtra eum, ergo fortius potest cogi perseuerare in confessione. Sed vbi nulla indicia apparẽt pro vel contra, tunc vester, quòd ista reuocatio non procedat, nisi error allegetur, & probetur, vel nõ staret per allegantẽ, sed per iudicẽ, quo minus ꝓbaretur. vt l. de ætate. §. fi. ff. de interrog. act. & facit quod not. in l. ictus fustiũ. ff. de his qui notã. infa. ita dicit Bald. in l. 2. C. de cust. reo. Et dicta Bal. in dictis duobus locis. refert & approbat dom. Fran. Bru. in trac. suo de ind. & tor. in 13. char. in 4. col. vbi dicit ꝙ ista distinctio Bal. est elegãs. & dicit quod ita debet intelligi qđ no. ipse Bal. in l. fi. C. de ꝓba. Et dicit, ac cõcludit ipse do. Frã. ꝙ hoc casu poterit cogi reus per repetitionẽ tormentorũ in sua confessione primo facta perseuerare. Et idẽ etiã tenet Ang. de Are. in trac. suo malefi. in verbo cõparuerũt dicti inquisiti, negauerũt totum. in 2. col. in prin. Et idẽ tenet Alex. in apostillis. in l. repeti. ff. de quæst. & do. Paris de Put. in suo trac. synd. in 108. char. in 2. col. ver. viso de repetitione. & in eod. trac. in 100. char. in 2. & 3. col. vbi plura allegat. Et ꝓ hac opinione quã sequor, quod vigore dictæ primæ cõfessionis possit reus repeti in tormentis ad perseuerandum in dicta sua prima confessione, vltra doc. facit duplex ratio: prima est, quia nõ possumus dicere, quòd talis reus primo cõfessus, & postea negans non sit varius & vacillans. Sed † variatio seu vacillatio est sufficiens indicium ad torturã de per se: vt dixi latè in l. de minore. in §. pluriũ: in 5. col. ff. de quæst. & in l. ex libero. in princ. co. tit. & in sing. meo. 203. inc. veritas &c. & supra, in §. dili-

4

diligenter. nu. 74. & nu. 118. ergo tanquam nouum indi
cium superueniens contra ipsum reū semel confessum
poterit iterum torqueri. Item alia etiam ratio cōcurrit,
videlicet, quia si diceremus, quod confessus delictum in
tortura legitimis indicijs præcedentibus postea ductus
ad banchum iuris ad ratificandum negaret, q̄ nō pos-
set repeti in tormentis, sequeretur quòd raro, vel nun-
quam puniretur rei: & vt plurimum furca, & minister
iustitiæ perderent tempus suum: quia quilibet reus ali-
cuius criminis sciens se non posse vlterius torqueri, ne-
garet illud, quod cōfessus est dicēdo inter se: Ego passus
sum dolorē, & tormentū, quod pati debeo: si nego, sum
securus etiam tutus à periculo mortis. Et ideo multi. &
multi sunt, qui scientes se posse iterum torqueri ratifi-
cāt primā suam confessionem, quod nō facerent, si sci-
rent non posse torqueri. Et de hac materia dixi etiam
latè in l. repet. in 3. col. ff. de quęst. vbi omnia supra dicta
quasi de verbo ad verbum posui. Sed successiue quæri
potest de notabili quæstione, videlicet, pone, quòd reus
fuit positus ad torturam præcedentibus legitimis indi-
cijs: qui confessus est se crimen cōmisisse, de quo est in-
quisitus, postea debito tempore ductus ad banchū iuris
ad ratificandū, negat illud quod confessus est: quo stan-
te vigore dictæ suæ confessionis, & aliorum quæ supra
dixi iterum fuit tortus, qui in tortura iterum confes-
sus est commisisse delictum, postea ductus ad banchum
iuris, iterum negat illud delictum commisisse: sed dicit
quòd illud, quod confessus est, fuit confessus propter do
lorē torturæ. Postea iterū positus ad torturā iterum con
fitetur. postea ad banchum iuris iterum negat. vt supra,
an † hoc casu poterit iterum torqueri. Circa quod repē 5
rio do. Par. de Puteo in trac. suo synd. in 108. char. in 3.
col. dicentē se hunc casum habuisse in facto. & dicit q̄d
finaliter ipse talē reū absoluit, & liberauit à tortura cū
cautione tū fideiussoria. Et subdit q̄d cōfessio erronea
etiā † sæpius reiterata potest reuocari, per l. 1. C. de erro. 6
cal. vbi dicit Bal. q̄ etiā si sit reiterata, seu repetita, pōt
infringi ꝓbato cōtrario. vt in l. cū falsa. C. de iur. & fac.
ignо.

igno. Et alia plura & plura adducit de quibus ibi per eũ. & inter alia adducit Ang. in l. fi. C. de quæſtio. vbi dixit
7 quòd ſi teſtis † examinatus varius & tortus dicit vnũ, deinde repetitus dicit aliud, quod debet tertiò examinari, & ſtabitur illi tertio dicto. per gloſſ. in d. l. fin. C. de quæſtio. in verbo, alij. adducit etiã Pau. de Caſtr. in conſilio ſuo 197. incip. viſa in quiſitione circa fin. vbi dicit
8 quòd † iudex torquens vltra tres vices diuerſis temporibus, dicitur immoderatè procedere. arg. l. fideicõmiſſa. in §. ſi quis 10. ff. de leg. 3. Et reſpondet etiam ipſe do. Paris in loco præallegato & dicit, quòd in caſu noſtro non poteſt dici, quòd ſuperueniant noua indicia, ſcilicet, illa confeſſio: qua tortus confeſſus eſt, & deinde propter illam confeſſionem poſitus ad torturam, & deinde propter ſecundam confeſſionem eſt iterum tortus: quia ſecunda indicia, per quæ quis reperitur in tor-
9 tura vel in alijs tormentis, † debent eſſe diuerſi generis à primis indicijs. argu. no. in l. per hanc. C. de temp. app. & tenet Bartol. in l. vnius. in princ. ff. de quæſtio. & in tracta. ſuo de quæſtio. quæ omnia refert ad literam do. Paris vbi ſupra, de quo dixi ego in d. l. repeti. in 4. colũ. Et vltra rationem ſuperius allegatã facit alia ratio non leuis iudicio meo, videlicet, quòd ſumus in odioſis, & pœnalibus, in quibus fit reſtrictio: vt in regula, odia. cũ ſi. Ex quo ſequitur quod magis vendicat ſibi locum in
10 iſtis odioſis illa regula, quòd infinitas eſt euitanda, † vt in d. l. fideicommiſſa. in d. §. ſi quis decem. & in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbo. ſignifica. & in l. inter ſocerum. §. fina. ff. de pac. dota. & in l. cum pater. in §. pater certam. ff. de legat. 3. quæ regula in pluribus diſpoſitionibus fauorabilibus habet locum, & obſeruatur: quanto magis eſt obſeruanda in pœnalibus & odioſis? Et quòd obſeruetur in pluribus caſibus ciuilibus, & fauorabilibus patet ex pluribus exemplis & doctrinis. Nam ſi aliquis promiſit ſub pœna aliquem præſentare iudi-
11 ci ad ipſius mandatum, † liberatur per primam præſentationẽ. ita dixit Benedi. de Plumb. in l. duobus. in §. 1. per gloſſ. ibi in verbo, exhibuerit. ff. de iureiurand. & ibi Paul.

Paul. de Castr. post eum, quos refert & sequitur domi. Alexand. in consilio suo 360. incip. breuiter in casu &c. secundum ordinem meum. Et idem dixit Ioan. And. in addi. Specul. in titu. de accus. in addi. incip. Odofredus &c. Et idem etiam est in illo, qui promisit aliquem præsentare toties quoties opus fuerit, † nam talis liberatur 12
bina præsentatione. ita dixit Ang. in l. si finita. in prin. ff. de dam. infect. & in l. 2. ff. de custo. reo. in §. qui exhibendi. & in l. oratione. ff. de ferijs. & in l. veluti. in §. hæc vox. ff. de edend. Ludo. Roma. in consi. 15. incipiē. plura sunt, q̄ quæruntur. & idem dixit Alex. in consi. suo 145. incip. quoniam abunde. in 2. colum. in 2. volū. Et facit optime dictū Bald. in l. si duo. in §. semel. ff. de arbi. vt dixit, quod si sit promissa pœna toties quoties † fuerit contra factum, quòd ista promissio habebit lo 13
cum tantum in bina contrafactione, vt bis tantum exigatur pœna si contra fiat. Et facit etiam dictum Bald. in c. sua nobis in fin. de appell. vbi dixit, quòd si data est potestas † arbitro prorogandi tempus compromissi, 14
quòd illud non poterit prorogare nisi bis. Et facit etiā. Nam † si alicui conceditur securitas eundi, & redeundi, 15
intelligitur pro prima vice tantum. ita dixit Ioan. de Pla. in l. 1. C. de nauicu. libr. 11. quem refert & sequitur dom. Alexand. in d. consilio suo 360. secundum ordinē meum incip. breuiter in casu præmisso. in princ. Et ibi etiam subdit, quòd si alicui concedatur licentia intrandi † claustrum monialium, intelligitur de vna vice tan- 16
tum: & allegat rationem dicens, quòd in materia restringibili, debet intelligi concessio facta pro prima vice tantum. allegat hoc voluisse Alber. de Rosa. in 2. parte statu. quæstio. 181. incip. quòd per dictum fratrē Vbertum. Et facit etiam not. verbum Bald. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. solut. matrimo. vbi dixit si aliquis vendit vuas, † vel rosas viridarij, quę fructificant bis in an- 17
no, quòd emptor debet habere primas tantum vuas vel rosas. Et facit etiam quod voluit Barto. in l. cum quidā. ff. de annuis lega. vbi dixit, quòd si testator reliquit fratribus minoribus in festo sancti Francisci vnam pitan-

176

tiam, quod intelligitur ſemel tantum. Et faciunt alia plura in ꝓpoſito iſto, quæ ego adduxi in rep. mea rubr. ff. de fideiuſ. in 9. quæſtione : quæ omnia faciunt ad quæſtionem ſupradictam, vt reus vltra tertiam vicem non poſſit torqueri. Vlteriùs quæro de notabili alia quęſtione, videlicet, pone quod reus nõ per torturã, ſed ſponte confeſſus eſt delictum. poſtea autem ductus pœnitentia illud negat, & non vult in tali ſua confeſſione
18 perſeuerare: an iſto caſu poſſit † cogi per torturam ad perſeuerandum: in quo dubio puto fore diſtinguendũ hoc modo, videlicet, quòd aut iſte reus eſt maior 25. annis aut minor. Si eſt maior: tunc aut fecit hanc confeſſinem in iudicio, aut extra iudicium : ſi illam fecit in iudicio, & ſit veriſimilis, probabilis, & poſſibilis, vt dixi in l. 1. in §. ad quæſtio. ff. de quæſtion. & ſupra in §. poſtquam nu. 6. 7. & 8 & tunc non eſt opus alia ratificatione, ſed poteſt condemnari: cum in cõfeſſum nullæ ſint partes iudicis niſi in condemnãdo, l. proinde. ff. ad leg. Aquil. l. ſi confeſſus ff. de cuſto. reo. l. qui ſententiam. C. de pœnis, cum ſimi. de quo dixi in ſing. meo. 201. incip. in confeſſum. & hanc partem, & opi. firmiter tenuit Ioan. de Imol. in conſil. ſuo 109. incipi. viſa inquiſitione. poſt princ. vbi dicit quod iſta eſt communis opinio. Aut iſte reus hanc confeſſionem huius maleficij fecit extra iudicium, & tunc non poterit condemnari ex tali confeſſione, ſed ex ea bene poterit torqueri, vt perſeueret in tali ſua confeſſione: quia confeſſio facta ex-
19 tra iudicium, facit † indicium ad torturam, habetur per glo. in l. capite quinto. ff. de adult. de quo dixi in l. de minore. in princ. in 9. col. ff. de quæſt. & ſupra. in § diligenter. nume. 76. Aut iſte reus qui ſponte eſt confeſſus delictum, eſt minor, & tunc dico, quod etiam ſi ſponte ſit cõfeſſus delictum, etiam cum authoritate curatoris, attamen non poterit diffinitiuè cõdemnari ex tali ſpõtanea confeſſione, niſi eam poſtea approbauerit, & ratificauerit. Cum habeamus quod † confeſſio in criminalibus regulariter debeat ratificari, vt dixi in l. 1. in §. diuus Seuerus. ff. de quæſtio. de quo etiã ſatis ample per
20

Ange.

Angè. de Aret. in tract. malefic. in verbo, fama publica, in 18. char. in versic. postquam aliquis, & ibi in add. ad quod vide omnino quæ ego dixi, supra, in §. postquã, nume. 22. Et non obstat si diceretur, quòd imo confessio minoris, cum curatore non requirit ratificationem quando est sponte facta, sicut confessio maioris, vt dixi supra attento quòd minor habens curatorem faciendo actum habetur pro maiore, vt in l. si curatorem habens. C. de in integ. rest. mino. & in l. clarum. C. de auto. præstan. & in authen. sacramẽta puberum, C. si aduer. ven. cum simi. Quia respondeo, quòd in casu isto non est verum, quòd ista confessio spontanea minoris facta etiã cum autoritate curatoris operetur, vt non requirat ratificationem sicut cõfessio maioris, licet dicatur, quod minor habens curatorẽ habeatur pro maiore: quia hoc nego, maxime in tali casu. Nam longa est differentia, an quis † sit talis, an vero habeatur pro tali. Et vt dicit 21
regula: aliud est esse talis, aliud haberi pro tali. l. si. C. de interdicto matri. l. fin. C. de his qui veniam æta. impet. & voluit gloss. in l. mercis. la 2. ff. de verbor. significat. & dom. Felyn. latius in rubric. de fide instrumento. Et in casu quo habeatur pro tali confessio talis minoris non dicitur vera, sed ficta. & hoc propter verbum, habetur, † quod est nota improprietatis: vt habetur in l. 22
1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma. Et statuta maxime in pœnalibus † & odiosis non extenduntur ad ca 23
sum fictum; vt habetur late per domin: Felyn. in d. rubr. extra de fide instrum. in 2. colum. ideo istis rationibus teneo firmiter quòd confessio minoris etiam cum curatore etiam si sit sponte facta debeat ratificari, aliàs ei non noceat ad condemnationem capitalem, ad quod vide omnino quæ dixi supra, in §. postquam, nu. 22. Et facit etiam ad prædicta. Nam dispositio legis, vel 24
statuti loquens † in maiore, non habet locum in maiore ex priuilegio, vt in d. l. si. C. de his qui ven. ætatis impet. Teneas menti: quia hoc habui in facto his proximis diebus, & hæc opinio à iudicibus fuit approbata. An autem reus, qui confessus † est delictũ, possit reuocare suã 25

confessionem prætextu erroris, dixi in l. 1. §. fi. in 18 col. ff. de quæstio. & ponit dom. Paris de Put. in tracta. suo synd. in 202. char. in 2. colum. in ver. testis fuit tortus. & do. Iaſ. qui singul. loquitur in l. magistratibus. in 2. col. ff. de iuri. om. iudi. & dom. Paris in d. suo tracta. in 30. char. in 3. colum. in versic. incipi. an potestas qui misit. Item quando reus præcedentibus indicijs indubitatis confessus est in tortura commisisse delictum, & postea
26 † ad banchum iuris negauit, an possit cogi iterum cum tortura ad perseuerandum in dicta confessione sua? vi. de quæ circa hoc dixi in l. repeti. in quinta colum. ff. de quæstio. Et circa materiam repetitionis torturæ tenementi perpetuo vnum, videlicet, quòd quãdo iudex habet aliquem ribaldum in manibus, contra quem fama laborat: quod si fuit per eum tortus sufficienter, & noluit confiteri, adeo quòd vlterius non possit torqueri, quia indicia sint sufficienter purgata per torturam, si non superueniunt noua indicia: tunc cautela est vt possit de nouo pluries torqueri. Nam hoc casu iudex debet ipsum reum interrogare de dicto delicto, & de eius circumstantijs sæpius, & facere semper scribere dictũ suũ, & non parcere calamo, & hoc modo inueniet ipsum reum varium, & vacillantem in dictis suis. nam oportet mendacem esse memorem: tunc ex tali variatione poterit eum iterum torquere, quia erit nouum indicium,
27 cum † variatio faciat sufficiens indicium ad torturam, ita dixit Ange. de Aret. in tracta, suo maleficio. in verbo, fama publica. in 17. char. in versicu. nono quæro &c. alleg. hoc voluisse Bart. in l. de minore. in §. plurium. ff. de quæstio. Sed tu vltra Angelum, dicas quòd hoc voluit etiam Bart. in l. fina. in 2. colum. ff. de quæstio. & Ludo. Roma. in consi. suo 8. incip. viso facto &c. circa princip. de quo etiam ego dixi in singu. meo 103. incip. varietas &c. & in d. §. plurium. in 5. colum. vbi prædicta limitaui, nisi iudex torqueret reum iniuste indicijs legitimis non præcedentibus, nam tali casu, si bene reus millies vacillaret, non esset talis vacillatio sufficiens indicium ad torturam. per glossam singula. in l. pen. ff. de

quæstio.

quæstio.ita dixit dom. Augu.de Ari.in additio.ſuis ſuper dicto ver.nono quæro.de quo latius valde dixi in d.§.plurium.in 5.colum.Et teneas bene menti in materia,quod reus † confeſſus ſe delictum commiſiſſe, po- 28
teſt ſine nouis indicijs repeti in tortura, vt manifeſtet mandantem.ita dixit Ange.in l.& ſi certus. ff.ad Sylla. de quo latius dixi in §. diligenter. numero 155. & in l. repeti.in 8.colu.C. de quæſtio. Quæro vlterius de vno, an reus, qui contra ſe habet indicia indubitata, † poſ- 29
ſit condemnari ad mortem ſine alijs probationibus.in quo doctores fuerunt varij. Nam quòd poſſit condemnari,eſt tex.formalis in l.ſi qui adul. C. de adul.& ibi doctores. & facit c.afferte. de præſum. & facit in argu. l.final.C.arbit.tutel.& text.in l.antiquæ. C. ad Vellei-an.& l.final.ff.quòd met.cauſa. & in c.is qui.de ſponſ. & c.quia veriſimile, de præſumpt. & probat text. c. excommunicauimus. in fine de hære. & in l. indicia. C. de rei vendicat, & in l. final. C. de probatio, & in c.ſciant cuncti, 2. quæſtion. 8. & hanc partem etiam tenet Specul.in titul.de probatio. in §. videndum. verſicu. decimotertio , & ibi clarius , & apertius Ioann. Andreas,& Bartol.in l.ſecunda. ff. de fur. & Angel. de Aret.in tract.maleficiorum.in verſicul. comparuerunt dicti inquiſiti,& negauerunt totum.in 3. colum. Item pro hac parte facit optime quòd voluit Salyc. in l.final. C.de probatio. vbi dixit,quod ex iſtis indicijs indubitatis poteſt deueniri ad condemnationem , & ponit exẽplum † de duobus rixantibus adinuicem.in qua rixa v- 30
nus percutitur,& vulneratur,& teſtes examinati dicũt, quòd non viderunt quando fuit facta talis percuſſio: ſed viderunt eos adinuicem rixantes, & ſtatim dimiſſa rixa viderunt,quòd ille erat percuſſus & vulneratus, & dicit quòd certè ex hoc reſultat indicium indubitatũ, ex quo deueniri poteſt ad condemnationem,& iſtud dictum refert & ſequitur dom.Franciſ. Bru. in tracta.ſuo de indicijs,& tortura,in 5.char.in 3.colum. poſt me. & ibi etiam ponit quamplura exempla de indicijs indubitatis. de quo dixi etiam in ſingu.meo 288.inc. dixi tibi.

& faciunt dicta per Ioan.de Imo.in l.fin.ff.de hære.inſtitu.& per Bald.in d.l.fin.C.de probatio.& in l.neque natales. in 1.colum.eo.tit.& in l. quæcunque. C.de ſeruis fugit.in vlti.col.& in l.milites.C.de quæſtio,& per dom. Pari de Puteo in tract. ſuo ſyndi.in 95. char.in 4. col.cum ſeq.& facit dictum Bal.in l.excipiuntur, ff.ad Syllan.vbi dicit,quòd ex multis indicijs reſultat plena
31 probatio † etiam ad condemnationem capitalem, etiã contra impuberem & facit etiam dictum Baldi,in l.nõ eſt veriſimile.ff.quod met.cauſa.vbi dicit quòd ex pluribus indicijs,vel argumentis vehementibus poteſt in cauſa criminali iudicari.& faciunt dicta per Bald. in l. fin.ff.de offi.procon.& per dom. Phil. Decium in conſ. 163.incip.in cauſa &c.in vlt.colum.

Sed contrariam partem ſcilicet quod quis non poſſit ex indicijs indubitatis condemnari, tenuit expreſſe Gand.in tract.ſuo maleficiorum.ſub rub.de præſum.& indicijs indubitatis,ex quibus condemnatio poteſt ſequi.in 1.quæſt.& ibi circa fin.dicit quod omnes doctor. qui erant Bononiæ tempore ſuo,& etiam alibi,dixerũt & concluſerunt pro hac parte, ſcilicet, quod ex indicijs indubitatis non poſſit ſequi condemnatio.& ita etiam dicit ſe vidiſſe vbique practicari, quòd talia indicia ſic vrgentia non ſufficiunt ad condemnationem pœnæ corporalis: ſed duntaxat pecuniariæ. & iudicio meo ipſe melius & copioſius examinat hanc quæſtionem omnibus alijs.quod dictum ſuũ refert & ſequitur Paul. de Caſt.in conſi.ſuo 197. inc.viſa inquiſitione.in vlti. colum.in princ.vbi ſubdit, quod propter iſtud dictum Gandi. non eſt diu, quòd quendam defendit à pœna capitali,contra quem erant ita fortia indicia & indubitata,quòd animus & intellectus non poterat credere, quod alius feciſſet illud homicidium quàm ipſe,& ideo dicit concludendum eſſe in benigniorem partem,ſcilicet in abſoluẽdo:cũ etiam deducta in inquiſitione non ſint probata per ſpontaneam confeſſionem,nec per teſtes neceſſario concludentes.vt ibi latius per eum.Et illud dictum Gandi. & Paul. de Caſtr. refert & approbat

dom.

dom. Bartho Cepo. in conſi. ſuo 6. incipien. veritas &c. in 3. colum. Et hanc partem etiam tenet Angel. in d. l. 2. ff. de fur. vbi reprehendit Bar. ibi, & dicit quòd ex præſumptione † violenta nemo poteſt damnari criminaliter, maximè ad mortem, ſed bene ad torturam, & idē tenet Imo. in l. fi. ff. de hære. inſti. & Ang. de Are. in trac. malefi. in verbo, fama publica. in 2. char. in verſi. quęro an vnum indicium. & do. Aug. ibi in addi. & Matthe. in not. ſuo 119. inc. nota quòd præſumptio violēta. & hāc etiam partem approbat Ioan. And. in addi Speculat. in tit. de proba. in §. videndum. in verſic. 13. ſuperius alleg. licet ibi in princ. dictæ addi. dixerit contrarium. Et hāc partem etiam cum pluribus limitationibus firmat do. Fran. Bru in tracta. ſuo de indi. & tor. & in 5. char. in 4. col. circa finem. de quo dixi latius in rep. mea. rub. C. de prob. in materia probationis quæ fit per præſumptionem. vbi videas. de quo etiam per dom. Phil. Dec. in cōſil. ſuo 175. incip. in cauſa &c. in vlt. colu. Et pro ſupradicta opinione facit optime illud, videlicet, quòd quādo aliquis damnatur ex præſumptionibus, tunc nunquam debet ſibi imponi vera pœna delicti, ſed alia † mitior, vt voluit Inno. in c. quia veriſimile. de præſum. de quo dixi late in l. repeti. in 6. colum cum ſeq. ff. de quæſtio. & ſupra. in §. poſtquam. nu. 50. Stante ergo hac concluſione pro vera, quòd ex indicijs indubitatis nō poteſt quis condemnari ad pœnam corporalem, dico in quæſtione propoſita, quòd ſi reus inquiſitus de crimine, de quo vertitur pœna corporalis confitetur præcedentibus indicijs indubitatis, & dicit ſe commiſiſſe delictum, vel cōtenta in inquiſitione eſſe vera: ſi poſtea ad banchū iuris negat, & non vult perſeuerare in tali ſua cōfeſſione, quod hoc caſu poterit propter eius confeſſionem, vt dixi ſupra repeti in tortura, vt cogatur perſiſtere in dicta ſua confeſſione: ſecus autem eſſet quādo de delicto veniret imponenda pœna pecuniaria: quia cū de tali caſu ex indicijs indubitatis poſſit quis cōdēnari, nō debebit iterū torqueri, ſed poterit condēnari: qa ſatis eſt eſſe probatū maleficiū ad hoc vt ſequi poſſit condemnatio,

32

35

179

absque eo quòd etiam exigatur cõfessio Rei. per tex. in l. qui sententiam. C. de pœ. & per ea quæ dixi in singul.
34 meo 107. incip, aliàs fui interrogatus &c. † Quæ autem sint indicia indubitata. vide Gand. in dicto tract. & Ange. de Aret. & Francis. Brun. & domi. Pari. in dictis locis. vbi ponunt plura exempla, & plures restrictiones & limitationes circa ipsam materiam. & vide supra, in §. diligenter. num. 153. Quæro, dixi supra, quòd non valet confessio Rei criminis, nisi ipse reus in ea perseueret:
35 quæro ergo quando reus dicatur perseuerare † in sua confessione? in quo Bar. in l. 1. §. diuus. Seuerus. ff. de quæst. dicit quòd tunc dicitur perseuerare in confessione, quando post confessionem factam in tormentis reducitur in loco publico iudicij, scilicet ad banchum iuris, & ibi coram notario, & publicis personis cõfitetur, & ratificat seu confirmat ea, quæ confessus est in tortura. ita dicit probari ex text. l. 2. C. de custo. re. de quo etiam habetur per cano. in c. cum in contemplatione. de reg. iuris. & per Baldum in l. 2. C. quorũ ap. &c per Angelum, & Imo. in l. qui aliena. §. fin. ff. de acqui. hære. & per Bal. in rubr. C. de nouo Cod. compo. & in l. 1. C. de confes. & in c. 1. C. de confes. & in c. 1. §. iniuria. in 6. col. de pace iur. fir. versi. quæro vtrum semel &c. & in l. 2. C. quod met. cauf. & gloss. 4. ff. de pign. actio. Abb. in c.
36 fina. de confes. Et scias † quòd perseuerare ex diuersis temporibus idem est quod pluries confiteri secundum Bald. in prima constitutione codicis. in vlt. col. versi. sed tu in hoc dic. & c. Et dixit etiam ipse Bal. in l. quicunque.
37 in pen. col. C. de ser. fugi. † quòd perseuerantia est animi declaratio iudicium sic fuisse à principio. de quo etiam per eum in l. quidam. in 9. colu. C. de iur. deliber. & aliquid per Angel. Arc. in tract. malefic. in verbo, fama publica in 18. char. in versicu. postquam aliquis est captus &c. de quo etiam dixi in l. 1. in §. diuus Seuerus. in 2. colum. ff. de quæst. vbi etiam aliqua dixi circa perseuerantiam Rei. Vlterius teneas menti circa hanc materiam ratificationis vnum not. dignũ videlicet, quòd licet vt supra dixi, confessio Rei in criminalibus requi-

rat

rat perſeuerantiam ſeu ratificationem, tamen ſi reus
primo confeſſus † fuiſſet delictum extra iudicium, & 38
poſtea legitimis indicijs præcedentibus illud idem de-
lictum confeſſus eſſet in tortura, quòd hoc caſu poterit
condemnari ſine alia ratificatione. ita no. dixit Ioan.
de Imol. in c. at ſi clerici. de iudi. quod etiam melius &
clarius dixit dom. Felyn. in c. olim in 6. colum. in princ.
de reſcr. & voluit Iaſ. in l. magiſtratibus. in 2. colum. ff.
de iu. om. iud. allegans ad hoc glo. in l. cap. 5. ff. de adult.
Pro quo dicto faciunt optime quæ ego dixi in ſing. meo
500 incip. ſponſalia de futuro &c. vbi omnino videas.
Ex iſtis adde. gl. & do. Alexand. in l. cap. 5. ff. de adul. vbi.
dixit, quòd licet aliàs. confeſſioni factæ in tormentis
non ſtetur: in l. 1. §. quæſtio. ff. de quæſt. tamen fallit ni-
ſi de confeſſis præceſſerit bina confeſſio extra iudicia.
lis: quia geminatio confeſſionis hoc operatur. de quo
etiam per Bar. in l. cum ſcimus. C. de agricol. & cenſit.
lib. 11. de quo etiam dixi in d. l. 1. in d. §. diuus Seuerus.
ff. de quæſtio. & vide etiã quæ dixi in d. l. 1. §. quæſtioni.
in 2. colum. verſicu. vlterius pro limitatione eod. titu.
Et teneas mẽti vnum not. à ſimili, videlicet, quòd ſicut
confeſſio facta metu tormentorum nõ præiudicat reo,
niſi ipſe in ea perſeueret, vt dixi ſupra, ita nec confeſſio
† ſeu renuntiatio facta cauſa pietatis non valet nec pa- 39
rit effectum, niſi confitens in ea perſeueret, ita dixit
Abb. & in c. afferte. in 1. colum. de præſumpti. quod di-
ctum refert & ſequitur dom. Alex. in d. l. 1. in §. diuus
Seuerus. & ibi ego dixi in 2. colum. in fi. ff. de quæſtio.
Scias etiam in hac materia repetitionis torturæ, quòd
non ſemper requiritur ratificatio, imò nec etiam ali-
quando eſt neceſſaria cõfeſſio ipſius Rei ad hoc vt poſ-
ſit ipſe reus condemnari de delicto: & hoc accidit quan
do iudex contra ipſum reum habet plenas probationes
delicti. † Nam tunc poteſt ipſum condemnare ſine cõ- 40
feſſione, & ſine ratificatione ſua. ita probat tex. in l. qui
ſententiam. C. de pœnis, & ibi doctores. & hoc voluit
Bald. in c. ad noſtram, per illum text. de prob. circa. fi. &
Bald. in l. 1. in fi. C. de iura. calum. & dom. Alexand. in l.

vnius.in §.reus.per illum text.ff.de quæst.&do.Franc. Bru.in tract.suo de ind.& tor.in 19.char,in 1.col.& do. Bartho.Cepo.in consi.suo 32.incip. quidam rustici. in 10.colum.de quo latius dixi in singu.meo 108. incip. alias fui interrogatus &c. Et adeo est verum hoc quòd non deuenitur ad torturam,nec ad confessionem, nec ad ratificationem stante probatione delicti,quod dixit not. Alb.de Rosa.in l.edictum. ff.de quæst. quòd si plene est probatum delictum contra aliquem. si postea ipse sit tortus super ipso delicto.& ipse reus stet constans
41 † in tortura & non confiteatur, quod tunc tollitur illa probatio tanquam non sit vera: & hoc vult per glo. ibi quam doctrinam refert & sequitur Bartho. Cepo. in consi.suo 32.incip.quidam rustici &c.in pen.colu. vbi dicit,quòd istud etiam videtur esse de mente Bart. in l. vnius.in §.1.ff.de quæst.& dicit quod hoc etiam voluit Ange.de Aret.in tract.malefi. in versic. comparent dicti inquisiti,& negant totum, & dicit quod hoc vidit alias seruari Veronæ: & respondet ad aliquos tenentes contrarium.de quo etiam dixi in sing. meo. 262. incip. quod potui nolui.& in d.l.edictum in 1.colum.versi & teneas menti.

Scias vlterius quòd sicut non valet confessio facta in tortura legitimis indicijs non præcedentibus: vt est gl.& ibi doct.omnes in l. pen ff.de quæst. ita reus con-
42 fessus post tormenta † repetita,quæ repetiti nō debuerunt,non potest ex tali confessione cōdemnari, per d. l.pen.cum gloss.ff.de quæstio.ita dixit do. Paris de Put. in suo tract.synd.in 100.char.in 3.colu.versi. & idco reus &c.quod est no.ad materiam l.repeti.ff.de quæst. Et teneas menti perpetuo,quòd non solum confessio facta in tortura repetita,quæ de iure non debet repeti , non valet,vt dixi, sed etiam non valent omnia alia inde se-
43 quuta † post talem illicitam torturam.ita dixit do.Pari.de Puteo in suo tract.syndica.in 102 cha.in 3.col.ver. an confessio torti.vbi ad hoc allegat plura iura, de quibus ibi per eum.Pro quo dicto facit glo. not.in l.si accu-
44 satoribus,in glo.fi.C.de accu.quæ dixit, † quod si citatio

tio non eſt legitime facta, proceſſus & ſententia, & om
nia inde ſequuta ſunt nulla, quam gloſſ. refert & ſequi-
tur Bald. in c. ſi clericus. in 1. col. de pace tenen. & in l. cũ
fratrem. in vlti. col. C. de his qui. vt indi. & in conſi. ſuo
163. inci. præſumptio. in 3. volu. Pro qua glo. facit quod
voluit Bald. in authen. omnes. C. ſi minor ſe ab hæred.
abſt. vbi † dixit, quòd vbi eſt vitium in citatione, nun- 45
quam valet proceſſus in præiudicium abſentium. Et fa
cit optime ſingulare verbum Bald. in ad. Spec. in tit. de
inquiſitione. in 1. verſi. vbi dixit, † quòd ſi non valet 46
denuntiatio maleficij, non valet etiam inquiſitio pro-
pter eam formata tanquam acceſſoria. quod dicit ſum-
me no. eſſe. Pro quibus etiam facit notabile verbũ Bal.
in l. ſi filius. ff. de inter. acti. vbi dixit, quòd accuſatus à
bannito † qui ex forma ſtatuti audiri non debet, licet 47
patitur ſibi labi tempus & terminum banni, tamen nõ
habebitur pro confeſſo ex forma ſtatuti volentis, quòd
contumax habeatur pro confeſſo, quod dictum refert
& ſequitur Catal. in tractat. ſyndi. in verſi. 39. incip. ad.
de quòd accuſatus. de quo etiam dixi in repe. mea. l. de
vnoquoque. in 10. colu. ff. de re iud. & in repe. mea rub.
ff. de fideiuſ. in 50. q. prin. pro quibus etiam faciũt quæ
dixi in d. rep. mea. l. de vnoquoque. in 10. col. de re iud.
& infra in § ſecunda quæſtio. nu. 87. Ex quibus poſſu-
mus inferre, quòd ſicut corruẽte principali corruit ac-
ceſſorium: vt in reg. acceſſoriũ. de reg. iuris, cum vulg.
ita & ecõtra, videlicet, quod corruẽte acceſſorio corruit
principale quandoq;, vt in ſupradictis exemplis. Quæ-
ri modo poteſt, pone q reus vel cum tortura, vel cũ te-
ſtibus purgauit omnia indicia contra eum exiſtentia,
& ſimiliter purgauit ſecunda indicia, per quæ in eum
fuit repetita tortura: quia fuit conſtans & perſeuerauit
in negatione, quòd adeo debet relaxari: tunc quid de-
bet facere iudex, vt de tali relaxatione non poſſit mo-
leſtari in † ſyndicatu. in quo dicas, quod iudex non de 48
bet eũ tũc relaxare, ſed imo debet eũ reponere in carce-
rib⁹, & videre ſi põt habere nouà indicia: & ſi noua indi
cia ſuperueniẽt, poterit de nouo torqueri, vt ſupra dictũ
eſt.

eſt. Si autem non ſuperuenient noua indicia: tunc debet iudex aſſignare terminum accuſatori, ſi proceditur per viam accuſationis, ſi autem proceditur per viam inquiſit. tunc debet aſſignari terminus denunciatori, vel ei ad cuius requiſitionem fuit captus reus, quod intra talem terminum debeat probaſſe & produxiſſe quicqd vult, & poteſt contra talem reum: aliàs elapſa tali dilatione ſi non fuerit aliquid de nouo adductum vel probatum, ipſum relaxabit, ita dicit Ang. de Aret. in tract. malefic. in verbo, fama publ. in vlt. colum. vbi ſubdit, quod eſt bona cautela, quòd in relaxatiõe Rei iudex faciat apparere in actis torturam eſſe adhibitam in perſona ipſius Rei cum moderamine, ſecundum quod indicia contra eum exiſtentia requirebant, & ideo quia fuerunt purgata bene dicta indicia, & ipſe reus non fuit repertus culpabilis, iudex eum relaxauit, & dicit hoc notari per Bartol. in l. fin. in princ. ff. de quæſtion. quod dicit eſſe notandum ne iudex aliter faciendo poſtea teneretur in ſyndicatu, quæ dicta refert & approbat dom. Franc. Bru. in tractat. ſuo de indi. & tor. in 13. char. in 2. colum. & ſubdit quòd ſi iudex torſiſſet aliquẽ indebitè & iniuſtè, quòd vtatur hac cautela in relaxatione torti, videlicet quòd blandis ſuaſionibus faciat ipſum confiteri, quòd fuit legitimè tortus, & quòd de hoc faciat rogatum notarium, & hoc modo non tenebitur in ſyndicatu. ad quod all. Catal. in trac. ſuo ſynd. in 3. verſicu. & in ſeq. & dicit dom. Fran. vbi ſupra quòd Cata. dicit, quod vidit hoc practicari, de quo vide etiam Gand. in tract. ſuo malefic. ſub rub. de quæſtio. & tor. in 4. colum. in verſicu. quid ſi tortus. & vide etiam domi. Paris de Puteo in ſuo tract. ſynd. in 51. char. in 2. colum. in verſi. iudex inquirens &c. & dom. Alexand. in l. 2. in §. ſi publico. in 14. apoſt. ff. de adul. vbi dicunt, quòd in tali relaxatione rei, debet etiam citari ſyndicus cameræ, ſeu fiſci pro intereſſe reipublicæ: & hoc ſeruatur & practicatur in hac ciuitate Bonon. paſſim, quando relaxatur aliquis reus à carceribus. Et de hac materia an,

49 & quando tortus non confeſſus † debeat relaxari & abſolui,

solui, vide Salyc. in l. ea quidem. C. de accusatio. & in l. si qui adulteri. C. de adulter. & in l. quisquis. C. ad legē Iul. maiest. Et communis practica totius Italiæ est apud peritos iusdicentes, vt in tali casu accipiat fideiussores à reo de se præsentando ad mandatum curiæ. & dicūt in mandato relaxationis: talis reus carceratus, puta Titius, relaxatur pro nunc de carceribus &c. de qua etiam materia vide per dom. Pari. de Puteo in tracta. synd. in 108. in char. in 4. colum. versi. & licet Bar. &c. & in eodem trac. in 164. cha. in 2. col. versi. quidā latro famosus &c. in prin. vbi aliquid dicit in materia. Et scias quod pendente agitatione processus criminis, licet regulariter reus non debeat relaxari de carcere nisi sequuta absolutione diffinitiuè per sententiam, vt habetur in toto titu. ff. & C. de cust. reo. tamen quādo apparet ipsum reum esse finaliter absoluendum, vt quando processus est publicatus: tunc etiam ante sententiam debet relaxari etiam † sine fideiussoribus. ita nota. dixit Bald. in l. sed si is. ff. de in ius vocan. vbi dicit quod de hoc ex tex. in l. nullus. C. de exhib. reis. in vers. donec reperierit &c. & ibi Bald. & idem dixit ipse Bald. in l. si quis post accusationem. ff. de testa. pro quo est bonus tex. in l. qui pœnæ. in §. 1. ff. de manumiss. & hoc etiam firmat Ludo. Roma. in singular. suo 490. incip. accusatus de crimine capitali &c. quod est singul. notandum. Nam quando tu es aduocatus alicuius accusati, vel inquisiti de crimine capitali, & patet ex processu, quòd ipse venit absoluendus & liberandus, vt quia plenè est probata innocentia sua: hoc casu tu potes petere à iudice, vt dictum reum relaxaret de carceribus, etiam antequam sit liberatus diffinitiuè per sententiam: & iudex tenetur eum relaxare, secundum Bal. in dictis locis. Et ego alias hoc pluries practicaui, & obtinui in contingentia facti. ad quæ vide etiam omnino Iasonē in l. naturaliter in 20. colum. versicu. & per hoc deciditur. ff. de acqui. pos. & pro istis faciunt optimè quæ dixi in sing. meo 106. inc. qui de proximo &c. Et scias, quod quando reus fideiussoribus relaxandus, si iudex non vult eū relaxare, † po- 51

test

teſt contra eum agi actione iniuriarum in ſyndicatu, ſecundum Ange. de Are. in ſuo tract. maleficiorum, in verbo, pro quibus Antonius fideiuſſit. in ver. & no. q; ſi aliquis, vbi allegat Bart. in l. ſi vero pro condemnato. §. fi. ff. qui ſatisda. cog. & vide quæ ego dixi in repe. mea rubr. ff. de fideiuſſo. in 21. quæſtio. Redeundo modo ad principalem materiam ratificationis, videlicet, quãdo reus ad banchum iuris ratificauit confeſſionem delicti per eũ factã in tortura, & quando habuit terminum ad faciendum ſuam defenſionẽ, an illi termino poſſit renuntiare? dicã Deo duce infra in 7. q. extraordinaria, vbi plene hoc examinabo, Finito autem termino ſibi dato, & nulla facta defenſione, tunc iudex deuenit ad ſententiã diffinitiuam condemnatoriã hoc modo & hoc ordine. Nam in ſero, quando die ſequenti vult facere ſententiam diffinitiuam corporalem, ſignificat & intimat hoc reo, vt poſſit confiteri peccata ſua, & diſponere de bonis ſuis. Et ſecundum communem conſuetudinẽ, Poteſtas facit expenſis ſuis cœnã ipſi reo, & illa verè eſt cœna aſperiſſima, calamitatis, doloris, & cruciatus: quæ cœna parata portatur per militẽ Poteſtatis ipſi reo, & miles dicit ipſi reo, q; Poteſtas mittit ſibi vltimã cœnã vitæ ſuæ, & quod ſe præparet ad mortem, & ad patientiã: quia intẽdit eũ in die ſequẽti cõdemnare diffinitiuè ad mortẽ, & fieri facere executionẽ. Poſtea ſeruatur, licet iſtud nõ ſit de iure, quod mandãtur duo homines religioſi alicuius ſocietatis ſpiritualis, vel duo religioſi alicuius approbatæ religionis, vel duo laici de ſocietate Diſciplinatorum, qui tota nocte ſtant cũ ipſo reo, & hortantur eũ ad patiẽtiã, & ad bene moriendũ: vt ſi perdit corpus nõ perdat animã. Die vero ſequenti iudex de mane hora tertiarũ ſolita, & conſueta in ſimilibus facit pulſare campanã ſolitã pulſari quãdo proferũtur ſentẽtiæ capitales, & finito ſono cãpanæ facit Poteſtas conuocare oẽs ſuos aſſeſſores, officiales, & iudices maleficiorũ, & ante eũ, & dictos oẽs officiales ſedentes pro tribunali facit ducere reum cũ manibus ligatis poſt terga, & ibi poſt eũ eſt miniſter iuſtitiæ, qui debẽt

eum

eum exanimare & morti tradere, & tunc alta & intelligibili voce facit à notario maleficiorum legere sententiã cõdemnatoriã, in qua apponit genus mortis. in qua condemnatus est, & quã pati debet secundũ formã iuris & statutorum, & ponit etiã locũ fiendæ iustitiæ, seu executionis. Et lecta tota dicta sententia, reus ducitur ad mortem per militem, & per familiã Potestatis, vel officialis ad locum iustitiæ & executionis deputatum, & ibi fit executio per ministrum iustitiæ absq; aliqua dilatione. Postea miles Potestatis, cui in dicta sententia fuit mandata dicta executio, facit relationem in camera actorum de dicta executione facta. Et hoc modo finitus est processus & sententia pariter in vita ipsius Rei & iustitia habuit locum & effectum suum iuris ordine seruato, vt in similibus cõuenit. Et casu quo ipse iudex processisset contra ipsum reum iuris ordine non seruato, non potuisset imponere ipsi reo ordinariã pœnã delicti, vt dixi supra in §. constante, nu. 100. quod hic non repeto &c. Aliqua tamen supersunt necessaria, valde vtilia, & non omittẽda pro instructione iudicis, ne mortuo reo possit sibi obijci in syndicatu, & ideo attende. Nã aut iudex venit ad sententiã condẽnatoriã ex confessione Rei, aut ex probationibus testium factis contra eum iuxta c. nos in quenquam. 2. quæst. 1. cũ sim. Si ex confessione ipsius rei seruanda sunt quæ dixi supra in materia confessionis. ad quæ me refero. Si aũt ipse iudex peruenit ad sententiã ex probationibus, factis contra ipsum reum, tunc aduerte, quoniam non omnes probationes sufficiunt ad talem condemnationem diffinitiuam. Et ideo teneas bene menti ne erres, quando eris iudex, quòd nisi specialiter sint probata deducta in inquisitione, vel accusatione, nõ potest sequi cõdẽnatio, 52
etiã si omnia sint probata excepta qualitate deducta in ipsa accusatione, vel inquisitione. Nã quando aliquid profert in aliqua lege, vel statuto, vel dispositiõe cũ aliqua qualitate, debet nedũ res principalis pbari, sed etiã illa qualitas ad hoc vt cõueniat verbis legis, statuti, vel dispositiõis: aliàs illa qualitate nõ pbata, nõ diceret le-

g. [illegible]ma

gitima probatio, secundum Iaco. de Aret. & Cyn. in l. 2. C. de proba. & Ioan. And. in addit. Specu. in titu. de accusa. & inquisitio in rub. & gloss. in l. cum actum. ff. de nego. gest. & habetur in l. qui iurasse. in §. si pater. el 2. ff. de iureiuran. & in l. Aretusa. ff. de sta. ho. & habetur per Bart. in l. denunciasse. in §. quid tamen. ff. de adult. & per alios quamplures docto. in pluribus alijs locis, quos ego retuli in l. si quis ne quæst. in 26. colum. ff. de quæst. & voluit Abb. in consil. suo 78. incip. viso toto processu. in 2. colum. Et ideo dixit Ioan. And. in c. 1. de homi. in 6. in nouella se semel exemisse quendam prælatum à pœna mortis, qui assassinauerat quendam hominum Christianum : attamen non fuit probata illa qualitas quod homo ille assassinatus esset Christianus, secundum quod requirit text. in d. c. 1. de ho. in 6. & per hoc fuit liberatus à pœna mortis ille prælatus, licet contra eum fuerit probatum dictum assassinamentum. ita refert Ioan. And. in d. c. 1. quam doctrinam refert & sequitur Bald. in l. si quis non dicam rapere. in 2. colum. C. de epis. & cler. & Pet. de Anchar. in consil. suo 272. incip. de titulis criminum. in 1. colum. in fin. & Ludou. Rom. in consil. suo 144. incip. inquisitio præsens. circa princ. & dom. Alexand. in consi. 3. incip. in causa & lite vertente. in 4. colum. in princ. in 2. volum. & in consilio 223. incip. viso processu. in 1. colu. & in consil. 224. inci. viso processu. in 3. char. in 2. colum. & in consilio 171. incipien. visis & opportune in 2. colum. in 2. volumi. & in consi. 306. incip. viso processu. in 6. colum. & in consil. 385. incip. visis & optime discussis, in 2. colum. in quibus locis ipse dom. Alexand. refert, & sequitur illam doctrinam Ioan. And. in c. primo. de homici. in 6. in nouella, & illam etiam refert, & sequitur domi. Felyn. in c. auditis. in penul. colu. de præscriptio. & in c. ita quorundam, circa prin. de Iudæis. Pro quo optime facit dictum Paul. de Castr. in l. si communem, §. 1. ff. quemadmodum ser. amittan. vbi dixit, quod si fit inquisitio, vel accusatio de crimine tanquam commisso tali tempore, vel loco: & probetur de alio tempore, vel de alio loco,

quod

quod debet sequi absolutio, licet sit probatum crimen.
Et facit etiam dictum Bartol. in l. penult. C. de priuil.
dom. Aug. lib. 11. vbi dicit, quod si statutum † punit de- 53
lictum commissum in strata, & inquisitio dicit delictũ
esse commissum in via, quod inquisitus non poterit pu
niri. Et facit etiam dictum Bald. in l. ob hæc verba. ff. de
his qui notan. infam. vbi dixit, quod si quis inquisitus
est, quod mandauit delictum committi, † & probatum 54
est quod instigauit, vt delictum committeretur, quod
non poterit condemnari, quia nõ est probatum specia-
liter illud, quod in inquisitione continetur, quod dictũ
refert, & sequitur domi. Alexand. in d. consil. suo 333. Et
facit etiam ad prædicta. Nam si aliquis accusat aliquẽ
quod interfecit Titiũ, & postea probat, quod hoc fecit
per alium, accusans ipse succũbet, & processus erit nul-
lus. ita not. dixit Ioan. Monach. in regula, qui per alium
de reg. iur. in 6. de quo dicto facit festum Bald. in c. 1. §.
iniuria. in vlti. colum. in versic. pone accuso te. de pace
iuramen. firman. & domi. Felyn. in c. mulieres. in pen.
colum. de senten. excom. de quo dixi in singu. meo 187.
incipien. qualitas apposita &c. vbi etiam dixi pro hoc
optime facere. Nam quotiescunque statutũ, seu lex dis-
ponit in aliquo casu exprimendo aliquam qualitatem
ipsius legis, vel statuti, tunc agens seu fundans se ex ta-
li lege, vel statuto debet articulare, & probare qualita-
tem ipsius legis, vel statuti, & ad hoc adduxi Ang. in l.
vel necare. ff. quemadmodum testamen. aper. vbi dixit,
quod vbicunque optima opinio † testium est causa in 55
ductiua plenæ probationis, quæ alias plena non esset,
tunc de plena, & optima opinione ipsorum testium est
articulandum, & probandum. vnde dicit quod cum sta-
tutum Bononiæ disponat, quod ad probationem mor-
tis alicuius, qui extra territorium decessit, sufficiat pro-
batio per tres testes optimæ opinionis, & famæ, quod
hoc casu si quis velit probare mortem alicuius, qui de-
cessit extra territorium, & illam probat per tres testes,
quod tamen non erit probata mors, nisi probetur illos
testes deponentes de ipsa morte esse optimæ opinionis

& famæ. Et idem dixit Ang. in l. 1. in §. si quis neget. ff. quemadmo. testa. aper. quem refert & sequitur domin. Alex. in consi. suo 82. incipi. in causa vertente. in 3. col. in 1. volum. Et illud dictum Angel. in d. l. vel necare, refert & sequitur dom. Bartho. Cepo. in consi. suo 58. incipien. Franciscus. in vlti. colu. versic. postremo &c. vbi consuluit quòd si statutum punit abducentem mulie-
56 rem honestæ vitæ, bonæ conditionis, & famæ, † quod istæ omnes qualitates erunt probandæ. ad hoc vt abducens mulierem puniatur pœna statuti: aliàs si tales qualitates non essent probatæ non posset abducent condēnari, etiam si sit confessus talem mulierem abduxisse, de qua loquitur statutum, de quo latius etiam dixi. in d. singu. meo. 187. incipien. qualitas &c. Et prędictis etiam adde Ange. in l. prætor. in §. docere. ff. vi bon. rapt. vbi dicit, quòd si facta est accusatio de vulnere cum ci-
57 catrice, † & non probatum sit, sed probatum sit vulnus simpliciter, quòd accusator succumbet, de qua materia latius loquutus sum in l. si quis ne quæstio. in 22. colū. in ver. pro hoc etiam optime facit. & ibi in 27. colum. versi. item pro hoc etiam optime facit. ff. de quæst. vbi omnino videas, & do. Philip. Deci. in consi. suo 256. incip. in causa inquisitionis. in vlt. colu. Contra prædicta tamen multum facit quod dixit Bal. in l. si ea. C. de adult. vbi inquit, quòd si aliquis in libello accusauerit Titium de adulterio, & probauit de stupro, quod sentētia lata super stupro tenet, quod dictum refert, & sequi videtur Ioan. de Ana. in c. licet Hely. in vlt. colū. prope fi. de simo. Item contra supradicta etiam tenuit Flo. in l. si is cui via. ff. quemadmo. ser. amit. & l. in delictis. in §. si detracta. circa. fi. ff. de noxali. Attamē prima opi. est magis communis, & videtur magis concurrere cū naturali ratione, vt de se patet, vide quæ dicam infra in proxi. nu. 61. Itē scias q̄ dictæ qualitates positæ in lege statuto, inquisitione, vel alia dispositione sunt probandæ vt dixi, quod est verum, etiam si per iudicem affirmatiuè sint positę in ipsa accusatione, vel inquisitione, eo quia verba iudicis posita in inquisitione, non probant con-

tenta

tenta in ipsa inquisitione: & nisi talia posita in inquisitione probentur corruit inquisitio, † secundũ Rapha. 58
Ful. in consi. suo 107. incip. super eo. in 2. col. quem refert & sequitur dom. Philip. Decius in consi. suo 259. incip. in causa inquisitionis, in vlt. col. de quo latius dixi supra in §. constante. nu. 16. Pro quo facit etiam, † nam 59
verba iudicis posita in sententia videlicet, viso libello, litis contestatione, visa citatione, & similibus, non probat illa, nisi aliter probentur, ita dicit Barba. in c. cum in iure. in 18. col. de offic. deleg. & idem in citatione asserta à iudice dixit Inno. in c. quoniam cõtra. de proba. & Bart. in l. si ff. quãdo app. sit. & in l. 1. C. de fi. instr. & Spec. & Ioan. And. in tit. de instru. edi. in §. restat. ver. in sum. & in tit. de proba. in §. videndũ. versi. sed pone iudex, & voluit Alex. in consi. 386. incip. viso ꝓcessu. de qua materia habetur etiã per Soci. in cõsi. suo 33. incip. prosequendo ordinem, in 2. col. & in consi. 66. incip. frustra. in 3. & 4. col. & per Bal. in cõsi. 198. incip. in causa dom. Gulielmi. in 3. volum. & per Abb. in consil. suo 7. incip. tria circa primum. in 2. colum. & in consi. 18. incip. in causa, alias incip. primo quòd communitas in 1. & 2. colum. & latius vltra omnes loquutus sum ego in hac materia. in l. 1. in §. si quis dicatur. in 2. & 3. colum. ff. de quæst. vbi omnino videas, Item teneas menti circa prædictam materiam vnum satis notandum videlicet, quod probationes † factæ cõtra accusatum de vul- 60
nere, nõ præiudicãt accusato si modò accusetur de morte sequuta ex dicto vulnere. glo. est in l. fi. C. si reus vel accusat. mor. fue. super verbo, obijsse. quam dixit singu. Bal. in repertorio suo in verbo, probatio in pe. colũ. in versi. probationes factæ &c. pro quo facit dictũ eiusdẽ Bal. in d. reper. suo in verbo processus, in vlt. ver. in fin. Teneas etiã menti, ꝙ licet illud, quod supra dixi sit verũ, videlicet quod nisi sint specialiter probata adducta in accusatione, vel in inquisitione, nõ possit sequi condẽnatio per iura & doctrinas superius allegatas. Attñ si ꝓbatio est verificabilis † & cõclusiua in omni intellectu 61
ꝓdest ꝓbanti, licèt habeat ambiguos intellectus. Ita col

ligit Gem ex verbis Ioan. And in c.1. in vlti. colum. de pact. in 6. Ex quo dicto infert dom. Alexand. in l. inter ſtipulantem. §.1. in vlt. colum. ff. de ver. ob. quod ſi ego accuſo Titium, quòd occidit Seium, & teſtes ſuper hoc deponentes deponunt alternatiuè, dicentes, quòd eum occidit cum gladio, vel cum claua, licet videantur depo nere incerte & ambigue, tamen quia vterque intellectus concludit homicidium, habetur pro probatione certa, quod eſt ſingulariter notandum. quod dictum refert & ſequitur dom. Felyn. in c. ex parte. el 1. in 8. colu. de reſcrip. & Ias. in l. dedi. in 1. colum. ff. de condi. cauſa data cauſa non ſequuta. & idem tenet domi. Philip. Dec. in conſi. ſuo 228. incip. in caſu &c. in 1. colum. de quo etiam dixi in ſing. meo 206. incip. incertitudo. & latius in repet. mea rub. C de proba. in 74. colū. in verſic. & ideo ſi accuſo &c. Contrarium tamen expreſsè tenuit Fede. de Senis. in conſil. 162. incip. in quæſtione ꝓpoſita. & Paul. de Caſtr. in l. ſi communem. §. 1. in finalibus verbis. ff. quemadmod. ſerui. amit. & vide in materia Ange. de Aret. in rub. Inſtitu. de exceptio. in 16. colum.

Vlterius etiam iudex licèt habeat veras & plenas ꝓbationes delicti, tamen non ſemper debet ferre ſententiam condemnatoriam contra reum: ſed imo diligenter debet animaduertere, & cuncta diligenter rimari. Nam debet conſiderare & pōderare cauſam quare, & ex qua cauſa ipſe reus commiſerit delictum contra eum probatum, & contentum in inquiſitione. Nam plures ſunt cauſæ quæ excuſant reum à delicto, & ab eius pœna: vt ego poſui 25. caſus in l. 1. ff. de ſica. in quibus occidens hominem non punitur pro ipſo maleficio. Et ideo ſcias, quòd licet probata ſit percuſſio contra aliquem reū, attamen talis reus non debet puniri, ſeu condemnari ſi iuſta cauſa ipſum induxit ad delinquendum, vtputa ſi
62 fuit prouocatus † ab ipſo percuſſo, nam tunc iudex non poteſt, nec debet talem percutientem, vulnerantem, vel occidentem cōdemnare, ſaltem vera pœna delicti: quoniam ignoſcēdum eſt ei qui prouocatus deliquit. l. qui

cum

cum maior. §. si libertus. in versic. ignoscēdum est enim ei qui prouocatus voluit vlcisci &c. ff. de bonis liberto. Pro quo est etiam tex. in clemen. 1. de homi. & in l. sciē. tiam. in §. qui cū aliter ff. ad leg. Aquil. & in l. 1. in prin. ff. si quadru. paupe. fe. di. cum simi. Pro quo facit text. sing. & aureus in l. si adulterium cum incest. in §. Impe ratores. in versiculo, difficillimum enim est iustum do- lorem temperare. ff. de adulte. ad quod etiam facit l. Gracchus. C. eod. titu. Et hanc partem tenet Specul. per illa iura in tit. de crimine per modum except. opp. in §. in primis. in versi. sed quare, & idem per illa iura firmat Paul. de Castr. in consilio 192. incip. in causa carcerato- rum. in vlt. colum. vbi not, loquitur: Gandi. in tract. male- fic. sub rub. de pœnis reorum. in 24. colum. ver. pone etiam quòd plures homines. & Old. in consil. 71. incip. consueuit &c. in vlti. colum. & in consi. suo 17. incipiē. nunquid &c. in prin. & dom. Pet. Phi. Cor. in consil. suo 204. incip. pro decisione. in fin. in 1. volum. Et pro hac opi. facit optimè notabile verbum Specul. in titu. de ac- cusa. in prima parte. in §. 1. versic. quid si te vocaui latro- nem. vbi dicit quòd si te prouocaui dicto, vel facto ad iram, & tu dicto, vel facto mihi iniuriaris, quod nō de- bes mihi ex hoc cōdemnari. arg. d. §. cum arietes: quòd dictum refert & sequitur dom. Flor. in d. §. cum arietes. in vlt colum. in princ. & Ioan. de Ana. in c. significasti. el 2. in vlt. colum. de homi. & Ange. in l. vt vim. ff. de iu stitia & iure: & ibi Iaf. ante fin. & Alexand. in consilio 119. incip. viso processu. in 1. colum. in 7. volum. & etiā refert, & sequitur Ange. de Aret. in tracta. malefi. in ver bo, verba contumelioſa. in 2. char. in versic. quid si ali- quo dicto, vel facto &c. & ibi dicit domi. Augu. de Ari. in addi. quod si cum verbis iniurioſis prouocasti me, & ego non cum alijs verbis iniurioſis offendi te, sed cum gladio, quod esset fortius, quòd debeo subueniri, ad q̄ alle. Ang. in d. l. si adulterium cum incestu, in d. §. Impe ratores. per illum text. ff. de adul. Et idem apertè etiam dixit idemmet dom. Aug. de Ari. in eodem tractatu. in verbo, & dictus Titius se defendendo. in 4. char. in ad-

156

di.incip tu autem in hac materia adde quod ideo videtur, quod ex ſolis minis &c. Pro quo faciunt ſing. verba do. Anto. in c. olim. extra de reſtitu. ſpo. relata ab Augu. de Ari. in d. verbo, & dictus Titius ſe defendendo. in 3. char. in vlt. addi. circa medium, quem vide. Et faciunt etiam dicta per Ange. in l. illomet verbo, in 4. char. in verſicu. quærit ibi gloſſ. &c. in fin. & per Ioan. de Ana. in cap. ſignificaſti. el 2. in vlti. colum. de homi. & per dom. Alexand in conſilio ſuo 143. incip. poſt redditū &c. per totum. in 2. volu. & per me in l. 1. in princ. in 9. colum, poſt me. ff. de ſica Et faciunt optime quæ in cōtingentia facti dixi in conſilio meo 68. incip. in nomine patris ſummi, & omnipotentis Dei &c. in 2 char. Et

63 licet de iure cautum ſit quòd vim vi repellere licet, † cū moderamine tamen inculpatæ tutelæ: alias aliter repellens iniuriā tenetur, vt habetur per omnes in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure, & in l. 1. C. vnde vi. cum ſi. Attamē talis prouocatus excedēs debitum modermen in ſe defendendo, & repellendo talem iniuriam, non punitur pro toto facto, ſed pro exceſſu tantum. ita dixit Abb. in c. dilecti filij. extra de excep. & ibi latius do. Felyn. in 8. colum. in verſi. ſecunda declaratio &c. & fundant ſe in d. l. ſi adulterium cum inceſtu. in d. §. imperatores. in d. verſicu. quia difficillimum eſt iuſtum dolorem temperare &c. & dicit do. Felyn. vbi ſupra, quòd idem firmauit Ludou. Roma. in l. cum mulier. in 32. colum. ff. ſolut. matrimo. Et ſubdit etiam domi. Felyn. quod pro hac

64 parte facit, † Nam licet occidens aggreſſorem etiam ſe non defendendo non excuſetur, tamē mitius punitur, ſecundum Iac. de Are. prout refert do. Anto. in c. olim. el 1. ad fin. de reſtit. ſpo. & ibi Abb. in 10. colu. ex quo di-

65 cit do. Fely. vbi ſupra quòd ſi percuſſus inſequatur † vulnerantem, qui fugiebat, & eum occidat, non tenetur vt homicida: quia eſt potius culpoſus quam doloſus, & idem dixit do. Pet. Phil. Cor. in conſil. ſuo 204. incip. pro deciſione in fin. in 1. vol. pro quo faciūt dicta per Alex. in conſi. 119. incip. viſo proceſſu. in 2. col. poſt medium. in 7. volum. De quo verbo dicit domi. Felyn. vbi ſupra

nun-

nunquam sis oblitus: quia non posset esse notabilius. & dicit quòd de hoc dicto exclamat do. Fran. de Aret. in consilio suo 80. inci. sicut decet &c. in fi. & alleg. etiam Ioan. de Ligna. hoc tenentem in suo tracta. de bello. in consilio 128. incip. septimo quæritur. Adducit etiam p hac parte text. & quæ ibi habētur in c. significauit. de pœn. & remiss. & Ioan. And. in addi. Specu. super rubrica de homici. & Bal. in cap. primo §. si vero. de pace te. & Ludo. Roma. in singu. suo tertiò. & Ioan. de Ana. in d. c. significasti. el 2. in vlti. colum. de homicid. & Paul. de Cast. in consilio suo 192. incip. in causa incarceratorum. vbi dicit Bald. ita consuluisse. per d. §. imperatores. & per p. l. Gracchus. Item adducit etiam Bald. in d. l. vt vim. & Petr. de Anch. in clem. 1. de homicid & Ange. de Aret. in tractat. maleficiorum. in dicto verbo, & dictus Titius se defendendo. in dicto versic. quæritur, Titius vulnerauit &c. Item adducit etiam gloss. notabilē hoc tenentem 24. q. 1. in summa Et ad prædicta facit etiam secundùm eum dictum Abb. in c. olim. in 2. colum. extra de reseri. vbi secundum eū dat generalem regulā, q̄ quoties quis dolore accensus deliquit, ꝑ pœna debet a quantulum temperari, per d. §. imperatores. Adducit etiā ipsn do. Fely. vbi supra Alex. in consi. suo 71. incip. visa inquisitione contra Fortunerium. in 1. vol. vbi. cōsuluit Ferrariæ, quòd non diceretur excessisse moderamen ille, qui tenebatur per capillos submersus in Eridano, & occidit tenentem, etiā si poterat sperare, de certo auxilio. & dicit quòd inter alia ipse Alexād. allegat Bal. in l. in 6. col. versi. sed pone quidā. C. vnde vi. vbi dicit, q̄ qui aliter non potest sine vituperio euadere maxillatā, nisi cū gladio, & eua sit occidendo, excusatur, q̄ etiā voluit Alex. in consilio 119. incip. viso processu. in 2. col. in 7. vol. Dicit postea do. Felyn. quod fortius ipse reperit, videlicet, qd̄ imo ꝓuocatus solo insultu hostili cū armis, & adhuc non peccatus: si occidit insultantē, nō tenetur de homicidio, ita dixit Alex. secundū eū in l. nō solū. in § sed vt probari. in fin. ff. de operis noui nū. Itē alia etiā notabilia circa hanc materiam adducit do.

66

187

Felyn. in d.c.dilecti filij. in 9. colum. de exceptio. & in d.c. significasti.el 2.quæ per te videas. Sed vltra domi.

67 Felyn. dicas tu, quòd in dubio † nõ præsumitur dolus, sed culpa in eo, qui faciendo actum licitum excessit modum, secundũ Saly. in l. Gracchus. C. de adul. in illa quæstione, quando iudex torquendo occidit aliquem, quẽ refert & sequitur dom. Aug. de Ari. in addi. suis ad tractatum Ang. de Are. in lib. maleficiorum. in verbo, & dictus Titius se defendendo. in 3. char. in 1. addi. Et circa hanc materiam vide etiam omnino dom. Alex. in consil. suo 140. incip. videtur in casu. in pen. & vlti. colum.

68 vbi dicit, quòd etiam si quis † ex animo, & proposito excessit modum, quòd tamen non punitur pro toto, sed pro excessu tantum, allegat hoc voluisse Petr. de Anch. in clem. 1. de homi. de quo ibi latius per eum, de quo etiam vide quæ latè ego dixi in c. 2. circa fi. de homicid. ad quæ etiam vide Alexand. in consil. 2. in 5. colum. 7. volum. & in consi. 119. incip. viso processu. in 4. colum. in

69 eod. 7. volum. † Item adde prædictis quòd ratio quare

70 prouocatus, seu insultatus excedens modum non punitur pro toto, sed tantum pro excessu, est, † quia semper prouocatus, seu insultatus præsumitur feciſſe ad suam defensionem, secundum Bald. in l. 1. §. cum arietes. ff. si quadru. paupe. fe. di. & Gandi. in tract. malefi. sub rubr. de defen. à reo facien. in 2. colum. ver. sed ponamus, tu es &c. & Bart. & Bald. in l. si ex plagis. in §. tabernarius

71 ff ad leg. Aquil. & ibi dicit Bald. quòd semper † dicitur in culpa, qui incipit percutere : Et eum refert & sequitur dom. Hieronymus tortus in consil. suo quod fecit pro communi Florentiæ apud Papam Sixtum in 10. colum. ante fin. & dom. Aug. de Ari. in addit. suis, in dicto verbo, & dictus Titius se defendendo. in 2. charta. in prima addit. circa medium. de quo etiam per Ioan. de Ana. in c. significasti. el 2. in vlti. colum. de homicid. & ibi per dom. Felyn. in antepen. colum. Quinimò si quis vim iam factam repellit, præsumitur potius, quòd hoc

72 faciat † causa defensionis, quàm vltionis, secundum dictam glossam 23. quæst. 1. in summa. per quam glossam

ita

ita dicit dom. Augu. de Ari. in dicto verbo, & dictus Titius se defendendo. in 2. char. in prima additio. in 2. col. Et illam glossam refert & sequitur pro valde notabili Abb. in c. olim. el. 1. in 8. colum. de restitu. spolia. Et tanto magis hoc procedit: quia † qui primo percussit, videtur habere animum repercutiendi iterum, secundum dom. Augusti. de Ari. in d. versic. in 2. char. in 1. addi. in 2. colum. post princi. vbi multum no. loquitur. Item circa prædictam materiam quæ est notabilis & multum quotidiana tene menti etiam quàmplura alia. Et primo quòd occidens insultantem seu prouocantem taliter † occidendo, pro eius defensione, non cõmittit peccatum. Et ideo dixit no. Ioan. de ligna. in tractat. suo de bello, quòd si clericus † ad altare celebrans missam aggreditur ab aliquo, quod iuste dimittit celebrationem missæ, & si in illa rixa se defendendo occidit aggressorem, quod potest incontinenti redire ad altare & missam perficere. quod dictum refert & sequitur Abb. in c. clerici. el 1. circa prin. de vita & hone. cle. quos refert & sequitur dom. Mari. Soci. in repe. c. ad audientiam in 31. colum. de homici. in versic. 26. Et ratio est: † quia defensio est iuris naturalis & de iure naturali, tanquam competit, nedum hominibus, sed etiam animalibus brutis: vt habetur in d. l. 1. §. cum arietes. Et talis defensio tanquam iuris naturalis non potest tolli à principe, † siue à superiore. tex. est & ibi hoc. in §. sed naturalia. Insti. de iure nat. & voluit Barto. in tracta. suo, qui sint rebelles. in vlt. colu. & in l. facultas. circa princ. C. de iure fis. lib. 10. & Old. in consi. suo 43. incip. quæritur vtrum citatio & Ang. in consi. suo 178. incip. in facto proponitur. Et ideo dixit Bald. in c. à nobis. in fin. de excep. quòd statutum tollens defensionem, † intelligitur de ciuili, non autem de naturali, quod etiam firmat Felyn. in c. cum dilecti. in 5. colum. de excep. Et dixit Gemi. in c. non solum. in prin. de appel. in 6. † quòd Papa non potest tollere defensionem introductam à iure naturali, sed bene potest tollere illam, quę est introducta de iure positiuo. Et dixit Cicero in primo Officiorum, quòd qui non re-

73 74 75 76 77 78 79

188

fiſtit iniuriæ ſibi illatæ, & ei nō obſtat ſi poteſt, tam eſt in vitio, quàm ſi parentes aut amicos, aut patriam defereret: quod dictū refert & ſequitur Alex. in conſil. ſuo 119. incip. viſo proceſſ. in 2. col. in 7. vol. pro quibus etiā faciunt quæ plenè dixi in l. 1. in 5. col. ff. de ſiça. vbi videas. Item etiā ſcias quòd adeo iura fauent prouocato, q̄
80 occidens aggreſſorem † ſe defendendo non tenetur de occiſo. ſecundùm doct. in l. 1. C. vnde vi. & in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. & in l. 1. C. quādo liceat ſe ſine iud. vin. & in d. l. 1. §. cùm parietes. ff. ſi quadru. pau. fe. dic. & in l. ſi is qui aggreſſorem. C. de ſica. & in cle. 1. de homi. & habetur per Ang. de Aret. in tract. malefic. in ver. & dictus Titius ſe defendendo & ibi latius in addi. de quo dixi etiam in ſing meo. 190 incip. occidens aggreſſorem &c. de quo etiam per Alex. in d. conſi. 119. inci. viſo proceſſu. in 4. col. in 7. vol. Et ratio prædictorū omniū poteſt eſſe,
81 † quia occidens aliquem ſe defendēdo non dicitur committere malefiçium. ſecūdùm Bal. in l. data opera. in 4. col. C. qui accu. non poſſ. Et alia etiam poteſt aſſignari ratio, quam aſſignat Abb. in c. clerici. el 1. poſt princ. de
82 vita. & honeſt. cle. vbi dixit quòd ſi aggreſſor eſt † mortuus ab aggreſſo ſe defendente, videtur à ſeipſo magis occiſus, quàm ab aggreſſo, quod eſt notab. ad multa. Item alia eſt etiam ratio videlicet, quia ictus ſeu verbe-
83 ra non † dantur ad menſuram, & defendens ſe non poteſt habere, ſtateram in manibus, & menſurare ictus & percuſſiones, ſeu vulnera, ita dicit Bald. in d. l. vt vim. ff. de iuſtitia, & iure, quem refert & ſequitur d. Bart. Cepo. in conſil ſuo 1. in 3. col. do. Aug. de Ari. in add. ad tract. Ang. de Aret. in lib. malefi. in verbo & dictus Titius ſe defendendo. in 3. char. in 1. addi. pro quo eſt tex. in c. de homi. in 6. Et hoc tanto magis eſt verū: quia metus improuiſus inſtantis periculi tollit rectum iudiciū, & con-
84 ſilium deliberandi. homo † enim intenſo ſeu immenſo dolore, vel timore permotus, non eſt in plenitudine intellectus, ita dixit Bald. in c. 1. §. 1. in fi. de pace iura. firman. Pro quo facit illud vulgatum videlicet, huomo aſſaltato me20 perduto, quod vulgare refert & confirmat

Aug.

Aug.de Ari,in d.addi.in d.verb. & dictus Titius ſe defendendo.in 2.char.in 2.colũ.addi.ibi poſitæ, Quinimo vnum dico quod eſt fortius, videlicet, quòd nedum ille, qui ſe defendendo occidit aggreſſorem non eſt puniendus pœna mortis, per iura & rationem ſupra alleg. ſed etiam ille qui occidit aggreſſorem †etiam ſe non defendendo nõ debet puniri pœna mortis, ſed mitius eſt puniendus: vtputa ſi percuſſus & iam vulneratus inſequatur vulnerantem, qui fugiebat, & eum occidat, tunc non tenetur vt homicida. quia eſt potius in culpa, quàm in dolo, vt dixi ſupra, in nu.64. Et ſciàs etiam circa hanc materiam, quòd licèt dubitetur, an inſultatus teneatur fugere, † tamen dicas quòd nunquàm inſultatus tenetur fugere, quando fuga importat periculum vitæ, & ſalutis ipſius inſultati, vt quia inimicus eſt ſibi ad ſpatulas, & terga vertendo poſſet de facili vulnerari: nam tali caſu non debet fugere, ſed debet reſiſtere, & ſuam ſalutem tueri. ita dixit Bald.in l.1.& 5.col.verſi.ſed pone quidam, C.vnde vi.arg. tex.in l.ſcientiam. in §. qui cũ aliter.& ibi Bal ff.ad leg.Aquil. vbi dicit Bal. quòd iſta eſt defenſio neceſſaria & præciſa, qua omiſſa perſona eſſet veriſimiliter peritura, vel deterior fienda, ergo licitum eſt reſiſtere & non fugere. Et idem tenet Ang.de Aret.in d.verbo, & dictus Titius ſe defendẽdo.in 3.char. verſi.ex his infertur &c.& d.Barth. Cepo.in conſil.ſuo 29.incip.viſo proceſſu.in 6.col. vbi ipſe mouetur etiam alia ratiõe ad hoc vicendũ videlicet, cp †aliquẽ fugare eſt iniuria.l.itẽ apud Labeonẽ.circa prin.ff.de iniu. ideo ad propulſandam dictam iniuriam, licitum eſt reſiſtere, vt no.Bald.in l.1. C.vnde vi. & ibi Saly. in vlt. colũ.verſi. præterea leue eſt &c. Secus autem eſſet quando inſultatus poſſet ſine periculo vitæ aufugere : quia tunc debet aufugere ſecundùm doct.in dictis locis. Quod verũ puto, niſi inſultatus eſſet nobilis † & inſultans eſſet ruſticus, quia tunc non tenetur fugere: quia eſſet ſibi verecũdia & dedecus: quoniam fuga reddit quem viliorem: & crudelis eſt † qui negligit famam ſuam.ita dixit Cy.in l.ſi ex plagis.in §.tabernarius. ff.ad leg. Aquiliam & in l.ſci-

85 86 87 88 89

l.ſcientiam.in §.qui cum aliter.eod.titul. in ſuis addi. quem refert & ſequitur Bald.in c.1.in 7.colum.verſi.dicũt quidam. de pace te. pro quo dicit quod facit in arg. l.in eadem.ff.ex quibus cauſis.maio.& idem tenet Ioan.de Ana.in c.porro,in pen.colum.verſicu. refert etiã de cle.pug.in duel.& Angel. de Are. in tracta. malefic. in verbo, & dictus Titius ſe defendẽdo.in 2. char. in 1. colum.in fi.& in eodem tracta.in 3.char. eiuſdem verbi.in 2.colum.in verſic. ex his infert ibi Bald. &c. vbi plura ad hoc allegat,de quibus ibi per eum,& ibi in addi.Item circa hanc materiam vide quæ late dixi in l. 1. in 9.limitatione.ff.de ſica.& in c.2. de hom. & in ſing. meo.100.incip.occidens aggreſſorem &c.& do.Fely.in c.dilecti filij,de excep.& in c.ſignificaſti.el 2.de homi. & vide etiam dom.Alexand.in conſilio ſuo 299 ſecundum ordi.meum incip. viſo themate,viſaq; inquiſitione.in 2.colum.vbi loquens circa hanc materiam dicit,

90 quòd excedens modum † caſtigandi, non debet puniri pro omnibus percuſſionibus,ſed ſolũ pro illis, in quibus exceſſit.alleg.hoc voluiſſe Bartho.Ang. & doct. in d.l.ſi adulterium cum inceſtu. in d. §.Imperatores. & Ang.in d.l.Gracchus.& doc.in d c.olim.de reſti,ſpo.& in c.ſignificaſti.el.1.in gloſſ.fi.de hom. & Cyn. in d.l.1. C.vnde vi.& alios.de quibus ibi per eum. Dicit etiam ipſe dom.Alexand.in d.conſi.quod pro hac parte bene facit text. in l. ſed ſi quacunque. in §. ſi magiſter.ibi, quia non faciendo.ff.ad leg.Aquil.& qđ dicit ibi Bald. per illum text.vbi dicit no.quòd ſi ille, qui poteſt moderatè corrigere &caſtigare,excedit modum in caſtigãdo tenetur non tanquam dolosus, ſed tanquam culpabilis,quod dicit eſſe notatu dignum. Subdit poſtea do. Alexand.in d.conſi.quod in talibus percuſſionibus de-

91 bet attendi initium ; † quia vbi agitur de executione delicti,& ſic ad fauorem Rei, attendimus initium,non autem finem.allegat.l.qui cum maior.in prin. in verſicu.ſed ſi minor.ff.de bo.libert. & l. quod ait lex. in §. quod ait.ff.de adul.& ibi Bart. qui colligit ex illo text. iuncta l.illud.in fi.ff.ad leg. Aquiliã quod quãdo vtrũque

que principium & finis fuerunt illicita: vt quia primo incœpit vulnerare, & tandem continuatis vulneribus occidit, quòd tunc attenditur finis: scilicet homicidiū, & non principium, scilicet vulnus, & hoc fauore Rei, ne de vtroque puniatur, videlicet, de vulnere & de homicidio. iuxta ea quæ habentur in l. qui de crimine. C. de accusa. Sed si principium est licitum, tunc illud inspicimus, & non finem: vt in d. §. quod ait lex. Et ista doctrinam sequitur Angel. & Salyc. in d. l. Gracchus, & Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleric. in 3. colum. vbi dixit, quòd quando agitur de excusandis delictis, attenditur principium & non finis. per id quod habetur in d. §. quod ait. cum ibi not. per Bart. & ita resident dom. Alexand. in d consilio suo 299. inci. viso themate, visaque inquisitione. Et idem latius & copiosius dixit idem domi. Alexand. in consilio suo 140. incip. videtur in casu proposito. in pen & vlt. colum. in secundo volu. vbi fortius dixit, quòd si quis ex animo & proposito excessit modum, † tamen nō punitur pro 92
toto, sed pro excessu tantum, allegat hoc voluisse Petr. de Anch. in cle. 1. de hom. quod est singulare verbum, de quo ibi latius per eum. & per dom. Pet Phil. Cor. in consilio suo 204. incip. pro decisione. in fin. in 1. volum. & dixi etiam supra eodem. nu. 68. &c. Quæ omnia summe sunt notanda, & perpetuo menti tenenda. Nam habemus hic Bononiæ statutum positum positum sub rubri. de generalibus seu communibus pœnis bannitorū. in versic. ordinamus insuper &c. quo cautum est, quòd bannitus in libris centum, vel abinde supra, possit libere & impunè in personam à quocunque offendi, citra tamen mortem dicti banniti. quo casu si quis eum vulneraret, & vulnerando excederet modum, adeo quòd talis bannitus moreretur ex dictis vulneribus sibi illatis, † non deberet vulnerans puniri de morte, & sic de 93
toto: sed tantum de excessu, ita probat doctrina Bald. in d. l. 1. in versi. 9. C. vnde vi. quem refert & sequitur Ioā. de Ana. in c. 2. extra de homici. pro quibus faciunt optime dicta per Paul. de Castr. in consi. suo 194. incipiē. quidam

dam Nicolaus &c. aliâs inci. viso processu &c. vbi dicit, quòd vbicũque ex forma statuti cõceditur aliquis actus, si homicidium inde sequatur, est impunibile: nec statuta loquentia de homicidio habent locum in illo faciente illa executione sibi à statuto permissam, quod dictum refert & sequitur Lud. Bologni. in consi. suo 63. inci. viso. in vlt. colum. Et faciunt etiam dicta per do. do. Nellũ in tract. suo banii. in 2. part. secundi tempo. quæst. 13. incip. sed circa idem &c. & per do. Iaſ. in l. si quis nec causam. in 3. col. ff. si certum petatur. & per d. Bart. Cepol. in consi. suo. 1. in 3. col. in fi. Et faciunt etiam dicta per do. Hieron, tortum in consi. suo, quod fecit pro communi Florentiæ apnd Papã Sixtum, quod inc. in nomine patris & filij. in 3. col. & quæ ego dixi in sing. meo 176. incipien. voluntas & propositum &c. teneas menti prædicta, quia non fallor, sunt multum notabilia, quotidiana, & maximi lucri. Et teneas etiam menti vnum circa materiam tactam superius, videlicet, quòd licet homicida regulariter sit puniendus pœna mortis, vt habetur in l. prima. & ibi dixi in prin. ff. de sica. & in l. 3. in §. legis Corneliæ. ff. eod. & in l. nemo. C. de epiſ. aud. cum sim.

94 †Attamen est in potestate iudicis non condemnare homicidam pœna mortis, quem impulit iracũdia, orta etiã aliter, quàm ex facto offensi. per tex. in l. lex Iulia. in §. fin. ad l. Iul. repe. ita sing. dixit Lud. Ro. in l. cùm mulier. in 32. col. versi. aduerte tamen quia etiam offensa. ff. sol. mat. quod dictum pro valde notabili, & mirabili refert & sequitur dom. Feli. in ca. dilecti filij. in 8. col. vers. secunda declaratio. de exceptio. & illum tex. in d. l. lex Iulia. §. fi. p valde not. alleg. Bal. in l. addictos. C. de epiſ. aud. & Ang. de Are. in tract. suo malefi. in verbo, pſente Caio & appellante. in vers. quid autem si non obstante. de quo dixi in sing. meo 270. incip. homicida. Item etiã scias, & perpetuo teneas menti, quòd quando pro delicto venit imponenda pœna mortis, vel pœna corporis afflictiua, & ex aliqua causa receditur à principali pœna

95 capitali ipsius † delicti, tunc non imponitur minor pœna corporalis, sed transmutatur & conuertitur in pœnam

ham pecuniariã. ita optimè probat tex. in l. qui ædes. & in l. si fortuito. ff. de incen. rui. naufra. & voluit Bald. in l. data opera. in 2. col. in fi. C. qui accuſ. non poſſ. & hoc etiam probat tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu. in §. imperatores. ff. de adult. & in l. ſi quis in grau. in §. ſi tamen maritus. ff. ad Sylla. & in l. Gracchus. C. de adul. & in l. lex Iulia. in §. fi. ff. ad legem Iul. repe. Pro quibus faciunt dicta à doct. de minore delinquente, qui † licèt cõ. 96
miſerit delictum aliàs puniendum pœna mortis, attamen propter eius minorem ætatẽ receditur à pœna mortis, & quacunque corporis afflictiua, & punitur alia pœna, puta pecuniaria, vel relegationis, vel alia non corporis afflictiua, vt habetur in l. 1. §. impubes. & in l. excipiuntur. ff. ad Syllan. & habetur in c. 1. & 2. extra de delic. puero. & in ſimili faciũt quæ dicũtur de furioſo, vel dormiente, de quibus per doct. in cle. 1. de homicid. de quo etiam dixi in l. 1. in prin. in 7. & 8. col. ff. de ſica. & in cõſil. meo 2. quod feci pro Matthæo ſpadino, quod incip. licèt in conſilio meo iam emanato &c. in 3. char. Item inquantum ſupra dixi, quòd non ſemper quando eſt probatum delictum contra reum, ipſe reus eſt condemnandus. Scias quòd ſi per confeſſionem, vel probationem conſtet reum occidiſſe hominem, non tamen poſſet de homicidio condemnari, ſi in loco homicidij commiſſi eſſet conſuetudo tolerans homicidia: quia occidens tunc aliquem non punitur pœna legis Corneliæ de ſicarijs, quando † mala conſuetudo excuſat delin- 97
quentem à pœna, ſecundùm gloſſ. ſingu. in c. cum venerabilis. de conſuet. quam gloſſam ad hoc propoſitũ dixit ſingu. Ludo. Rom. in ſingul. ſuo 19. incip. an conſuetudo &c. vbi dicit illam eſſe veram quo ad pœnam corporalem: ſed ſecus quo ad pœnam æternam. ad quod alleg. glo. quã dicit ordin. in c. deniq; 4. diſt. ſed vide tu alia. in c. ſanè. de tempor. ordin. Et d. glo in d. c. cum venerabilis. dixit ſingu. Alex. in conſi. ſuo 107. incip. pro inueſtigatione. in vlt. col. in 2. vol. & in conſ. 8. in 2. col. in 6. vol. & Barba. in c. prudentia. in 2. colum. de offic. deleg.

NB.

Pro

Pro qua facit quod voluit Bald. in l. 1. in 7. colum. C. de ædil. act. vbi dixit, quod nō est delictū, nec delicti qualitas, quam publica consuetudo permittit. alle. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædi. edic. Et facit etiam quod dixit Hostien. in c. quanto. de his quæ fi. à
98 præla. sine consensu cap. vbi dixit † quod cōsuetudo excusat notarios à pœna falsi. quod dictū refert, & sequitur Bald. in c. 1. in princ. de feu. cog. & Ludou. Roma. in sing. suo 379. inci. fui interrogatus & idem tenet Ang. de Aret. in tracta. malefic. in verbo, falsario. in versicu. quæro quot modis &c. circa princ. & Bald. in l. 1. in 11. colum. C. de confes. & in l. 1. C. de ædili. act. Et idem voluit Hostien. Ioan. And. & do. Ant. in c. 2. ad fi. de fid. instru. vbi dicunt, quòd si consuetudo est quod contractus prælatorum scribantur & sigillentur nomine ipsorum prelatorum per suos notarios ad hoc deputatos. quamuis ipsi prælati de hoc nihil sciant, tamen excusantur ipsi notarij propter talem consuetudinem. pro quibus etiam facit quod dixit Bald. in l. vnica. C. quæ sit lon. cōsuetu. in versi. modo sequitur alia quęstio &c. & Inno. in d. c. sane. de temp. ord. & Bal. in l. de quibus in pen. char. in vers. viso de causis. ff. de leg. & facit optime quod voluit Petr. de Anch. in consilio suo 272. inci. iure stricto & consuetudine &c. vbi singu. consuluit q̄ stante consuetudine hic Bononiæ quod pueri 16. annorum, & abinde infra, faciunt adinuicem coadunationē & inuicem colluctantur præliando cum lapidibus, vna pars contra aliam proijciendo lapides, quòd si contingat quòd in tali colluctatione vnus alium percutiat, vel vulneret, excusabitur à pœna, quamuis respectu ætatis non veniret excusandus, per l. impuberem. ff. de fur. Et hanc doctrinam Petr. de Anchar. refert & sequitur Alexand. in consilio suo 107. incip. pro inuestigatione. in vlti. colum. in 2. volu. Et idem etiam dixit ipse Petr. de Anch. in d. c. cum venerabilis. & eum etiam refert & sequitur dom. Franci. de Cre. in not. suo 149. incip. mos est puerorum Bononiæ. Et idem tenuit Ioan. de Ana. in c. fœlicis. in fi. princ. extra de tornea. vbi allegat Petr. de Anchar.

Ancha. in d. consi. inc. iure stricto &c. & idē voluit Barba. in d. c. cum venerabilis. in 5. col. de consue. de quo etiam per eundem Barba. in c. cum cōsuetudinis. in 4. col. de consue. de quo latius valde dixi in repe. mea. l. fi. C. de prob. in 6. q. extraordinaria. in prin. & in consi. meo. 90. inci. illumina quæso domine &c. & in alio meo consil. 100. incip. spiritum sapientiæ cordi meo infunde domine &c.

Sed licèt prædicta iura & doctrinæ fortiter stringant pro hac parte, attamen ego semper dubitaui, quòd ista non habent locum in causa homicidij. & in alijs casib. à iure diuino prohibitis. Nam ius diuinum prohibet homicidiū, vt patet in 10. præceptis, in quibus dicitur, Nō occides &c. absurdum enim videretur quod consuetudo tolleret ius diuinum: quod nec à quocunque principe humano tolli potest. vt in c. cùm inferior. de maio. & obe. & voluit glo. in l. fi. C. si contra ius vel vti. publ. & in l. 1. ff. de cōsti. princ. & 25. q. 1. c. cum sint quidam. † Potest tamen moderari ius diuinum à principe, secundùm glo. in d. c. fin. & Alex. in l. cùm mulier. ff. soluto matrimo. & facit tex. & quæ ibi dicuntur in c. licet. extra de fer. Pro quo facit. nam ius diuinum dicitur † ius naturale, vt dixit gloss. Insti. de obl. quæ ex delict. nascuntur. in princ. & Alex. in l. Iulia. ff de condi. & demon. † Et ius naturale nō potest tolli à principe, nec per eum supleri secundum Ang. in l. adoptio non iure facta. ff. de adop. & volunt alij plures doct. quos ego retuli in sing. meo 79. incip. confirmatio superioris &c. Et ideo dixit Ang. in l. iniuriarum. §. fi. ff. de iniur. quod consuetudo quæ contradicit iuri diuino naturali, vel gentium, † non dicitur consuetudo: sed potius quædam vsurpatio, quod dictum retuli in l. si quis ne quæstio. in 16. col. in fi. ff. de quæst. Item quòd talis consuetudo non obstet, quin talis occidens nō puniatur pœna mortis, facit: Nam male adinuenta, & malæ † consuetudines, neque ex longo tempore neque ex longa cōsuetudine confirmantur. ita dixit tex. no. in authen. vt nulli iudi. in §. 1. in vers. malè enim adinuenta &c. quem tex. alle. Gandi. in tracta. suo

99 100 101 102 103

malefi.in vlt. rub.in 1.ver.in 2.col.in prin. Pro quib. facit tex.in authē. omnes peregrini. C.communia de succeſ.vbi glo.alleg.d.§.1.& facit etiam not.tex.in cle. 2.in fi.de rebus eccle.non alie. & ibi gloſſ.quam not. Pet. de Ancha.& Ioan.de Imo. Et faciunt etiam no.verba Ange.in d.§.1.in authen.vt nulli iudi.vbi dixit,quòd mala cõſuetudo quantumcunq; lõgæua, & ab omnibus obſeruata,non debet obſeruari,de quibus dixi in l.ſi quis ne quæſtio.in 16. col.ff.de quæſt.poſt med.Ex quib.puto,quòd in caſu homicidij,quia homicidium eſt contra ius diuinum.cõſuetudo mala, & iura ſuperius allegata non habeant locum:ſed ſolùm habeant locum in delictis,quæ non ſunt de directo cõtra ius diuinum. Sed tamen cogita,quia poſſet fortè dici, quòd talis cõſuetudo licèt ſit mala,excuſaret tamen à pœna homicidij in caſu propoſito à Pet.de Anch.in d.conſil.quia in talib.ludis prohibitis concurrit multitudo puerorum, ſeu perſonarũ,vt docet quotidiana experientia. Et ꝓpter mul-
104 titudinẽ perſonarũ †inducitur diſpẽſatio:vt eſt text. & ibi glo.in d.c.ſanè.de tẽp.ord.ad quod glo.ibi alleg. c.vt cõſtitueretur.50.diſ.& c.quoties.el 2.1.q.7.& c.confeſſationes.44.diſt.& ca.nõ poteſt.24.quæſt.4 poſtea alleg. vnũ carmẽ ad hoc,videlicet,Ob populum multũ crimen pertranſit inultũ.Et hac ratione credo, ꝙ procedat glo. in d.c.cùm venerabilis.& alia ſupra alleg. ad quæ adde quòd prædicta regula,ff.ad legem Cor.de Sica. Itẽ illud quod dixi,quòd conſuetudo non poteſt tollere ius diuinum,quod ius ꝓhibet homicidia,vt dixi,poteſt dici hoc eſſe verum, quòd homicidia non poſſunt concedi ſine cauſa, ſed ex aliqua rationabili cauſa concedi poſſunt, & hoc patet in pluribus & plurib.limitationib.quas dedi in l.1.in prin. ff. de Sica.vbi poſui 25.caſus in quibus ex aliqua cauſa homicidiũ eſt impunibile.ergo eſt permiſſum. Et ſi aliter diceremus, ſequeretur quòd omnia ſtatuta permittentia bannitum poſſe impunè occidi,eſſent nulla,quod non eſt dicendum. Et caſu quo iura in hoc dubio eſſent varia, tamen inclinandum eſſet in hãc partem,quod glo.d.c.cùm venerabilis,haberet locum in

prædi-

prædicto casu posito à Petr. de Ancha. & sequa. cùm habeamus quod in dubijs, & obscuris semper fauendum sit reo, & in benigniorem partem inclinandum: vt in reg. in obscuris. de reg. iur. in 6. cum multis similib. Tenemenți prædicta, qui sunt notabilia & multum quotidiana, & lucri plena &c.

SVMMARIVM.

1 Executiõ sententiæ capitalis quibus modis differatur. nu. 2. 5. & 6.

3 Seruus obligatus ad rationes, non prius libertatem sibi relictam consequitur, quàm redditis rationibus. Et idem in monacho transeunte in aliam regulam num. 4.

6 Artificis insignis mors differenda est.

6 Innocentia Rei condemnanti retardat mortis executionem. Et §. secunda nu. 30

8 Statutum de contumace pro confesso habendo an includat innocentem. Et §. secunda. nu. 29.

9 Statutum de excludendis exceptionibus, non excludit exceptionem innocentiæ.

11 Iudex videns sententiam iniustam cõscientiæ, potest consulere, & potius cedere officio, quàm illam exequi.

12 Innocens qui plectitur pro homicidio, non reuelat homicidam.

13 Debitori an aliquo iure succurratur, qui post sententiam reperit instrumentum solutionis.

14 Iudex maleficiorum potest ex officio suo testes examinare à parte non productos, vbi quæritur de partis innocẽtia, etiam ipsa parte nõ postulãte.

15 Testes domestici, & minus idonei ad innocẽtiam probandam admittuntur.

16 Innocentiæ iura multum deferunt.

17 Confessio de delicto tollitur per innocentiã apparentem.

18 Iudex qui innocentem condemnauit, an possit eũ absoluere.

19 Commentarienſis an possit sine iudicis licẽtia in-

carceratũ contra iuris formã, vel ſtatuti relaxare.

20 Debitor an poſſit impune eripi è manibus capientium, ſi non debeat eam quantitatem, pro qua capitur.

21 Sententia lata in cauſa criminali etiam abſque principis conſultatione, in quibus caſibus retractari poſſit. nu. 22. 23. & 26.

24 Victor confitens de iniuſtitia ſententiæ, locũ reuocationis iudici præbet.

25 Sententia lata ex probatione priuilegiata, nõ trãſit in rem iudicatam.

27 Defenſionem iuſtam habens, par eſt innocenti.

28 Exceptio incompetentiæ iudicis, an poſſit opponi contra tres ſententias conformes.

29 Atteſtationes receptæ à iuriſdictionẽ non habente conſenſu partium validari an poſſint.

30 Reus die qua Euchariſtiã recipit, non debet plecti.

31 Exceptio inadmiſſibilis admittitur, vbi de præiudicio irreparabili, & de executione irretractabili tractatur. nu. 76.

32 Reus pro delicto alibi commiſſo remitti an debeat ad iudicem loci delicti. nu. 35. Et quid in ciuitatibus confœderatis. nu. 36.

33 Domicilij ratione cõueniri an quis poſſit ex contractu vbique celebrato.

34 Remiſſio in contractibus ad iudicem loci contractus celebrati an fiat.

37 Bannitus de vna ciuitate intelligitur bannitus de alia, illi confœderata. Et quid de locis ſub eodem dominio contentis. num. 38.

39 Pœnæ capitis appellatione an veniat pœna mortis. nu. 50.

Pœna capitalis eſt triplex.

40 Pœna mitior in dubio intelligitur

41 Statutum an debeat vltra ius commune operari. nu. 42. 43.

44 Priuilegium, quod vltra ius commune non operatur, dicitur ius commune, non priuilegium.

45 Sta-

45 Statutum, quod ſecundùm ius commune poteſt exponi, interpretandum contra ius commune, vt aliquid operetur.
46 Pœna qualitati criminis reſpondere debet.
47 Pœna delicto commenſuranda.
48 Verba quæ verificantur tam in ciuili quàm in naturali, de qua morte in dubio ſint intelligenda.
49 Verba in ſtatutis capiuntur propriè.
51 Pœna arbitraria iudici an poſſit imponi vſque ad mortem.
52 Appellare prohibitus per ſtatutum, an prohibitus implorare officium iudicis per viam ſupplicationis. nu. 56. 60.
53 Probari poteſt nō probatum in cauſa recurſus ad ſuperiorem, ſicut in cauſa appellationis.
55 Officium iudicis & exceptio differunt realiter & eſſentialiter. Et in quibus officium iudicis implorari poſſit. nu. 56. 57. 58.
59 Minor poteſt reſtitutionem in integrum implorare aduerſus ſententiam, in caſibus in quibus nō admittitur apparatio.
61 Statutum an poſſit tollere recurſum ad ſuperiorē in cauſis criminalibus.
62 Officium iudicis non poteſt per ſtatutum tolli.
63 Statutum, quod non poſſit in cauſis criminalibus appellari, an valeat nu. 64.
65 Recurſus ad ſuperiorem regulatur ſecundum appellationem quantum ad tempus exercitij & terminationis eius.
66 Actus ſecundarius à primitiuo regulatur.
67 Recurſus ad ſuperiorem in grauamine quantum tempus habeat.
68 Supplicare an, & in quibus caſibus ſit licitum, vbi appellare non licet.
69 Contumax verus, qui nō poteſt appellare, an poſſit ſupplicare.
70 Libellus an requiratur quando iudicis officium imploratur.

71 Reconuentio an habeat locum, quando officium iudicis imploratur.

72 Filiusfamilias sine licentia patris officium iudicis implorare potest. Et quid de emancipato nu. 73.

74 Officium iudicis est perpetuum, & perpetuo implorari potest.

75 Appellari an possit ab officio iudicis denegato.

77 Exceptio calumniosa non admittitur in iudicijs summarijs. Nec impetrat appellationem. nu. 78. 81. Et si sit admissa non videtur inclusa. 85.

79 Iudex potest supplere pro reo, quando videt euidentem actoris calumniam.

80 Remissoria ad partes calumniosè petita non concedenda.

82 Causa præsumitur in iudice repellente exceptionem calumniosam. Nec facit sententiam iniustam num. 83.

84 Calumniosè petita deneganda. Et quid euidens calumnia operetur, nu. 86. 87. 88. 89.

90 Procurator an possit interuenire in instituta accusatione capitali vbi est notoria calumnia.

91 Omittens producere, vel petere per calumniã non audiendus postea nisi refectis expensis.

92 Statutum calumniatorem punire prohibens non valet.

93 Calumnia an possit quis vti aduersus calumniantem.

§. OPportune. Videndum est redeundo ad executionem sententiæ condemnatoriæ latæ contra reum, quòd debeat decapitari, vel furca suspendi, vel alia morte mori & vita priuari: an tunc loquēdo de iure communi possit aliquibus modis impediri seu differri executio ipsius sententiæ capitalis: In quo dicas quod sic. Et primo differtur executio sententiæ corporalis quando † opponitur exceptio contra testes, qui deposuerunt in ipsa causa capitali: nam interim differtur executio donec cognitum sit super ipsa exceptione. ita dixit Alber. de Ro. in 1. parte. sta. q. 57. incip. sed quid si

sub

ſubſiſtente &c. in verſic. modo ſubijcio &c. & Ang in l. diuus. §. diuus. ff. de pet. hæred. & Bald. in l. Lucius. ff. de his qui no. infa. & Bald. in l. 1. in fi. C. quo. & quãdo iud. & Paul. de Caſtr. in conſi. ſuo 61. incip. duplici reſpectu &c. de quo etiã per Bart. in l. ſi teſtamen. ff. de pet. hære. & per Saly. in l. ſi docueris. C. de fal. & per Ang. de Aret. in tract. ſuo maleſi. in verb. cõparent dicti inquiſiti in termino defenſionis. in ver. quid ſi dicunt teſtes &c. de quo etiã per Abb. in conſi. ſuo 16. incip in præſenti q̃ſtione. in 2. col. in 3. vol. Hoc tamẽ limita, & intellige eſſe verũ, niſi ſupereſſent tot teſtes, qui ſufficerẽt ad probandum delictum coutra reũ, quia tũc nõ retardaretur executio ſecundũ Bal. in d. l. 1. C. de quæſtio. de quo etiã per Bal. in l. 1. in 7. & 11. col. C. qui accu. nõ poſ. & in l. negãda eo ti. & per Ang. de Are. in tract. male. in verb. inchoata & facta. vlt. char. in ver. quid aũt ſi ſtatuto &c. Et ſic iſte eſt vnus caſus, differendi mortẽ ſeu executionẽ ſententiæ capitalis. Alij etiã ſunt modi: nam executio mortis, ſeu ſententiæ capitalis debet differri donec ipſe reus ad mortẽ condẽnatus † reddiderit rationes domino ſuo, ꝓ quo negotia geſſit. ita ꝓbatur in l. 1. vbi hoc firmat Bar. & Bal. C. de bo. præſcrip. & Bar. & Bald. in l. ſeruo legato § fi. ff. de leg. 1. & Bald. in l. ſeruus vni ex hęredib eo. tit. & voluit glo. in c. cũ apud Theſſalonicam. 11. q. 3. & Lud. Ro. in l. fi. §. 1. ff. de publ. & Ang. in l. debitorib. ff. de re iud. & Paul. de Caſt. in l. ſi maritus. ff. ſol. ma. & Abb. in c. veniens. in 4. col. de accu. & Ang. de Are. in trac. male. in ver. & ibi caput à ſpatulis amputetur in 5. char. in ver. quæro aliquis &c. ad quod vide etiam Bart. in l. 2. §. 1. ff. de cuſto. reo. & ibi alios pro quibus faciũt dicta per Bal. in l. 1. circa fi. C. de cõmuni ſeruo manu. vbi dicit, q̃ ſeruꝰ obligatus † ad ratiocinia nõ puenit ad libertatẽ ſibi relictã, niſi redditis rationib. Et idẽ dicit eſſe in monacho ratiocinijs ſubdito: † quia nõ poteſt trãſire ad arctiorem regulã, niſi redditis rationib. Itẽ eſt etiã alius modus differendi mortẽ, videlicet, q̃ ſi aliqs eſt decapitãdus ꝓ vno crimine, q̃ accuſet de † alio grauiori crimine: nã tali caſu prima executio differt donec cognitũ ſit de alio grauiori

1 2 3 4 5

135

crimine. Ita dixit Bar. in l. 2. in §. qui exhibēdi. circa fin. ff. de custo. reo. quod dictum refert & sequitur Lud. Ro. in sing. suo 560. incip. susci pe vnā &c. & ibi dicit de hoc esse tex. in l. 1. §. fi. ff. nil noua ap. pen. Pro quo facit dictum Ang. in l. qui prior. ff. de iudi. vbi dicit, quòd si inferatur grauis cōtrouersia ciuilis, ad hoc vt supersedeat super illa, cautela est, quòd fiat accusatio criminalis: qa tunc suspenderetur in ciuili quantuncunq; primo mora fuerit. alleg. tex. in l. fi. C. de or. cog. & facit glo. in d. c cū apud Thessalonicam. 11. q. 3. Et facit optimè tex. in l. itē Mela. in §. Celsus. ff. ad l. Aquil. vbi dicitur, quòd si aliquis vulnerauerit Titium mortaliter, & postea quidam alius reiterauit ictum cum perditione vitæ, quod cessabit inquisitio contra primum, & secundus tenebitur: & sic maius delictum facit cessare minus, ad quod etiā est tex. in l. huic scripturæ. in §. si seruus. eo. tit. Et illū text' in d. §. Celsus. allegauit pro not. & sing. Lud. Ro. in sing. 256. incip. quidā fuit vulneratus &c. & d. Fran. de Cre. in no. suo. 55. incip. quidā malus aduocatus &c. ad quod vidē tamē Ioā. de Ana. in c. significasti el 2. in 4. colū. in versi. & patet etiā extra de homi. & Bald. in l. 1. in 7. col. C qui accu. non poss. vbi vidētur limitare d. l. item Mela. in §. Celsus. & vide tex. contrariū in l. ita vulneratus in §. 1. ff. ad legem Aquil. Alius est etiam modus differēdi mortem Rei condemnati, videlicet, vt fiat probatio iudici, quòd talis reus condemnatus esset insignis artifex
6 in aliquo exercitio, seu artificio: † quia tunc debet eius mors differri. ita dixit tex. quem omnes dicunt sing. in in l. ad bestias. ff. de pœn. quem text. ād hoc alleg. Lud. Rom. in sing. suo 717. potestas vnius loci. de quo etiam latè per do. Barth. Cep. in caute. sua 2. vbi etiā hoc limitat, quem vide. Et de illo tex. d. l. ad bestias. vide etiā do. Fely. in c. illud. de maio. & obe. & ego retuli in l. q falsam. in materia falsæ monetæ. ff. de fal. Alios etiā modos differēdi mortē ponit Cep. in cau. sua 4. Nā vltra supradictos modos dicit, q alia est via, videlicet, q appelletur à sententia contra reū lata, quia tunc differetur execution. alleg. no. in l. & in maioribus. C. de appel. & in l.

non

non tantum.ff.de app. & in c. de appellationibus. eod. titu.& ſic dicit quòd iſto caſu differtur executio capitalis: imo ſecundum eum, ſi iudex nollet eam differre, ſed illam exequi, poterit ipſe reus eximi de manibus famiſiæ iudicis per quoſcunque appellantes, etiam ſine aliqua pœna.ad quod alleg. Ang.in l.addictos.C.de appel.& Imol.in c.ſi quando,in verſi.reſiſtere.de offi.deleg.& idem ſecundum eum tenet Angel.de Aret.Inſtit. de actio.in §.pœnales. in verſi. adde quòd eximens captum &c.Quod dicit eſſe verum,niſi reus eſſet latro manifeſtus.ad quod alle.l.ſi qs filio exhæredato. in §.ſi qs aũt.ff.de iniuſto teſt.& adducit etiã not. per Inno. & alios in c.1.de cõſti.& Bal.in d.l.actiuos. Sed vt dixi,hoc tantum procederet de iure cõmuni,nõ aũt de iure municipali.Et ideo iſte modus hodie parum prodeſſet: quia hodie ſunt ſtatuta per Italiam prohibentia appellationem in ſimilibus ſententijs. Alius eſt etiam modus,in quo mors impoſita alicui à ſuperiore poteſt differri. quem caſum ponit idẽ Cep.in d.caut.4. videlicet,quando princeps,vel ſuperior mandat quem puniri ſeueriori pœna,quàm ſit eius conſuetudo: nam tunc nõ debet fieri incontinenti executio,ſed debet differri per 30.dies,vt eſt caſus no.in l.ſi vendicari.C.de pœ.pro quo etiam alleg.tex.in c.ſi quando.de reſcrip.& gloſſ. in auth. de mand.prin.in §.denique.verſic. nuntiandum. & gl. in c.1.in verbo,noſcatur.ad fin.de conſti.lib.6.& glo.in c.2.de fil.præsby.& quod not.Angel. in authen. vt determi.ſit nu.cle. Alius etiã eſt modus differendi mortẽ ſecundum eum vbi ſupra videlicet, quòd reus, qui eſt condemnatus ad mortẽ fingat ſe furioſum: quia tunc non poterit capitaliter puniri,etiam de delicto ante furorem commiſſo.ad quod etiam allegat Bald. & Aluarotum in c.1.in titu.an ille qui interfe.fratrem domini ſui.in vſi.feu.quod tamen dicit procedere, niſi appareat de fictione furoris. alleg.text. ad hoc in l. obſeruare. de cur.fu.& l.diuus.ff.de of.præſi.de quo dixi in l. 1. in 10.limita.ad illũ tex. ff.de ſicar. Dubito tamẽ quòd iſte modus non ſit ſecurus,per ea quæ dixi in repe.mea l.fi.

C.de prob.in quæstio.illa extraordinaria, videlicet, an furiosus committens delictum puniatur, vbi de hoc latè locutus sum. Aliũ etiã modũ ponit Cep. vbi supra videlicet, q̃ reus post delictũ cõmissum efficiatur clericus: quia tunc nõ poterit puniri per iudicẽ laicũ. allegat Io. And. in c.1.de obli.ad ratioci. & alios plures doct. de q̃bus ibi per eũ. Sed iste modus non mihi placet, q̃m post sententiã condemnatoriã nõ datur reo condẽnato tempus.nec facultas faciendi se clericũ. Itẽ etiã, quia ille, qui est laicus, & post delictũ commissum fecit se clericũ, dicitur hoc facere in fraudẽ, ideo sibi nõ prodest, nec eũ releuat, vt dixi late in d.repe.mea.l.fi.C.de proba. in illa quæstione extraordinaria, videlicet, an reus cõmittens delictũ, & postea ingrediens religionẽ, possit puniri per iudicẽ laicũ. Videtis quæ in materia ista aliàs dixi in l. data opera.post med.C.qui accus.nõ pos. & quæ etiam dixi in consi.meo incip. Domine Deus omnipotẽs cui omne cor patet &c.quod est 49.in ordine. circa med.in versic.alia etiam ratione dicta asserta &c. Itẽ secundum do.Bartho. Cæpo. vbi supra alius est casus seu modus differendi mortem, videlicet, quando condemnata esset mulier ad mortem, quæ esset grauida, seu prægnãs; nam isto casu non poterit fieri executio contra eam, imo nec etiam posset torqueri, vt dixi supra in §. nunc videndum, num. 47. & 48. & ipse domi. Bartho. plura dicit, & plura allegat circa materiam mulieris prægnantis, de quibus ibi per eum. Ego autem vltra do. Bartho. Cæpo. in dictis locis dico, quod alij etiã sunt modi differendi mortẽ cõdemnato capitaliter: nã quãdo cõstat de
7 innocentia Rei condemnati, †suspenditur †seu retardatur executio mortis. ita probatur in l.1.§.fi.ff.de quæst. & ibi dixi in 15.col.in versi.quinimo fortius &c. vbi dixi, quòd si post confessionem Rei, & post cõdemnationem suam liquet de innocentia sua, quòd tunc nõ debet cõtra eum fieri executio corporalis. ita dixit Inno. quẽ ibi sequũtur docto.in c.significantibus.in fi.de purga.vulga. & etiã voluit Bal.sequendo Inno. in c. vnico in vlti.colu.de confes.& do.Felyn.in c.cõsanguinei. in

1.col.

1.col.de re iudi. Pro quo faciunt dicta per Spec. & Ioan. And. ibi in addi. in tit. de accuſ. in 4. parte in §. ſequitur videre. in 9.col.verſi.ſed pone, A. vbi omnino vide, & vide quæ dixi in ſing.meo.72.inc.per totã fere Italiam &c.& in d.l.1.§.fin.in 15. col. ff.de quæſtio & vide Cepo.in caute.ſua 68 incip.in cauſa criminali.& eundē in conſi.ſuo.1.in 3.col.circa mediū.& vide omnino Laſo.in l.is qui.in 3.& 4.col §.qui teſta. face.poſ. & Bald. in l.addictos.in fi.C.de epiſc. audiē.& Ang.in cōſi.ſuo 308 inc.factū tale eſt, Chriſtophorus Petri &c. in vlti. col.poſt med.& Lu.Ro.in rep.rub.ff.de arb.in 8.cha.in vlt.col.circa fi. Et poſtquã ſumus in materia innocētiæ, nolo omittere aliqua notabilia in materia ipſius innocentiæ, quæ ſunt perpetua memoria digna, quæ hic cōgruentius cadunt, quàm in alia parte huius operis. Et ideo ſcias, quòd licet ex forma ſtatuti contumax habetur pro † cōfeſſo, tamen ſi liquet iudici talem abſentem 8
contumacem eſſe innocentē & non culpabilem, licet ſit contumax, iudex non poteſt nec debet eū condēnare, ita ſing, dixit Bart. in conſi.ſuo 100.inc. à domino Cyno de Bononia.in vlt.col.per l. ſi nō defendantur. ff.de pœn.ita etiam colligitur ex verbis Bal.in rub.C.de manumiſ.vin.& voluit do. Bartho.Cep. in conſil.ſuo 49. incip.quamquam.in vl.colum.& in caut.ſua 354.incip. ſimilem cautelam.& in caut.68. inci.in cauſa criminali. Pro quibus optimè faciunt dicta per gl.Bar.& doct.in l.vbi pactum.C.de tranſac.& per Bar. & docto. in l. ſeruum quoque.in §.publice.ff.de proc.& in l. pe. in §. ad crimen.ff.de pub.iu.& per Cepo.in conſi.ſuo 29.inc.viſo proceſſu.in antepe.colum.& per Gand. in tract. maleſi.ſub rub.de quæſt.& tor.circa quintam colum.verſi. ſed quid erit de quæſtione &c.Guid de Suz.in tract.ſuo de tormentis,in 10.colum.verſi.ſed quid de quæſtione. ad quæ vide etiam dom.Franc.de Are.in conſi.ſuo 147. incipien.viſa conſultatione.in 3.& 4.colum. & Alex. in conſi. 73.incip.in cauſa appel.&c.ante fi.in 6.volu. Item ſcias,& nō tradas obliuioni, quod ſi ſtatutum excludit omnes exceptiones, non † excludit exceptionem 9
inno-

innocentiæ. ita sing. dixit Bald. in l. edita. in rep. Paduana. in pe. colum. C. de eden. quod dictum pro valde no. refert & seq. Ioann. de Ana. in consi. suo 59. incip. visa inquisit. & dom. Alexand. in consilio suo 119. incip. viso themate. in 2. colum. in 5. volum. quod etiam voluit Bald. in l. 1. in §. Aufidius. in pen. colum. ff. ne quis eum qui &c. & Ange. in consil. 174. incip. in facto proponitur. & idem firmat dom. Alexand. in apost. ad Bar. in l. 1. in §. & parui. circa fin. ff. quod vi aut clam. de quo etiam latius dixi in singu. meo. 59. incip. innocentibus iu-
10 ra subueniunt. &c. † Et scias quòd quando constat iudici de innocentia rei condemnati, tunc iudex cognoscens talem sententiam, & condemnationem esse iniustam, non debet eam exequi, ita dixit Angel. & Imo. in l. à diuo Pio. in antepenul. colum. ff. de re iudic. Ad ℣ vide etiam not. verbum Ang. in l. fin. C. de execut. rei iudi. & quæ ego dixi in singul. meo 138. inci. iudex &c. in fin. & Iaf. in §. si minus. in 6. & 7. colum. Instit. de actio. & dom. Philip. Dec. in l. & si nihil. ff. de reg. iuris. & si princeps consultus rescribit sententiam omnino esse exequendam, obediendum est ei, secundum Barto. in d. l. à diuo Pio. in §. sententiam. in 2. colum. & volut do. Ant. & Ioan. de Imol. in c. 1. de offic. ordi. quos refert & sequitur dom. Felyn. in c. consanguinei. in 1. colum. de re iudic. vbi dicit, quòd iudex videns sententiam iniu-
11 stam, potest consulere † conscientiæ suæ, & illam non exequi, sed potius renuntiare officio. de quo etiam dicit dixisse in c. pastoralis. in §. quia vero. de offic. deleg. & alia plura dicit ibi in materia. Vlterius circa hãc materiam innocentiæ etiam quæri potest: si aliquo casu innocens est punitus, & postea reperitur verus delin-
12 quens, † vtrum euitet pœnam? in quo dicas quòd non, sed imo etiam ipse punietur. ita dicit tex. no. in l. qui seruum. ff. de interrog. actio. & ita etiam dicit Bald. per illum text. in l. res inter alios acta. C. quib. res iu. non noc. in fi & dicit Bald. in d. l. qui seruum. nota quòd si non homicida esset decapitatus pro homicidio, quòd hoc non releuat verum homicidam: quod dicit esse notandum,

tandum, & idem dixit ipſe Bald. in c. 1. in §. iniuria. in vlt. colum. de pa. iur. fir. in vſi. feud. idem dixit Abb. in c. quamuis. in 2. colum. in verſi ſeptimo quæro. de re iu dic. vbi alleg. d. l. qui ſeruum. & Bald. in l. res inter alios. C. quib. res iud. non no. & quæ voluit Cyn. in l. 1. C. qui accuſ. non poſ. & idem dixit Ange. Are. in trac. malefic. in verbo, dandis & ſoluendis. in finalibus verbis. vbi dicit ita voluiſſe Ang. in l. quoties. §. 1. ff. ſolu. mat. & hoc per text. in d. l. qui ſeruum. & idem etiam tenuit Ludo. Roma. in l. ſemel mora. ff. ſolut. matri. & pro iſtis faciunt dicta per Bald. in l. 1. in 9. colu. verſicu. ſed quid dices. C. de confeſ. & per eundem in *l.* duob. §. 1. ff. de iu reiur. & faciunt etiam optime dicta per *Bald.* in l. 1. in 2. colum. verſicu. tertio quæritur. C. de condi. inde. vbi q̃- ritur † an aliquo iure ſuccurratur ei, qui poſt ſententiã 13 condemnatoriam reperit inſtrumentum ſolutionis? de quo ibi per eum: & vide etiam domi. Anton. Corſe. in ſuis nota. in verſicu. homicidium. de quo dixi ego in l. 1. §. fi. in 16. colum ff. de quæſtion. Item ſcias etiam circa hanc materiam innocentiæ, quòd iudex maleficiorũ † poteſt ex officio ſuo examinare teſtes à parte non p- 14 ductos, vbi quæritur de innocentia partis, etiam ipſa parte non poſtulante. ita dicit Bart. in l. 1. in §. fin. circa princip. ff. de quæſt. ad quod allegat illum tex. & l. 2. C. de aboli. & l. ſi nõ defendantur. ff. de pœ. & dicit ſe hoc diſputaſſe, & feciſſe etiam de hoc mentionem in l. 4. in §. hoc autẽ iudicium. ff de dam. in fect. Ego autem in d. l. 1. §. fin. in 1. colum. ff. de quæſtion. dixi, quòd licet hoc dictum ſit in ſe verum non tamen probatur in illo tex. ſed melius probatur in d. l. ſi non defendantur. quod dictum etiam firmauit ipſe Bart. in l. 2. in 2. colum. C. de eden. & in l. fin. in vlti. colum. ff. de fer. vbi alleg. ad hoc tex. in l. vnius. §. cogniturũ ff. de q̃ſt. & tex. in d. l. ſi nõ defendãtur. & tex. in d. l. 1. §. fi. ff. de q̃ſt. & ſimiliter minime hoc ꝓbat tex. in d. §. cogniturũ. imo contrariũ potius videtur innuere ille text. in veſ. reo poſtulante. & idem etiam voluit ipſe Bart. in conſilio ſuo 107. inci. viſis omnibus &c. & in conſilio incip. à domino Cyno.

&c.

&c. in vlti. colum. & voluit Barto. in l. penul. §. ad crimen. in 5. col. ff de pub. iu. & Paul. de Castr. in consi. 33. inc. super primo, in prin. secundæ col. & in consilio 107. incip. super primo, in vlti col. versi. super quinto. vbi etiam allegat d. l. si non defendantur. & alia de quibus ibi per eum. & idem etiam tenet Barto. in l. absentem. in vlt. col. ff. de pœ. vbi etiam allegat text. pro hoc in authen. qui semel in versi. perquisita veritate. C. quomodo & quando iu. & ea quæ dixit Inno. in c. veniens. de accusa. & voluit Saly. in l. 2 C. de aboli. & Barba. in c. 2. cum P. in 4. col. de accusa. & Ioan. de Ana. in consi. suo 59. incip. visa inquisitione. in 1. col. & do. Franc. de Aret. in consi. suo 142. inc. visa cõsultatione. in 3. & 4. col. vbi sing. loquitur. ad quæ etiam vide quæ dixi supra, in
15 §. nunc videndum. nu. 7. † Item scias quod ad probandã innocentiam admittuntur testes domestici, & minus idonei, secundum Spec. in tit. de inquisitione. §. 1. versi. sed nunquid reus. quod dictũ refert, & sequitur Ioann. de Ana. in d. consi. suo 59. & dom. Alex. in consi. suo 24. inc. animaduersis. in 13. col. in 2. vol. & hoc etiam voluit Ioan. And. & Bal. in addi. in d. §. sed nunquid reus. & do. Flori. in l. testis idoneus. in vlti. col. ff. de testi. Itẽ scias quòd adeo iura fauent innocentibus, & innocẽtiæ,
16 quòd quilibet admittitur † ad probandũ innocentiam accusati, vel inquisiti, etiam absentis & ignorantis. ita dixit Paul. de Cast. in cõsi. suo 207. inc. sup primo &c. in vlt. col. versi. super quinto &c. de quo etiã dixi in l. venius. in §. cogniturum. in 11. col ff. de quæstio. Item scias etiam, quòd quando apparet de innocentia Rei, tol-
17 litur seu annullatur eius † confessio, quam fecit de delicto. ita singu. dicit Bal. in consi. suo 171. incip. tres sunt casus &c. in 6. volu. alleg l. creditor. in §. iussus. C. de ap. & l. fin. C. de erro. aduo. & Cy. in l. 2. C. quorum ap. nõ recip. de quo dixi in l. 1. §. fin. in 17. col. ante fi. ff. de q̃st. circa quam materiam innocentiæ vide do. Phil. Deci. in l. & si nihil. ff. de reg. iur. Vlterius scias, quod licèt quando constat de innocentia Rei nõ debet contra eum exequi sententia corporalis, vt dixi supra: attamen iudex,

qui

qui eum condemnauit, † non potest eum absoluere, vt 18
in d.l.1.§.fi.ff.de quæst.sed debet supersedere, & hoc scri
bere princip. ita dixit Bartol.in d.l.1.§. fina. ff. de quæ.
stio. & dicit etiã procedere in ciuitatibus recognoscen
tibus superiorem, quia similiter iudex in talibus ciui
tatibus debebit supersedere, & rescribere regentibus ci
uitatem: de quo dixi in d.l.1.§.fi.in 15.colu. ff.de quæst.
Pro quo facit in simili: nam si aliquis fuit indebitè car
ceratus nõ seruata forma iuris, vel statutorum, adeo q
captura sit nulla, & debeat statim relaxari: † nõ poterit 19
tamẽ hoc fieri à custode carceris sine licentia iudicis. ita
dixit Pet.de Anch.in consi suo 341. incip. viso thema
te. in fin. Et facit etiam in arg. quòd dicitur videlicet,
quòd si ex mandato iudicis aliquis fuit captus pro de
bito centum librarum, si tamẽ nõ sit debitor tantę quã.
titatis, † attamen eximens eum à manibus familiæ ca. 20
dit in pœnam, etiam si velit ostendere, quod exemptus
nõ erat debitor verus illius quantitatis. ita dixit Ange.
in l.sed eximendi.in §.1.ff. ne quis eum qui in ius voc.
est vi eximat. quẽ refert & sequitur do. Barth. Cepo. in
consi. suo 14. incip. pro declaratione &c. in 4. colu. circa
med. ad quod vide etiã, quæ dixi infra, in §. attingam.
nu. 47. 48. & 49. Et adde, quòd licet in prædicto casu in
nocentiæ non liceat iudici sine licentia superioris ab
soluere reum capitaliter condemnatum, si ex pòst con
stet de innocentia sua. Attamẽ sunt aliqui casus, in qui
bus retractari potest sententia lata in causa criminali,
etiam post decennium, etiam absq; principis consulta.
tione, vel gratia. † Vnus est casus: vbicunque sentẽtia 21
fuit lata ptextu alicuius psumptionis, nã tũc retracta.
tur, ex alia præsumptione fortiori similis speciei super
ueniente. casus est sing. secundum Bal. in l. qui adul. C.
de adul. & ita tenet Pet.de Anch.in reg. semel malus. de
reg. iur. in 6. & voluit Ludo. Rom. in l. admonendi. circa
prin. de iureiu. & in l. si ab hostibus. in prin. in 4. col.
ff. solu. matri. & idẽ tenet Ioã. And. in addit. Spec. in tit.
de homi. in §.1. ver. pone &c. & ibi refert Gui. de Suz. ita
tenere. & voluit do. Ant. in c. ppositi. de proba. vbi p

hoc

hoc adducit.c.2. de purga. vulga. & c. licèt causam. de prob. & idem firmat Ludo. Roma. in l.cum quidam. in §.quod dicitur. ff. de acqui. hære. & Bald. in d.l. si ab hostibus. vbi inquit, quòd si imperitus medicus testificatur, & iudex secundum eius testimonium fert sententiam, à qua non fuit appellatum: & postea per testimonium peritorum medicorum apparet cõtrarium, quòd tunc reuocabitur dicta sententia perinde ac si lata fuisset per falsas probationes, vt habetur in l. diuus. ff. de re iudi. & in toto titu. C. si ex fal. instru. & in c. licet causam. de probat, quod dictum dicit domi. Alexãd. in d.l. si ab hostibus esse mirabile, & allegat alios tenentes hãc partem. & subdit ipse dom. Alexand. quòd propter hoc singulariſſime infert dom. Anto. in d. c. proposuisti. quòd
22 sententia lata † ex sententia vnius doctoris: vt puta si statutum arctat ad ferendum sententiam secundum cõsilium periti in arte, quòd poterit semper sine appellatione retractari, si consilium peritioris in contrarium habeatur. quòd etiam secundum eum tenuit Ludo. Ro. in d.l. cum quidã. in d. §. quod dicitur. ff. de acqui. hær. & reprobat dom. Alexand. ibi Abb. tenentem contrarium in d.c. proposuisti. & respondet contrarijs per eũ adductis. Sed tu vltra domi. Alexand. dicas, quòd idem tenet domi. Fran. de Aret. in d.c. proposuisti. in penul. colum. de proba. vbi vide dom. Felyn. in pen. colum. & dom. Fran. de Are. in c. de his. in 1. colum. de accu. vbi etiam ponit duos casus, quos infra referam: in quibus sententia lata retractatur absque consultatione, vel gratia principis: quos ponit dom. Fely. in c. consanguinei. ante fin. de re iud. vbi refert dom. Franc. de Aret. in dictis locis. ad quem etiam vide quæ ego dixi in singu. meo 427. incip. plures &c. Alius est etiam casus, in quo sententia retractatur sine consultatione, vel gratia principis, videlicet, quando sententia lata efficeretur notorie iniqua: † vt puta si condemnaretur aliquis pro Titio occiso. & post sententiam appareret Titium viuere: vel si condemnaretur aliquis pro furto, & postea reperirentur res furatæ penes alium, & ipse fateretur se furatum
23

tra calumniantem poſſit vti calumnia. vide gloſ. not. in c. cupientes, in verbo malignãtium. de elect. in 6. quę di-

cit, quòd aduersus calumniam quis potest se defendere cum calumnia. quam gloss. refert & sequitur Bald. in rub. C. de fide instru. in 8. col. & Ang. in l. maritus. quæ est l. pen. ff. de vsur. Et dixit glo. valde not. in d. c. dominus noster. 23. q. 2. quòd aduocatus fouens iustam causam potest conuenire aduersarium suum cum malitia. pro quo faciunt dicta ibi per Archi. & per glo. in 4. q. c, nullus. & facit tex. not. in l. cùm pater. in §. Titio. ff. de legatis 2. in versi. nec dolo videtur feciſſe cùm fraudem excluserit. quem tex. alleg. Angel. in d. l. maritus. & glo. in d. c. cupientes. in verbo, malignantium. Pro quibus etiam possem adducere plura no. quæ adduxi in singu. meo. 177. incipiẽ. malitijs hominum &c. quæ per te videas.

SVMMARIVM.

1 Confessio in articulo mortis facta an valeat. Et cur. num. 2.

3 Testibus post depositionem solennem dicentibus se falsum tuliſſe testimonium, an credendum.

4 Vulneratus dicens se mori ex medici culpa, an iuuet vulnerantem.

5 Testator in testamento mandans vsurarum restitutionem, an præsumendus sit vsurarius.

6 Solennitas eadem in destruendo requiritur quæ in constituendo. Vt in ratificatione & alijs. num. 10. 11.

7 Testes tot ad reuocandum testamentum requirũtur, quot ad probandum.
Idem in instrumento. nu. 9.

8 Decretum sicut in contrahendo requiritur, ita in distrahendo.

12 Morientes non dicunt semper verum.

13 Mortis timore oppressus est similis mortuo.

14 Periurus est infamis, cuius dictum non probat. num. 15.

15 Reuocatio confessionis facta in carcere nihil operatur.

17 Actus iudicialis fortior extraiudiciali.

Restat

§. REstat modo pro complemento huius operis examinare aliquas quæstiones vtiles, & quotidianas, quas superius non potui loco congruo examinare: quas quæstiones pro maiori parte non vidi specialiter examinatas ab aliquo scribente antiquo nec moderno, vsque in præsentem diem. ideo ad eas me cõuerto. Et quæro primò de tali quæstione, videlicet reus inquisitus in processu contra eum facto seruatis seruandis in iudicio coram iudice, notario & testibus, dixit & confessus fuit, quòd Titius fuit eius socius ad committendum delictum, de quo erat inquisitus, & tale delictũ, de quo socius criminis poterat interrogari, & eiꝰ dictũ faciebat indicium ad torturam, iuxta ea quæ dixi in l. 1. in §. diuus Antoninus. in 2. colum. ff. de quæstio, & supra, in §. diligenter. num. 56. cum ibi sequen. Qui reus etiam ratificando suam confessionem affirmauit dictũ Titium fuisse eius socium in dicto delicto. Postea lata sententia condemnatoria ad mortem contra dictũ reum, dum ipse reus est in manibus carnificis super furca, & habet laqueum, seu capistrum ad collum dicit ministro iustitiæ, seu carnifici: rogo te expecta modicum antequam me proijcias deorsum & me occidas, quia volo dicere aliqua verba antequam moriar. Et postea ibi dicit coram populo. Ego rogo vos omnes, vt mihi parcatis, si vos offendi aliquo modo: quia peto veniã, & vos rogo, vt quilibet vestrum dicat vnum Pater noster, & vnum Aue Maria pro anima mea. Et postea dicit. & quia accusaui Titium, & dixi, quòd ipse fuit meus socius ad committendum hoc delictum, pro quo debeo nunc mori: ideo ne perdam & condemnem animam meam, fateor me falsum dixisse, & indebitè inculpasse illum: ideo dico dicta per me non esse vera, & pœnitet me hoc falsum dixisse, cum ipse Titius fuerit, & sit innocens à dicto delicto. Quo dicto statim minister iustitiæ ad hoc paratus proijcit ipsum reum à furca, & eum occidit. Vtrum per talia verba ipsius Rei sit exculpatus ipse Titius, adeò, quòd sit sublatum indicium ad torturam existens contra ipsum Titium ex illa confessione in iudi-

212

cio legitime facta, & ratificata per ipsum reum. Et vere casus iste apud me dubius est, & hanc quæstionem vidi pluries in facto, & semel quæstionem vidi de facto Mediolani, in qua fui aduocatus pro dicto Titio, & superlucratus fui plures pecunias &c. In qua quæstione videtur primò dicendum, quòd talia verba, & talis exculpatio dicti Rei prosit ipsi Titio inculpato, & tollat, vel saltem debilitet indicium contra eum existens, adeo quòd non possit vlterius torqueri. & hoc propter notabile dictum Bal. in consi. suo 25. incip. casus super quo
1 &c. in 2. col. in primo vol. vbi dicit, quòd confessio † facta in articulo mortis valet: quia non est præsumendũ quòd confitens illo tempore mentiatur, pro quo faciũt plura, & plures notabiles doctrinæ, quas adduxi ad hoc supra, in §. diligenter. num. 119. cum ibi sequenti & sequen. quæ omitto breuitatis causa, & ne idem pluries repetam. Et facit etiam, nam quilibet (maxime
2 in articulo mortis constitutus) præsumitur memor †salutis æternæ. can. sancimus. 1. quæstion. 7. c. literas. vbi gloss. de præsumptio. l. fi. C. ad legem Iuliam repetun. pro quibus faciunt optime dicta per Iason. in repeti. l. admonendi. in 53. colum. circa medium. ff. de iureiuran. Et facit etiam l. nihil tam naturale. de regul. iur. vbi dicitur, quòd nihil est tam naturale, quàm tollere eodem modo id, quod dictum vel factum est. Ita in casu nostro videretur, quòd indicium ortum contra illum inculpatum ex verbis, & ex confessione dicti Rei debeat tolli similiter ex verbis, & confessione eiusdemmet Rei. & faciunt optime dicta per Bal. in consi. suo 149. inc. post. quam notarius. in 4. volum. Ex quibus omnibus videtur dicendum, quòd ex dictis verbis Rei sublatũ sit indicium existens contra ipsum Titium ex tali exculpatione facta in articulo mortis per dictum reum supra furca existentem: vt supra.

Sed contrariam partem, quòd imò non sit sublatũ dictum indicium: sed ex eo possit torqueri, vt ante dictam exculpationem poterat. facit primo tex. not. in l. si quis in graui. in §. si quis moriens. ff. ad Sylla. vbi per

illum

illum textum. dicit Bar. & alij post eum, quòd si aliquis iudex constitutus in mortis articulo dicat se tuliſſe falſam ſententiam, non ſtatur dicto ſuo, nec ei creditur, nec per hoc ſententia annullatur. Et idem tenet Ang. li cèt nō loquatur in confeſſione facta in mortis articulo, ſed inter viuos, in conſi. ſuo 308. inc. Chriſtophorus Petri conductor. in 3. colum. vbi idem dicit, & idem dicit eſſe in arbitro, & idē in electoribus prælatorū, ſecundū Inno. in c. cū dilecti. de elect. in glo. q̄ incipit, lex nullā. & idē dicit † eſſe in teſtibus, quibus nō creditur, 3 ſi poſt eorū depoſitionē factā ſoleniter, poſtea extra iudicium dicunt ſe fallum teſtimoniū tuliſſe: & dicit de hoc eſſe caſum in c. ſicut. extra de teſti. iuncta gl. illius. c. & idē in ipſis teſtibus tenuit Ludo. Rom. & Ang. in d. §. ſi quis moriēs. & Bal. in l. generaliter. in 1. colū. C. de non nu. pecu. & in authē. ſi dicatur. in 2. col. & Bal. in c. literas. in 3. col. de præſumptio. Et dixit Petr. de Ancha. in c. fi. extra de ſucceſ. ab inteſta. quod ſi vulneratus dixit ſe mori ex culpa medici, quòd tamen per hoc nō iuuat percuſſorē, ſi aliter hoc non apparet, quod dictū refert & ſequitur Fely. in c. literas. in pen. col. de præſum. de quo dixi in ſingu. meo 22. incip. confeſſio offenſi. Et adeo eſt verū, quòd non creditur conſtituto in mortis articulo: quod ſing. dixit Bal. in c. in preſentia. in 4. col. de prob. quòd ſi teſtator in † teſtamento ſuo dixit: con- 5 fiteor me teneri ad reſtitutionem vſurarum à multis & diuerſis extortarum, quòd tamen per hoc non præſumitur vſurarius. Et vltra prædicta pro hac parte, quòd dicta exculpatio non tollat indicium præcedens, facit optime vrgens ratio videlicet: quoniā talis reus exiſtēs ſuper furca illud, quòd dicit, dicit extra iudicium, & ſine iuramento, meritò non tollit illud, quod dixit in iudicio ſoleniter & cū iuramēto. Nā eadē ſolennitas † re- 6 quiritur in deſtruēdo, q̄ requiritur in cōſtruendo: vt in authen. ecōtra ſi filius. C. de repu. & in authē. de defen. ciui. in §. nō habēte. & in l. nihil tā naturale. ff. de regu. iur. & in l. cū emptor. ff. de reſcin. ven. Et facit gl. no. in l. cū ꝓponeretur. ff. de legat. 2. q̄ dixit qd̄ tot teſtes requi-

runtur

7 runtur ad pœnitentiam, vel reuocationem † teſtamen
ti, quot requiruntur ad probandum ipſum teſtamentũ.
quod etiam voluit Bald. in l. quæſtionem. in pen. colũ.
C. de fideicommiſ. & in c. ſi quis feudum. ſi de feu. fue.
contro. inter do. & agna. & in l. ſi. in pen. colum. C. de
cad. tol. & in l. fin. in vlt. colum. C. de fideicom. & in l. 2.
in 2. colum. C. de bo. poſſ. ſecundum tab. & in l. errore.
in 1. colum. C. de teſta. & dom. Felyn. in c. cum acceſſiſ-
ſent. in 2. colum. de conſt. vbi pro hoc all glo. in c. quã-
uis. de procur. in 6. & dictam gloſſ. in d. l. cum propone-
reretur. pro ſing. allegauit Bald. in l. fin. in penult. colũ.
C. de eden. & idem voluit Card. & Ioan de Imo. in c. re-
latum. el 1. de teſta. & domi. Alexand. allegans dictam
gloſſ. in rubr. ff. de acq. poſſ. & in l. inter ſtipulantem. §.
rem ſacram ff. de ver. ob. & dom. Felyn. in c. edoceri. in
6. colum. verſicu. non obſtat prædictis. de reſcri. & dom.
Alexand. in conſilio ſuo 140. incip. ſuper teſtamento
ſer. Nicolai. in 1. colum. in 1. volum. & in conſilio 208.
incip. ſtatui accurrate &c. in pen colum. in 2. volum.
Item hanc partem quòd eadem ſolennitas requiratur
in reuocatione actus, quæ requiritur in eius celebratio-
ne, firmauit Ludo. Roma. in conſilio ſuo 65. incip. viſo
themate. vbi ad hoc all. l. hæredes palam. in §. ſi quis
poſt. ff. de teſta. & in l. ſi puellæ. ff. de ſpon. & in l. nup-
tiæ. ff. de ri. nup. & in l. ſi vt proponis. C. de nup. & Bal.
in l. omnium. C. de teſta. & in ti. de pa. cõſtan. in §. nos
Romanorum. & in l. ex placito. C. de rer. permu. Pro
quibus optime faciunt dicta per eundem Ludo. Roma.
in conſi. 116. incip. viſis neceſſarijs &c. poſt princip. &
dicta per Bald. in l. 1. C. ſi aduer. tranſact. vbi dixit, quòd
8 ſicut in contrahẽdo † requiritur decretum, ita in diſtra-
hendo. Et dixit Bald. in add. Specu. in tit. de inſtr. edi. in
4. colum. in verſicu. inſtrumentum habet &c. in princ.
quod tot teſtes requiruntur ad reprobandum inſtru-
9 mentum, † quot requiruntur ad ipſius validitatem. Et
faciunt dicta per eundem Bald. in c. 1. in 3. colum. verſi.
& nota quòd per inſtrumentum. in titu. quid ſit inue-
ſti. Item in hanc partem quòd eadem ſolennitas requi-

ratur

ratur in reuocando actum, quæ requiritur in illo celebrando, tenuit Petr. de Anch. in consi. suo 338. incip. de efficacia. in 1. colum. & Bald. l. quoties. in §. 1. ff. de hær. inst. & dom. Felyn. in c. accedens. el 1. in 3. colum. vt li. non conte. Et prædicta habent locum nō solum vbi tractatur de reuocando actum iam factum: sed etiam vbi tractatur de ratificatione ipsius actus. Nam etiam, in ratificatione requiritur † eadem solennitas, quæ requirebatur in ipso actu principaliter celebrando. ita dixit Ludo. Rom. in consi. suo 12. incipien. viso facto &c. ante fi. alleg. l. si vt proponis. C. de nupt. & l. nuptiæ. ff. de ritu nupti. & dicit quòd pro hoc facit quod not. Innoc. in c. cum dilecti. de emp. & vend. & Ioan. Andr. in c. cū laicis. de reb. eccle. non alie. & idem voluit Pau. de Cast. in l. inuitum. ff. de seruitu. vrba. prædio. Et ad corroborationem prædictorum facit optimè quod voluit dom. Alexand. in consilio suo 81. incip. reuocatur in dubium. in 1. colum. in 5. volum. vbi dicit quod eadem solennitas requiritur † in renunciando compromisso, quæ requiritur in illo acceptando, & ideo dicit, quòd si arbiter acceptauit cōpromissum ad instātiam vtriusque partis, quòd non poterit illud renuntiare ad instantiā nius partis tantum, aliàs renuntiatio esset nulla. Cum ergo in casu nostro non interuenerit in dicta exculpatione facta per reum super furca illa solennitas iudicij & iuramenti, quæ interuenit in inculpatione, ergo merito indicium existens contra illum inculpatum non erit sublatum per dicta verba ipsius Rei facta super furca: & sic per dictam exculpationē, licet ista sit facta per reum in extremo vitæ spiritu. Et potest assignari ratio, quare non creditur confessioni factæ in vltimo vitæ, ratio enim est: quia non omnis moriens est sanctus Ioannes Euangelista. ita dicit Bald. in titul. de pa. constan. in verb. vasalli nostri. Pro quo facit quod dixit Old. in consi. suo 192. incip. viso diligenter processu. † vbi dicit, quòd morientes non dicunt semper verum: quod etiam dixit glo. in c. literas, in verbo, graue. de præsump. & Iason. in repetit. l. admonendi. in 55. colum. post med.

10 11 12

med.ff.de iureiuran.Et ideo dixit Bald.in addit.Specu. in titul.de confeſſ.in verbo, confeſſio facta in vlti. &c. quòd confeſſio facta in vltim. voluntate, non probat debitum eſſe,vel non eſſe. & dicit quòd talis confeſſio poteſt reuocari:quia ſpecies vltimæ voluntatis, non autem eſt ſpecies probationis,& ideo dicit ipſe Bald. ibi, quod hoc facit pro eo.qui legat 10.pro vſuris, vel male ablatis, vt ſi reconualeſcat non poſſit ex illa ſcriptura conueniri : de quo etiam dixi in repe. mea l. fi.in 64. char.C.de proba.Item quòd tali reo nõ credatur in hoc caſu facit optime vrgens ratio. Nam vt quotidiana docet experientia,iſti Rei,qui ducuntur ad mortem adeo cruciantur timore, & dolore mortis , quòd ſunt alieni ab intellectu,& non ſunt compotes mentis,& maxime quando habent laqueũ ad collũ,& ſunt ſuper furca, & vident ſe illico & incontinenti morituros,vel quando debent decapitari, & vident ibi ante ſe inſtrumenta ferrea parata ad incidendum ſibi caput, & ideo tanquam non ſint in ſano intellectu,& non compotes mentis,nõ eſt eis credendum:arg.tex.in l.hac cõſultiſſima.in verſi.at cum humana fragilitas mortis cogitatione turba-
13 ta.C.qui teſtamẽ. fac. poſſ. talis enim † oppreſſus mortis timore eſt ſimilis mortuo,vt dicit text.in l.iubemus poſt prin.C.de teſti.& voluit Paul. de Caſtr. in conſil. 366.incip. viſo puncto & allegationib. vbi etiam alia dicit in hoc propoſito.in verſi.nec ſufficiũt ad inſtruct. Item pro hac parte quòd non credatur ipſi reo in tali caſu facit alia ratio.Nam ſi verum eſſet,quòd ipſe indebitè inculpaſſet illum, non expectaſſet ad eum exculpandum tempus illud,quando erat ſuper furca cum laqueo ad collum.ſed illũ exculpaſſet tempore quo confeſſus fuit peccata ſua ſacerdoti, & accepit euchariſtiã. nam tunc vocaſſet poteſtatem,& notariũ, & illum exculpaſſet,nec eſt præſumendum quòd voluiſſet accipere euchariſtiam cum illo onere & peccato, & cũ illa indebita inculpatione proximi,& ſic eum iuridice exculpaſſet:quòd certè veriſimile eſt,ſi ille inculpatus fuiſſet innocens,nam tale tempus eſt magis conueniens ad exculpan-

cũlpandum indebitè inculpatos quã tẽpus, quo eſt ſuper furca cũ laqueo ad collũ. Itẽ alia eſt etiã ratio, quare non ſit credendũ tali reo exculpanti aliquẽ ſuper furca: vt ſupra dixi, tales Rei ſuper furcã exiſtẽtes nõ ſunt cõpotes mentis, nec in ſano intellectu, ſed regũt linguã ſuã ſecundũ. & prout ſibi dicitur ab illis confortatoribus qui ſibi dantur, vt eos hortentur ad pœnitentiã, & ad bene moriendũ, & omnia, quæ eis perſuadent dicti confortatores, dicunt & faciunt ipſi Rei. Et ideo tales exculpationes magis faciunt ipſi Rei ad perſuaſionem, requiſitionem, & inſtantiũ taliũ confortatorũ, qui motu proprio quia ſibi perſuadẽt, & ſi talẽ exculpationẽ nõ faciũt moriẽtur in peccato, & in dãnatione, & perditione animę & corporis. Et ſępe ac ſępius affines ipſius inculpati, vel amici rogãt inſtanter & inſtãtiſſime dictos cõfortatores, vt velint facere, quòd reus exculpet amicũ vel affinẽ ſuũ, quem inculpauit, & ſibi promittunt aliqua ſi hoc faciat. tunc & tales confortatores, vt lucrenẽ ſibi promiſſa operantur toto poſſe, quòd reus faciat talẽ exculpationem, & perſuadent ipſi reo, quòd ſi faciet talem exculpationem, ibit illo die ad prandium cũ beata virgine, & ibi tripudiabit, & in æternum lætabitur cum angelis. & ideo talis exculpatio non prodeſt inculpato, per iura, & rationes ſuperius adductas. Pro qua parte & opinione facit alia ratio. Nàm negari non poteſt, quòd iſte reus, qui primo ſolenniter in iudicio in forma teſtis cum iuramento dixit illum fuiſſe eius ſocium ad committendum illud delictum, ſi modo ſuper furca dicat contrarium non ſit periurus, & per conſequens infamis. † Nam periurus eſt infamis, ſecundũ glo. in c. peruenit. de fideiuſ. & eſt text. in l. ſi quis maior. & ibi gl. & doc. C. de tranſac. & eſt glo. in l. quæ ſub conditione. in verbo, interuenerit. ff de condi. inſti. & in authen. ſcenicas non ſolũ fidem præſtẽt. in §. 1. in ver ſic. ſi quæ omnino. & voluit gl. & doc. in l. Lucius. ff. de infa. & Io. An. do. Ant. & alij in c. teſtimoniũ de teſti. & Hoſt. in ſumma de vſur. §. an aliquo caſu. in vl. col. ver. de notorijs &c. quẽ refert & ſeqtur Archi. in c. ſicut nõ 14

ſuo

ſuo 46.diſt.& Arch.in c.paruuli.22.quæſtio.5. Et idem tenet Ioan.de Imo.in cle.1.in 6.colu.de iureiu. in ver. quæro an periurus.& Bald.in c.querelam. poſt gloſſ.de iureiu.& Goffre.in ſum.de iureiu. in §.an periurus. & Barba.in c.teſtimonium.de teſt.vbi dicit, quòd de hoc eſt caſus in c.infames.3.quæſt.2.& in c.ſi quis cõuictus. 22.quæſt.5.& in c.prædicantibus.22.quæſtio.1.& in §. periurij pœna. eadem cauſa & quæſtione. de quo latius dixi in repe.mea l.fi.C.de prob.in 10.char. vltra me-
15 dium.Sed dictum periuri † non probat: vt in c.ſicut.& in c.teſtimonium.de teſt.& in c.quicunque. 6. quæſt.1. & in d.c.paruuli.& in c.literas,de præſum.& voluit Specul.in tit.de teſte.in §.1.ver.item quòd eſt infamis. ergo dictum iſtius Rei tanquam dictum periuri nihil operabitur.Item vltra prædicta iura & rationes quòd talis exculpatio non profit inculpato, tenuit expreſſe Bald. in conſi.ſuo 79.incip.regula iuris &c.in fin.in 3. volu.
16 vbi fortius dixit videlicet,quòd reuocatio † confeſſionis,quæ fit in carcere nihil operatur: quia fit extra iudicium,non in iudicio. allegat l. 2. C.de cuſt.reo. Pro
17 quo facit.Nam fortior eſt actus,qui fit in iudicio,† quã qui fit extra iudicium.iuxta gloſſ. in authen. generaliter.C.de epiſ.& cle.& voluit Iaſ.in l. iubemus. in 2. col. C.de iudi.pro quo faciunt plura quæ dixi de calore iudicij in repetit.mea rub.C.de proba.in 19.colum. verſi. intellige etiam prædictam concluſionẽ &c. ergo actus extraiudicialis non poteſt tollere actum iudicialem, & faciunt quæ dixi in ſingu.meo 212.incipiẽ. communis omnium ſcribentium.& hoc etiam firmat Ang. in conſi.308.incip.factum tale Chriſtophorus Petri.in penul. colum.verſi.de ſecundo. Et ſic ex ſupradictis videtur concludendum quòd talis exculpatio facta per reum ſuper furca cum laqueo ad collum, non tollat indicium exiſtens contra inculpatum ex dicto ipſius Rei ſolẽniter & iudicialiter facto. Attamen ſi volumus rectè conſiderare, eſt maximum quid apud Deum, & populum, quòd ille Reus ſtatim moriturus exculpet illum, quem inculpauit, & talis exculpatio non valeat, pro qua

opin.

opin. quòd talis exculpatio prosit inculpato adduxi plura vltra ea quæ hic adduxi supra, in §. diligenter. in nu. 117. cum pluribus numeris ibi sequentibus. vbi examinaui illam quæstionem satis consonam isti videlicet, an dictum offensi constituti in mortis articulo faciat indicium ad torturam cõtra illum, quem dicit ipse moriens eum percussisse. Posset forte dici quòd de æquitate, & in foro poli illa exculpatio valeret, & prodesset ipsi inculpato: sed secus in foro fori, & de rigore iuris p dicta iura. Vel forte iudicio meo posset distingui hoc modo videlicet, quod aut pro illa imputatione primo facta per dictum reum concurrebat aliquod indicium præsumptio, vel coniectura: & tunc simplex reuocatio, vel exculpatio non prosit inculpato. Aut pro dicta inculpatione nullum concurrebat indicium, præsumptio vel coniectura, sed sola inculpatio nuda ipsius Rei, & tunc exculpatio facta per reum super furca, vel supra, habet tollere indicium inculpationis. & ita mihi videtur concludendum: quæ distinctio multum conuenit iuri & rationi naturali vt de se patet: ita mihi videtur concludendum in præsenti quæstione. & vide quæ dixi in sing. meo 22. inci. confessio offensi &c.

SVMMARIVM.

1 Iudex an possit condemnare sine spontanea confessione. 14.

2 Confessio facta per torturam etiam millies ratificata, quando nulla. 3. 6. 7.

4 Testes primo deponẽtes postea iurãtes an probẽt.

5 Donatio facta per filiumfamilias sine patris consensu, an possit per superuenientem consensum conualidari.

9 Principali annullato, annullatur accessorium. 10. 11. 12.

13 Iudex non potest interrogare reum de delictis, de quibus nulla sunt indicia.

15 Veritas semper quærenda, & inuenta attendẽda.

Maxime delictis. nu. 16.

17 Veritas probatio probata, & est notoria.

18 Veritati omnia cedunt.

19 Veritas omnia vincit.

20 Veritatem curare debemus potius quam de apicibus iuris disputare.

21 Modus nō curatur, dummodo effectus habeatur. vt iniustitia num. 22.

23 Probatio per visum derogat legibus & statutis. Et ponuntur multi casus. nu. 24. 25. 26.

27 Alienatio rei ecclesiæ sine solennitate quo casu teneat.

28 Contrariorum eadem est censura.

31 Torturæ metus & tortura æquiparatur.

32 Paria sunt confiteri in tormentis, vel metu tormentorum.

33 Indicia multum vrgentia faciunt plenam probationem.

34 Adminiculum ad vehemens supplet probationē semiplenam.

35 Experientia est rerum magistra.

36 Locus à communiter accidentibus facit indiciū indubitatum.

37 Iudex an possit reum ex indicijs indubitatis condemnare ad mortem.

38 Solennitates, aut ordo iuris in causa ciuili nō curantur quando constat de veritate rei. Et quid in criminalibus. nu. 39.

40 Pœnitentia siue temporalis, siue spiritualis pro peccato manifesto imposita sine ordine iudiciario an teneat.

41 Ordo iuris in notorijs non requisitus. Et idem dicendum de solennitate iuris. nu. 42.

43 Ordo & in summarijs non seruare ordinem, nec curantur apices iuris. nu. 44.

45 Notorium sententiæ æquiparatur. Et est probatio probata nu. 46. 47.

48 Solennitas superueniens contractui in solennizato,

zato, an roboret contractum.

49 Testamentum excommunicati post absolutionē reconualescit. Et idem dicendum de vsurario manifesto præstita satisdatione de restituēdo. nu. 50.

51 Concessio super molendino fiendo an extendat se ad iam factum. Et idem in statuto de bannitis capiendis, an trahatur ad iam captos nu. 52.

53 Legatum factū pro puella maritanda, quæ iam nupserat, an valeat. Et idem de vidua. nu. 55.

54 Papa concedens episcopo testamenti factionem, an intelligat de testamento iam facto.

56 Statutum de luxu vestium puniendo, an extēdatur ad vestes iam factas.

57 Rescriptum super primo beneficio vacaturo, an retro trahatur ad iam adeptum.

Actus à principio nullus in quibus casibus validetur superueniente habilitate à nume. 48. vsque ad nu. 57.

58 Expositum multipliciter veritatem obnubilat.

59 Regula accessoriū in quibus non habeat locum.

60 Donatio inter virum & vxorem iurata valet.

61 Stipulari alteri possibile cum iuramento.

62 Confessio extraiudicialis iurata nocet confitenti. Et idem in confessione facta parte absente. nu. 63

64 Obligatio mulieris intercedentis cum iuramento valida, licèt Velleiano non fuerit renuntiatum.

65 Donatio iurata excedens summam legalem, etiā sine insinuatione tenet.

66 Iuramentum in quibus casibus validet præcedentia aliàs inualida, vsque ad nu. 60. supra.

67 Via benignior in dubijs & obscuris, maxime in criminalibus sequenda.

68 Cognoscere non seruato iuris ordine, est ius alterius auferre. Et nemo inferior à principe hoc potest nu. 74.

69 Iudex extra ordinem procedens, dicitur de facto procedere.

70 Papa ordinem iudiciarium tollere non potest.
71 Ordinis omissio præsumptionẽ fraudis inducit.
72 Banna ordine iudiciario spreto lata, cancellanda.
73 Spoliatus per iudicem quando habeat interdictum recuperandæ.
75 Solennitates processus neq; legatus de latere supplere potest.
76 Testes etiam à Cardinalibus inordinatè recepti non probant. 78.
77 Substantia deficit vbi non est ordo.
79 Iudex præcipiens sine causæ cognitione pœnam non irrogat. 80. & nu. 81.
82 Ordinis omissio in extraordinarijs iudicijs vitiat ipsum iudicium 8.
83 Iudex iniuste facit, qui ordinem non seruat.
84 Ordinem iudiciorum partes remittere non possunt. Et cur. 85.
86 Ordini iudiciorum coram arbitro potest renuntiari.
87 Libellus ineptus destruit sequentia.
88 Exceptio ineptitudinis reddit iudicium retro nullum.

§. SEcunda quæstio quæ sequitur talis est. Potestas, seu iudex maleficiorum nullis præcedentibus indicijs de iure validis reum inquisitum de homicidio vel de morte Titij posuit ad torturam vel eo leuato: qui reus propter magnum dolorem, & cruciatum torturæ confessus est commisisse dictum homicidium, subiungens, quòd dicto Titio dedit duo vulnera in capite, tria in pectore, & vnum in gutture, & quod eum mortuum ex dictis vulneribus, ne res ista veniret in lucem, sepeliuit in eius horto, vel stabulo, nocturno tempore. Qua confessione facta, & indebitè extorta contra iuris dispositionem, iudex misit ad fodiendum in loco, vbi dixit cũ sepelisse, & ibi eũ reperit cũ omnibus vulneribus allegatis per dictum reum. Modo dubitatur stãtibus præ-

dictis,

dictis, vtrum iudex possit de iure condemnare ad mortem dictum reum inquisitum, & confessum non præcedentibus indicijs, & nullo iuris ordine seruato, verificata tamen eius confessione, & delicto per notorietatē facti permanentis, quæ oculis subijcitur. Et ista quæstio non est facta specialiter ab aliquo scribēte, quem viderim, & est notabilis & quotidiana, & adeo dubia, quòd in ea ego magis vellē esse discipulus, quàm præceptor, cum plura & plura concurrant iura pro vtraque parte, vt infra demonstrabo. Circa quam quęstionem videtur primo dicendum, quòd stantibus prædictis non possit de iure dictus reus condemnari ad mortem, vel ad aliā pœnam, & potissimè hac ratione, videlicet, iudex non potest aliquem condemnare de delicto, nisi talis condēnandus sit sponte confessus, vel legitime † conuictus. 1 tex. est in c. nos in quenquam. 2. quæstio. 1. & in c. prohibentur. in fin. & in c. multi. eadem causa & quæstione. & in c. primates. ibid. & in can. iudicantem. 30. quæst. 1. Sed in hoc casu talis reus non est sponte & legitime cōfessus, nec legitime conuictus per aliquos testes, ergo non potest condemnari pœna mortis, nec etiā aliqua alia pœna pro tali homicidio. Quod autem non sit legitime confessus, & per consequens quòd talis cōfessio sibi non noceat, patet. † Nam confessio facta per tor- 2 turā legitimis indicijs non præcedentibus, est nulla, & nullius momenti, etiā si millies ratificetur, ista est glos. iūcta tex. in l. pen. ff. de quæst. quā ibi sequitur Barto. & sequuntur alij plures docto. in diuersis locis, quos ego retuli in d. l. pen. in 2. & 4. col. vbi videas. Quinimo talis confessio est nulla, etiam si postea † superueniāt in 3 dicia, secūdum gl. in l. maritus. eod. tit. & ibi Bart. quod etiā tenet Bal. post gl. in l. fi. C. de accusa. in 1. col. vbi ad hoc allegat gl. in d. l maritus. & idē tenet Ang. de Aret. in trac. malefic. in verbo, fama publica. in versi. quinto quæro, iudex torsit. & ibi Aug. de Ari. in addit. qui dicit hoc etiam tenuisse Bald. in l. ea quidē. C. de accus. & Lud. Ro. in consi. 167. incip. Antonius accusatus. in 1. col. & voluit do. Alex. in consi. suo 179. incip. in causa

Anglorum. & in vlt. col. in 2. volu. & idē etiā tenuit do. Fran. Bru. in tract. de indi. & tor. in 12. char. in 1. colu. Et hoc operatur peruersio ordinis: quia primo indicia debent præcedere torturam, & non subsequi eam, vt dixi supra in §. cōstante. nu. 1. & 2 & ordo iudiciarius debet attendi, vt in l. prolatam. C. de senten. & ideo dixit Cy. in l. iurisiurandi. C. de testib. quòd si testes primò depo-
4 nunt, † & postea iurant, non valet eorum dictū: quia de natura & ordine iudiciorum est, vt primò testes iurent, postea deponāt, vt probat ille tex. in verb. prius. & idem tenet dom. Ant. in c. per inquisitionem. in ver. nota tertio. de ele. de quo per doc. in d. l. iurisiurandi. & per me late in repe. mea. l. fi. C. de prob. in 32. char. Et pro hac opi. quòd confessio facta in tortura legitimis indicijs nō præcedentibus, non valeat, nec reconualescat superuenientibus legitimis indicijs: & sic quòd actus nullus ex aliqua causa à principio non reconualescat cessante illa causa & superueniente habilitate, adduco aliqua in simili. Et primo adduco Bal. in l. si vxor. C. de condi. inser. vbi dixit, q̄ licèt filiusfa. possit donare causa mortis cum consensu patris. l. tam is. §. 1. ff. de do. causa mor. tñ
5 si filiusfa. donauit causa mortis sine † cōsensu patris: licet postea pater ratificet: non tamen reconualescit talis donatio: quod dictum refert & seq. do. Fran de Cre. in not. suo 70. inc. donatio. Et dixit Bal. in c. cū cōsuetudinis. in 2. col. de consue. quòd pater non potest autorari filio donanti causa mortis post donationē factam, etiam si donaret fratri in eadē potestate cōstituto. Pro quo faciūt dicta per Bal. in c. quotiens. de pac. & p Old. in consi. suo 36. inc. quamuis pater, in 1. colū. Et faciunt plura & plura alia similia, quæ adduxi in §. diligenter. supra in hoc opere. in nu. 183. cum pluribus seq. vide ibidem, quæ hic omitto breuitatis gratia. & quæ etiā latius dixi in l. pen. in 6. 7. & 8 col. ff. de quæst. Ex quib. omnibus videtur in quæstione præmissa, quòd si reus fuit tortus nō præcedentib. legitimis indicijs, & confessus fuerit crimen, quæ confessio est nulla, quòd talis cōfessio non recōualescat, licèt postea superueniat probatio

per

per inſpectionem oculorum, vel per alia indicia legitimè vrgentia, & ſufficientia per prædicta. Quinimò dico vnum, quod eſt fortius, videlicet, quòd adeo eſt verũ hoc, videlicet, quòd confeſſio facta in tortura legitimis indicijs non præcedentibus eſt nulla, quòd iſtud eſt verum etiam ſi iudex habet † liberũ arbit. in crimina- 6
libus: quoniã nec etiã tamẽ poterit aliquem ponere ad torturam legitimis indicijs nõ præcedentibus, aliàs teneretur in ſyndicatu. ita no. dicit Pau. de Leaz. in c. grauis. de depo. & do. Alex. in l. filiusfa. in 5. apoſt. ff. de do. & Gand. in trac. ſuo malefi. ſub rub. de quæſt. & tor. in vlt. col. verſi. præterea ego quæro &c. & in verſi. ibi ſeq. & do. Par. de Put. in tract. ſuo ſynd. in 100. char. in 4. col. verſ. & adde qd licet iudex &c. & ipſe ibi plura ad hoc all. & idẽ firmat Iaſ. in 1. in 2. col. C. de ſac. ſan. eccl. & in l. milites. C. de teſt. mil. vbi dicit, quòd hoc etiam voluit Alex. in conſi. ſuo 65. inc. habita ſuper cõtentis &c. in 2. col. in 1. vol. & Raphael. Ful. in conſi. 96. inc. ſuper quæſtione formata. in fin. Et faciunt etiam dicta per Pet. de Anch. in conſi. ſuo 16. incip. viſis diligenter omnibus poſt prin. & per do. Catal. in tract. ſyndi. in verſic. 122. & in verſi. 123. ibi ſeq. de quibus etiam late dixi ſupra, in §. conſtante. nu. 27. Et ſcias etiam aliud in hac materia, videlicet quòd nedum confeſſio torti facta ſine legitimis indicijs in tortura, eſt nulla, etiam ſi reus in ea perſeueret vt ſupra, ſed nec etiam valet ipſo iure quicquid poſtea ſequitur, ita † dixit do. Par. de Put. in tract. 7
ſyndic. in 102. char. in 3. col. in verſic. an confeſſio torti, vbi alle. plura iura de quibus ibi per eum. Pro quo dicto facit gl. not. in l. ſi accuſatoribus. in gloſſ. fin. C. de accu. quæ dixit, quòd ſi † citatio non eſt legitime facta, pro- 8
ceſſus & ſententia, & omnia inde ſequuta ſunt nulla, quam gloſſ. refert & ſequitur Bald. in c. ſi clericus. in 1. colum. de pace tenen. & in l. cum fratrem. in vlti. colũ. C. de his quib. vt indi. & in conſi. ſuo 173. inc. præſuppoſito. in 3. volu. Et faciunt quę dixi ſupra, in §. quoniam. nu. 44. cũ pluribus verſi. ibi ſequen. Modo in propoſito cũ dicta confeſſio dicti homicidij facta per reum in tor-

tura legitimis indicijs non præcedentibus sit nulla, & per consequens omnia inde sequuta. vt dixi: ergo sequens probatio maleficij reperti erit nulla, & non præiudicabit reo, vt possit vigore illius condemnari. Pro quo facit: nam negari non potest, quòd illud homicidium repertum & verificatum non sit repertum & verificatum post illam confess. indebitam & inualidam factā per torturam, non præcedentibus legitimis indicijs: ex quo necessario sequitur, quòd dictus reus non poterit
9 puniri. Nam clarum est in iure, quòd annullato † principali annullatur accessorium, & corruente principali, corruit accessorium, vt in reg. accessoriū. de reg. iur. in 6. & in l. fi. ff. de const. prin. cum si. Et ideo dixit Bald. in l. ex testamento. C. de fideicom. quòd annullato in-
10 strumento annullata † est etiam constitutio precarij in eo appositā. & idem dixit ipse Bald. per verbum forte. in c. 1. in §. si quis, in vlt. colū. de feu. da. in vicem legis commiss. & est de mente Bart. in l. quod meo. in prin. ff. de acq. poss. & voluit Bald. in simili in l. absentis. in 5.
11 col. ff. si cer. pet, vbi dicit, quòd si non tenet † cōtractus principalis, non tenet etiam pactum guarentigiæ in eo appositum, vel confessio in eo appositā, quod dicit probari per tex. in d. l. fi. ff. de const. prin. quod etiam voluit idem Bal. in l. etiam. in 1. col. C. de execu. rei iud. & in l. in contractibus. in fi. prin. C. de non num. pecu. & Ludo. Rom. in rep. l. si vero. in §. de viro. in 33. fal. ff. solu. matr. & in cōsi. suo 12. incip. visis quæ egregie &c. post princ. vbi pro hoc alleg. glo. in l. si patronus. in versicu. fauiana. ff. si quid in fraud. patron. Et idem dixit etiam ipse Ludo. Roma. in consi. suo 115. incip. viso compromisso. ante fin. vbi etiam allegat dictam gloss. & ibi etiam clarius firmat idem Ludo. Roma. in consilio suo 246. inci. clarissime assessor. post princ. Pro quibus etiam facit notabile verbum ipsius Ludo. Roma. in consilio suo 449. incipien. inquiritur contra Iacobum. & dicta per Petr. de Ancha. in consilio suo 74. incipien. viso diligenter. circa finem. & per Bald. in authē. siue. à med. in fi. C. ad Velleian. Itē hanc partē, quòd annullato

instru-

instrumento, seu contractu principali, sit nullum precarium in eo appositum, & etiam confessio, firmat Bal. in l. non dubium. in 9. col. versi. similiter dico. C. de legi. & do. Alex. in consi. suo 305. secundum ordinem meum incip. lecto, & discusso, in 7. col. & in consi. suo 82. incip. perspectis his &c. in 5. col. in 2. vol. Et faciunt etiam dicta per Bald. in addi. Spec. in tit. de confess. in addi. inci. quandoque processus. vbi dicit, quòd quando processus non tenet ratione incompetentiæ iudicis, non valet etiam confessio in eo facta. Et faciunt etiam dicta per eundem Bald. in l. 1. in 4. col. versi. quæro vtrum iuramentum. C. de inoffi. dot. vbi dixit, quòd † si rescinditur cõ- 12
uentio principalis, rescinditur etiam pœnalis & quælibet accessoria. Et faciũt quę latius dixi in l. pen. in 11. col. ff. de quæst. & in sing. meo 17. incip. accessorium. & dicta per Abb. in consi. suo 38. incip. in quæstione quæ ad præsens. in 1. col. in 2. volum. & per Soci. in cons. suo 65. incip. circa primũ. in 10. col. post prine. vbi no. loquitur.

Vlterius etiam vltra prædicta, quòd dictus reus non possit condemnari ad mortem, non obstante quòd verificatum sit dictum homicidium, facit optimè. Nam in causis criminalibus proceditur ad instar ciuilium, vt in l. absentem. ff. de pœn. Sed in ciuilib. nemo sine actione experitur, vt in l. si pupilli. §. videamus. ff. de ne. gest. & in l. quoties. §. is qui temporali. ff. de admi. tu. cum si. ergo idem dicendum est in criminalib. & sic in quæstione nostra. Cùm autẽ in casu & quæstione nostra nulla essent indicia contra dictum reum: ergo curia non poterat experiri, nec molestare dictum reum. Sed cùm fuerit dictus reus tortus sine indicijs, & confessus fuerit homicidium, & illud verificauerit, tamen hoc non debet nocere reo. Et pro hoc facit optimè quòd dicitur, quòd de delictis, de quib. nulla sunt indicia † iudex non po- 13
test, nec debet interrogare reum, nec à fortiori eum torquere, vt dixi latè sup. in §. constante. nu. 14. Et vltra ibi dicta istud etiam voluit Odof. in tract. suo de quæstio. incip. sed quid de quæstione quotidiana &c. de quo etiam latè habetur per Alex. in consi. suo 133. incip. stantib.

&c.in 5 col.in 7.vol. de quo etiam latè dixi in l. repeti in pen. & vlt.col.ff.de quæst.

Item vltra prædicta, quòd in casu nostro non possit sequi condemnatio.facit optimè alia ratio, videlicet, si
14 reus confitetur feciſſe homicidium † ad ſuam defenſionem,licèt ex tali confeſſione ſit fundata intentio curiæ, vt dixit Bar.in l.Aurelius.§.idē quæſijt.ff.de lib. leg. & habetur per Bald.in add. Spec.in tit.de confeſſ. in 2.col. in ver.confiteor me occidiſſe.& habetur per Bald.in l.ſi filius.§.in exceptionib ff.de interro.act. & in l. codicillum C.de codi.& per Bald.in l.1.C.de confeſſ.& in l.decem.vbi etiam per Imo.ff.de verb.obli. & per Abb. poſt glo.in c.cùm veniſſent. de inſti. & in c.bonæ. de poſtu. præl.& in c.1.de iuram.calum.& per do. Feli.in c.paſtoralis.de exceptio.in 6.col. & per alios plures quos ego adduxi in ſing meo 185.incip.confeſſio inquiſiti. Attamen ex tali confeſſione non poterit talis reus ad mortem condemnari, ſi de homicidio aliter non conſtat, quam per dictam ſuam cōfeſſionem. ita nō.dixit Abb. in c.auditis.circa vlt.colum.extra de præſcrip.quem ibi ſequitur do.Felin.dicens hoc eſſe dictū ſing. & alibi nō reperiri.& quòd apud practicos aduocatos eſt in ſolēni cultu: & idem dixit ipſe in c.ſignificaſti. el 2.in penul. col.de homi.quod dictum etiam ſequitur Alexā.in l.nō ſolum. §. ſciendum. ff.de ope.no.nun. Modò ad propoſitum licèt reus confeſſus ſit homicidium,& ſit verificatum,attamen non debet poſſe condemnari,ſi aliter non probatur,quòd ipſe reus illud fecerit:quia non ſequitur: verificatū eſt delictum allegatum per aliquem, ergo ipſe fuit ille,qui fecit illud:nec probatur per ſuam confeſſionem,quòd ipſe fecerit tale homicidium, cum dicta eius confeſſio ſit illegitima,cum fuerit facta vigore torturæ, & non præcedentibus aliquibus indicijs. vt ſupra ſatis oſtenſum eſt. Et ſic ex omnibus ſupradictis videtur dicendum, quòd iſte reus modo aliquo nō poſſit condemnari ſaltem ad mortem pro dicto homicidio, licèt ſit verificatum, & conſtet per euidentiam: vt ſupra. Iſtis tamen non obſtantibus contraria opinio videtur

detur verior, videlicet, quòd imo talis reus possit, & debeat de iure condemnari ad mortem propter dictũ homicidium confessatum & verificatum, & hoc ex pluribus. Et primo quia constat de veritate homicidij; & sic omnis dubietas sublata est stante veritate ipsius, quæ oculis subijcitur, & inficiari non potest, † quæ veritas 15
semper est quærenda, & inuenta attendenda est, in l.fi. in ver. veritati locum semper fore. ff. de prob. & habetur in l.1. in fi. C. de lati. liber. toll. per quẽ tex. dixit do. Frã. de Cre. in consi. suo incipient. sereniſſimus imperator, quod consi. est inter consi. Alex. mihi. nu. 407. quòd imperator monet nos esse veritatis imitatores. & alle. d. l. 1. in fi. & ibi subdit, quòd veritas super omnia amãda est, vt dixit iurisconsultus in l. cùm ita legatum. ff. de condit. & demonstra. quod etiam dixit Socin. in consil. suo 8 incip. visis & diligenter. post princip. Et dixit Specul. in tit. de teste. §. qualiter autem. versic. deinde &c. quòd iudex debet curare, ne veritas pereat. vel occultetur. Et
dixit Bald. in l. si quis seruo. C. de fur. quòd † in delic- 16
tis veritatis inspicitur. & idem dixit Ioã. An. in c. cùm quis. de reg. iur. in 6. in mercu. & Alexã. in l. diuus. ff. de ficca. Pro quibus facit, nam veritas est probatio proba
ta, † quæ non indiget discussione, vel disceptatione fo- 17
ri, & nihil potest allegari in contrarium, vnde veritas est notoria. ita dixit Cy. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. & ibi Dy. in addi. per ea quæ no. Inno. in c. inter nos. de consue. quos refert & sequitur Bald. in l. imperator. la 1. in 1. colũ. ff. de stat. hom. Et facit quod dixit Bald. in l. executorem. in antepenul. colum. C. de execut. rei iudi. vbi dixit, quòd nihil est tam forte, quàm veritas. Et ideo
dicimus, † quòd veritati omnia cedunt. vt in c. verita- 18
ti. 8. dist. & in c. ibi, seq. & in c. fraternitatis. de frig. & malefi. & voluit Feder. de Sen. in con. suo 263. aliàs 243.
Hinc etiam dicimus, † quòd veritas omnia vincit, vt 19
in c. consuetudo. 8. dist. & in c. veritate. ead. dist. & voluit Host. in c. audientia. de sentẽ. excommu. & Fede. de Sen. in consil. 14. Et ratio prædictorum omnium potest esse: quia veritas est mater iustitiæ, vt inquit
Bart.

Bart. in l. libertini. ff. de ſta. hom. pro quibus faciunt optimè dicta per do. Phil. Dec. in conſi. 151. incipiē. maximi ponderis &c circa princ. & per Ludo. Ro. in conſi. 446. incip. primus. in 2. col. & per do. Card. in conſi. 141. inci. in quæſtione illorum. in princ. & per Paul. de Caſtr. in conſi. ſuo 362. inc. iudex. in prin. & per Bal. in c. cùm cauſam. in 7. col. in prin. de teſti. & per Inno. in c. niſi cùm pridem. in 4. col. de renunc. & per Ang. in conſi. 262. incip. bene & egregiè. in prin. & per Bald. in c. 1. in 3. col. de offic. iud. & per laſ. in l. is apud quem. in 1. colū. in fi. C. de eden. & per glo. in c. cum Ioannes Heremita. de fide inſtrum. & per do. Franc. de Cur. in conſil. ſuo 20. incip. ſæpenumero &c. in 1. colū. in quibus locis doct. ponunt notabilia dicta in hac materia veritatis. Modo in propoſito, cùm in caſu noſtro habeamus veritatē dicti homicidij, quæ veritas eſt probatio probata vt dixi, contra quam veritatem, quando eſt notoria, vt in caſu noſtro, nihil poteſt allegari, vt dixit Bald. in d. l. imperator. ergo dictus reus poteſt & debet condemnari ad mortem propter dictum homicidium. Nec obſtat allegata ſupra in contrarium. Et primo non obſtat glo. in d. l. pen. ff. de quæſt. quæ dicit, quòd confeſſio facta per torturam, nō præcedētibus legitimis indicijs, vt in caſu noſtro eſt nulla, etiam ſi pluries reiteretur, ſeu ratificetur, de qua latè eſt dictum ſupra. Quia reſpondeo pluribus modis. Et primo dico, quòd illa glo. poteſt procedere, & habere locum in ſimplici confeſſione nō verificata, vt puta Titius captus eſt, & velo leuato poſitus eſt ad torturam nullis præcedentibus indicijs, qui vigore torturæ confitetur ſe hominem occidiſſe, poſtea autem hanc confeſſionem ratificat pluries, certè hoc caſu talis confeſſio, & ratificatio ei non nocet: & tunc habet locum dicta gloſſ. Sed ſecus dico eſſe in confeſſione facta vigore torturæ non præcedentibus legitimis indicijs, quando talis cōfeſſio vt ſupra verificatur, & conſtat de veritate delicti: quia tunc dicta glo. non vendicat ſibi locum obſtante veritate, per iura, & doctrinas ſuperius allegatas. Pro quo facit quod voluit Spec. in tit. de actione, ſeu pe. in §. 1. in ver.

ver. porrò, vbi dixit † quòd veritatē potiùs curare de- 20
bemus, quam disputare de apicibus iuris. Præterea etiā
aliter respōdeo dictæ glos. & dico quòd postquàm dictū
homicidium est verificatum, & veritas ipsius apparet,
non habet obstare dicta glo. quoniam non refert quo-
modo veritas inueniatur, dummodo inueniatur, & nō
curamus † de modo dummodo habeamus effectum. l. 21
cum seruus. ff. de verb. oblig. l. 2. C. de alimen. pup. præst.
l. fi. C. de donatio. quæ sub modo. l. qui negotiationem.
ff. de admi. tuto. l. item veniunt. §. à quo. ff. de petitio.
hæredi. l. in sponsalib. la. 1. ff. de spōsa. voluit Ludo. Ro.
in consi. suo 245. incip. donatio. vbi latè loquitur. & fa-
cit tex. & quod ibi no. Bal. in l. si mater. C. de institut.
& substitutio. sub cond. fact. & l. quoties. §. si nomē. ff.
de hæred. insti. cum similib. Et facit etiam quod dixit
Bald. in repertorio suo in verbo, executio. in vlt. colū. in
versi. incip. executio facta per partem &c. vbi dixit, † ꝙ 22
potius est curandum de iustitia, quàm de modo. & facit
tex. in ar. in l. fi. §. fi. ff. quòd metus causa. de quo tex. la-
tè loquutus sum in l. patre, vel marito, in 12. col. ff. de q̄st.
& faciunt quæ ego posui in repertorio meo in litera E.
in 14. char. in vlt. not. vbi omnino videas. Habita ergo
veritate: vt habetur in hoc casu, non est curandum de
modo, via, seu forma quibus habetur veritas: sed illa est
attendenda: & sic videtur non obstare dicta glo. & præ-
dictæ doctrinæ. Dico etiam quòd non obstante dic. glo.
& alijs superius alleg. ꝙ dictus reus est condemnandus
ad mortem pro dicto homicidio, attenta verificatione
ipsius quæ non potest negare, nec tergiuersari, cùm sit
facta per maiorem, fortiorem, & digniorem probatio-
nem omnibus alijs probationibus. i. per probationem
quæ naturaliter videtur & apparet, & quæ oculis cor-
poreis subijcitur. Quæ quidem probatio verior est om-
nibus alijs probationibus iuxta illud: arbiter aure certi-
or est oculus: quæ probatio vt dixi, est nobilior, fortior,
& potentior omnibus alijs probationibus, vt dixit glos.
in c. ad nostram. el iij. de iureiur. & talis probatio † de- 23
rogabat legibus & statutis, secundùm Bald. in l. contra

negan-

negantem. in fin. C. ad leg. Aquil. vbi dicit quòd ſtante ſtatuto, quòd de damno dato ſtetur ſacramento damnũ paſſi, quòd nihilominus non obſtante dicto ſtatuto, & iuramento damnum paſſi, poterit dicere ipſe reus accuſatus: Domine iudex veniatis ſuper loco, vbi dicitur datum eſſe damnum, & ſubijciatis rem oculis, & videbitis nullum datum eſſe damnum, & hoc caſu iudex poterit recedere à ſtatuto prædicto, & inſpicere locum: & ſi nullum eſt damnum, poterit abſoluere dictum reum, non obſtante ſacramento actoris damnum paſſi: quod dictum pro notabili magni facit Barb. in c. euidentia. de accuſat. & idem tenet Bald. in l. 1. poſt medium. C. ſi aduer. lib. vbi ad hoc alleg. Azo. in ſumma in tit. C. ad leg. Aquil. quod dictum etiam refert & ſequitur do. Alexã. in conſil. ſuo 379. incipien. viſo proceſſu. Pro quo facit ſing. dictum Bal. in l. ſi quis teſtibus. in fi. C. de teſtibũs. Et facit optimè quod voluit idem Bald. in rubri. C. de
24 probat. in 2. colum. vbi dixit, quòd nunquàm lex, † vel ſtatutum tollit probationem, quæ fit per rei euidentiã: & alleg. Azo. vbi ſupra, quod etiam voluit Barba. in c. 1. in 11. col ff. de offi. ordin. Et facit etiam quod voluit Io. de Imo. in l. 2. ff. à qui appell. non licèt. in 11. col. verſ. tertio limita &c. vbi dixit, quòd ſtante ſtatuto, quòd cõ-
25 tra † inſtrumentum publicum non poſſit opponi aliqua exceptio ſolutionis, quòd tamen poterit opponi alia exceptio, quæ notoriè ex inſpectione ipſius inſtrumenti apparet: vt puta, quia promiſſio eſt ſine cauſa. alleg. in arg. l. fi. C. de edicto diui. Adri. & not. per Bald. in l. ſi nõ ſortem. §. 1. ff de condi. indeb. Pro quibus faciũt etiam dicta per Inno. in c. 1. de officio vicar. & idẽ quod tenet Ioan. de Imo. in d. l. fi. tenuit etiam Oldr. in conſil. 106. incip. quòd literæ executiuæ. Et idem tenet Ioan. de Imo. in l. ſi expreſſum. ff. de appella. & in l. de pupillo. in §. qui opus. ff. de oper. noui. nun. vbi refert Dominos de Rota ſic tenere. Et idem firmat Pet. de Ancha. in conſil. ſuo 212. incip. de iure communi. circa fi. vbi dixit, q
26 ſtatutum prohibens contra ſententiã opponi † de nullitate, non habet locum in nullitate, quæ conſtat ex inſpectione

spectione actorum. Et faciũt dicta per Pet.de Ancha.in consi.suo 196.incip.subtiliter.& ad plenum.in 1.colum. ad fi.vbi dixit, quòd quando euidentissimè constat de vtilitate † alienationis rei ecclesiæ,valet alienatio sine 27
solennitate, alias à iure requisita in similibus alienationibus.de quibus in c.fine exceptionc.12.quæst.2. Et facit quod voluit Bart.in l.post diuisionem.in fi.C.de iur. & facti ignoran. vbi limitat illam regulam videlicet,ꝙ præsumitur pro testamento,non habere locum quando ex ipsius inspectione apparet de aliquo eius vitio, vtputa de minori numero testium,quia tunc non præsumitur pro testamento. Et ad prædicta adduci potest glos. nota.in c.ex conquestione. de restitutio spoliato. quæ voluit ꝙ si à sententia est prohibitũ appellare, non habet locũ talis ꝓhibitio vbi grauamen est notorium, pro quo faciũt dicta per Bald.in l.1.C.si de mo.poss. fue.appel. Et facit etiã quod voluit Ang.de Are.in tractat.malefi.in verbo,cicatrix.in prima col.vbi dixit,quòd si statutum dicit,ꝙ nõ possit ferri sententia condemnatoria de cicatrice,nisi adhibitis medicis,quòd tamen si ipsa cicatrix est notoria ex inspectione oculorũ poterit iudex facere condemnationẽ sine medicis. Et idem dixit Bal. in l.1.in 2.col.C. vt quæ desunt aduo.par.iud.sup. Et faciunt etiam dicta per Bart.in l.libellorum. ff. de accusa. & in l.demonstratio falsa.ff.de cond.& demonstra. vbi dixit,quòd vbi locus est euidenter notorius, non est necesse quòd apponatur confinia. Et adduci potest glo.l.1. §.hoc interdictum.ff.de tabu.exhiben.quæ voluit, ꝙ licèt conuentus illo interdicto de tabulis exhibendis, nõ possit opponere,& dicere quod instrumẽtum, quod petitur exhiberi,est imperfectum,& nullius momẽti: vt in l.si quis argentum.ff.pe fal.& d.§. hoc interdictũ. tamẽ hoc est verum,si talis imperfectio sit absconsa:sed secùs si apparet ex inspectione ipsius instrumenti: quam glo. dixit ad hoc singu.Ludo.Rpm.in cõsi.suo 42. incip.visis &c.& Barba.in consilio suo incip.clementissimi Dei patris.& in c.cùm in iure.in pen.char.in vlt. col.de officio dele.& in c.1.in 4.col.de offi.ordi.& Barb.in l.si ex

præ-

223

prædijs. C.de cuicti.& Abb.in c. ex parte. de officio deleg.& dixit Bald.in d.l.ſi ex prædijs,quòd ſtante ſtatuto,quòd contra inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio, quòd tamen tunc poterit opponi exceptio euidens ex inſpectione inſtrumēti : quod dictū refert Barb. in cap.cum in iure.in penul.char.in pen.colū.de officio deleg.& Ludo.Rom.in cōſi.ſuo 42.incip.viſis quę egregiè &c.facit etiam not. verbum Bart.in l. eum qui duas. C.de adulterijs,vbi dicit,quòd ſi quis occidit bannitum, quando bannitum eſt nullum & apparet bannum non abolitum nec cancellatum,quòd ipſe occidens non cadit in pœnā aliquā: quod dicit eſſe verū, dummodò nullitas ſit latēs:ſecus autem ſi nullitas eſt patēs,adeo ꝙ oculis inſpiciatur: quia tunc punietur tanquàm ſi occidiſſet bannitum. Et facit etiam optimè ad prædicta illud, quod ego dixi in conſilio meo 33. incip. ſuper eo quòd quæritur. in 1.& 2.colum. & quæ ego dixi in l.1. in materia notorij. C.de executio. rei iudicatæ. & in l. 3. in 2. char.cod.tit.& in l.1.in §. ſi ſerui quaſi.in 1.& 2. col. ff. de quęſt.vbi omnia ſupradicta quaſi ad literam adduxi: & latius etiā dixi in mea rub. C.de probatio.in 33. & 34. & 35. colū. Ex quibus omnibus ſatis patet,quod illa quæ conſtant,& apparent per inſpectionem oculorum, non ſubijciuntur regulis iuris,legibus,vel ſtatutis.ideo cùm in caſu noſtro conſtet de vero homicidio per inſpectionem oculorum,debebit reus puniri non obſtantib. apicibus iuris,& non obſtante d.glo.in l.penul.ff.de quæſt, cum alijs ſup. alleg. Præterea quòd ſequi debeat condemnatio caſu iſto vltra ſuperius adducta facit.Nam con-
28 trariorū eadem † eſt cenſura: vt Inſti.de his qui ſunt ſui, vel alien.iuris.in prin.in l.1.ff.cod. & in l. Pōponius. in §.ſed ſi is.ff.de procura. & inſtitu.de tute.in prin.& voluit gl.in l.ſecundùm naturam.ff.de reg.iur. quæ alleg. plures concord.Sed veritas apparens per inſpectionem oculorum tollit, & annullat ſententiam, & proceſſum ſolenniter factum, vt ſtatim oſtēdam: ergo eodem modo veritas euidenter apparens per inſpectionem oculorum,debet tollere omnem nullitatem,& inualiditatem

pro-

processus. Quod autem veritas apparens per inspectionem oculorum tollat, & annullet sententiam, & processum solenniter factum patet. nam si est captus Titius, qui inquisitus de morte Gaij sponte confitetur, se dictum Gaiũ occidisse, ex qua confessione seruatis seruandis est condemnatus ad mortem. & antequàm sit facta executio contra ipsum, apparet ex inspectione oculorũ ipsum Gaium esse viuum: tunc per talem veritatem apparentem annullatur dicta sententia, & processus. ita ꝓbat tex. in l. inde Neratius. in §. si quis hominẽ viuũ. ff. ad leg. Aquil. ad quod etiam facit tex. in l. in confessionibus. & in l. si is qui. ff. de interrog. actio. & faciunt dicta per do. Anto. in cap. significasti. in 1. col. de homic. & per Bald. in l. 1. in 8. col. vers. sed quid dices. el 2. C. de cõfess. & peu me in l. 1. in prin in 14. colũ. ff. de quæstio. & in d. l. 1. §. fi. in 15 col. eod. titu. vbi inter cætera allegaui Bart. in consi. suo. 100. incip. à domino Cyno de Bononia vbi dixit, quòd licet ex forma statuti cõtumax debeat haberi pro confesso, † attamen si liquet iudici talẽ 29
absentem esse innocentem, & non culpabilem, licet sit cõtumax, iudex non poterit eum condẽnare, & ita etia colligit ex verbis Bal. in rub. C. de manu. vind. quod etiã voluit do. Barth. Cepol. in cõsi. 49. incip. quanquam. in in vlt. col. & in cautela sua 254. inc. similẽ cautelã. & in caute. 67. incip. in causa criminali &c. Et faciũt alia quæ dixi in l. 1. in §. fi. in 15. col. ff. de quæstio. vbi etiam dixi fortius, videlicet, quòd si post confessionem liquet de innocentia Rei, † quòd tunc non debet contra eum fie. 30
ri executio corporalis: & adduxi Inno. ita dicentem in ca. significantib. in fi. de purg vulga. quem ita sequũtur docto. quod etiam voluit Bald. sequendo Inno. in l. vnica. in vlt. col. C. de confess. & do. Felin. in c. cõsanguinei. in 2. col. de re iudica. & faciũt etiam alia plura, quæ adduxi in d. l. fi. in 15. colum. ff. de quæst. cum col. ibi sequ. & supra in §. opportune. nu. 7. vsq; ad nu. 18. & vide do. Philippum Dec. in l. & si nihil. ff. de reg. iuris. Et ex istis videtur satis constare quòd in casu isto talis reus confessus per torturam iudicis nõ præcedẽtibus, si euidẽter

apparet de delicto quòd poterit condemnari. Nec obstat si diceretur, & opponeretur contra prædicta hoc modo: videlicet, quòd licèt cõstet in casu nostro de homicidio: tamen talis reus non debet puniri: quia non sequitur, constat de homicidio, ergo illud homicidium commisit ille, qui illud confessus est: stante maximè, quòd talis eius confessio dicti maleficij non fuit spontanea, sed violenta, & per torturam extorta, cui non est standũ, non præcedentibus legitimis indicijs, vt in casu nostro. Et nedum non statur confessioni factæ metu tormentorum indicijs non præcedentibus: sed etiam non statur confessioni factæ metu tormentorum indicijs
31 præcedentibus. Quoniam metus torturæ, † & ipsa tortura æquiparantur, secundùm Bald. in l. interpositas. circa fin. C. de transact. quem ibi sequuntur doct. & voluit Alex. in l. 1. in §. diuus. ff. de quæst. Et dixit Bal. in l.
32 nouissimè. in prin. ff. quod fal. tuto. quòd paria † sunt confiteri in tormentis, vel metu tormẽtorum, quod etiam voluit Barba. in c. si constiterit. de accusa. in penul. col. & do. Catal. in tract. syndi. versic. 75. & Ang. de Are. in tractatu maleficio. in verbo, fama publica. in versic. postquàm aliquis. de quo latissimè dixi. in l. 1. in princ. in 10. colum. ff. de quæstio. & dixi etiam supra in §. expedita. num. 2. Cùm ergo clarè non appareat, quòd dictus reus, qui confessus fuit maleficium fuerit ille, qui illud commisit, meritò non est dicendum, quòd ipse possit condemnari pio dicto homicidio. Cui obiectioni ego respondeo, & dico, quòd hæc obiectio non habet obstare, eo quia satis dicitur esse probatũ, quòd ipse reus commiserit illud homicidium, quod ipse cõfessus est commisisse, & quod postea verificatum est ex pluribus. & primo quia nemo præsumit seipsum habere odio, & seipsum indebitè inculpare, maximè vbi tractatur de pœna vltimi supplicij: imo vnusquisq; inquantum potest a se fugit mortẽ, & homo vellet potius omnia mala pati, q̃ mori: quoniã vltimũ terribiliũ est mors. Pro quo facit in ar. illud, Vt corpus redimas ferrum patieris & ignes, & experientia rerum magistra hoc docet. Itẽ non

est

est verisimile, quòd quis etiam vigore torturæ dicat se commisisse delictum, de quo est innocēs, & si contingit aliquādo aliquē hoc cōfiteri, tamen in ratificatione postea ad banchum iuris reuocat illā confessionem, melius cognoscens quod tractatur de periculo vitę suæ, ideo non persistit in ea: imo vult potius iterum torqueri, & in tortura aliquantulum pēdere, & stare, quàm in furca continuò pendere. Præterea respondeo aliter, & dico, quòd postquàm ipse reus sciuit præcisè locum sepulturæ illius interfecti, sciuit præcisè dicere, & exprimere omnia vulnera, & percussiones ipsius occisi, talia sunt signa, argumēta, & indicia quasi indubitata, quòd ipse fuerit ille, qui fecit tale homicidiū: imo si fuisset alius, qui fecisset illud homicidiū, noluisset ipse reus pati torturam pro tertio: sed vidēs se debere torqueri manifestasset rē, & nominasset ipsum reū, q̄ verè omnia apud quēlibet sani capitis inducūt vehemētia indicia, & vehementes præsumptiones, q̄ ipse fuerit verus occisor dicti hominis mortui, quo casu indubitanter venit puniendus: quoniā, vt dixi sup. in §. diligēter. nu. 31. † indicia 33
multū vrgētia faciūt plenā probationē, secundùm Abb. in consi. 114. incip. tria sunt. in 2. col. in 2. volū. Pro quo facit. Nam vehemens adminiculum † supplet semiple. 34
nam probationem, secundum Bald. in consi. suo incip. quidam Petrucius de Viterbio, quem refert, & sequitur Socin. in consi. 89. inc. in causa agitata. in 6. col. in fi. in 1. vol. Pro quibus etiam faciunt quæ dixi supra in §. diligēter. nu. 19. & 20. & in d. §. nu. 31. vbi videas. & quæ dixi in sing. meo 288. inci. dixi tibi &c. & in repet. mea rub. C. de proba. in 47. col. & faciunt etiam quamplura, quæ adduxi in dicta rep. mea. in 46. & 47. col. & in l. patre, vel marito. in 12 col. ff. de quæst. & in sing. meo 205. incip. vehemens opinio &c. Et sic ex istis patet, quod non obstat prædicta obiectio. Pro qua solutione, & responsione vltra præmissa facit. Nam confitentes in manu curiæ, seu iudicis commisisse delictū non solēt mentiri, & mendaciū proferre, sciētes tractari de periculo eorū vitæ: sed à communiter accidētibus tales confiten

225

tes se deliquisse, dicunt veritatem, & si vnus reperiatur,
qui in tali casu dicat mendrcium, mille reperiuntur di-
35 cere veritatem, vt experientia docet, quæ est rerũ † ma-
gistra. vt in c. quam sit. & ibi glo. de electio. in 6. & in c.
cupientes in prin. eo tit. & in c. statutum. de rescri. eod.
lib. & ideo dixit imperator. ex rerum experientia in-
uenimus. in auth. de app. & intra quæ temp. in princ. &
voluit Bald. in consi. 302. incip. proponitur. in 2. col. in
36 3. vol. Sed locus à cõmuniter accidentib. † facit indiciũ
indubitatũ, secundũ Bal. in addit. Spec. in tit. de senten.
& his quæ ipsam seq. in antepen. col. in vers. incipiẽ. ad
mortẽ &c, ergo ita in casu nostro ex tali cõfessione Rei,
ex qua oritur indiciũ indubitatũ poterit dictus reus cõ-
demnari ad pœnam mortis, cùm ex indicijs indubitatis,
37 etiam iudex possit reum cõdemnare ad mortem, † vt te-
nent doct. maximè Spec. in tit. de proba. §. videndũ. ver.
13. & ibi clarius Io. An. & Bar in l. 1. ff. de furtis. & Ang.
de Are. in tract. malefi. in verb. comparent dicti inquisiti
& negãt totũ. in 3. col. & Saly. in l. fi. C. de probat. & hoc
etiam probatur iuribus. Nam hoc probat text. in l. si ad-
ulteriũ. C. de adul. & ibi doct. & facit c. afferte. de præ-
sumptio. & in l. fi. C. arb. tut. & l. antiquæ C. ad Velle. &
c. is qui. de spõsali. & hoc etiam probat tex. in c. excom-
municauimus. in fi. de hæreti. de quo latius dixi in l.
repeti. in 5. col. in versi. videamus ergo, ff. de quæst. Item
& vltra prædicta, q̃ iste reus possit condemnari ad mor-
tem non obstante nullitate, seu inualiditate suæ con-
fessionis postquàm in veritate constat de delicto, facit
optimè. Nam in causis criminalibus proceditur ad in-
star ciuiliũ. l. absentem. ff. de pœnis. Sed quãdo in cau-
38 sa ciuili † constat de veritate rei, non curantur solen ni-
tates, nec curatur ordo iuris, sed fit executio nõ obstan-
te illorum prætermissione, vt est tex. not. & sing. in l. fi.
§. fi. ff. quòd metus caus. ergo eodem modo in † casu no-
39 stro, postquàm constat de veritate dicti homicidij non
attentis solennitatibus iuris, poterit ipse reus capitali-
ter condemnari. De quo tex. d. l. fi. §. fin. ff. quòd metus
cau. vide Bal. in l. obseruare, in §. proficiscei. in 23. q. ff. de
offic.

offic.procon.& in addit.Specul.in tit.de sent.in 3.colũ. & in c.super hoc.de renun.& Abb.in c.fi.in 6 col.in fi. de iudi.& Ang.& Alex.in l.à diuo Pio.in §.in venditione.post Imo.ibi.ff de re iudic.in 2.colum.versic.iuxta hanc glo.& Albe.de Rosa.in l.fi.in vlt.col.ff.de iudi. vbi etiam alios allegat ad intellectum d.l.fi. de quo etiam per Bart.in l.3.in repe.C.de pignorib.in 5.q.princ. & in quæstione sua inci.Lapus carceratur.& per Pet.de Ancha.in consi,suo 293.incip.videtur prima facie &c. circa fin.& in consi.292.incip.super plurib.in vlt.colũ. & per Paul.de Cast.in consi.39.incip.in causa capturæ. in fin.& Card.Alex.in c.vt debitus,in 2.colũ.versi.non obstãt tex.&c.de appellatio.& per Bart.in consi 328.inc. à principio tit.in 1.volum.& per Abb.in c.ad petitionem.in prin.de aecusa.& per Barb.in c.super literis.in 15.char.de rescriptis.& in c.ab excommunicato.in 6.colum.eod.tit.& per do.Fely.in c.suscitatus.in vlt colum. de rescri.& vide do.Fran.de Cre.in not.suo 92.incip.tenuta.&c.& per Ludo.Roma.in consi.suo 158.incip.circa articulum.in 2.col.& per Inno.in c.cum venissent in 4.col.de restit.in integ.de quo text.etiam aliqua dixi in l.patre vel marito.in 12.col.ff.de quæst.Pro quo tex.etiã & eius materia faciunt optimè,quæ dixit do.Phil.Dec. in consi.suo 191.incip.in causa.in vltimis verbis. Item vltra prædicta quòd dictus reus possit ad mortem condemnari,facit optimè notabile verbum Inno.in c.cùm venissent.in 4.col.extra de rest.in integ.vbi dixit, quòd si pro peccato manifesto † imponitur pœnitentia siue 40
temporalis,siue spiritualis sine ordine iudiciario, quòd tenet talis pœnæ impositio.alleg.l.vlt.& l.mortis. ff.de pœ.& c.si quis ab episcopo.2.q.7.ita videtur dicendum in casu nostro, quòd cùm delictum sit manifestum, ex inspectione oculorum,quòd valebit sententia condemnatoria,& pœnæ impositio sine ordine iudiciario:non obstante quòd confessio dicti delicti fuerit facta in tortura,indicijs non præcedentibus. Faciat etiam pro hac parte.Nam in notorijs † non requiritur ordo iuris, vt 41
dicit tex.in c. qui Lotharius.2.q.1.& voluit Bald.in l.

226

presbyteri.in penul.colum. C.de epiſc. & cler. & in l.ea quidem.in 12.colum.C.de accu.& Inno.in c.fi.de cohabita.cler.& mulier.& do.Alexan.in l.emptorem. ff.de actio.empt & in l.2.in §.ſi publico,in 3 colum.ff.de adult.& voluit Bald.in l.1.C.de iud. & Pet. de Anchar. in conſi.ſuo 197.incip.ſubtiliter & ad plenum. in fi.1.colũ.
42 vbi dixit,quòd in notorijs † ſolennitas iuris relaxatur. alleg.c.1.de electio.& c.ad noſtram. de iureiur. de quo etiam per do.Fely. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ in 9. colum.de conſtitu.& per Iaſ.in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum.in fin.ff.de verbor.obligat. & facit tex. & quæ ibi habentur in l.ictus fuſtium. ff. de his qui notan. in-
43 fam. † Quinimo in notorijs,& ſummarijs ordo eſt ordinem non ſeruare,ita dixit Bald.in c,ad noſtram. el 3. de iureiur. Cùm ergo ſimus in notorijs, & in his quæ ſubijciuntur oculis,non obſtabit illa oppoſitio gloſſ.d.l. pen.ff.de quæſtio.videlicet, quòd iſta confeſſio non valeat, eo quia iſte reus fuit tortus legitimis indicijs non præcedentibus: quia vt dixi in notorijs iſtæ ſolennita-
44 tes,& apices iuris non curantur: † quia notorium inducit plenam probationem, vt voluit Hoſt. in ſum. in tit. de proba.in §.fi.& eſt text.in l.emptorem.in prin. ff.de
45 act.emp.vbi dicitur, † quòd notoriũ æquiparatur ſententiæ.Et dixit Bald.in l.1.circa med.ver.porro.C.de re-
46 uocan.his quæ in frau.ali.ſunt.quòd notorium † eſt ꝓbatio ꝓbata.Et dixit idẽ Bald.in l.1.in 2.col. C. quomodo & quand.iu.ꝙ vbi eſt notorium, ibi non eſt diſputare,ſed diſputatũ eſſe. Et ideo dixit Inno. in c. ex par-
47 te,el 1.de verb.ſig. † quòd in notorijs iudicis pronunciatio non eſt propriè ſententia,ſed quędã iuris executio: quem refert, & ſequitur Lud.Ro.in conſil.324.incip.in propoſita conſultatione.in ver.ſecũda quidẽ &c.de quibus latius dixi plura in materia notorij cumulando in repe.mea rubr.C.de proba.in 41.& 42.colũ. Ex quibus omnibus ſatis puto quòd minimẽ obſtat dicta gl. in d.l. pe.ff.de quæſt. Nec etiam ob.illud quod pro parte cõtraria adductum eſt,videlicet, ꝙ confeſſio inualida, vt in caſu noſtro,propter aliquam cauſam nõ validatur, nec recon-

reconualeſcit ceſſante cauſa & ſuperueniente habilitate, per iura & rationes adductas ad hoc. Quia reſpõdeo hoc non eſſe ſemper verum, quod inualida à principio non validentur ſuperueniẽte habilitate, & ceſſante cauſa inhabilitatis, & ſuperueniente ipſa habilitate reconualeſcit actus à principio nullus, vt patet ex dictis Ioan. Mo. in c. 1. de re. ec. non alie. quẽ refert & ſequitur † Pet. de Anch. in conſi. 122. incip. ex narratis in facto &c. vbi dixerunt, quòd ſolennitas omiſſa à principio nõ reddit contractum ipſo iure nullũ: quia ſolennitas ſuperueniens ex poſtfacto firmat ipſum contractum primo factũ. Et patet etiam hoc ex conſil. Feder. de Sen. 139. quod refert & ſequitur do. Feli. in c. cùm dilectus. de accuſa. vbi dixit, † quòd quamuis teſtamentum excommunicati ſit nullum ipſo iure ſecundùm aliquos, per c. decernimus, vbi glo. de ſen. excomm. in 6. Attamen ſi excommunicatus abſoluitur, eius teſtamentum reconualeſcit. Et facit etiam quod dixit Angel. in ſua diſpu. incip. Aſtenſis miles &c. vbi dicit, quòd teſtamẽtum factum per † manifeſtum vſurarium non præſtita ſatiſdatione de reſtituendis vſuris, reconualeſcit ſi poſtea præſtetur taliſ cautio: quod dictum refert & ſequitur do. Fely. in c. cùm dilectus. in 2. col. in princ. de accuſa. quod etiã firmat Ang. in auth. de nup. in §. primæ quidem. Et facit etiam quod voluit Paul. de Caſt. in l. ſi quis filio. in §. irritum. per illum tex. ff. de inof. teſt. vbi dixit, quòd ſi iudex dedit licentiam † alicui vt faciat molendinum in flumine publico, quòd ſi ille habebat molendinum iam factum poterit illud retinere virtute illius cõceſſionis. Et facit etiam tex. & ibi Bald. in l. Titius. in §. Lucius. ff. de liberis, & poſthu. & quod voluit Bald. in l. ſed ſi de ſua. in §. 1. ff. de acquir. hæred. & Bald. ſuper ſtatutis in verbo, capere. in ver. incip ſtatutum quòd quicunque &c. vbi dicit, quòd ſi ſtatutum dicit, quòd quicunq; cœperit bannitũ habeat centum, † quod habebit locũ etiã in illo qui iam cœpit bannitum. Vide tamẽ quæ dixi ſup. in §. diligenter. nu. 188. Et faciunt dicta per Bald. in l. fi. in vlt. col. C. de ſenten. quæ ſine certa quanti. vbi dixit, ꝙ ſi teſtator

48 49 50 51 52

127

53 legat centum pro Berta maritãda,† & ipſa iam erat maritata tempore teſtamenti, quòd tamen debebunt ſibi illa centum per l.ſi tam facta.ff.de condi. & demon. & per l.antepen.C.de inſtitut.& ſubſtitut. ſub condi. fact. quod dictum refert, & ſequitur Alex.in conſil.ſuo 146. inci.in cauſa & lite in 2.col.in 5.vol.vbi dicit, quòd pro hoc facit etiam tex.in l.Iulianus. & quod ibi not.ff.qui ſatiſda.cogãtur.vbi habetur quòd ſi Titius ſine mandato meo egit contra te nomine meo, & à te pro me accepit fideiuſſores iudicatum ſolui, poſtea pẽdente dicto iudicio mandati ſibi, vt ageret contra te, videor ratificare ꝙ antea fecit,& ideo fideiuſſores, qui promiſerunt iudicatum ſolui, obligabuntur mihi.& dicit quod Domini de Rota deci.443.incip.item fuit dubitatum vtrũ procuratores ad cauſam &c. volunt quòd procurator habens mandatum ad ſubſtituendum, ſi ſubſtituat vnum qui antea ſine mandato egerat, videtur ratificare iã geſta per ipſum,& alia etiam alleg.do. Alex.in d.conſil.ad hoc propoſitum quæ non refero breuitatis cauſa. & faciunt etiam dicta per do.Alex poſt Paul.de Caſt.in l.vt militibus.in prin.C.de teſt.mili. vbi dixit,quòd ſi Papa

54 conceſſit †epiſcopo,vel abbati vt poſſit facere teſtamẽtum de redditib.ſuorum beneficiorum, quòd talis licẽtia extenditur etiam ad teſtamentum antea factum. Et faciunt dicta per Domini.de ſancto Gem.in c. vnico in 2.colum.in prin.de exceſſ.prælato.in 6. vbi loquitur de conceſſione facta per Papam fratribus ſancti Franciſci de obſeruantia,vt poſſint hic Bononiæ ædificare eccleſiam in monte.Et facit etiam quod voluit Paul.de Caſt.

55 in l.cùm quidam. ff. de lèg.2. vbi dixit † quòd ſi pater facit legatum in teſtamẽto filiæ ſuæ quæ remanebit vidua,cõprehendit etiã filiam, quæ ante teſtamentũ erat vidua. Et faciũt etiã dicta per Bal. in l. omnes populi. in

56 8.col.ff.de iuſti.& iure.vbi dixit,quòd ſtatutum † phibens fœminis certa genera veſtiũ, intelligitur etiam de veſtibus ante ſtatutum factis, quia nec eas poterũt portare.de quibus etiam per do.Felyn.in c.quoniã.12.colũ. de conſtit. & in c.conſtitutus.in penul. colum. verſic.ſi

ſcri-

scribitur.de rescrip. Et faciunt dicta per Bald. & Ange. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liberis, & posthum. vbi dicũt quòd si Papa † mandat alicui prouideri in certo loco 57
de prima vacatura, quòd poterit illi prouideri de illa, quæ vacabat ante dictã prouisionem Papæ, saltem si Papa ignorabat illam vacare. Et faciunt etiam ad prædicta quæ latius dixi in l. penulti. in 8. & 9 colum. ff. de quæstio. Ex quibus iuribus & doctrinis satis apparet, quod non est semper verum, quòd actus à principio nullus non validetur ex pòst superueniente habilitate, & cessante causa inhabilitatis. & ideo non obstat dicta obiectio, cùm vt dixi, non possit fieri fundamentum super dicta regula, cum habeat naturam brocardicam, vt dixit dom. Felyn. in c. cum dilectus. de accusa. Pro quo facit quod dicimus, videlicet, quòd eius quod † multipli 58
citer exponitur veritas ignoratur, vt inquit Bald. in l. ne quicquam. in §. vbi decretum. ff. de offic. proconsulis. & in l. testamentum. in 5. col. versi. tertio quæritur, C de testib. quem refert, & sequitur Barba. in c. licet in beato. in 4. colum. de accusa. Pro quo faciunt in argu. quæ ego dixi in l. patre vel marito. in 8. colum. versic. limita etiam prædictam regulam ff de quæstio. Non obstat etiam illud videlicet, quod verificatio dicti homici dij est accessorium ad dictam confessionem inualidam factam per torturam non præcedentibus indicijs, quæ corruere debet corruente ipsa confessione, vt in iuribus supra allegatis. Quia respõdeo, quod dicta regula, quod corruente principali corruit accessorium, non habet locum in similibus casibus: vt est casus noster, videlicet, quando accessorium est potentius principali: quoniam tunc corruente principali, non corruit † accessorium, ita 59
habetur in l. ex placita. C. de rerum permuta. & in l. si is à quo. C. de præd. mino. Et hoc etiam patet in iuramento. Nam si fiat contractus inualidus, & in eo apponatur iuramentum, si corruit contractus principalis tãquam nullus, non corruit iuramentum, quod est accessorium ad ipsum contractum, sed imo ipse contractus sustinetur per ipsum iuramẽtum, & hoc apparet in donatione

facta inter virum & vxorem, quæ de iure non valet, vt habetur in toto titu. ff. & C. de donatio. inter virum, & vxorem. tamen talis donatio valet, † si in ea sit appositum iuramentum. & idem est in alijs donationibus p. hibitis à iure, secundum Guliel. de Cu. in l. sed si possessor. in §. sed etsi iurauero. ff. de iureiur. & Fed. de Se. in cõsi. suo 140. incip. pũctus q̃stionis est, statuto matrimonio, & Bartol. in l. Seius, & Augerius. ff. ad legem falc. & in l. si quis pro eo. ff. de fideiussio. & Bald. in l. 1. in repetitio. antiqua. ff. de donat. inter virum, & vxorem. Bal. in l. 2. ff. de iureiuran. in 24. colum. versicul. venio ad secundum & dico &c. & idem tenet Ioann. de Imol. in rep. c. cum contingat, in 10. membro. de iureiur. & ibi Abb. & Raph. Cum. in l. si quis inquilinos. §. 1. ff. de leg. primo. & Angel. in l. penul. in §. mulier. ff. solut. matrimo. & Paul. de Castr. in l. pacta quæ contra. C. de pact. & in consilio suo 101. incipien. notandum est, quòd præfatum statutum &c. in 2. colum. Alexand. in consilio suo 156. incipien. viso instrumento donationis. in 5. colum. vbi all. prædictos doct. ad hoc. & Bald. in l. fin. C. de dona. & in l. fin. C. pro donato. & in l. si donato. & in l. si donatione. C. de colla. & in repe. l. 2. in 8. colu. de iureiurand. in quibus omnibus locis tenent prædicti doc. quòd talis donatio firmaretur iuramẽto, licet Bart. videatur tenere contrarium in l. Aurelius §. fin. ff. de lib. lega. & Cyn. in l. 1. in fine. C. de sacrosanct. eccle. de quo dixi in repe. mea l. fin. in 24. char. C. de probat. de quo etiam per domi. Franc. de Aret. in consilio suo 74. incipien. diligenter, & mature &c. in versicu. ad secundum igitur. & per Petr. de Anchar. in consilio suo 308. incipien. nulli dubium &c. Patet etiam alio exemplo. Nam clarum est, quòd alteri stipulari nemo potest, & talis stipulatio non valet, vt in l. stipulatio ista. in §. alteri. ff. de verb. obl. & in §. alteri. Inst. de inut. stip. & habetur in l. debitor. in §. fin. ff. de neg. gest. & in l. quod
61 dicitur. ff. de verbor. oblig. † hoc tamen fallit nisi in tali obligatione interuenerit iuramentum: quoniam tũc erit valida talis stipulatio, ita dixit Bartol. in l. si quis p

eo.

eo. in 6. membro. ff. de fideiuſſ. & dom. Anton. & Ioan. de Imol. in c. cum contingat. de iureiurand. quod etiam firmat domi. Alexand. in conſilio 221. incip. viſa facti narratione. in penult. colum. Patet etiam in alio exemplo. Nam licet confeſſio extraiudicialis non noceat confitenti, vt habetur in l. capite quinto. ff. de adulte. tamen hoc † fallit, niſi in tali confeſſione interue 62
nerit iuramentum: nam tunc præiudicat ipſi confitenti. ita dixit dom. Alexand. in l. cum ſcimus. C. de agrico. & cenſitis. libr. 11. in apoſtill. ad quod ipſe allegat Bartol. in l. cum quis decedens. §. codicillis. aliàs in §. Titia. ff. de lega. 3. de quo etiam dixi in dicta repetition. mea. l. final. C. de probatio. in 35. charta. Ad idem etiam facit, Nam confeſſio facta abſente parte † non 63
probat. vt in l. certum. in §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. & in l. fin. ff. de interrogat. acti. cum ſim. tamen talis confeſſio plene probat, ſi ſit facta cum iuramento, ſecũdum Paul. de Caſtr. in conſilio ſuo 241. incipien. primo videndum eſt &c. circa princ. Similiter etiam patet alio exemplo. Nam mulier intercedens pro alio non obligatur, niſi renunciauerit Velleiano & fuerit certiorata de beneficio ipſius Velleiani. vt habetur. ff. & C. ad Velleia. maxime in l. 2. in fin. vbi eſt bona glo. ff. ad Velleia. & voluit Hoſtien. in ſumma. de fideiuſ. in §. & quis. verſi. idem eſt. & Ioann. And. in c. 2. de pac. in 6. pro quo alleg. in argum. c. placuit 38. diſtin. & §. ordinandus. in authen. quomodo opor. epiſco. † iſtud 64
tamen fallit, niſi mulier promittendo, & intercedendo pro aliquo appoſuerit iuramentum in contractu: quia tunc valet obligatio, licet non renuntiauerit Velleiano, & non fuerit certiorata de beneficio Velleiani. ita dixit Barto. & Ange. in l. 2. C. de reſcin. vendit. & in l. ſciendum. ff. de verbo. obligatio. & in authenti. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven. & in l. ſi duo patroni. §. Iulianus. ff. de iureiuran. & Archi. & Ioan. Andr. in d. c. 2. de pac. in 6. & do. Ant. in c. ſi diligenti. de foro cõpe. & in c. ex reſcripto. de iureiur. & Bal. in l. 1. in fin. C. de rebus credi. Abb. in c. penul. de empti. & ven. & Alexand.

xand.consi.127.incip.viso processu &c.in fin. in 2. vol. & in consil.42.in 8.colum.& in consil.221. incip. visa facti narratione.in 1.& 2.colum.Aliud est etiam exemplum.Nam donatio excedens quingentos solidos, seu aureos,debet insinuari,aliàs non valet l.sancimus.C.de
65 donatio.tamen si in tali donatione † sit appositum iuramentum,valet talis donatio perinde ac si fuisset insinuata.ita dixit Ioan.Andr.in addit.Specula. in titul.de instrum.edi.in §.porro.in vlti.addit.quem sequitur Ange.in l.sancimus.in §.fin.C.de do.se remittendo ad Ioan.And.in dicta addit. Et ita etiam firmat Fede. de Se. in consi.281.incip.casus talis est:statuto cauetur quòd si donationes &c.circa fin.& Ioan.de Imo. in repeti. c.cũ contingat.in 10.membro.circa 4.quæstio.de iureiuran. & ita tenet consulendo dom.Alexand.in consilio.156. incip.viso instrumento donationis.in 2. volum. & in consil.4.in penul.colum.in 1.volum. & in eodem vol. in consi.12.in fin.& in consil. 125.in pen. colum. & in consil.84.in vlti.colum.in 2.volum.& in consi.8. circa med.in eod.volum.& ibi in consil.32.in prin.3.colum. & in consil.12.in fin.2.colum.eod.volum. & in consil. 243.incip.ponderatis.in 3 colũm.& in consil.244. inci. attentis his.in 4.colum.& in consil.276.incip. visis.in pen.colum.& idem tenuit Ludo.Roma.in consi.16.incip.pro decisione.in 1.colum.de quo latius dixi in dicta repeti.mea l.fi.C. de proba.in 34. char. vbi plures alios casus,& plura alia exempla posui, in quibus corruente principali non corruit accessorium,quando non est eadem ratio in principali , quæ est in accessorio, vt est iuramentum appositum in contractu. de quo etiam dixi in singul. meo 17. incipiente , accessorium. Et vltra prædicta pro istis facit optime.Nam stante statuto,quòd venditio,seu alius contractus excedens summam centum,non possit probari nisi per instrumẽtum publicum: tunc si factus sit contractus excedens dictam summam,& in eo sit appositum iuramentum sed de ipso contractu non fuit factum instrumentum sed solum interfuerunt testes, quo casu contractus ipse

non

non poterit probari per testes ex prohibitione statuti prædicti: † attamen hoc casu poterit probari iuramen- 66
tum appositum in dicto contractu, quo probato poterit iudex ergo cogere dictos contrahentes ad obseruantiã ipsius cõtractus quod est multum nota. ita dixit Ioan. de Imo. in repetitio. c. cum contingat. in 6. char. de iure-iuran. quod dictum refert & sequitur dom. Felyn. in c. sicut consuetudo. in 6. colum. in versic. 6. intellige &c. de probat. pro quo faciunt dicta per Paul. de Castr. in consil. 219. incip in causa quæ vertitur. de quo dixi in sing. meo 126. incip. in multis ciuitatibus &c. ex quibus omnibus satis patet, quòd accessoriũ non sequitur principale, quando non est eadem ratio in vtroque, & quãdo accessorium est potentius principali. Ideo ita dicendum puto in casu nostro, quòd accessorium quod est verificatio delicti confessati per torturam, non sequetur naturam principalis, scilicet confessionis: cùm talis existẽtia, & verificatio delicti, quæ subijcitur oculis, sit potentior ipsa confessione, cum non subijciatur regulis iuris, vt subicitur confessio, vt supra satis late ostensum est. Et sic per ista tollitur obiectio facta de reg. accessorium. & etiam tolluntur sequentes oppositiones factæ superius. Et per ista videtur omnino dicendum quod iste reus in casu nostro sit condemnandus. & puniẽdus pœna vltimi supplicij, adductis in contrarium non obstantibus. Veruntamen non audeo hanc partem ita indistincte affirmare propter duo. Primo quia non potest negari quòd quæstio ista non sit multum dubitabilis, propter iura contraria & varia superius adducta, vt ex inspectione ipsorum iurium apparet. Sed quotiescunque sumus in dubijs & obscuris, & maxime in criminalibus, vbi tractatur de vita hominis vt in hoc casu: benignor via † est amplectenda & sequenda. vt in l. semper 67
in obscuris. ff. de reg. iur. & in l. factum cuique. §. fina. eod. tit. & in regula, in pœnis. de reg. iur. in 6. & in c. eos vero. 50. distin. & in l. merito. ff. pro socio. & in l. Arrianus. ff. de actio. & obligatio. & voluit Inno. in c. quia verisimile. de præsumptio. de quo latissime forte vltra

omnes

omnes locutus ſum in repetitione mea l.fi.C.de probationi.in 50.charta.& in ſequenti,vbi ad iſtud propoſitũ adduxit multas doctrinas.de quo etiam per Iaſ.in l.fructus.in 3.colum.verſi.tertio adde. cum verſi. ibi ſeq. ff. ſoluto matri.ergo debemus inclinare in mitiorem partem, & benigniorem, & ſic debemus potius inclinare & iudicare dictum reum eſſe in hoc caſu abſoluendum, quàm condemnandum. & iſta ratio, & argumentatio pro hac parte iudicio meo multum ſtringit:quam rationẽ & argumentationem ſæpius adduxi coram officialibus,ſeu iudicibus maleficiorum,dum pluries & pluries fui aduocatus plurium reorũ cauſarũ criminaliũ: cui rationi, & argumentationi non fuit mihi datũ contrũ reſponſum,imo propter hoc multoties feci abſoluere reos inquiſitos,ſeu accuſatos. Secundo non audeo hanc partem indiſtincte firmare, ſcilicet, quod in caſu noſtro reus poſſit ad mortẽ condẽnari, & hoc iſta ratione. Nam ſi iſte reus poſſet in caſu noſtro condemnari ad mortem,daretur iudicibus materia delinquendi, & iniuſte procedendi contra homines in cauſis criminalibus,in quibus tractatur de vita hominis: & multi homines perirent contra rigorem iuris. Nam vnuſquiſq; iudex ex,abrupto, velo leuato, nullis præcedentibus indicijs,& nullo iuris ordine ſeruato ponerent homines ad torturam,& multi propter cruciatum torturæ confiterentur cõmiſiſſe aliquod delictũ,quod fortè verè commiſiſſent,cum nemo ſine crimine viuat: & ſic multi homines perirent hac via,quod non eſt dicendum.ideo videtur ex hoc quod dictus reus non ſit cõdemnandus,ne aperiatur via iudicibus procedendi iniuſte & indebite, & ne detur eis materia delinquendi. Nam iudex indebite & iniuſte procedens dicitur delinquere. maxime cum iurauerit in principio ſui officij iura & ſtatuta ſeruare.& ſæpe taliter procedendo facit litem ſuam.vt habetur in titu.de pœna iud.qui male iudi. & in l.prolatam.C.de ſenten.Et ideo dixit Bal.in c.1.§. ſeu furtum.
68 in 5. col. de pa.iur. fir. † quod cognoſcere iuris ordine non ſeruato,eſt ius alterius auferre. Et iudex procedens extra

extra ordinem, † dicitur procedere de facto, secundum 69
Bal. in l. ictus fustium in vlt col. ff. de his qui not. infa.
Et illud dictum Bald. in d. §. seu furtum. refert & sequi-
tur Catal. in suo tractatu syndic. in versi. 425. incip. ad-
de quod cognoscere. & d. Hieron. tortus in cõsilio suo,
quod fecit pro communi Florentiæ incipi. In nomine
patris & filij &c. in 16. colum. Et ista prætermissio ordi-
nis iudiciarij non est parui momenti, & maxime in cau
sis criminalibus. Et ideo dixit Bald. in l. si accusatorib.
in princ. 2. colum. C. de accusat. per illum text. quod in
causis criminalibus ordo iuris est seruandus. † Et Papa 70
non potest tollere ordinem iudiciariũ, nisi quo ad forũ
suum. ita dixit gloss. not. in cle. dispendiosam. in verbo,
vsuris. de iud. quam ad hoc refert Bald. in l. eos. in §. su-
per his. in fin. C. de vsu. Et omissio ordinis inducit † p 71
sumptionem fraudis, secundum gloss. in l. 1. C. de fide
instrumen. & iure hastæ fis. lib. 10. quam refert, & sequi-
tur Ludo. Roma. in consilio 53. incipien. visis. in vltim.
colum. Et in hac materia ordinis iudiciarij teneas men-
ti not. verbum Ange. in consilio 176. quod refert, & se-
quitur domi. Philip. Deci. in consil. 74. in 4. colum. ver-
sic. & specialiter. vbi dixerunt, quòd quando in instru-
mento venditor promittit emptorẽ defendere de iure,
& de facto, & q plus est, obligat se ipsum etiã si per in-
iuriam iudicis res euincatur. hoc pactum intelligitur,
quando per ignorantiam iuris vel facti iudicis euince-
retur, qui iudex seruato iuris ordine processit: secus aũt
esset si prætermisso ordine iuris iudex procederet, &
res euinceretur: quia isto casu vigore p dictæ promissio-
nis venditor non obligaretur. & adducunt no. rationẽ,
de qua per eos in dictis locis. Et adde sing. verbum Bal.
in c. cum causam. in vlti. colum. de testib. vbi dicit † q 72
banna de facto lata sine ordine iudiciario, debent can-
cellari. & alleg. Inno. & gloss. ibi. Et facit etiam. Nã licet
spoliatus à iudice non habeat interdictum recuperãdæ,
† vt voluit gl. not. in c. præsentium. 7. quæst. 1. & habe. 73
tur in c. notũ. 2. q̃st. 1. & voluit Spec. in tit. de pos. & pet.
in §. fin. in prin. & Bal. in l. fi. per illũ tex. à cõtrario sen-
su. C.

ſu. C. vnde vi. iſtud eſt verum, & dicta iura procedunt, ſi iudex qui ſpoliauit ſpoliando ſeruauit ordinem iuris: ſed ſecus ſi non ſeruauit ordinem iuris: quia tũc etiam ſpoliatus à iudice debet reſtitui. ita not. dixit Soci. in conſi. 12. incip. quoniam in præſentiarum. in 3. colum. in 1. volumi. vbi ad hoc allegat plura iura, de quibus ibi per enm. de quo etiam latius dixi in l. qui cædem. in penul. colum. ff. de ſica. Facit etiam ad prædicta. Nam nul
74 lus † inferior à principe poteſt committere cauſas iuris ordine non ſeruato, etiam ſi eſſet legatus, ſecundũ glo. in c. fi. in ver. figura. de hæreticis. in 6. & hoc ibi tenet Lap. & Dom. de ſancto Gem. & voluit gloſſ. in clem. ſępe. in verbo, mandamus, de verbo. ſignifica. & ibi hoc firmat Zenzelinus. & Paul. de Leaza. & Card. & voluit Specula. in tit. de legato. in §. ſupereſt. in 1. colum. & voluit Paul. de Caſt. loquens de iſtis gubernatoribus ciuitatum in conſil. 94. incip. viſo quodam proceſſu agitato. in 2. colum. in 1. volum. vbi etiam dicit, quòd de hoc eſt caſus in l. ne quicquam. in §. fi. ff. de offic. proconſulis. ad quæ vide Alexand. in conſilio 106. inc perſpectis. in 5. colum. in 2. volum. & Bald. poſt Guliel. in l. ne quicquam. in § de plano. ff. de officio proconſulis. & Ang. in ſua quæſt. quæ inc. Aſtenſis miles. & do. Ant. in c. dilecti. de iud. Et Alexand. in l. nemo poteſt. in 1. colum. ff. de leg. 1. & do. Roch. Cur. in c. fi. in 112. colum. de conſuetud. & in rub. de conſuetu. in vltim. colum. & dom. Anton. Corſe. in not. in verbo, ſententia in verſ. ſententia vt ſcis &c. Et vltra prædicta ſcias quod gubernator
75 ciuitatis, † nec etiam legatus de latere non poſſunt ſupplere ſolennitates proceſſus, ſecundum Abba. in conſil. 25. incip. attingam iſta dubia &c. in 1. colum. in 1. volu. pro quo faciunt dicta per dom. Petr. Philip. Cornel. in conſi. 68. incip. aliquandiu &c. in 3. colum. in 2. volum. Et adde quòd adeo eſt ſeruãdus ordo iudiciarius, quòd
76 teſtes inordinatè † recepti non probant, etiam ſi ſunt recepti à Cardinalibus. ita not. dixit Bald. in authent. ſed & ſi quis. in vlt colum. C. de teſt. & poteſt eſſe ratio,
77 quia vbi non eſt ordo, † deficit ſubſtantia, ſecundum Bald.

Bald.in c.1.in 1.colum.qui succeſſ.tene.in vſi.feu.Vide-
amus etiam quod teſtis non legitime examinatus, † nõ 78
facit indicium,etiam ſi talis teſtis ſit legitimus & ido-
neus.ita dixit Bald.in c.1.§.ſacramentum. in 2. colum.
de conſue.recti feud.quem refert,& ſequitur Barba. in
conſi.10.inci.illud &c.in antepe. colum. 4. volum.pro
quo faciunt dicta per Iaſ. in repetitione l. admonendi.
in 81.colum.in fin.ff de iureiur.Et circa hanc materiam
vide omnino plura, & plura not. quæ adduxi in l. qui
cædem.in pen.& vlti.colum.ff.de ſicâ. Et vltra ibi dicta
vide not.verbum Alber. de Roſa. in 2. parte ſtatutorũ.
quæſtion.133.incip. quærit etiam Guliel. &c.vbi dixit,
quòd ſi iudex facit † præceptum pœnale alicui ſine cau 79
ſæ cognitione,ſi ille contrauenerit,non cadit in pœnã.
Et ratio poteſt eſſe:quia iudex procedens contra aliquẽ
ſine cauſæ cognitione † cenſetur tanquam priuatus,& 80
ſibi non eſt obediendum,ſecundum Cardi.in clem.1.in
fi.de celeb.miſ.quem refert,& ſequitur dom.Felyn. in
c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in 12.colum.de cõſtitu. de quo
etiam dixi ſupra in §.nunc videndum. num.39. Adde
etiam in materia iſta vnum,videlicet, quòd licet dica-
tur,quòd præſumitur pro iudice & pro eius ſententia,
vt habetur in l.2.C.de offi.ciui.iud. & in c. piſanis. de
reſtitu.ſpoliato.& in l.Herennius.in §.Gaia.ff. de eui-
ctio.hoc † eſt verum , ſi iudex ſeruauit debitum iuris 81
ordinem in procedendo:ſed ſi omiſit debitum ordinẽ
in procedendo , non præſumitur pro iudice , non pro
facto ſuo,ita dixit Bald.in l.ſancimus.in 4.colum. ver.
13.quæritur.C.de iudi. quod dictum refert, & ſequitur
dom. Par.de Puteo in tractatu ſyndi.in 19. charta. in 3.
colum.&c. Et iſte ordo iuris nedum debet ſeruari in iu-
dicijs ordinarijs,ſed etiam in extraordinarijs. Et ideo
dixit multum nota.Inno.in c.tua.ad fi.de cohabi. cleri.
& mulier.quòd ſicut omiſſio ordinis iudiciarij † red 82
dit proceſſum nullum in ordinarijs iudicijs vt in l.pro
latã.de ſenten.ita omiſſio qualis qualis ordinis in ex
traordinarijs iudicijs vitiat ipſum iudiciũ.quod dictũ
refert,& approbat Petr.de Ancha.in conſi.ſuo.66.inci.

visis diligenter. circa fin. quos refert & sequitur domi. Felyn. in c. 1. de lite contestata. in 3. col. in versi. dicas tamẽ. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in 12. col. versi. 5. not. de consti. de quo dixi in sing. meo 256. incip. eadem ratio &c. & in l. qui cædem, in pen. colum. versicu. non omitto tamen. ff. de sica. Et scias etiam quòd iudex non
83 seruans ordinem † iuris, dicitur iniuste facere, secundum Ioan. And. & Gemi. in c. dilecto. de senten. excommunica. in 6. & Ang. in l. 1. ff. ne quis eum. & Ang. de Aret. Institu. de actio. in §. quadrupli. in 3. char. & ideo tali casu potest ipsi iudici resisti de facto per regulã, quæ habet, quòd iudici iniuste procedenti potest resisti de facto: vt dixi in §. diligenter. nu. 51. & in l. 1. in princ. in 6. col. versi. aliud etiam sequeretur &c. ff. de quæstio. Sci as etiam, quòd adeo iuris ordo est seruandus in iudici-
84 is, quòd etiam † talem ordinem iudiciorum non possunt partes remittere, ita habetur in l. 2. in §. sed quia verum. C. de iuramento calum. & habetur in authen. offeratur. C. de lit. contest. & in c. de causis. de officio deleg. & habetur in c. cũ olim. de causa poss. & proprieta. & per Bart. in l. quoties. C. de priuil. schol. lib. 12. & per dom. Anto. Corse. in no. suis. in verbo, sententia in versic. sententia vt scis &c. & per glo. & docto. in c. fin. de sententia, & re iudica. in 6. & per Alex. in l. ius publicũ ff. de pactis. Et ratio quare partes non possunt renuntia-
85 re ordini iudiciorum est, quia ordo iudiciorum † fuit introductus propter publicam vtilitatem, secundum Cardi. in clem. sæpe. in prin. in 12 quæst. de verbo. significa. & ideo renuntiari non potest per partes. l. ius publicum. ff. de pac. & volunt docto. in dictis locis. Dixit tamen Barto. in l. si societatem. in §. arbitrorum. in 3. colum. ff. pro socio. quòd prædicta habẽt locum coram iudice: sed secus est coram arbitro: quia coram arbitro
86 potest † renuntiari ordini iudiciorũ, secundum eũ ibi. Et iste ordo iudiciarius requiritur in causis criminalibus, vt dixit Specul. in tit. de accusatio. in §. 1. in vltim. col. ver. in summa. de quo etiam vide omnino quæ dixi in sing. meo 293. incip. statutum tollens &c. Et hæc omnia

nia dicta de isto ordine iudiciario multum faciunt in quæstione nostra pro dicto reo, vt non possit condemnari pro dicto homicidio, cũ cõtra eũ non fuerit seruatus ordo iuris: sed iudex processerit ex abrupto, leuato velo, vt dictum est, & indebite torserit eum. Et vt dixi, ne detur materia delinquendi iudicibus, & procedendi velo leuato non videtur mihi, quòd dictus reus super tali processu, nullo, & inualido possit condẽnari, nec etiam debet absolui stante verificatione delicti, & hoc vt delicta nõ remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aqui. cum simili. Quid ergo dicendũ videtur? ego puto, saluo semper saniori iudicio sic esse dicendũ: videlicet, quòd dictus reus nõ poterit condẽnari vigore illius processus attenta nullitate, & inualiditate dictæ cõfessionis, & consequenter omniũ retro agitatorũ: sed iudex debebit ipsum reum absoluere, nõ tamen diffinitiue. sed solũ ab obseruatione iudicij: postea aũt ipse iudex debebit formare nudam inquisitionẽ dicti maleficij contra dictum reum, & contra eum procedere seruatis seruandis: & postea super illo processu nouiter facto poterit condẽnare dictum reum, & hoc modo seruabitur ordo iuris, & tale delictum non remanebit impunitum, vt decet. Et hanc determinationẽ & cõclusionẽ ad hanc quæstionem elicio ex quodam consilio Ange. qđ in ordine est 178. & incipit, visis actis prædictis &c. vbi dixit, quòd quando libellus est ineptus, seu inquisitio est inepta, quicquid sequitur † est ipso iure nullum. & 87
dicit quòd Guil. de Cun. per l. si patronus libertum. ff. de iureiur. dicit quod exceptio ineptitudinis † reddit iu 88
dicium retro nullum: & quod etiã post sententiã potest hoc opponi. Itẽ etiã subdit, propter ineptitudinem nullus processus intelligitur factus, ergo non potest sequi sententia diffinitiua. & ideo dicit ipse Ang. quòd si tali casu iudex aliquã pœnã vult inferre, poterit illam extra ordinem imponere, non tamen poterit imponere pœnam ordinariã: quia ordo processus iam facti repugnat. vnde dicit qꝙ in tali casu tutior est via, qꝙ absoluatur reus ab obseruatione iudicij, ꝓpter libelli ineptitudinẽ, & ite-

rum procedi poterit: & dicit quod ipse ita consuleret, & iudex in tali casu fugeret retia syndicatorum. & dicit quòd licitum est iudici in tam dubijs eligere securiorẽ partem, vt habetur, in l. dos à patre. C. solu. matri. Et refert Ange. in dicto consil. 178. in fi. quòd aliàs ipse ita obtinuit de facto dum esset aduocatus domini Rainerij Lanf. de Pisis olim potestatis Perusij, dũ erat in synd. qui nõ obstante inquisitione inquisitos absoluit propter ineptitudinẽ libelli, seu inquisitionis, & postea de nouo inquisitio nẽ formauit, & processit. Ita dico in casu nostro, quòd postquam dicta confessio facta per torturam indicijs non præcedentibus est nulla, & inualida, quòd ipse reus non poterit condemnari super dicto processu: sed iudex debebit ipsum absoluere ab obseruatione illius iudicij, & postea debebit nouum process. sum inchoare, & nouam inquisitionem formare de dicto maleficio contra dictum reum: & seruatis seruãdis poterit dictum reum diffinitiue condẽnare: & hoc modo delictum non remanebit impunitum, & solemnitates à iure requisitæ erunt saluæ. Et ita mihi videtur cõcludendum in hac notabili quæstione &c.

SVMMARIVM.

1 Iudex torquens non præambulis indicijs an puniendus in syndicatu. Et qua pœna nu. 10.
2 Iudex procedens sine debita causæ cognitione facit litem suam.
3 Iudex delinquens in officium, non iuuatur ratione officij.
4 Officialis procedens de facto facit litem suam.
5 Illicitum perueniens ad optimum finem, non excusat à pœna.
6 Dominus non tenetur ad expensas procuratoris impetrantis per simoniam suo nomine. Et idem in iudicio calumnioso 7.
8 Iudex ferens sententiam etiam iuste post terminum instantiæ, debet puniri.

9 Iudex

9 Iudex prætergrediens legum limites, præsumitur dolosus.

11 Pœnam esse collatam in arbitrio iudicis quando intelligatur. 13.

12 Res indeterminata stat in iudicis arbitrio.

§. SVccessiue videndum est de tertia quæstione dependente à proxima præcedenti quæstione, quæ tertia quæst. talis est, videlicet, vtrũ in casu quæstionis præcedentis iudex, qui dictum reum posuit ad torturam non præcedentibus indicijs debeat puniri in syndicatu † pro tali illegitima tortura. in quo videtur 1
dicendum quòd non: quia postquam in veritate iste reus erat culpabilis, & verè commiserat dictum delictũ, poterit contra eum procedi non seruata solennitate iuris. arg text. not. & eorum, quæ ibi habentur in l. fi. §. fi. ff. quod met. cau. vbi habetur, quòd valet executio contra debitorem, etiam si in ea non sint seruatæ solennitates iuris, quando in rei veritate ille talis, contra quẽ est facta executio erat debitor in veritate: de quo text. latius loquutus sum supra in § præcedenti. nu. 39. ideo eodem modo videbatur dicendum in casu isto: videlicet, quòd postquam in rei veritate iste reus cõmiserat dictum delictum, quòd non esset aliqua pœna puniendus dictus iudex, qui posuit eũ ad torturã non præcedẽtibus indicijs legitimis. Præterea pro hac parte facit etiam. Nam postquam ex opera dicti iudicis res ista occulta peruenit in lucem, videtur quòd dictus iudex magis sit laudãdus, & præmiãdus, quàm vituperãdus, & condemnandus. argumen. eorum quæ habentur in l. sed si lege. in §. consuluit. ff. de petitio. hæredita. & quod voluit Bald. in l. 1. C. ne ex delictis defunct. in 5. colum. in vers. item tenetur lege Cornelia. &c. Attamen contrariam sentẽtiam & opinionem puto veriorem, scilicet, quòd imò dictus iudex, qui in similibus, in quibus tractatur de præiudicio irreparabili excessit modum, & non seruauit debitas solẽnitates à iure requisitas, debeat puniri de tali excessu, & de tali tortura sine indicijs

illata. Nam iudex procedens ſine debita cauſæ cognitione, punitur: † quia facit litē ſuam, ſecundum Bal. in l. obſeruare. in §. proficiſci. in 25. quæſti. ff. de officio procōſulis. Itē iudex non obſeruans iuris ordinē, vel debitā
3 conſuetudinē, † redigitur ad inſtar priuati, nec iuuatur ratione officij, cū deliquerit in ipſum officium, contra naturam ipſius officij. ita dixit Bald. in conſi. 336. incip. factum ſic proponitur. in 4. volum. Pro quo facit. Nam tutor non bene adminiſtrans bona pupilli, non fingitur tutor. ſed tenetur tanquam quilibet. l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro empt. l. interdū. §. qui tutela. ff. de furtis. facit. l. itē apud labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniurijs. de quo etiam in ſimili per Guido. de Suza. in tractatu ſuo malefic. in antepen. char. in vlt. verſi. inc. an ſi iudex &c. & ibi Ludo. Bologni. in addit. Et dixit Bal. in l. lectos. ff. de pericu. & cōmodit. rei ven. ℘ officialis pro-
4 cedens de facto † facit litē ſuā: & ℘ tali caſu poſſunt iura cedi contra ipſum ſicut contra priuatū. quod dictū refert, & ſequtur Catal. in tract. ſynd. in verſi. 303. inc. adde ℘ officialis &c. Nec videtur ſufficere ſi dicat, quòd poſt quā res bene ſucceſſit, & poſtquā ipſe reus fuit repertus in vero delicto, nō debet puniri ipſe iudex pro dicta tortura debita, ſed imò eſt laudandus, & ꝑmiandus, vt ſupra dixi. Quia reſpōdeo pluribus modis. Et primo dico,
5 ℘ quādo aliquis fecit aliquod illicitū, non excuſatur à pœna illius illiciti, † licet illicitum peruenerit ad optimū finem, ita probat tex. in l. deſertorē. §. in bello. ff. de re. militar. vbi dixit text. quòd qui rem prohibitā à duce belli fecit, vel mādata ab ipſo duce belli nō impleuit, capite punitur, etiā ſi res bene ſucceſſerit. pro quo facit dictum Abb. in c. bonæ el 2. de poſtula. prælato. vbi dixit,
6 † quòd ſi procurator impetrauit, & obtinuit per ſimoniam aliquid nomine domini, ℘ dominus nō tenetur ſibi reſtituere expenſas, quas fecit. Et faciunt dict. per
7 Mod. in l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius di. nō ob. vbi dicūt, ℘ ſi procurator egit iudiciū calumnioſum † nomine domini, & obtinuit, quòd nihilominus nō poterit hoc caſu repetere expenſas, quas fecit à domino. pro

qui

quibus etiam facit, nam iudex ferens ſententiam etiã
iuſtè poſt terminum inſtantiæ † debet puniri ſecundũ 8
Pet.de Anch.in c.vnico de reſti.in inte.li.6.in vlti.col.
Et facit etiam ad prædicta quod voluit Bald.in cõſi.233.
inc.quæritur &c. in fi.in 1. volu. vbi dixit, quòd iudex
† præſumitur doloſus,quando tranſgreditur leges. Ita 9
dicendum videtur in caſu noſtro,in quo iudex velo le-
uato tranſgreſſus eſt leges,& iura,merito debet puniri
non obſtantibus adductis in contrariũ. Sed operæpre-
tiũ eſt ſcire qua pœna ſit puniendus talis iudex: in quo
videtur dicendum, quòd eſſet puniẽdus pœna mortis, 10
eo quia iudex torquẽs aliquẽ indebite, † vel doloſe,de-
bet puniri pœna mortis, vt dixit Bal.in l.decuriones.C.
de q̃ſt.& ibi Ang.& voluit Ioã.de Ana.in c.1.in 3.col.de
cler.percuſ.& Ang.de Aret.in tract.malefic.in verbo,fa
ma publi.in 15.char.verſi.tertio quæro.& volũt alij do-
cto.quos retuli in l.quæſtionis modũ. in vlti.colu.ff.de
quæſt.& in l.repeti.in 1.col.eod.tit. Et in caſu noſtro ta
lis iudex indebite torſit nõ ſeruãdo leges,vel ſtatuta vo
lẽtia q̃ reus nõ poſſit torqueri,niſi præcedãt indicia, &
alia neceſſaria.itẽ doloſe proceſſit tranſgrediendo legẽ,
& procedendo velo leuato,vt dixit Bal.in d.conſi.233.
ergo videtur,quod debeat puniri pœna vltimi ſuppli-
cij per dicta iura,& rationes.de quo etiã latius dixi ſu-
pra in §.expedita.nu.87. Attamen prædictis iuribus &
rationibus non obſtant.credẽ qd hoc caſu dictus iu-
dex non deberet puniri pœna mortis.attento quod pur
non torſit innocentem,ſed verè nocentem, & culpabi-
lem,& verũ homicidam. & ideo magis credo quod ſit
puniendus arbitrio iudicis,ſeu ſuperioris, cũ in tali ca-
ſu non ſit ſtatuta,nec ſpecialiter ordinata certa pœna:
quo caſu † pœna intelligitur eſſe collata in arbitrio iu- 11
dicis vt habetur in l. 1. §. expilatores. ff. de effrac. &
expil.& in l hodie.ff.de pœ.& in l.3.ver. ſtellionatum.
cũ verſi.ſeq.ff.de cri. ſtellio. & probatur in ſimili in l.1.
ff.de iur.del.& in l.fi.ff.de acti.emp.& in l.in venditio-
ne.§.in tempore.ff.de bon.auto.iudic.poſ.& in l.mora.
in prin.ff.de vſur.& in l.cõtinuo.§ cũ ita ff.de verb.obli

ga. & in c. fin. de transactio. & in c. finem litibus. de dolo & contu. & in c. de causis, de officio delegati & in c. quærenti. de verbo. signific. in quibus iuribus habetur
12 quod res indeterminata stat in arbitrio iudicis. † de quo etiam per Alex. in consilio 111. incip. ponderatis verbis. in 6. colum. in 1. volu. de quo latius dixi in l. de minore. in prin. in 8. col. ver. qua autem pœna &c. ff. de quæst. & in l. lege Cornelia. in fi. ff. de sica. Et à contrario sensu dicimus, quòd vbi pœna est expressa in lege,
13 vel statuto, vel in alia dispositione: † tunc nihil operatur arbitrium iudicis. & ideo stante statuto, quòd in maleficijs iudex habeat liberum arbitriũ, tale statutum intelligitur solum in delictis, seu maleficijs, quibus nõ est expressa pœna in lege, vel statuto. secus autẽ erit in maleficijs, in quibus statuto imponit certa pœna: quia in illis non poterit recedere à statuto, & tunc nihil operabitur eius arbitrium. ita dixit Paul. de Castr. in l. certo generi. §. si totus. in fin. ff. de serui. rustic. prædio. & in consil. 119. incip. notandum est &c. in 2. colum. & idem dixit Bald. in c. 1. in 7. colu. de mil. vas. qui cõtumax est. & idẽ tenuit Corse. in no. suis. in verbo, statutũ. in not. incip. statuto cauetur, quòd pro homicidio &c. Et facit quòd voluit Bald. in l. fi. C. de prob. circa fi. vbi dixit, q̃ licèt quando proceditur ex præsumptionibus mitigetur pœna, tamen quando pœna habet certos fines, nunquam potest ex qualitate probationum augeri: quod dictum refert & sequitur Fran. Brun. in tracta. suo de indi. & tor. in 6. char. in 1. col. & dicit Bal. in d. l. fin. quòd ex hoc iudices debent esse contenti finibus pœnarum, prout scriptæ vel notatæ sunt à iure. de quibus etiã dixi in repe. mea rub. C de proba. in 50. col. in fi. de quib. etiam per Geor. Na. in Cle. sæpe. in §. nõ sic tamẽ. in 15. col. de verbo. signifi. Tene menti prædicta quia sunt quotidiana, & tractabilia.

SVMMARIVM.

1 Ratio naturalis subrogatur loco legis.
Et illam corrigit. 2.

3 Lex

3 Lex est omne quod ratione constitit.

4 Iudex ad quem in criminalibus, an teneatur stare processui iudicis à quo, vel nouum processum inchoare.

§. OCcurrit modò alia quæstio valde dubia, quã non memini me vidisse ab aliquo tactam, licèt quotidie occurrat in facto, de quo mirandum est, ꝙ aliqui doct. & maximè scribentes super maleficijs eam non tetigerint, & illam propter eius frequẽtiam non examinauerint. Quæ quidem quæst. talis est. In aliqua ciuitate sunt plures magistratus, & plura officia, vt est in hac nostra ciuitate Bononiæ mihi patria: in qua primus est R. dominus gubernator, seu locumtenens legati Apostolici. Item est magnificus dominus Vexifer iustitiæ, & Antiani. Item dominus Potestas iudex ordinarius, qui habet merum & mixtum imperiũ, & omnimodam gladij potestatem. Item sunt etiam tribuni plebis, qui vulgariter appellantur Domini de collegio. Item est etiam iudex Mercatorum. Modo pone quòd Antiani vel Tribuni plebis capiunt aliquem accusatum, vel denuntiatum de aliquo crimine: & eum de facto torquent sine aliquibus indicijs, vel aliter indebitè non seruato iuris ordine, nec seruatis seruandis: & ipse confitetur se commisisse illud delictum, quo stante confessio sua est nulla. per glo. in l. pe. ff. de quæst. circa quod plura dixi supra in §. Secunda quæstio. in plurib. verb. Postea talis reus remittitur per dictos Antianos vel Tribunos plebis ad Potestatem, & sic ad iudicẽ ordinarium, qui iudex interrogat ipsum reum vtrũ commiserit delictum, quod confessus est commisisse in tortura coram Antianis vel Tribunis: & ipse reus iterum confitetur se dictum delictum commisisse, an hoc casu ista confessio facta sine tortura corã ipso Potestate noceat ipsi Reo, & habetur pro ratificatione dictæ primæ confessionis factæ in tortura coram Antianis: vel præsumatur facta metu tormentorum, sicut prima fuit facta indebitè & iniustè per cruciatum torturæ coram Antianis

236

tianis vel tribunis plebis. Vel pone dicti Antiani, vel Tribuni habebant indicia contra dictum reum de dicto maleficio, & vigore dictorum indiciorum incœperunt torquere eum, attamen eum non torserunt sufficienter, postea eum remiserunt ad Potestatem: an hoc casu ipse Potestas vigore indiciorum, quæ erāt contra institutū reum possit ipsum de nouo sufficiēter torquere incipiendo nouam torturam, non habito respectu ad illā primam quam sibi intulerunt Antiani vel tribuni, vel debeat habere respectum ad illam torturam, & illā computare in tortura, quam ipse vult inferre dicto Reo. Et potest poni exemplum. Contra illum reū erant duo indicia, propter quæ Antiani vel Tribuni dederūt ipsi reo quatuor ictus torturæ, & poterat sibi dare sex, cum dę consuet. totius Italiæ pro quolibet indicio debētur tres ictus torturæ. Modo potestas vigore dictorum indiciorum vult torquere dictū reum, an poterit sibi dare sex ictus torturæ propter illa duo indicia contra eum existentia, vel solum poterit sibi dare duos ictus, qui deficiebant ad numerum sex, computando illos 4. ictus, quos habuit ab Antianis vel Tribunis? & sic vtrum tortura illata reo ab vno magistratu, seu officiali, debeat computari ipsi reo ab alio officiali procedente contra ipsum reū pro eodē crimine. Vel alius iudex procedēs, vt dixi, cōtra ipsum reū possit incipere & finire nouam torturam, nullo habito responso ad illam primam torturam, quam passus est ipse reus corā alio primo iudice vel magistratu pro eod. delicto. Et verè istæ ambæ q̄stiones sunt multū dubitabiles, & apud me valde ambiguæ sunt, & maximè importātiæ & effectus. Quo enim ad primam mihi videtur dicendum, quòd d. confessio prima, per secundam non dicatur ratificata nec dicatur assumere aliquod robur per d. cōfessionē factā corā potestate, & hoc attēta nullitate & inualiditate ipsius primæ confessionis factæ coram Antianis vel Trib. plebis, Nam etiam si dicta secūda confess. esset facta coram eodemmet iudice, coram quo fuit facta prima, nō validaret primam: cùm clarum sit, quòd confess. facta per tortu-

ram

turam non præcedentibus indicijs legitimis non valeat, etiam si millies ratificetur, secundùm glos. in l. pen. ff. de quæst. de quo ibi latè dixi. & supra dixi in §. secunda quæst. nu. 2. & similiter omnia inde sequentia sunt nulla, vt dixi in dictis locis. Veruntamen aliquod dubium facit in hoc casu: quia dicta secunda cõfessio nõ fuit facta in eodem iudicio, & coram eodem iudice, sed coram diuerso iudice. Quod tamen non videtur obstare, quia licèt fuerit facta coràm diuerso iudice, non tamen fuit facta circa idem delictum. variatio n. iudicum non variat delictum. Et ideo mihi videtur quòd omnino dicta prima confess. facta super eodem crimine vna cum confessione subsequuta sit nulla, licèt sit facta corã diuersis magistratibus dicta secunda confessio ex qua non poterit condemnari ipse reus. Sed posset fortè in hoc casu fieri distinctio hoc modo, videlicet, quòd aut iste reus, qui fuit primo ab Antianis indebitè, & iniustè, velo leuato sine indicijs tortus erat homo idiota & rudis: qui nullam doctrinam nec experientiam habebat, vtputa, erat quidam rusticus, vel mulier, qui non intelligũt requisita à iure in similib. et tũc videtur quod dicta cõfessio secunda facta corã poreſtate non noceat ipsi reo. sicut nec prima facta coram Antianis vel Tribunis ei nõ nocuit. per glo. d. l. pe. ff. de q̃st. quia ipse reus videtur hoc dixisse vigore torturæ præcedentis: cogitãs q̃ sicut fuit indebitè tortus ab Antianis vel Tribunis, ita posset de nouo indebitè torqueri ab ipso Poteſtate: & hoc timore ductus fuerit confessus corã poteſtate, arg. illius carminis videlicet. Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo, Omnibus vnca cibis æra subesse putat &c. & inde dicta cõfessio est nulla sicut prima. ar. corũ, q̃ habẽt in d. l. pen. & in l. repeti. ff. de quæst. Aut erat homo sagax, practicus & expert⁹, q̃ verisimiliter poterat scire, q̃ poteſtas eum nõ torqueret, nisi haberet sufficientia indicia, & seruatis seruandis propter timorẽ syndicatus: & tunc talis confessio facta secundo loco corã poteſtate ei noceret: quia non videretur illã feciſſe timore torturæ, quæ ei non poterat de iure inferri: sed talis cõfessio

hoc

hoc casu videtur magis sponte facta ex conscientia criminis. Vel posset etiam dici aliter videlicet, quòd si antequàm ipse reus torqueretur à potestate ipse potestas dixisset tali reo, vt solent dicere boni iudices, quòd non dubitaret de aliqua illicita tortura, quæ ei inferretur iniustè, & de facto, sed diceret veritatem de eo, quod erit interrogatus: tunc si confiteretur, talis confessio ei præiudicaret, quia non præsumeretur facta metu tormentorum. Et licèt de ista mihi non occurrant præsentialiter iura: tamen habent in se rationem naturalem, quæ
1 subrogatur loco legis, † vt habetur in l. cùm ratio. ff. de bon. dam. & in l. scire oportet. §. sufficiat. ff. de excu. tutor. & in l. fi. ff. pro soc. & voluit glo. in c. ex eo. de elec. in 6. & non minus attenditur ratio naturalis, quã lex, secundùm Pet. de Anch. in consi. 216. incipi. scripsit &c.
2 in vlt. col. imo ratio naturalis corrigit † legem, secun-
3 dùm Bart. in procœmio. ff. in §. fi. † Et ideo dixit And. de Iser. in procæ. feu. in vlt. col. quod est rationabile dictum, ita debet mouere iudicem ad iudicandum, sicut ipsa lex: quia lex est omne quod ratione constitit. quod dictum refert & sequitur Iaso. in l. illam. in 3. colũ. C. de colla. & in authen. si qua mulier. in 3. col. circa princ. C. de sacrosan. eccle. Et dixit Bald. in consi. 38. incip. Thomas &c. in fin. in 3. vol. quod ratio naturalis cuncta rectè disponit, & vix reperitur aliquid contra rationem naturalem, quod non remordeat conscientiam. de qua ratione naturali plura dixi in repe. mea rub. C. de prob. in 38. col. Quo autẽ ad secundã quæst. videlicet, an tortura illata reo, per vnum iudicem debeat reiterari per alium iudicem, cui remissus est ipse reus vel debeat computari in numero torturæ habendæ, & patiẽdæ coram iudice ad quem est remissus talis reus? in quo videretur primum dicendum, quòd in totum tortura deberet reiterari, cùm ipse potestas ad quem remissus fuit dictus reus sit nouus iudex, & debeat facere nouum processum, & nõ teneatur statur. processui alterius, cùm ipse teneatur in syndicatu si male processerit: vt habetur in toto tit. de pœ. iudi. qui male iudi. & voluit Bart. in l. nõ dubium.

bium.ff.de cust.reo.vbi dicit, quòd in scausis criminalibus iudex ad quem remissus est reus, non tenetur stare processui facto per iudicem, qui reum remisit: sed ipse potest facere nouum processum.ad quod alleg. quæ habentur in §.si verò crimen.in authent.de sanc. epis. & per Guliel.de Cu.in l. magistratibus. ff de iur. om.iud. & ibi per Iaſ.in fi. Attamen cõtrarium credo verius: videlicet, quòd imo iste potestas secundus iudex debebit computare torturam iam habitá, & passam per ipsum reum ab alio iudice, scilicet ab Antianis vel Tribunis plebis, ne ipse reus magis nec durius torqueatur, quàm iura, honestas & consuetudo patiãtur. Nam si potestas habens eadem duo indicia, quæ habebant Antiani, torqueret reum tribus ictibus torturæ pro quolibet indicio: sequeretur quòd ipse reus haberet quinque ictus torturæ pro quolibet indicio, & sic excederetur modus & ordo torturæ consuetus. Item sequeretur quòd prima tortura in nullo computaretur, & pro nihilo haberetur, & non esset in consideratione quòd verè saperet iniquitatem & iniustitiam. Item sequeretur, si vnus reus remitteretur pluribus iudicibus diuersis temporib. pro eodem delicto, quòd posset ab vnoquoque iudice de nouo torqueri pro eo delicto: quòd modo aliquo non est dicendum, nec de rigore iuris, nec de æquitate. Et licèt super hac quæstione non habeamus tex. vel glos. vel doctrinam expressam alicuius doct. tamen habemus rationem naturalem, quæ vt supra dixi, subrogatur loco legis. Sed vltra rationem naturalem adduco not. verbum Iaſ.in l.inter stipulantem. §.si Stichum.in pe.col. ff.de verb.oblig. vbi examinando certam quæstionem dixit post multa, quòd declaratio quæ fit ex mera voluntate iudicis non transit ad successorem in officio: sed secus est in declaratione, quæ fit ex verisimilibus coniecturis, vel ex actis causæ: quia illa bene transit ad successorem in officio. & hoc tenet Bart. secundùm eum in l.ab executore.in princ.ff.de app. & in l.terminato. C.de fruct. & lit.expen. & Bal.in l.fi.C.de leg. & Ang. & alios in d. §. si Stichum. Et subdit ipse Iaso. ibi. & ratio huius est: quia 4

quia censetur idem iudiciũ & eadem persona. alle. l. proponebatur. ff. de iud. & c. innotuit. de elec. Ideo subdit, quòd officium cuius responsum antecessor inquisiuit. vel sentẽtiauit nunquàm moritur, c. gratioſe. de rescrip. ideo succeſſor in eodem officio potest declarare. de quo latius per Iaſ. in §. Stichum. Ex quibus verbis colligitur deciſio prædictæ quæſt. saltem argumẽtatiuè: videlicet, quòd iudex ſuccedens in dicta cauſa. Antiani vel Tribuni plebis nõ poterit incipere nouam torturam, ſed poterit inceptam perficere: & ſic tenebitur ipſi reo torturam iam habitam coram Antianis, vel tribunis computare cum tortura per eum danda ipſi reo. Pro qua concluſione etiam faciunt dicta per Bal. & Paul. de Caſt. in l. eos. in §. ſuper his. C. de app. Et faciunt no. verba Paul. de Caſt. in l. edictum. ff. de iud. quę omnino vide pro deciſione huius quæſt. vbi inter cætera dicicit, ꝙ numerus citationum factarum à primo iudice debet compleri à iudice ſucceſſore, & non debent de nouo incip. pro quo etiam vide eũdem Paul. de Caſt. in l. mortuo iudice. eod. titu. vbi dicit, quòd ſubrogatus loco alterius iudicis, debeat iudicare ex eiſdem actis vt not. in l. ſi vt proponis. C. quomodo & quando iudex, & ſubdit quòd nõ ſoluitur iudicium, licèt ſoluatur iuriſdictio. Et faciũt etiam dicta per eundem Paul. de Caſt. in l. proponebatur. ff. eo. tit. de iud. vbi dicit, quòd non eſt neceſſe inchoare iudicium de nouo licèt aliqui ex iudicibus ſint mutati, & aliqui loco illorum ſint ſubſtituti, imo illi ſubſtituti reaſſument cauſam in eodem ſtatu, in quo erãt ante dictã mutationem. de quo ibi latius per eum. Et pro prædictis etiam faciunt optimè dicta per Lud. Ro. conſil. 279. incip. circa primum quæſtionis articulum &c. in 1. col. vbi omnino videas: quia dicta ibi per eum multum deſeruiunt quæſtioni noſtræ &c. ex quibus remanet expedita ipſa quæſtio ſatis dubitabilis.

SVMMARIVM.

1 Procurator in cauſa criminali. an admittatur. Et an ad vnum articulum tantum. 2. 3.

Et

Et an ad opponendas excepttones dilatorias.4.
Et in quibus alijs casibus.19.24.25.26.42,

5 Minor an possit petere restitutionem in integrũ per procuratorem in causa criminali.

6 Procurator interuenire potest in causa criminali, quando petitur, quod sententia declaretur nulla. Et quando interuenire possit. 8.27.29.30.31.36. 41.46.

7 Iudex quando possit compellere reum comparere personaliter, siue sit locus torturæ siue simplici interrogationi.

9 Probationes factæ tẽpore lapso, sed admissæ parte non opponente, non sunt validæ.

10 Indicium agitatum cum excommunicato valet, si non fuit reiectus à parte, vel à iudice.

11 Probationes in contrarium contra præsumptionem iuris & de iure admissæ valent, si nõ sit oppositum.

12 Instrumentum per clericum confectum valet, si ei non opponatur.

13 Religiosi Sancti Francisci quando possint esse testamenti executores.

14 Clericus prohibetur fideiubere pro alio, & quid si fideiusserit.
Multa impediunt contrahenda, quæ non dirimũt contracta, à nu.14. vsque ad nũ.6. supra.

15 Negatiua quando inducat necessitatem præcisam.18.

16 Papa de potentia ordinaria an possit in causa criminali procuratorem admittere.
Et an princeps hoc possit per rescriptum.17.

20 Statutum promittens impunitatem occidẽti bannitum, de quo bannito intelligat.

21 Accusatio de vulnere facta sequuta morte, an teneat locum accusationis de morte.22.23.

28 Exceptio quòd delictum, de quo quæritur sit impunibile, an impediat litis ingressum.

32 Obligatio impossibilium nulla.

33 Iu-

239

33 Iudicis præceptum impoſſibile nullius eſt momenti.
34 Impoſſibilitas excuſat ab excommunicatione.
Item appellationē à proſecutiõe appellationis. 35.
37 Carceratus an poſſit citari, & quando proceſſus contra eum factus valeat.
Et an excuſetur à termino non ſolutæ penſionis. 38
39 Bannitus prò contumace an poſſit haberi.
40 Legum diſpoſitiones naturalibus conueniunt.
43 Iudex debet quærere ex officio ſuo probationes innocentiæ Rei, etiam nullo hoc petente. 44.
45 Actus ex ſolennitate perperam interueniente an vitietur.
47 Iudex debet audire extraneum allegantem innocentiam abſentis.
48 Cautelis in pernitiem animæ non vtendum.

§. SEquitur modo quinta quæſtio valde quotidiana, quæ quotidie paſſim quaſi in omni iudicio ſeu cauſa criminali occurrit: quæ verè eſt magnæ importantiæ & effectus. circa quam fiunt ſæpiſſime allegationes in voce, & in ſcriptis: quæ quæſtio eſt iſta: videlicet, an in cauſa criminali poſſit interueuire procurator. Quam quæſtionem cum omnibus ſuis dependentibus, emergentibus & connexis latius, & fortè melius omnibus alijs examinat Maria. Soci. in ſua ſolenni repe. c. veniens. de accuſatio. &c. ideo ego ſolũ circa ipſam quæſtionem procedam ſuccinctè per quaſdam concluſiones, quas putode iure veras, adducendo etiam aliqua vltra Maria. & alios vſque ad hæc tempora. Et ideo in-
1 trans dictam quæſtionem dico primo, qnòd regulariter †in cauſa criminali non admittitur procurator: vt habetur in l. penul. §. ad crimen. ff. de publ. iud. & in c. veniens, extra de accu. & in l. ſeruum quoque. §. publicè intereſt. ff. de procura. & in l. reos. C. de accu. cum ſimi. & vtrobique per doct. Et hoc procedit nedum ad totam
2 cauſam, † ſed etiam ad vnum articulum tantum: quoniam

niam etiam ad vnum articulum tantū nō poteſt procurator comparere in cauſa criminali. ita dixit Bald. in l. reos. circa 9. col. verſi. quæro circa hanc partem. C. de accu. & Spec. in tit. de procu. in §. 1. verſ. ſed nūquid media &c. & Saly. in d. l. reos in 12. col. in verſi. quæro an ſaltē ad vnum articulum. vbi dicit, quòd ſi reus ſit in vinculis detentus, quod procurator nō poterit interuenire ad actum ſubſtantialem iudicij, ſed ad alium actum ſic: vt ſunt poſitiones & earum reſponſiones & teſtium productiones. & hæc dicit voluiſſe Ioā. And. in addit. Spec. in tit. de procu. in d. verſ. ſed nunquid media &c. & huic opin. aſſentit Batr. ſecundum eum in d. §. ad crimē. Refert tamen ibi Saly. aliquos tenentes contrarium, & bonis rationibus, quos ipſe ſequitur. ſubdens tamen quòd procurator in cauſa criminali poteſt interuenire ad ꝓducendum ſimpliciter vt nudus miniſter. & ibi allegat rationem. De qua quæſt. an & quādo procurator in cauſa criminali poſſit interuenire ad vnū articulū tantùm,
† vide vltra prædicta doc. in c. veniens, & in d. §. ad crimen. & in d. l. reos. & Anto. in c. ex parte in 15. col. de teſti. & Spec. in tit. de legato. in §. excipitur. verſi. quid ſit certus articulus cauſæ. & Ioā. And. in c. inquiſitionis. ſuper verbo, interdum. de hæret. in 6. in nouell. Et an procurator † in cauſa criminali admittatur ad opponēdas exceptiones dilatorias, vide doct. diſtinguentes in dictis locis. & vide Alex. in conſi. 238. incipi. viſa copia &c. in vlt. col. in 6. vol. Et ſcias quod adeo eſt verum hoc, quod in cauſis criminalibus nō admittitur procurator, quòd hoc etiam habet locū in petendo reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam latam in cauſa criminali cōtra minorem. †Nam ipſe minor non poterit per procuratorem petere reſtitutionem in integrum in cauſa criminali: ſed debebit ipſe minor perſonaliter comparere ad hoc petendum. ita dixit Bal. in l. 1. in § pen. in fin. ff. de poſthu. quod dictum pro not. & ſing. refert & ſequitur Franciſ. de Are. in c. veniens. in 22. colū. de accuſ. de quo ego dixi in ſing. meo 22. incip. reſtitutio in integrū &c. Scias tamen quod quando petitur, † quòd ſententia

3 4 5 6

lata in cauſa criminali declaretur nulla, poteſt ad hæc interuenire procurator. gloſſ. eſt not. in c. hoc quippe. 3. quæſt. 6 quam ad hæc magni facit Franciſ. de Aret. in d. c. veniens. in 25. col. verſi. & adde &c. de accuſa. & hãc partem tenet Bald. in l. reos. in penul. colum. C. de accuſat. Item adde etiam hic not. verba Bald. in l. fina. C. de procurato. in ſecunda colũ. in verſ. tu dic quod vbi ſunt &c. vbi dicit, quòd vbi ſunt indicia contra reum proba-
7 ta iudici ordine iudiciario, † quòd tunc poteſt compellere reum perſonaliter comparere, ſiue ſit locus torturę, ſiue ſimplici interrogationi. Si autem non ſunt aliqua indicia contra reum legitimè probata, tunc nunquàm poteſt iudex auferre reo beneficium mittendi procuratorem legitimè inſtructum. & idem dixit ipſe Bald. in l. ſeruum quoque. in §. publicè intereſt. ff. de procuratori. & Alex. & Iaſ. in d. l. fi. C. de procurato. poſt med. Modo vltra prædicta ego quæro: pone quòd procurator, qui non poteſt interuenire in cauſa criminali, vt ſupra dixi, interuenit & non fuit oppoſitum, nec fuit repul-
8 ſus, ſed tacitè admiſſus. † An iſto caſu valeat iudicium. in quo glo. valde not. in c. 1. in verbo, criminalis. extra de iudi. in 6. dicit quod valet tale iudicium. & idem dixit glo. in l. quamuis indubitati. C. de adul. pro quib. facit. l. filius famil. in §. veterani. ff. de procu. & l. ita demũ. C. eodẽ tit. cum glo. ſua. & facit glo. in l. reum criminis. C. de procurato. Et hanc partem tenet etiam Spec. in tit. de procuratori. in §. 1. verſ. itẽ quòd eſt miles. & Domi. de ſancto Gemi. in c. 1. de iudi. in 6. & Archid. in c. qui ad agendum. de procura. in 6. & Ioan. in Lig. in d. c. veniens. & Ang. in d. §. ad crimen. & Franc. Accur. in d. l. quamuis indubitati. quem ibi refert & ſequitur Cyn. & Saly. Et idem tenet Cepol. in cautela ſua 222. incipi. ſtatuta quandoque &c. vbi allegat pro hac parte Angel. de Are. in tract. malefi. in verſi. qui iudex videns quod inquiſiti non comparent. in pen. col. verſic. quæro pone q̃ in criminali &c. Et Oldrad. in conſi. 136. incipiẽ. omiſſa prolixitate. in pen col. vbi etiam plura ſimilia alleg. Et hanc partem etiam tenet Ang. in d. l. quamuis indubitati. Pro

ti. Pro qua parte faciunt dicta per Alex. in consi. 157. incip. in causa & lite vertẽte. in fi. in 2. vol. vbi dixit, quòd probationes, quæ debebant fieri intra certum tempus, † & factæ sunt post illud tempus, & sint admissæ parte non opponente, tunc valent. ita dixit Inno. in c. fraternitatis. de frig. & malefi. & in c. cum Bertoldus. de reiu. & in c. cùm dilecta. de rescr. & Ant. in c. is qui. de spon. & dicit quòd est de mente Bar. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. & hoc ibi clarius voluit Ioan. de Imo. Et idem voluit Alex. in consil. 212. secundùm ordinem meum, incip. viso & opportune. in col. Et faciunt dicta per Ludo. Rom. in consil. 215. incipi. duo sunt quæ principaliter quæruntur. in 1. col. vbi in istis proprijs terminis tenet hanc partem, & dicit, quòd si procurator interuenit in causa criminali & fuit admissus, & nõ fuit oppositum, quòd valet iudicium, ad quod all. glo. in d. c. 1. de iud. in 6. & doct. in dictis locis. & dicit quòd pro hac parte facit. Nam iudicium agitatum cum excommunicato † valet si non fuit reiectus à parte, vel à iudice, licet aliâs excõmunicatus non possit stare in iudicio, per c. intelleximus. de iud. hoc dicit probari in c. pia, ad finem. de excep. in 6. & no. in c. exceptionem. eodem tit. in antiq. pro quibus alleg. l. ita demum. C. de procur. & & d. §. veterani. Et faciunt etiam secundum eum ibidem quæ habentur per gloss. in auth. quib. mo. na. effi. leg. in. §. si quis ergo. vers. si ergo licentia &c. quam glo. ponderat Barthol. secundum eum in l. post mortem. in in §. neque. ff. de adop. vbi dicit, quòd valida sunt facta per procuratorem, etiam si per eum fieri non possent, quando fuit admissus ad faciendum, eo quod non fuit sibi aliquid oppositum. Subdit etiam ipse Ludo. Roma. vbi supra, quod pro hac parte faciunt dicta per Inno. in dicto c. fraternitatis. de frig. & malefic. vbi dixit, quòd licêt contra præsumptionem iuris, & de iure non † admittatur probatio in contrarium, nisi per cõfessionem partis. l. fi. C. arb. tute. l. antiquæ. C. ad Velle. Attamen probatio admissa valet, si non est oppositum, quod

dictum refert ſecundum eum Anto. in c. is qui. de ſpon. adducit etiam idem Lu. Ro. c. 1. de reſt. ſpol. vbi habetur, quòd licèt contra agentem interdicto recuperandæ non admittatur exceptio, nec probatio dominij, tamen admiſſa valet & tenet ſi non fuit oppoſitum. Item ſecundùm eũ facit. l. vniuerſis. C. de decu. li. 10. vbi dicit Bart.

12 quòd licèt clericus non poſſit inſtrumenta † conficere, vt in c. ſicut. extra ne cle. vel mon. tamen confecta valẽt, ſi eis non fuit oppoſitum. Item & vltimo pro hac parte adducit ipſe Lud. Ro. in d. conſi. illam regulam, videlicet, quòd multa de iure fieri non debent, quæ tamẽ facta tenent, vt in c. ad apoſtolicam. de reg. & in l. 1. §. biduum. ff. quando app. ſit. & l. 1. ff. de fer. cum ſi. Ita reſidet Lud. Ro. in d. con. 215. Pro quibus etiam faciũt optimè dicta per eundem Ludo. Rom. in con. 225. incip. quo ad primum quæritur &c. in 2. col. vbi dicit not. verbum in materia. Et faciunt etiam dicta per eundẽ Lud. Rom. in conſi. 409. incip. quo ad primum propoſitę conſultationis &c. vbi dicit, religioſi, & maximè ſanctі Frāciſci,

13 non poſſunt eſſe † executores teſtamenti alicuius, & officiũ executoris exercere, niſi à ſuperiori ſuo ſuper hoc habuerint licentiam, vt in c. religioſus. de teſt. in 6. & in cle. religioſus. eo. tit. & in cle. exiui, de verb. ſign. tamẽ ſi id quod voluit teſtator fuit executum per aliquos religioſos, & non fuit oppoſitum, valet quod fecerũt. & dicit quòd hæc fuit ſing. deciſio Fed. de Sen. in conſil. 293. incip. factum tale eſt, ante conſtitutionem &c. in fi. pro quo dicto ipſe Lud. vbi ſupra, adducit. Nam clericus p-

14 hibetur fideiubere pro † alio, vt in c. 1. de fideiuſſ. & in c. te quidem. 11. quæſt. 1. tamẽ ſi fideiuſſerit pro aliquo, valet fideiuſſio. c. peruenit. & c. conſtitutus. de fideiuſſ. Itẽ adducit etiam dictum Bar. in l. vniuerſis. C. de decu. lib. 10. & d. l. ita demum. & d. §. veterani. Et pro iſtis faciũt etiam dicta per Bart. in l. 1. §. accuſationem. ff. ad Turp. vbi dixit, quòd perſonæ, quæ prohibentur accuſare, ſi accuſant, & eis opponatur, valet accuſatio. pro quo facit quod dixit Bald. in rub. C. qui accu. non poſſ. & faciunt optimè dicta per me in l. ſi quis ne quæſt. in 20. col.

col.cum ſeq.ff.de quæſt. & per Iaſ. in repe. l.admonendi, in 9.col.ff.de iureiuran. Et ex iſtis omnibus videtur concludendum, quòd ſi procurator interuenerit in cauſa criminali, & non fuit reiectus, nec ſibi fuit oppoſitũ, quòd valet iudicium per ſupradicta. De qua quæſtione vide etiam Ioan.de Imol. in d.§.ad crimen in pen.char. in 1.& 2.col. Sed Barb. in d.c.veniens, de accu. ſubtilius conſiderans dicit, quòd imo, contra glo.& doct. tenentes hanc partem, eſt tex. ibi in d. c. veniens. inquantum dicit, admittere, nec poſſemus &c. ex quibus verbis apparet, quòd lex ipſa, ſeu canon reſiſtit actui, ergo meritò iudicium eſt ipſo iure nullum, l. non dubium. C. de leg. l. cùm lex. ff. de fideiuſ. c. vides. 10. diſ. Dicit etiam quod pro hoc facit ratio: videlicet, quia in illo tex. negatiua præcedit actum poteſtatiuũ. Et quando negatiua † præ- 15
cedit actum poteſtatiuum, inducit neceſſitatem præciſam: vt eſt glo. ſecundum eum no. in c. 1. de reg. iur. in 6. & in cle. diſpendioſam. de iud. & in l. Gallus. in princ. ff. de libe. & poſthu. vbi Bar. & alij. & in c. teſtimonium. & in c. fi. de teſti. & in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Et ſubdit etiam Barb. vbi ſupra, quòd hanc partẽ videlicet, q̃ tale iudicium non valeat tenet Ioan. And. in d. c. 1. de iud. in 6. in nouel. dicit etiam quòd Bald. in d. §. ad crimen, damnat illas glo. ſuperius alleg. & tenet hanc partem, quòd tale iudicium ſit nullum, dato quòd nõ fuerit oppoſitum: & dicit Bald. ſecundum eum in d. §. ad crimẽ, quòd verbum fruſtra poſitum in d. §. ad crimen. eſt canon latæ ſententiæ, pro quo facit l. 1. C. de modo mul. & l. fruſtra. eo. tit. & ſic ipſe Barb. in d. cap. veniens. tenent hanc partem. ſ. quòd tale iudicium ſit nullum: dato q̃ non fuerit oppoſitum aliquid contra talem procuratorẽ. Et dicit quòd pro hac parte facit quod dixit In- 16
no. in d. c veniens. vbi dixit ſecundùm eum, quòd † Papa de potentia ordinaria non poteſt in cauſa criminali admittere procuratorem, licèt de abſoluta potentia poſſit. quam doctrinam refert & ſequitur Io. de Imol. in d. §. ad crimen in 26. col. & ibi Alex. & Ang. vbi etiã ſubdit ipſe Angelus quòd † princeps poteſt facere per re- 17

ſcriptum, quòd quis compareat per procuratorem in cauſa criminali, dummodo in reſcripto dicat, non obſtante tali lege in cõtrarium faciente. & hoc arg.l. fi. C. de iniur. Sed & ipſe Barb. ibi reprehendit Angel. & reprobat eius dictum, & hoc per tex. in d.c. veniens. in d. verſi. nec poſſemus &c. ſed fortè non bene eum reprehẽdit: maximè per tex. in c. propoſuit. de cõceſ. præben. ita finaliter reſidet Barb. in d.c. veniẽs. ſuper hoc paſſu. Ex quibus dictis per eum remanet dubia illa cõmunis opi. doct. quos ſupra retuli, tenentium quòd ſi procurator interuenit in cauſa criminali, & non opponatur, quòd valet tale iudicium: ideo cogita ſuper prædictis. Et vide Felyn. in c. ſciſcitatus in 3. & 4. col. de reſcrip. & Franciſ. de Are. in d c. veniens. in pen. col. de accu. Et inquantum ipſe Barb. dixit in d.c. veniens. quòd negatiua præcedẽs
18 actum poteſtatiuum, † denotat neceſſitatem præciſam, & priuat omni potentia. Tu circa hoc vide etiam Bald. in l. 1. in pen. col. C. qui admit. & in l. quæſtionem. in vlt. col. C. de fideicom. & Bald. in l. 1. ff. de iniuſto. teſt. & vide Anto. in c. præterea. de dila. in 5. col. vbi dicit, quòd ſi ſtatutum impedit, quòd iudex non poſſit exercere iuriſdictionem ſuam vltra limites ſuæ iuriſdictionis, q̃ nõ valebit ſe pronũciare iudicem competentem, quãdo per hæc excederet terminos ſuæ iuriſdictionis, per ea q̃ not. in c. ſi iudex laicus. de ſent. excomm. in 6. cum alijs ibi per eum alleg. Et in materia vide etiam Alex. in cõſi. 301. incip. viſis dubitationibus eleganter formatis. in prin. & Abb. in conſi. 64. incip. caſus in effectu talis eſt &c. in 1. 1. col, in 3. vol. & Socin. in con. 95. incip. circa primum, in vlt. col. in 1. vol. & omnino Nellũ in tract. banni. in ſecunda parte ſecundi temp. q. 66. & Iaſ. in §. curare. in prin. Inſtitutio. de actio. & vide etiam latè per Antonium Corſ. in not. ſuo. in verb. poteſt. & eundem in nota. ſuo. in verbo, valeat. & vide etiam Alex. in conſil. 173. incip. viſis. in 3. col. in 7. volu.

Modo redeundo ad quæſtionem noſtram operæpretium eſt quærere, vtrũ ſit aliquis modus, vel aliqua cautela, per quam in cauſa criminali quis poſſit compa-

rere

rere per procuratorem? in quo dicas quòd sic, ad quod diligenter aduertant procuratores, & illi, qui volunt adiuuare amicum suum inquisitum, seu accusatum de crimine capitali. Nam vna est cautela, quòd amicus, seu comparere volēs pro reo inquisito adeat iudicē, quando ipse iudex procedit per inquisitionem, & nominet testes iudici in secreto, qui sciunt veritatem: & instet apud iudicem in secreto, quòd recipiat illos testes pro reo absente inculpato, & inquisito. Item & det sibi interrogatoria super quibus debeant interrogari, & tūc iudex ex officio poterit hos testes examinare, & diligenter interrogare, & si ex illis attestationibus apparuerit reum inquisitum non esse culpabilem, iudex poterit, & debebit ipsum reum absoluere. pro quo est text. in l. si non defendātur. in fi. ff. de pœ. vbi habetur, quòd iudex debet, & potest inquirere de innocentia Rei, & si reperiat eum innocentem, debet eum absoluere. Et istum modum seu hanc cautelam tradit Bartol. Cepoll. in cautelis suis, cautela 68. incipien. in causa criminali &c. vbi allegat illum tex. d. l. si non defendantur, dicit quòd hæc notat ibi Bartolus & etiam in l. is qui reus. & ibi per alios. ff. de publi. iudi. & in l. 1. §. fin. ff. de quæstio. Et dicit ibi Bart. in dicta sua cautela se semel adiuuasse hoc modo amicum suum. ad qnod vide quæ dixi in repet. mea rub. C. de prob. in 14. col. in versi. est etiam alia via &c. Alius est etiā modus, & cautela comparēdi per procuratorem in causa criminali, quam ponit ipse Bart. in d. sua cautela videlicet, ꝙ imploretur officium iudicis, vt admittat comparentē. Et potest poni exemplum: statuto cauetur, quòd banniti possint impune occidi ideo Titius occidit bannitum: inquiritur contra eum de occiso. iste Titius non audet cōparere, licet hæc fecerit permittēte statuto, nec potest mittere procuratorem quia causa est criminalis, vt in d. §. publice. cum simili: tunc enim cautela est, ꝙ etiā quilibet de populo compareat coram iudice inquirēte, & sibi ostēdat illū Titiū fuisse bannitum, & sic impune potuisse occidi, & tunc imploret officiū iudicis & dicat,

Domine iudex, peto vt absoluatis Titium inquisitum, & vlterius contra eum non procedatis, quia ipse occidit bannitum, qui poterat impune occidi, & tunc iudex
19 debet admittere eum. † Ita singul. dixit Bartol. in l. vbi pactum, per gloss. ibi. C. de trāsact. quem refert & sequitur Cepo. in d. sua cautela 68. Ego autem vltra Bart. Cepol. ibi dico, quòd idem voluit Bart. in d §. ad crimen. in penul col. & ibi Ioan. de Imo. in antepe. char. in vlt. col. & Bart. in l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confu. & in consi. inci. à domino Cyno. &c. & idem voluit Ang. in l. filiusfa. in §. veterani. ff. de procur. vbi dicit hoc infinitis vicibus practicasse. & idem firmat ipse Ang. in l. reos. C. de accusa. & in l. quos prohibet. ff. de postula. in quibus locis dicit, quòd ista fuit origin. dictio. Richar. Mal. in d. §. veterani. Item hanc partem etiá tenuit Pet. de Anch. in d. c. veniens. de accusa. & Ang. de Aret. in l. non tantum. in prin. ff de appel. & Bal. post Cyn. in d. l. reos, & Bal. in l. 1. in 2. col. C. quomodo & quãdo iudex. de quo etiã aliquid per Bald. in l. decuriones. C. ex quibus causis infa. irrog. & per Bald. & Lud. Roma. in l. 1. in §. Offilius. ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. & per Ang. de Are. Insti. de act. in †. sequens. in 2. col. & Instit. de excep. in rubr. & per Bald. in c. 1. in §. iniuria. de pace iur. fir. & per Bart. in l. post legatũ, in 3. col. ff de his quibus vt indignis. & p Ang. de Are. in trac. malefi. in verb. qui iudex videns, quod inquisiti non cõparent. in vers. quæro an talis bannitus tali banno &c. & in ver. ibi seq. & Bart. in l. absentem. in fin. ff. de pœn. vbi dicit, quòd quando constat iudici illud quod est commissum, nõ esse delictum, nunquàm debet procedere ad condemnationem. Et vide etiam circa hanc materiam, seu quæstionem quæ latè dixi. in d. l. filiusfa. in d. §. veterani. ff. de procu. & in l. si quis ne quæstio. in 25. col. ff. de quæst. & supra, in §. constante. num. 38. & Gand. in tract. malefi. sub rub. vtrum procurator in maleficijs interueni. in 5. col. versi. vlt. circa materiam &c. vers. seq. & Nel in trac. banni. in 1. parte primi temporis. in 2. q. & in 2. parte secundi temporis. in quæst. 14. vbi latius loquitur. & vide

Iaf.

Iaſ.no.loquentem circa hanc materiam. in d. l. vbi pactum.in 4.colum.in fin.cum col. ibi ſeq. & eũdem Iaſ. in l.1.in 7.colum.ff.de iuriſdict.om.iudi. Et teneas mẽti perpetuo circa hanc materiam,quòd ad hoc vt prędicta habeant locum,ſcilicet, quòd occidens bannitũ gaudeat beneficio ſtatuti permittentis bannitum poſſe impune occidi.† quòd debet occidere bannitum ex veris probationibus delicti,non autem bannitum ex contumaciam,quia tale ſtatutum non intelligitur de bannito ex contumacia:ita ſing.dixit Alexã. in l.omne delictum.circa princ. ff. de re mili. vbi allegat hoc voluiſſe Bald.& Ioan.de Imo.in l.mora.ff.ſolut. matri. & vltra eum dicas,quòd iſtud etiam voluit Bald.ſuper ſtatu.in verbo,pax.in 3.verſi.incip.ſtatutum dictat.& Bald. in l. tranſigere.in 4.colum.verſi.nono oppono.C.de trãſac. pro quo faciunt optime dicta per Alexand.in l. cum filiusfam.in 1.colum.ante fin.ff.de verb. obli. & faciunt quæ ego dixi in l.infans.in verſi.circa tertium &c.ff.de ſica.& in ſing.meo 4.incipien.quoties &c.& dicta per Bertha.in repert.ſuo.in verb. contumacia. in vlt. colu. ante fin.verſic.contumacia non facit delictum &c.& faciunt etiam ſingularia verba Felyn.in c. cum Bertol. in 9.colum. extra de re iudi. vbi omnino videas. de quo dicto etiam feci mentionem ſupra,in §. poſtquam. nu. 54.cum ſeq. Eſt præterea alia not. & ſing. cautela,qua mediante poterit procurator comparere in cauſa crimi nali.quã ponũt Moder.in d.l. vbi pactum.C. de trãſac. vbi dicunt, quòd quando aliquis vulnerauit aliquem ex quo vulnere ſequetur mors, quòd tunc cautela eſt, quòd reus faciat ſtatim formare inquiſitionem contra eum de vulnere, in qua poteſt interuenire procurator: quia communiter ex forma ſtatuti venit imponenda pœna pecuniaria pro vulnere,non autem corporalis.Et licet poſtea ſuperueniat mors, attamen procurator poterit interuenire:quia attenditur quod principaliter agitur:& ſic attenditur inquiſitio vulneris. l. ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer. pet. & non attenditur quod ſecundario,vel in conſequentiam ſequitur. allegat hoc voluiſſe

Ioan.de Imo.in d.§.ad crimen.vbi dicit ibi in 12. colu. versi.item adde &c.quòd vbi iudicium principaliter agitur ad effectum ciuilem, quòd si in consequentiam posset resultare effectus pœnæ criminalis, quod tamen admittitur hoc casu procurator. quod est not. Sed parcant mihi ponentes hunc modum,& hanc cautelam ad comparẽdum in causa criminali per procuratorẽ: quia non bene loquuntur: & talis cautela est nullius momẽti,quod ostendo.Nam facta inquisitione de vulnere, si postea sequatur mors, iudex formabit inquisitionem de morte,quod non prohibetur ex nouo effectu mortis subsequente: quo casu non poterit comparere reus per procuratorem: licet posset comparere per procuratorẽ in prima inquisitione vulneris. Nec obstat illud, quod attenditur,quòd principaliter agitur : quia dico quòd illud est verum,quãdo duo simul intentantur: vnũ principaliter,aliud secundario. quod in casu nostro non potest intereuenire,quia non potest formari inquisitio de vulnere,& de morte simul,morte nondum sequuta.Secundo respondeo quòd verum est illud, quod attenditur quod principaliter agitur, nisi illud quod secundario sequitur, sit potentius eo quod principaliter agitur.arg.eorum quæ dixi supra in §.2.quæstio. num.19. vbi videas plura not. ad hoc , ex quibus nescio videre quomodo possit procedere dictus modus, & dicta cautela ad comparendum per procuratorem in causa criminali. Attamen circa dictam materiam vulneris sequuta morte,teneas menti aliqua not.digna. Et primo,quod si facta sit accusatio de vulnere,& sequuta sit sententia
21 absolutoria,vel condemnatoria:si postea † ex illo vulnere sequatur mors,non poterit fieri accusatio de morte secundum Specul.in titu.de accus.in §.1.versic. quid si vulneraſti &c.& versic.quid si primo &c.ibi seq. De quo etiam per Albe.de Rosa.in 2.part.statu. quæst. 96. inci.item quæro continuando &c. Item si facta sit pax
22 de vulnere, † an extendatur ad mortem sequuta morte,vide Bald.in addi.Spec.in tit.de accus.in 1.col.versic. pax facta &c.& in l.transigere.C.de transi.& vide etiam

Specu.

Specu. in titu. de accusa. in §. viso. in versi. sed pone, A. accusauit B. & Nell. in tracta. banni. in 3. parte secundi temporis. in 41. quæstio. & Bald. in repert. suo. in verbo, pax. in 3. ver.

Item adde etiam, quòd † probationes factæ contra accusatum de vulnere, non præiudicant accusato, si modo accusatur de morte sequuta ex dicto vulnere. glo. est in l. fin. C. si reus vel accus. quam glo. dixit sing. Bald. in reper. suo in verbo, probatio. in pen. col. in ver. inc. probationes factæ &c. de quo etiam per Bald. in d. repert. in verb. processus. in vlti. versic. in fi. & dixi supra in §. quoniam, nu. 60. Tene menti prædicta, quia sunt quotidiana, & lucrosa. Alius est etiam casus, in quo procurator potest interuenire in causa criminali, qui casus est in causa vniuersitatis, † nam quando agitur contra ali. quam vniuersitatem criminaliter, tunc admittitur procurator pro ipsa vniuersitate. ita singu. dixit Bald. in l. 2. in 2. col. ver. ex ista opin. C. qui accu. non poss. quod dictum refert & sequitur Ioan. de Ana. in c. dilectus. el 2. de symo. in vlti. col. vbi dixit, quòd iura dicentia q̃ in causa criminali non admittitur procurator, non habent locum in syndico vniuersitatis, & alle. Bal. in d. l. 2. alleg. rationem dicentem, quòd ratio huius est, quia vniuersitas habet corpus repræsentatiuum & fictum quòd non potest personaliter comparere, ideo admitti debet procurator. pro quibus faciunt optime dicta per Specul. in titu. de procur. in §. ratione igitur. versicul. 24. si vniuersitas. Alius est casus in quo in causa criminali admittitur procurator, † videlicet, in causa illustrium personarum, in qua causa ipsæ illustres personæ possunt respondere per procuratorem, c. absens. §. nisi. 3. quæstio. 9. & l. fi. C. de iniur. & voluit Specul. in titul. de procu. §. ratione igitur. in versic. præcedens regula fallit &c. & Barto. in d. l. fi. C. de iniur. Item alius est casus in quo in causa criminali admittitur procurator, qui casus est † in probatione notorij. Nam ad probandū notorium in causa criminali admittitur procurator. Ita dixit Bald. in l. 2. in fin. C. vt nemo priua. quem

refert

referr; & sequitur Alexād. in l. penul. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. quod est no. quia seruit ad multa. Item potest
27 etiam interuenire procurator in causa criminali, † quādo ex forma alicuius statuti potest procedi in causa criminali contra absentem. ita dixit Cyn. in l. reos. in 3. quæst. C. de accus. vbi dicit, quòd Dyn. consuluit super hoc. & idem voluit Iac. de Are. l. inter accusatorem. ff. de pub. iudi. & Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de procu. §. 1. versi. item quòd est causa &c. & Ioan. de Imol. in d. §. ad crimen. & voluit Alexand. in consil. 116. incip. ani maduersis statutis. in 1. colum. in 2. volum. Ego tamen puto circa hunc passum, seu articulum esse diligenter aduertendum, quia est passus magnæ importantiæ. & magni effectus, & si esset vera opinio ista quod quando ex forma statuti legis vel statuti potest procedi in criminalibus contra absentē, tūc posset comparere pro eo procurator, certè posset semper pro reo comparere procurator, quoniam statuta ciuitatum in omni loco volunt, quòd si reus est contumax & sic absens, possit tamen contra eum procedi, & condemnari, & banniri, & sic tacitè daretur materia delinquendi, cum Rei scirent se posse defendi per procuratorē, quod non est dicēdum per l. cōuenire. ff. de pac. dotal. Et ideo multi sunt doct. qui expresse tenēt, videlicet, quòd imo in tali casu, quādo potest procedi contra absentem, non possit interuenire procurator. quam opi. tenuit Ray. in d. l. reos. & ibidem Bald. in 8 colum. in versi. quæritur quando absunt. & idem tenet ibi Sal. in 2. quæst. Et hanc partem sequitur ibi Fulg. & idem tenuit Barto. in d. l. pen. §. ad crimē. in 5. col. per illum tex. in l. 1. ff. an per alium cauſ. ap. &c. inducendo, vt ibi per eum. & idem tenet Bart. in extraua. ad repr. in verb. legitime. & probat hæc esse de mente & intentione statuti disponentis, quòd contumax habeatur pro confesso: nam si posset cōparere per procuratorem, nunquam esset contumax, & sic nunquā haberetur pro confesso. & idem tenuit Ant. in c. veniens. de accu. & Bald. in l. seruum quoque. in §. publice. in pen. colum. & ibi Ange. & idem firmat Alexand. re-

ferens

ferens prædictos doct. & dicens hanc esse communem opi. quæ seruanda est. in d. consi. III. incip. animaduersis statutis &c. in 7. colum in versi. item respondeo &c. & vltra eum ibi, hæc etiam tenet Bald. in c. veritatis. in 4 colum. in fin. de do. & contu. Sed primam opin. tanquam magis communem firmat Iaſ. in l. 15 qui. in 3. col. C. qui testa. fa. poſſ. & Bart. Cep. in conſi. 41. inc. licet inuitus. in 3. colum. & in conſil. 46. inci. Titius vulnerauit Sempronium. in 1. & 2. colum. & in conſi. ibi ſeq. & Alex. in conſi. 4. inci. viſo proceſſu inquiſitionis. in pen. colum. in 6. volum. vbi dicit, quòd cum ex forma ſtatutorum. & conſuetudine totius Italiæ poſſit in crimine capitali procedi contra abſentem in contumaciam, poteſt in tali caſu comparere pro abſente aliquis tanquam inſtructor curiæ, ſeu tanquam defenſor ad oſtendendum innocentiam. per text. in l. ſeruum quoque. in §. publice. ff. de proc. ac etiam quia vbicunq; iudex proceſſurus eſt contra abſentem in contumaciam, debet perquirere veritatem omnibus modis, & conſequenter taliter venientes audire, vt l. ampliorem. C. de app. in authent. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. de quo vide latius per Alexand. in d. conſi. 4. Quid ergo dicendum circa hanc contrarietatem docto. non modicam? Mihi videtur ſaluo ſemper ſaniori iudicio, quòd diſtinguendũ ſit in hoc dubio, quòd aut procurator dicti Rei vigore dicti ſtatuti, volentis, quòd contra abſentẽ poſſit procedi per d. §. publicè intereſt. vult comparere pro reo ad omnes actus occurrentes in ipſo iudicio, & non poſſit, per rationes adductas per docto. tenentes, quòd tali caſu non poſſit comparere procurator. Aut vult cõparere pro reo docendo de innocentia ſua, vel de legitima ſua abſentia, vel de priuilegio ſuo: puta quòd eſt clericus, qui non poteſt à iudice laico inquiri, vel ad oſtendendum incompetentiam iudicis, vel in ſimilibus caſibus: & tunc comparere poteſt, ne procedente iudice iudicium poſtea redderetur fruſtratorium. argu. eorum quæ dicuntur à docto. in d. §. publice. & in d. l. reos. C. de accuſ. & ibi per Bald. in vlti. colum. ver. breuiter veritas

ritas est ista &c. & in d.c. veniens de accus. & eorũ quæ dixi supra, in hoc. §. nume. 19. sed secus si vellet absolute comparere ad omnia occurrentia in dicto iudicio: quia non posset nec deberet admitti: & istud credo verum, & iuri consonum.

Et per ista iam est annus, quòd ego in contingentia facti obtinui in contradictorio iudicio vnum. Nã quidam puer septem annorum casualiter percussit alium puerum eius vicinum socium, & beneuolum, qui ex illa percussione intra quindecim dies mortuus est: Iudex contra dictum puerum formauit inquisitionem de homicidio, & erat prohibitum de iure communi, & de iure municipali inquiri de tali delicto casualiter cõmisso à puero septẽ annorum: cõparuit procurator pro dicto puero, & iudex noluit eum admittere, cùm de iure communi, & ex forma multorum statutorum, & prouisionum, procurator non possit interuenire in causa criminali, tandem ego comparui, & dixi quod ex pluribus debebat admitti, & maxime quia ex pluribus rationibus & iuribus tale homicidium erat impunibile. Et ista
28 exceptio, quod † delictum de quo inquiritur est impunibile, impedit litis ingressum, secundum Barto. in l. si seruus C. de his qui ad ecclesiam confug. quem refert & sequitur Iaso. in rubr. C. vt nemo priua. circa prin. & idem tenet Ias. in l. nam & postea. vbi latius loquitur in prin. in 2. colum. ff. de iureiuran. de quo etiam dixi in consilio meo 100. incip. Spiritum sapientiæ. in fin. Si ergo impunibile, ergo admittebatur procurator, qui admittitur in causis criminalibus, vbi nõ ingreditur pœna corporalis, tanto fortius in casu illo, in quo obstabat exceptio impediens litis ingressum. ex quibus fuit admissus ille procurator, & fuit absolutus ille puer, & merito: Ideo teneas menti prædicta quia sunt multum vtilia, & non vana loquor, quia expertus sum talia. Et teneas etiam menti circa hanc materiam: quòd vbicunq; formata est contra aliquem inquisitio calumniosa:
29 † tunc admittitur in tali iudicio procurator, non obstante quod sit iudicium criminale. ita not. dixit Cynus

in

In l.reos C.de accusa.quem refert & sequitur Bald. in l. 2.C.vt nemo priua.quod dicit esse nota. & menti tenē-dum.Item teneas etiam menti,quod quando inquisi-tio est inepta aliquo respectu,tunc admittitur † procu- 30
rator in tali iudicio.ita dixit sing.Bald. in consi. 106.in cip. verba accusationis.in 1.volu.quod est multum not. quia sæpe ista eueniunt in facto.& ego ista pluries pra ctica ui cum honore,& lucro. Et teneas etiam mēti per-petuo,quòd quando reus accusatus vel inquisitus con-tra quē proceditur in causa criminali , est carceratus ab alio iudice ex aliqua alia causa,quòd tunc potest in cau sa accusationis,vel inquisitionis contra eum † formatę 31
respondere per procuratorem,secundum Ange. per illū tex.in l.eos.in §.super his.circa fin.C.de appel. vbi di-cit,quòd tali casu propter necessitatem imminentē po-terit talis carceratus comparere per procuratorem.& di cit,quòd hoc etiam tenet Odof.in l.minime.eod.tit.de appel.& Cyn.in l.reos.C.de accus.& Bar.in l. penul.§. ad crimen.ff.de pub.iudi.in antepe.colum. in versi.dic ergo sic &c.Quam opinionem dico veram indubitan-ter primo propter autoritatem tantorum patrū.Ex quò ego do tibi nouam cautelam, & nouum modum com-parendi per procuratorem in causa criminali, non ob-stantibus aliquibus legibus,statutis, prouisionibus, vel alijs in contrariū facientibus , vel disponentibus. Qui modus & cautela est,vt quando proceditur in causa cri minali contra aliquem:puta Titium,quòd facias cautè eum intrare carceres in aliqua alia ciuitate, vel loco pro aliquo ficto,vel asserto debito,vel delicto.Et postea per literas officialis illius ciuitatis,vbi est carceratus no tificare facias iudici inquirenti vel procedenti contra dictum Titium,capturam & carcerationem ipsius:quo facto erit necesse ,q̄ ipse iudex taliter procedēs admit-tat ꝓcuratorē ꝓ eo in tali causa capitali,vel supersedeat in illa causa,donec & quousq; ille Titius fuerit relaxa-tus à dictis carceribus,& possit cōparere personaliter.& hoc,vt dixit Ang.propter necessitatē & impossibilitatē imminentē,q̄ hoc debet operari.& ita etiā tenet Bal. in

l.mi.

l.minime.C.de appella. Et licet Bald.in hoc teneat contrarium,in dict.l.eos.in dict.§. super his.attamen teneo contra eum: primò,quia contraria opinio à pluribus tenetur,vt refert ibi Angel.pro qua faciunt optimè dicta per Bald.in addi.Spec.in tit.de accusa.in prima parte,in penutt.colum. in princip. in addit.incip. sed quid si familiaris,&c.Secundò,quia est fauorabilior & magis iuri & æquitati consona,quod patet,quia opinio Bald.obligat hominem ad impossibile,eò quia vult,quòd carceratus in vno loco personaliter compareat in alio loco, quod est penitus impossibile:ideo non est tenenda. Cũ
32 impossibilium nulla † sit obligatio.l. impossibilium.ff. de reg.iurit.l. cùm hæres.§. 1.ff. de statubiler.l.fi.stipul. §.1.&.2.ff.de verb.obligat.l. inter stipulantem. §. sacrã. eodem titu. §.impossibilis. Institu.de hæred.insti.c.Abbati.54.dist.c.sine exceptione.12.q.2.c.fin. de pact.c.nemo.de reg.iur.in 6.cum simi. Pro quo facit, nam præce-
33 ptum iudicis impossibile † nullius est momenti.l.fin.ff. quæ senten.sine appel.rescin.l.si cũ dies.§.antepenu.ff. de arbi.de quo per Alex.& alios in l.si decesserit.in principip.ff.qui satisd.cog. Et ideò dicunt Dd. post gloss.in c.
34 quæst.de appel.† quod impossibilitas excusat ab excõmunicatione.Item etiam impossibilitas vitiat & annulat contractum,l.impossibilit.ff.de verb.obli. & ibi Dd. l.non solùm.ff.de acti.& obli.§.impossibilis.institut.de inuti.stipu.l.certi condictio.in §.item quærit. ff.si certpet.Item impossibilitas, seu impotentia excusat appel-
35 lantem † à persecutione appellationis.adeò vt elapso tẽpore dato ad persequendum appellatur,non dicatur deserta appellatio secundum Inno.& alios in c. ex ratione.de appel.Bald.in l.fin.C.de condi.inser.Barto.in l.si procuratorem.in §.ignorantes.ff.mand. Guil. de Cun. iu l.eos.C.de appella.Bald.in c. si qui testamentum. de testib.& in l.2.in §.si quis in iudicio.ff.si quis cau.& in l.nunimis.ff.de in lit. iuran. & in c. 1. de eo qui mit.in possess.rei setuan.causa.Bald.in l.acceptam. C. de vsur. Ang.post Bar.in l.illud,in suis addi.ad Bar.C. de anno. & trib.lib.10.Matth.in no.suo vlt.Franc.de Cre. in no.

suo

121.incip.ſtatuto cauetur. Moder. in l.quod te. ff ſi cert. pet Bald.in l.continuus.in §.illud. ff.de verb. oblig. de quo latius dixi in conſi. meo 46.incip in cauſa mercatorum in 1.& 2.char.& facit c.erit autem lex. 4. diſt.in ver.impoſſibile.& non obſtant reſponſiones Bal. in d. l.eos.§ ſuper his.quia ſi bene conſideretur, non tollũt modo aliquo impoſſibilitatem exiſtentem in perſona ipſius Titij carcerati in alio loco, vt comparere nõ poſſit perſonaliter coram iudice inquirẽte: ideo teneo opi. Bart.& ſequa.quam ipſe ibi refert. Pro qua parte & opin.faciunt dicta per Bart.in l.2.in §. qui exhibendi.in 2.colum.verſi.circa hoc quæro.ff.de cuſt. reo. vbi dicit, quod ſi iudex procedebat † contra aliquem, qui ex iu- 36
ſta cauſa poterat comparere: quod ſi iudex ipſe ſciebat talem cauſam, & tamen proceſſit, quòd proceſſus erit ipſo iure nullus.alleg.no.per glo.in l.quæſitum.ff.de re iudica.& alia de quibus ibi per eum. Et faciunt etiam dicta per Bal.in l.addictos.in vlt.verſi.C. de epiſco. audien.& per Bal.in l.non tantũ.ff.de appella.& per Gandi.in tract.ſuo malefi.ſub rub.vtrũ procurator in maleficijs interueniat.in 2. colu. & ibi in ſeq.per totũ.& per Card.Alex.in c.ex parte tua.in vlt.col.ver.ſed numquid ad opponendũ.de appel.& dicta per Felyn.in c.veniẽs in 4.col.in ver.quarta cõcluſio.de accuſ.Et facit optime tex.qui videtur expreſſe probare hanc meam nouam cautelam.in l.2.C.de quibus ex cauſis maio.vbi dicitur quòd detento in carcere ſuccurritur, vt ſibi non currat tempus: quod ſi cucurrerit, debet reſtitui. Et faciunt etiam optime dicta per Maria.Soci.in ſua repeti. rubr.de dilationibus in 10.char.in 4.col.per totam col. maxime in verſi.terţio caſu &c.& in eadem char.in 1.col.verſi. 25.quæro.quæ omnino videas.& vide etiam Iaſo.in l.2. in 2.col.verſi.7.not.ff.de in ius vocan.vbi alleg.Bartol. & alios in pluribus locis tenentes, quòd carceratus non poteſt citari,& proceſſus factus † contra eum eſt ipſo iu- 37
re nullus: & hoc dicit eſſe verum, ſi iudex citans carceratum habeat notitiam, & ſcientiam de ſua carceratione.ad quæ faciunt etiam dicta per Bal.in add. Spec. in

tit.de citatione.in penul.colum.in add. inc. nota quod in criminali,& faciunt dicta per Iaſo. in auth. res quæ. in 6.colum.ante fin.verſi. u. adde tu primo &c. C. commun.de leg.vbi etiam tenet,quòd quando quis eſſet carceratus propter delictum, vel culpam ſuam,adhuc non poteſt citari, nec contra eum proceedi. de quo ibi latius per eum. Et facit etiam ad prædicta quod dixit Paul. de Caſtr.in l ſed & ſi quis.in prin.& in §.1. ff.ſi quis cauti. Et facit in argu.not.verbum Ang.in c.ſignificante.in 1. colum.de pig.in verſicul. not.quòd à quolibet &c. vbi
38 dixit,quòd ex eo,quòd quis in † carcere eſt detẽtus, dicitur legitimè impeditus ad ſoluendum in termino, quod ſoluere tenebatur.quod dicit notandum eſſe,maxime pro debentibus ſoluere penſiones in cõtractibus emphyteuticis.quod dictum pro no.refert & ſeq.Iaſon in l.2.in 20.colum.verſic.31.C.de iure emphyt.& Phili. Dec.in conſi.146.in 1.colum. pro quo faciunt dicta per Soci.in conſilio 80.incip.in quæſtione.in vlt. colum.in 3.volum.Et facit in arg.regula illa,videlicet, quòd non valenti agere non currit tempus.de qua habetur in l.penul.C.de ann.excep.& facit quod dixit Alexand.in cõſilio 385.incip.viſis & optime diſcuſſis.in fi.1. colum.& Bald.in c.querelam. de iureiuran. & in l.2.in fin. C. de iure emphyt.& facit etiam notabile verbum Bald. in l. 2.C.de iure emphyt.& in c.cum ſicut.in 2.colum.de eo
39 qui mit.in poſſ.vbi dix.t,quòd † bannitus qui per mortem poteſtatis non potuit comparere in termino banniti,non habetur pro contumace.Et faciunt not. verba Felyn.in c.perſonas.in vlti.colum. de app. & Socin. in conſilio 121.incipien.viſa contingentia.in 2.colum. in 1.volum.Et faciunt dicta per Bald. in l. acceptam. in 2.
40 colum.verſic.oppono.C.de vſur.vbi dixit. † legum diſpoſitiones naturalibus debent conuenire. Tene ergo bene menti prædictam cautelam meam nouam, cum qua inuitis dentibus omnium iudicum, poteris de iure in cauſa criminali comparere per procuratorem, nõ obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, prouiſionibus, ordinamentis ſuperiorum nolentium quod modo aliquo

in

in causis criminalibus admittatur procurator, & ex hac cautela poteris consequi honorem, lucrum, & beneuolentiam clientulorum tuorum. & in hoc passu dicere carmen illud, inuentum est medicina meum. &c.

Modo vlterius scias, quòd si quis est banniendus in pœna pecuniaria, & ex forma statuti talis sic bannitus potest impunè offendi, tamen in tali casu admittetur procurator. ita dixit Bald. in l. reos. in penult. quæstion. C de accusa. quem refert & seq. Alexand. in d. consilio 116. incipien. animaduersis statutis. in 2. colum. vbi etiam ad hoc adducit Bald in l. data opera. in 27. col. ver. super secũdo dicto. C. qui accus. non poss. Et circa hanc materiam comparendi in causa crim. per procuratorẽ, vide etiam vnum verbum per Flor. in l. si irruptione. in §. ad officium. in 3. colum versicu. per quæ iura &c. ff. fin. reg.

Adde etiam in hac materia, quòd si dubitatur an vulnus sit lætale, poterit interuenire procurator sub conditione, † si apparuerit vulnus non esse mortale, valeat 41
comparitio procuratoris: secus si apparebit esse mortale. ita not. dixit Bal. in l. elegãter. §. si dolo. ff. de dolo. quem refert & seq. Alexand. in l. pen. in §. ad crimen. in 1. apost. ff. de pub. iud. vbi etiam ad hoc all. Bartol. in l. 1. in princ. ff. de dam inf. sed Bart. in lib. meo nihil dicit de hoc.

Item scias etiam, quòd quando in causis criminalibus imponitur pœna ipso iure: tunc in talibus causis
† non potest interuenire procurator. ita dixit Bald. in 42
l. reos. C. de accus. & Pet. de Anch. in l. seruum quoque. in §. publice interest. ad fi. ff. de procur. & Alexã. in d. l. pen. §. ad crimen. de pub. iud. Vlterius pro quodam sigillo, vt dixerim, huius materiæ scias & menti habeas, quòd stante statuto, prout communiter extant statuta per Italiam, quòd in causis criminalibus non admittatur procurator, debet tñ admitti instructor ad ostenden dũ innocentiã inquisitorũ, absq; eo quod cõpareãt personaliter ipsi inquisiti. Ad quod dicendum moueor ex pluribus. Et primo dico, q iudex † ex officio suo debet 43

quærere probationes innocentiæ Rei, etiam nullo hoc petente. l. si nō defendantur. ff. de pœn. volunt docto. in l 1. § fi. ff de quæst. per illum text. & voluit Alex. in cō. si. 476. incipien. pulchre respondet &c. in fin. & in consi. 4. in penul. col. in 6. volum. & Ang. in consi. 308. inci. factum tale est. Christophorus Petri. in vlti. colu. & Rapha. Cuma in consi. 134. inc. visis denūcia. &c. in 2. vol. post me. & Bart. no. in consi. 100. incip. à domino Cyno de Bonon. in vlt. colum. & in consi. 107. inc. visis omnibus statutis. & in l. 4. in §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & in alio consi. incip. Bernardinus percussit Herculanum. quē refert & seq. Paul. de Castr. hanc partem firmando in consil. 33. incip. super primo quæsito. in 2. colum. & idem voluit ipse Paul. de Cast. in cō. si. 207. inc. super primo. in vlt. colum. & Cepo. in consil. 47. incip. quidam dominus. in vlt colum. & in consi. 48. inc. quanquam. in vlt. colum. & dixit Bartol. in dicto consi. 107. quòd iudex debet quærere innocentiam Rei, etiam si ipse reus se non defendat. per d. l. si nō de-
44 fendantur. & dicit, quòd hoc non solum debet † facere ante sententiam, sed imò etiam post sententiam. & dicit quòd si eum reperiat non culpabilem, debet facere quod potest, vt absoluatur. ita formaliter dicit Barto. in d. consi. 107. Et idem dixit Gemi. in consi. 26. inc. casus. in 2. col. & Ioan. de Ana. in consi. 56. inc. visa. inquisit. de quo etiam dixi supra. in §. nunc videndum. nu. 7. & in §. opportune. num. 14. cum pluribus ibi sequen. Sed si iudex debet ex officio suo recipere informationes, & probationes innocentiæ Rei, etiam nemine instante nec petente, ergo debet circa dictam innocentiam audire, & admittere instructorem: quia si hoc potest & debet facere sine instructore vel alio; ergo debet admittere instructorem ad hoc faciendum pro minori suo labore, etiam si expresse appareret dictum instructorem
45 non habere legitimam personam ad hoc faciendum &c. Et ratio potest esse: quia quando † certus actus potest fieri sine certa solennitate, si illa solennitas interueniat, & minus legitime, non tamen vitiatur actus, secundum

cundum gl.in l.vinum.ff.ſi cer.pet.quam pro not.in ſimili alleg. Ludo.Roma.in conſi.497.inc. diligẽter perſcrutatis.circa med.& ad idem eſt glo. Inſtit.de liberti. in §.multis.in verſicu.tranſitu.& glo.in l. qui teſtamẽto.in §.per contrarium.ff.de teſtamen pro quibus glo. eſt bonus tex.in l.1.in princ.C.de rei vxor.act. & in l.cũ tabulæ.ff.de bono.poſſ.ſecundum tab.de quibus glo.& eius materia latè locutus ſum in rep.mea.l.de vnoquoque.in 3.colu.ad fin.ff. de re iud. vbi videas. Sed vltra prædicta expreſſius loquendo,& demonſtrando quòd dictus inſtructor ſit admittendus ad reſpondendum,& dicendum & docendum de innocentia † talium inqui 46
ſitorum,non obſtãte ſtatuto prohibẽte procuratorẽ cõparere in cauſa crim.tenuit hoc expreſſe Franc. de Are. in conſilio 147.incip.viſa conſultatione &c.in fi. 2.colum.& ibi in fi.3.colum.dicit, quòd licet aliqui tenuerint contrarium, tamen quòd iſta eſt communior opi. & alle.plura,de quibus ibi per eum. & idẽ tenet & firmat Alex.in cõſil.4.in pe.col.in 6.volu.& Iaſ.in l.2.in 3.colum.C.qui teſt.fa.poſſ.vbi ſimiliter affirmat hanc eſſe communem opi.Et dicit quòd licet ex forma ſtatuti ciuitatis Mediolani,& totius illius dominij, ſi accuſatus vel inquiſitus ſit cõtumax,habeatur pro confeſſo, & conuicto, quodtamen tali caſu poterit interuenire quilibet,etiam penitus extraneus ad eum excuſandum, & ad oſtendendum ſuam innoc.non obſtante quòd ſtatutum,ſeu decretum Mediol.dicat quod reus debet perſonaliter ſe ponere in carceribus quod dicit eſſe ſumme no.pro adiuuando amico, qui non audet perſonaliter comparere.& idem etiam firmat Barth.Cep. in conſi.20.incip.quidam dum eſſet poteſtas.in 3.colum. ver. quinto caſu principali.vbi dixit quod iudex etiam debet audire extraneum allegantem † innocẽtiam abſen- 47
tis.& idem dixit Io.de Imo.in c.veniens.de accuſ. que ibi refert, & ſeq.Io.de Ana.in 7.colum.in verſic. nunquid autem ſi ſtatutum &c. vbi no. loquitur. Et idem voluit Pet.Phil.Cor.in cõſil.17.inc.licèt moris &c.in 3. volum.in verſi.ſed poteſt dicere defenſor &c. Et hanc

250

partem ita expreſſe firmat etiam Ang.de Aret.in tract. malefi.in verbo, qui iudex videns quòd inquiſiti non comparent.in verſicu.quæro an talis bannitus. ante ſi. & Cœp.in conſi. 41.inc.licet inuitus.in 4.col. in conſil. 51.& in trib.conſilijs ibi ſequen.Et idem expreſſe firmat Maria.Soc.in quodam ſuo conſil. incip. prædictam dubitationem. Vbi dicit, quod licet extaret ſtatutum in ciuitate Senarum, quòd in cauſa criminali teſtes non poſſint produci, niſi per reum principalem: attamen ipſe Maria.dicit quòd quatuor vicibus obtinuit, quòd quis per inſtructorem, vel excuſatorem admitteretur ad probandum innocentiam Rei abſentis ratione intereſſe ipſius Rei,& ratione intereſſe reipubl. cuius intereſt potius nocentem abſoluere,quam innocentē condemnare.per l.abſentem.ff.de pœn. Et ſubdit, quòd cū verſetur intereſſe publicum,iudex debet impartire officium ſuū.l.4.§.hoc aūt iudicium. ff. de dam. inf. Cum ergo tot excellentiſſimi patres & inſignes in iure viri teneant intrepide hanc partem, & aſſerant hāc eſſe cōmunem opinionem, illa ergo merito amplectenda & ſequenda eſt.quam etiam tenuit Petr. Phi.Cor.in cōſil. 204.inc.pro deciſione præſentis &c.in 1.volu. vbi dicit pro hac parte ſe pluries conſuluiſſe.& in conſi.193. inc. licet in hac conſultatione.eod.vol. de quo late ego dixi in conſi.meo 81.quod feci apud Buſetum.inc. Salus omnium in te confidentium &c.vltra med. Et faciunt etiā pro iſtis optime dicta per Iaſo.quem omnino vide in l. 1.in 7.& 8.col ff.de iur.omn.iud.& quę ego dixi in rep. mea rub.ff.de fideiuſſo.in 63.col.in fi.& ibi in col.ſeq. & quæ latius dixi in repe.mea l.1.C.de rap. virg. in 41. char.& in duabus char.ibi ſequen. Tene menti prædicta,quia dabunt tibi honorem,& gloriam, & non modicum lucrum, & iſta ita ample & diffusè , vt hic, alibi non reperies, & dum vixero, ac etiam poſt mortem meam forte eris mei memor , ſi prædicta practicabis.

Poſtremo teneas menti vnum, licet aliquantum extra materiam præcedentē,quod ponit Barth.Cep.in dicta ſua

ta sua caut.68.videlicet, quòd quando crimẽ commissum per amicum tuum debet denunciari per sindicum, vel ministralem loci, vbi fuit commissum delictum, si vis eum adiuuare facias pro posse, quòd ille qui debet denunciare illum reum apponat in ipsa denunciatione nomina testium, qui nihil sciant de tali malefi. nã tunc examinatis dictis testibus, qui dicat se nihil scire de dicto malefi. de necessitate iudex debebit reum absoluere, ex quo nihil contra eum probatum est. arg. l. qui accus. C. de edẽd. c. vt nostrum. extra vt eccl. benefi. cum si. Dicit tamen quòd ista cautela nihil proficeret reo, quãdo procederetur per accusationem: quia tunc accusans poneret testes veros, & instructos de tali maleficio. Et subdit etiam Bart. vbi supra, † quòd cauendum est, ne quis 48
vtatur hac cautela in perniciem animæ suæ. Dico ego quod etiã talis officialis denuntians cum talibus testibus, qui nihil sciũt de illo maleficio, caueat & bene aduertat, quòd non perueniat ad aures & ad notitiam iudicis, coram quo fuit facta talis denuntiatio, quòd cã fecit dolose & fraudulenter, vt liberaret reum, qui cõmisit tale delictum: quia ipse iudex ex pluribus iuribus, & rationibus posset punire talem officialem nõ debili pœna, & dare sibi malam sequentiam, & bene meritò.

SVMMARIVM.

1 Initium potius quam finis attenditur. nu. 6.
2 Debitor quando possit capi in domo licitè, & extrahi ab illa licitè.
3 Statutum de occidendis impune animalibus in proprio fundo repertis, an includat animal, quod aufugit, & extra occisum est.
4 Captus qui ducitur per ecclesiam an possit immunitate gaudere. Et quãdo delinquẽs veniat ab ecclesia extrahendus. nu. 5.
7 Homicidia quando impunibilia. nu. 8. 9.
10 Recreatio & colluctatio permissa à iure virtutis gratia.

§. VLterius, & sexto quæri potest de alia quæstione, videlicet, an in delictis attendatur principium, an vero attendatur finis. Circa quam aliqua dixi supra, in §. quoniam. num. 91. Sed nunc latius loquendo dico, quòd attenditur initium seu principiū,
1 † nō aût finis. ita probat tex. in l. qui cum maior. circa prin. versi. sed si minor. ff. de bo. liber. & in l. quod ait lex. § quod ait. ff. de adult. & ibi Bartol. & volunt docto. in l. Gracchus. C. de adulter. & Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cler. in 3. colum. & Alex. in cōsil. 299. incip viso themate. in vlt. col. & Io. de Ana. in consi. suo 11. inci. omissa discussione. in 2. colum. Et ideo stante statuto, quòd percutiens aliquem in platea cadat in pœnam centum, percutiēs autem in palatio Antianorū puniatur pœna manus: modò aliquis percussit Titium in platea, qui Titius fugiendo intrauit palatium Antianorum, & ibi etiam percussus fuit ab illo percutiente, qui eum semper insecutus fuit percutiendo eum: isto casu dictus percutiens debebit puniri solum pœna centum, cum attendi debeat principium, & sic locus plateæ, vbi inceptum est delictum, nō autem locus palatij, vbi est finitum dictum delictū: Et similiter stāte statuto, quod percutiens aliquem de die soluat 10. & percutiens post primam horam noctis soluat 20. modo Titius incœpit percutere Seium ante primam horā noctis, & ita eum percutiēdo elapsa est prima hora noctis, hoc casu qua pœna puniatur iste Titius percutiens: an pœna 10. an pœna 20. dicas qđ debēt puniri pœna 10. tantum: quia attenditur principium, & non finis. ita probant iura superius adducta. & idem etiam firmat Bald in l. neganda. in 8. colum. C. qui accusare nō poss. & in c. cum olim. in fin. de dolo & contu & Barto. in l. libellorum. in 1. col. versicu. sed quæro aliquis. ff. de accusa. Petr. de Anchara. in repet. c. postulasti. de foro cōpetenti. in 28. colum. vbi ad hoc alleg. vnum textum in l. & si amicis. ff. de adulte. Item hanc partem etiam tenuit Ludo. Roma in l. 1. in §. occisorum. in 8. colum. ff. ad Syllania. & Angel. de Aret. in tracta. maleficiorū. in verbo,

verbo, in platea communis. in versi. quæro quid si aliquis. in fi. verbis. & circa hanc materiam adduci potest not. verbum Bald. in l. cunctos populos. in repeti. post medium. C. de summa trinit. & fide catholica, vbi dicit, quòd licet pro debito ciuili quis non possit capi in domo, † si tamen repertus fuit per officialem extra do- [2]
mum, & aufugerit in domo, quòd tunc poterit extrahi de domo, & ibidem capi licitè. Et facit quod voluit Bal. in d. l. quod ait. in §. fi. ff. de adul. vbi dixit, quòd si quis ex forma statuti potest offendere ingredientem possessionem suam, & aliquis eam fuit ingressus, & postea aufugit, & dominus eum insequitur, quòd poterit eũ offendere extra possessionem. Item facit etiam no. verbũ Sali. in l. Gracchus. in pen. col. in versi. ex prædictis habes &c. C. de adulter. vbi dixit, quòd stante statuto, put [3]
est † hic Bononiæ: quo cautum sit, quòd vnicuique liceat animalia, quæ repererit in fundo sua propria autoritate occidere in illo: quòd si quis repererit aliquod animal in fundo suo, & cum velit in fundo suo occidere animal illud aufugerit extra fundum, quòd poterit tunc illud extra fundum impunè occidere, quod dictum retuli in sing. meo 225. incip. in delictis. Item & vltra præmissa vide Ang. in l. nemo carcerem. in pen. colũ. versi. item iuxta prædicta. C. de exact. trib. vbi dixit, q̃ alias fuit de facto quæst. Senis. Nam quidam Perusinus nomine Andreas cùm mutuasset certam quantitatem pecuniæ cuidam, qui diligens homo & fidelis reputabatur, talis debitor aufugit, & ipsum sic fugientem dictus Andreas persecutus est, & cùm inuenisset in ciuitate Senarum autoritate propria eum cœpit, tanquàm fugitiuum: & tunc cùm clamor ibi insurgeret, cucurrit familia potestatis, & cœpit vtrunque, & dicit quòd dictus Andreas fuit inquisitus & condemnatus de detentione liberi hominis, sed dicit Ange. quòd malè fuit iudicatũ: quia etiam ibi capi potuit, si iudicis copia deerat. alleg. glo. in l. 1. C. vbi quis de curia. vel cohor. quod dicit esse valde not. Item prædictis addi potest quod voluit Oldrad. in consilio suo quinquagesimoquarto, 4. incip. an

fugiens &c. vbi dixit, quòd captus extra eccleſiam, ſi ita
4 captus ducatur poſtea per † eccleſiã, quòd non gaudebit
priuilegio, ſeu immunitate dictæ eccleſiæ, ſed poterit
licitè extrahi de d eccleſia. & dicit quòd hoc voluit Ar-
chi. in c. antiquitus. 2. q. 2. Et ratio huius dicti eſſe po-
teſt illa quam ſupra dixi, videlicet, quia principiũ quod
fuit licitum attendi debet in ſimilib. Et faciunt etiam
optimè dicta per Cyn. in auth. ſi quis ei. C. de adult. vbi
dixit, quòd licet quis de eccleſia extrahi non debeat ta-
5 men ſi delinquit extra eccleſiam, † & aufugit in eccle-
ſia, adeò quòd officialis eum inſequens capere non po-
tuit, poterit tũc eum extrahere de eccleſia & hoc per tex.
in auth. de manda. princip. in §. ſed neque, quam doctri-
nam Cy. refert & approbat Alex. in conſi. 24. incip. ani-
maduerſis. in 10. col. in 2. vol. Et idem firmat expreſſe
dom. Pet Ferrarius in ſua practica Papien. in verbo hęc
eſt quædam inquiſitio. in 7. col. verſi. ex his poteſt de
quo etiam per do. Nell. in tract. banni. in 2. parte ſecun-
di temporis. quæſt. 29. incipiẽ. ſtatuto cauetur. in quæſt.
ibi ſequen. Fateor tamen quòd hæc regula, videlicet, qp
attenditur initium ſeu principium rei & non finis, non
eſt ſemper vera, etiam in delictis: quia aliqui caſus repe-
riuntur, in quibus in delictis attenditur finis, & nõ prin
cipium, ideo ſi vis plenius videre de hac quæſtiõe, vide-
as Alberic. de Roſa. in 4. parte ſtatu. quæſt. 26. incip. di-
ſputauit etiã ipſe Old. & Ioan. And. in regula, in obſcu-
ris, de reg. iur. in 6. in mercu. & Ang. in l. nemo carcerẽ.
C. de exac. trib. lib. 11. & per Bal. in l. 1. C. de ſeruis fugiti-
uis. & in repetit. l. 1. C. de ſumm. trinit. & fide catholi.
in 7. char. & per Angel. in tract. ſuo maleficio. in verb.
fama publi. in verſi. ſextò quæritur &c. & in dict. tract.
ſuo in verbo. In platea communis. in verſi. quid ſi ali-
quis. & Anto. in c. fin. de foro cõpetenti. & Ioan. Andr.
in additio. Specul. in titu. de accuſa. in §. fin. in additio.
mag. in 10. colum. in verſic. elegans Oldr. &c. & vide
etiam Specul. in titul. de inquiſiti. in §. nunc tractemus.
verſic. ſuper hoc vide decretalem &c. & Salic. in l. pen.
C. de accu. & Bald. in c. 1. §. furtum. de pace iuramento

fir-

firmanda. & Angel. de Aret. in tractatu malefic. in verſ. in ſchalis ſancti Petronij, circa princip. & Cyn. in l. præſenti. C. de his qui ad eccleſ. confu. & dom. Anto. & Abba. in c. finali, de immunit. eccleſ. & in c. inter alia. eodem titulo. & Salicet. in authent. ſi quis. C. de adulterijs. & Alber. de Roſa. in rubri, C. de his qui ad eccleſ. confu. & vide quæ ego dixi in repetitione mea, l. finali C. de probat. in ſeptima quæſti. extraord. & in c. 1. & 2. circa finem. de homici. & in ſingulari meo 225. incipiē. in delictis &c. & vide laſo. in l. plerique. ff. de in ius vo. in 2. colum. verſic. nonò procedit. vbi tenet contra doctrinas ſuperius adductas, Attamen plures opiniones concurrunt pro dictis doctrinis, quàm opinio laſ. & plura etiam iura concurrunt quæ allegant doct. in dictis locis. Et argumentatiuè loquendo ad prædicta etiam teneas menti duo notabilia circa hoc quòd in delictis attenditur principium & non finis, videlicet, quòd ſi aliqui aggrediuntur aliquem animo & intentione eum baſtonandi, & ſic baſtonando eum interfecerunt, † quòd interfectores de occiſo non tenentur, ſed aliter mitius puniuntur, cùm vltra propoſitum deliquerint. ita ſingul. per optimas rationes conſuluit Paul. de Caſt. in conſi. 92. incipien. in cauſ. incarceratorum. & ibi reſpondet ad contraria, quæ dici poſſent. quod dictum refert & ſeq. Aug. de Ari. in addi. ad tract. Ang. de Aret. ſuper malefi. in verbo, & appenſate. in fi. vlt. addit. & in eod tract. in verſi. & dictus Andreas armatus circa fin. 1. addi. Et ratio huius dicti eſt: quia voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia, vt in l. qui iniuriæ. ff. de fur. & in l. quod reipub. ff. de iniur. & in l. C. de ſiccar. & in l. ſi non conuicij. C. de iniu. cum ſim. de quo etiam dixi in ſing. meo 176. incipi. voluntas & propoſitum &c. & latius dixi in d. l. 1. ſuperſi. not. C. de ſica. Secundo teneas menti etiā vnum aliud, videlicet, quòd vbicunque à lege, vel ſtatuto conceditur alicui facultas aliquid operandi vel faciendi aliquem actum, tūc ſi faciendo talem actum ſequitur homicidium, tunc tale homicid. erit impunibile. exēplum poteſt poni in familia

poteſta-

potestatis cui conceditur licentia capiendi reos criminis, vel debitores aliorum, nam si tales capiendo resistāt armis, & à familia occidātur, talia homicidia erunt im-
7 punibilia. † Ita probatur in l. seruus. & ibi Bar. C. de his qui ad eccle. confu. & in l. quemadmodum. in §. fi. ff. ad l. Aquil. & facit tex. in fi. C quando lice. se sine iudi. vin. & voluit etiam Bal. in l. fi. C. de exhib. re. & in l. i. C. vnde vi. & in l. nec timorem. ff. quod me. cauſ. & Bald. & Ang. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & hanc partem tenuit Pau. de Caſt. in conſi. 194. inci. viſo ſupradicto pūcto. in 2. col. vbi alleg. hoc etiam voluiſſe Iaco. But. in l. 2. C. de his qui lat. & hanc partem etiam tenet Alber. de Roſat. in 4. par. ſtatu. quæſt. 36. incip. adhuc quæritur. & idē tenet Catal. in tract. ſuo ſindic. verſic. 339. adde quòd Beroarius &c. & in eo. tract. in ver. 250. incip. adde quòd ſi familia. Et idem firmat Ang. de Are. in tract. maleſi. in ver. fama public. in ver. verùm quia &c. de quo etiā dixi in l. 1. in 15. limita. ff. de ſica. de quo etiam habetur per Flor. in l. ſi ſeruus. in vl. col. in prin. ff. ad leg. Aquil. & p Lud. Bolog. in conſi. 63. incip. viſo. in 2. col. & per me in c. 2. extra de homi. Et poteſt etiam poni exemplum in illo, qui habet poteſtatem à lege, vel à ſtatuto ſe vindicandi: nam vindicando ſe, ſi occidat aliquem, non debet puniri de homicidio pœna mortis, ſed alia forte mitiori pœna ſi exceſſit modum. ita habetur per Paul. de Caſt. in conſ 193. inci. quidam Nicolaus &c. alias incipi. viſo proceſſu &c. quod dictum refert & ſequitur Ludo. Bolo. in cōſi. 63. in vlt. col. in prin. de quo dixi in d. c. 2 de homi. Et faciunt etiam optimè dicta per Paul. de Caſt. in conſi. 194. incip. viſo ſupra ſcripto puncto. vbi dicit quē in nihilo debere puniri, ſtante ſtatuto permittente quē poſſe impune offendi, quandò offenſus ſe defendere voluerit, & reſpondet ad plura per eum in d. conſi. alleg. in contrarium, de quo latius per eum, in d. conſilio. quem refert & multum magnifacit illud cōſilium d. Lud. Bolo. in præallegato conſi. ſuo 63. incip. viſo igitur ſtatuto in 2. & 3. col. Et iſta ſunt multū not. ad ſtatutum noſtrū poſitum ſub rubr. de generalib. ſeu communibus pœnis

banni-

bannitorum.in versi. Ordinamus insuper &c. in quo cautum est, quòd bannitus in libris centum, vel ab inde supra, possit liberè & impunè in personam à quocunque offendi, citra tamen mortem dicti banniti &c. quo casu si quis eum vulneraret, & in vulnerando † ex. 8
cederet modum, quia ipse bannitus se defenderet & resisteret, & eum occideret, non puniretur pro tali homicidio per prædicta. Et in casu quo posset de iure aliquo modo puniri, puniretur pro excessu, & non pro toto. per doctrinam Bald. in l. 1. in versi. 9. C. vnde vi. quẽ refert & sequitur Ioan. de Ana. in cap. 2. de homicid. de quo etiã ego in d. c. 2. latius dixi: vbi etiã adduxi Alex. in consi. 140. incip. videtur in casu proposito, in pen. & vlt. col. in 2. vol. vbi sing. loquitur de excedẽte modum. de quà materia etiam latè satis locutus sum supra, in §. quoniam. nu. 63. 67. 68. 90. & 92. cum seq. & infra, in §. aggredior. nu. 75. cum plurib. versi. ibi seq. Et circa hanc materiam huius quæstionis. s. quòd in delictis attendi-
tur principium & non finis: attende diligenter, quòd adeo est verum hoc, quòd si aliqua lege statuto, vel consuetudine permittitur, seu toleratur aliquis actus, & ex illo actu sequatur homicidium, quòd tale homicidium non punietur aliqua pœna. Et potest poni exemplum:
† in aliqua ciuitate, vel loco est consuetudo, licẽtia, vel 9
tolerantia ludendi cum pugnis tali die, vt est Senis, & Papiæ, ac etiam Mediolani, vel colluctandi cum saxis, vt est consuetudo & antiquus mos puerorũ hic Bononiæ, tunc si in talibus ludis permissis sequatur aliquod homicidium, vt sæpè cõtingit, talia homicidia sunt impunibilia, & aliqua pœna nec corporali, nec pecuniaria punienda sunt. Ita singulari. & mirabiliter dixit Phili. Dec. in no. consi. suo 9. in secunda col. in versi. sed tamẽ his & similib. & hoc dicit ex plurib. & primo per tex. in l. qua actione. in §. si quis in colluctatiõe. ff. ad leg. Aql. vbi dicitur, quòd si quis in colluctatione, dum exerceretur alius alium occiderit, non tenetur lege Aquil. quia gloriæ & virtutis causa illud factum est, & glo. ibi ponit exemplum, simul luctabantur pugnis. Ita text. ibi cum

glos.

glo. hũc casum decidit, q̃ tali casu nõ puniẽtur aliqua pœna: & dicit rationem esse, videlicet. quia cùm non teneantur ibi lege Aquil. in qua culpa etiã leuissima consideratur. l. in l. Aquil. eodẽ tit. datur intelligi quòd nulla pœna teneantur. Secundò dicit: pro hoc videtur tex. in c. lator. de homicid. vbi secundùm doct. ille tex. intelligitur de ludentibus ad brachia: & dicitur ibi, quòd si ex tali ludo homicidium sequatur, alter clericus, qui lusit, nõ prohibetur ad sacros ordines promoueri. ex quo infertur quòd ex tali homicidio nulla culpa sibi ascribitur, & nullam penitus pœnam patiatur. c. presbyterũ, & c. suscepim⁹ de homici. Tertio hoc efficaci ratione p-
10 batur, † nam talis colluctatio cum pugnis vel brachijs permittitur à iure, quia fit gratia virtutis. text. est cum glo. in d. §. si quis in colluctatione, & ad idem est tex. in l. 2. in fi. ff. de aleato. adeo quòd etiam clericis permittitur, vt probatur in d. c. lator. illud ergo quod occasione talis ludi postea sequitur, nõ imputatur, nec aliquo modo debet puniri, quia quod fit lege permittẽte, pœnam non meretur. l. Gracchus. C. de adult. & ista est ratio luriscõsulti. in d. §. si quis in colluctatione, dum inquit, quòd non tenetur lege Aquil. & quia gloriæ & virtutis causa illud factum est. Dicit postea ipse Philip. Dec. post prædicta in d. consi. 9. quòd facit & quarto, pro hac parte decisi. not. in terminis. Flo. de sancto Petro. in l. dolo malo. ff. deseru. corru. vbi inquit, quòd si quis in ludo occisus est, puta in ludo cum pugnis, prout luditur Senis, & ex illa percussione mors sequatur, iudicari debet mors casualis, & sic non tenetur aliqua pœna: & ita habemus in terminis decisionem ad casum istum, quã doctrinam etiam sequitur Bart. Cep in consi. 31. incipi. super homicidio. in pen. col. Quintò pro hac parte facit quod dixit Pet. de Ancha. in consi. 283. incip. iure stricto & consuetudine &c. vbi latè probat & concludit, quòd cùm bona esset consuetndo inter pueros inuicem colluctandi, & iactandi lapides vnus contra alium, ex quo toleratur talis cõsuetudo videtur permitti & cõcedi impune, q̃quid ex tali ludo sequitur. arg. l. 2. ff. de iurisdictio.

omnium

omnium iud. & l. oratio. ff. de ſponſali. vnde concludit, quòd cùm iactus lapidis non poſſit moderari nec regulari: de omnibus quæ ſequuntur. ſcilicet de vulnerib. & de morte videtur venia cõceſſa: & ideo in caſu ſuo concludit, puerum, qui alium in tali ludo cum lapide interfecit, non debere puniri, cùm enim talia authoritate publica cõcedantur, pœnam non merentur. allegat. etiam Bald. ad hoc. in d. l. qua actione. in d. §. ſi quis in colluctatione. vbi in princ. dicit, quòd quando præliũ authoritate publica eſt permiſſum, non meretur pœnam. Et ſubdit ibi Pet. de Anch. quòd licèt talis conſuetudo videatur potius corruptela, tamen excuſat, per not. in c. cũ venerabilis. de conſuet. & ſequitur Ioan de Ana. in c. 1. de tornea. &c. Sextò pro hac parte adducit etiam ipſe Philip. Deci. quod not. Ang. in l. non contrahit. ff. ad legem Iulia. ma. vbi inquit, quòd qui proijcit lapidem in aliquem locum prohibitum, & percutit tranſeũtem, punitur de culpa, & nõ de dolo, per illum tex. ſi autẽ actus proijciendi non ſit prohibitus, tunc nec de dolo nec de culpa tenetur. alleg. l. itẽ Mela. in princ. ff. ad leg. Aqui. cùm ergo de caſu de quo ſupra, ludus eſſet permiſſus, nõ debet teneri. Septimo & vltimo dicit, quòd facit pro hac parte glo. not. in c. eum qui aſſeuerat. 50. diſt. quæ dicit, quòd cùm ludus licitus eſt, & conſtat quòd in ludo quis mortuus eſt, non eſt neceſſe probare, quòd caſu occiderit. alleg. c. ſuper eo. de ſentẽ. excomm. & ita tale homicidium à caſu reputatur, & per conſequens eſt impunibile. Ex quibus omnibus concludit Philip. in d. conſil. quòd in caſu ſuper illo, quo cõſului, ille reus inquiſitus erat abſoluendus ab omni pœna. Et iſta omnia quaſi ad literam refert ipſe Phil. Deci. in d. conſi. 9. in 2. & 3. col. Pro quibus faciunt optimè quæ ego dixi in conſil. meo 90. inci. illumina me quæſo domine &c. & in cõſi. 100. inc. ſpiritum ſapientiæ &c. vbi omnino videas: & vide quæ dixi in c. 2. de homi. Tene menti prædicta, quia nõ poſſent eſſe vtiliora &c. & vide Ioã. de Ana. in c. 1. in 2. col. de torneam. vbi firmat hanc partem, quòd talis occidens in tali ludo permiſſo, non puniatur aliqua pœna.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Reus confessus, cui datus est terminus ad faciendam defensionem, an possit tali termino renuntiare. Et in quibus fallat. nu. 2. 3. 56. 13. 14. 16. 17. 21.

4 Reus in flagranti crimine deprehensus an possit de facto puniri.

7 Incipi ab executione in notorijs an possit.

8 Citandus non venit, qui ius notorie constat non habere.

9 Fideiussor non facta excussione contra principalem conueniri potest, vbi principalem nõ esse soluendo notorium est.

10 Aduocatus publicè delinquenti non est dandus.

11 Iudex in notorijs potest de facto supplere.

12 Fideiubere pro alio, vbi agitur de pœna corporali, nemo potest.

15 In causis criminalibus non concluditur in causa.

18 Reus sponte delictum confessus an possit relaxari fideiussoribus.

19 Appellans qui expressè appellationi renuntiat, an videatur habere malam causam.

20 Aduocare pro furibus insignibus iudex pati non debet.

22 Assassinus à quolibet offendi potest. Et contra quem iudex ex officio potest procedere nu. 23. 24.

25 Assassinus clericus potest per iudicem secularem puniri, numero 26. 27.

28 Testis dictum de auditu facit indicium ad torturam contra assassinum.

29 Testis dictum de auditu facit qualem qualé præsumptionem.

30 Iudex timore tumultus an possit tempore dilationis procedere ad executionem capitalem.

31 Reus, qui defensioni renuntiauit, an possit reuocare defensionem.

32 Confessio facta extra iudicium, & reuocata, an faciat indicium ad torturam.

33 Reo confesso vel cõuicto iudex dare debet terminum

num defensionis.

34 Contumax non potest condemnari sine noua citatione ad faciendam excusationem. nu. 35.

§. EXaminanda nũc venit septima quæst. quæ est, quãdo datus est per iudicẽ reo confesso vel conuicto terminus ad suam defensionẽ faciẽdam: an tunc ipse reus possit tali termino suæ defensionis renuntiare: & si renuntiat, an valeat talis renuntiatio? De hac quæstione aliqua dixi incidenter & superficialiter supra, in §. postquàm. num. 33. & in §. diligẽter. nume. 162. † Sed magis accuratè & magis amplè loquendo dicas, quòd tali termino renuntiari nõ potest, secũdùm glo. ordi. in l. pactum inter hæredem. ff. de pac. & gloss. in l. custodias. ff. de public. iur. & voluit Bald. in l. quidam sunt serui. ff. de pœ. & in l. non tantum. ff. de appel. & Bald. in dicta l. custodias. & hanc partem etiã videtur tenere Bald. in l. nam & postea. in §. si minor. ff. de iureiur. in fi. vbi dicit, quòd si certum est reum habere defensiones, quòd non tenet renũtiatio, cùm ipse reus ex tali renunciatione læderetur. Et hanc partẽ quòd non possit renuntiari tali defensioni, tenet Bal. in l. fi. C. qui accusa. nõ poss. in versi. & præmitto quòd omnis eorum defensio &c. pro quo facit ratio: nam nemo est dominus membrorũ suorum. l. liber homo. ff. ad l. Aqui. & voluit Bald. in additio. Spec. in tit. de confess. in vers. Titius confitetur &c. vbi ponit pulchrum dictum. & alleg. l. 1. §. item illud. ff. ad Sylla. Sed contrariam partem videlicet, quòd valeat talis renuntiatio facta per reum, tenet gloss. in l. 1. ff. de fur. balnear. & idem tenuit Saly. in d. authen. iubemus. C. de iud. Quid ergo dicendum? Ego reperio Ludo. Roma. in repet. rubr. ff. de arb. in 16. col. in versi. sed an vigore &c. dicentẽ verum esse, quòd non potest renuntiare reus defensionibus suis. per glo. in d. l. pactum inter hæredem. cum aliis supr. alleg. quod tamen ipse dicit limitandũ esse, † nisi in publico & famoso latrone: quia in eo valebit renuntiatio defensionis. alleg. Bal. in l. prouinciarum. C. de fer. Secundo ipse

Ludo.Rom.vbi ſupra, limitat d glo.l pactum inter hę-
3 redem,niſi reus repertus fuerit in flagranti crimine, † quia tali caſu poteſt renuntiare defenſionibus ſuis : & valet talis renuntiatio,ad quod alleg.Bal.in l.vt vim.ff.
4 de iuſtit.& iure.& dicit quòd poteſt † tunc de facto puniri,alle.l.penul.ff de cōdict.ob cauſam.& glo.in l.ictus fuſtium.ff.de infami.& idem dixit Paris de Put.in ſuo tract.ſynd.in 30.char.in vlt.col.vbi ad hoc alleg.Bald. in l.1.C.qui accu.non poſſunt. & in l ſi quis non dicam rapere.C.de epiſco.& clericis.Pro quibus faciunt plura not. quæ adduxi de reperto in flagranti crimine. in repetit.mea.l.vnicæ.C.de raptu virg.in num.91. cum pluribus numeris ibi ſequentibus. item limitat etiam Ludo.Rom.vbi ſupra dicta glo.l.pactum inter hæredē,ni-
5 ſi reus dicat † non habere defenſiones : quia talis tacita renuntiatio valet. & hoc per gloſſ.in d.l.1. ff.de furbalnea.& dicit quòd ita no. Bald.in l.ſeruum quoque. in §.publice.ff.de procurato. Tu autem pro iſtis limitationibus Lud.Rom.adde not. verbum Bal.in l.à procedente.C.de dilatio.in fin.vbi dixit colligi poſſe ex illo tex.quòd ſi aliquis eſt confeſſus maleficium, & petit non obſtante confeſſione terminum ad ſe defendendum, quem iudex denegat: quia maleficium eſt notorium, quòd iudex ſtatim poteſt procedere ad condēnationem:præmiſſa tamen quadam interlocutoria,per quam interloquatur dilationem non eſſe dandam tanquàm petitam per calumniam. Et ſubdit ibi ipſe Bald. vtile eſſe in talibus interloqui.alleg.not. per Inno.in c. ad petitionem.de accuſ. Item poteſt etiam adduci pro dictis limitationib.Ludo.Roma.vbi ſupra,quod voluit Bald.in l.raptores.C.de epiſ.& clericis. vbi dixit,quòd licèt alias in cauſa criminali non poſſit renuntiari appellationi,per l.non tantum.ff.de appe. tamen hoc fal-
6 lit,niſi † crimen ſit notorium: quia tunc valebit renūtiatio ipſius appellationis.quod etiam voluit Angel.in d.l.pactum inter hæredem.& Abb. in c.2.de re iudic. ꝙ eſt ſingu.not.ad limitationem d.l.non tantum.de appellat. Pro quo facit no.verbum Ang.in l.libertus. in §.

ſerui-

seruitus.in fi.ff.de sta.hom.vbi dixit,quòd † in notorijs 7
potest incipi ab executione.quod etiã voluit Bald. in l.
ictus fustiũ.ff.de his qui no.infa.& Inn. in c.statuimus.
de elect.in 6. Et adduci potest etiã quod voluit Inno.& 8
post eum Host.in c.cum olim.de re iud. vbi dixit, † ꝙ
quando notoriè cõstat, ꝙ quis nõ habet ius, ꝙ talis non
debet citari.Et faciũt etiã dicta per Bal.in l.fi.in 1.col.C.
vt quæ desunt aduo.par.Et facit dictum Bar.in l.si ego.
in fi.ff.si cer.pe.& glo.in l.decem.ff.de ver.obl.& quod
volunt Mod.in l.exitus controuersiæ. ff.de acquir.possi.
vbi dixerunt,ꝙ † vbi notoriũ est principalem non esse 9
soluendo,potest cõueniri fideiussor nõ facta excussione
cõtra ipsum principalem.Et dixit no.Bal.in l.iubemus.
C.de defen.ciui.& in auth.sed nouo iure. C.de ser. fu.
quòd non est † dandus aduocatus publice delinquenti. 10
pro quo videtur tex.c.bonæ.el.1.in vers.porrò. de elect.
& facit etiã tex.in l.2.in §.qui de frumentaria ff.de ad-
minist.rerũ ad ciui.perti. Et faciũt optimè dicta ꝑ Barb.
in c euidẽtia.in 2.col.de accu.Et facit etiam quod dixit
Ang.de Are.in tract. malef.in ver.cicatrix.in vers.dicit
statutũ,vbi dicit, † ꝙ in notorijs iudex potest supplere de 11
facto,ad quod all.Bald.in d l.1.C.vt q̃ desunt aduo.par.
&c.Et faciũt dicta ꝑ Lu.Ro.in l.sed si qs.in § q̃stũ.ff.si
quis cau.& ꝑ Ang.de Are.in tract.mal.in verbo,qui iu-
dex statuit terminũ ad eorũ defensionẽ faciendã.in vl.
ver.vbi dicit idẽ quod dixit Lu.Rom.in d.rub. de arb.&
faciũt plura not.quę dixi in materia notorij sup.in §.se-
cunda q̃st.nu.42.cũ ver.ibi seq.vbi vide.Item vltra doct.
superius allegatos reperio Phil.examinantẽ hãc quæst.
& multũ not. more suo solito. in c. cum veniss ent. in 3.
col.de testa.vbi inter cætera dicit,quòd renũtiatio facta
testib.per accusatũ nõ valet,secundũ Bal.in d. c. cùm ve-
niss ent.& hoc per glo.in d.l.pactũ inter hæredẽ.& ideo
Bart.secundum eum in d.l.custodias. ff. de pub.iud.di-
cit quòd malè videntur facere assessores,qui faciũt ꝙ re-
us renũciat termino & defensionibus suis. cõtra l.non
tantũ.ff.de appell.& l.addictos.C.de epis.aud. Et dicit
ꝙ ratio potissima est. quia nemo est dominus membro-

257

12 rum ſuorum. d. l. liber homo. Vnde † nemo poteſt fide-
iubere pro alio, vbi agitur de pœna corporali, ſecundum
glo. ſing. in c. cùm homo. 23. quæſt. 5. quam ſequitur Bal.
in l. neque. C. ne fil. pro pa. & in c. breui. in 3. col. de iure-
iu. & in l. 2. C. de conſt. pec. in c. veritatis. in 4. col. de do.
& contu. & Pet. de Anc. & Io. de Imo. in rub. extra de fi-
deiuſſ. & Lud. Rom. in conſil. 15. & in l. filiusfam. la ſe-
cund. in 15. colũ ff. ſol. matrim. & Sali. in l. ad cõmenta-
rienſes. ff. de cuſto. reor. de quo etiam vltra eum videas
Bal. in l. nullus. C. de exhib. reis. & Augu. Arim. in add.
ad tract. Ang. ſuper malefi. in verb. fama publica. in 11.
char. in 2. add. circa med. Pro quibus etiam faciunt quæ
ego dixi ſupra, in §. expedita. nu. 55. vbi videas. Et addu-
ci etiam poſſunt no. per Ioan. And. in reg. ſemel malus.
de reg. iur. in 6. quẽ refert Abbas in cum eccleſijs. de ma.
& obed. & glo. 2. q. 3. in ſumma. & Ioan. Andr. in c. cum
C. laicus. de foro compe. in 6. & Sal. poſt Bal. in l. fi. C. de
nego. geſt. & gloſſ. ſing. ſecundùm Dyn. in c. ipſa pietas.
23. quæſt. 4. & Ang. in l. quicũque. C. de ſeruis fugitiuis.
& gloſſ. finali. in authen. imo. C. de action. & obligatio.

Subdit poſtea do. Philip. vbi ſup. & dicit, quòd vide-
licet dicta renunciatio defenſionis in nouẽ caſibus nõ
tenet. primo ſi reus eſt confeſſus maleficiũ ſponte, quia
tunc renuntiando termino poſtea ſibi dato, præiudicat
13 ſibi, † ſecundũ Bal. in l. accuſatoribus. in 1. col. C. de ac-
cu. quod etiam voluit Bal. in rub. extra de pact. in 2. col.
& idem ſi renunciaret defenſionibus, quæ ſunt de api-
cibus iuris, & ſtatutorum, & non de iure gentiũ, ſecun-
dum Bald. in l. 1. in 25. col. verſi. ſuper quinto. C. qui accu.
non poſſ. & in d. c. cùm veniſſent. & idem dicit eſſe ſi ta-
citè renunciaret, puta permittendo labi tempus defen-
ſionis, ſecundùm Bald. ibi. & quòd poſſit reus omitten-
14 do defenſiones † ſibi præiudicare, eſt gloſſ. in d. l. 1. ff. de
fur. bal. Et idem dicit, ſi eſt latro famoſus, vt dixit Ludo.
Rom. in d. rub. ff. de arb. Et idem ſi notorium eſt nullam
defenſionem ſibi competere, ſecũdùm Ang. in d. l. pactũ
inter hæredem. Et idem ſi reus ſit captus in flagranti
crimine, ſecundùm Bald. in d. l. vt vim. in prin. ff. de iuſt.

& iu.

& iu. Et idem etiam dicit, ſi reus renũciaret exceptionibus declinatorijs fori, ſecundum Bal. in l. pe. C de pac. & in c. 1. in 1. colũ. de iud. Et idẽ dixit ſi renunciet per concluſionem in cauſa, ſecundum Ang. in d. l. pactum. quẽ tamen ibi reprobat Franciſc. Aret. ſecundum eum: tum quia eſt eadem ratio: tum quia † non cõcluditur in cauſa. in cauſis criminalib. ſecundum Bald. in l. 1. in 3. colũ. verſi. quartò quæritur. C. de cond. indeb. niſi ſtatutũ imponat concluſionem, ſecundũ Bal. in d. l. ſi accuſatorib. quaſi in fi. Et idem dicit, vbi pœna non eſſet corporalis, quia tunc ceſſat ratio dictæ concluſionis, ſecundũ Franciſ. de Are. Niſi fortè ſecũdum eum ageretur de infamia, quia dicitur eſſe mutatio ſtatus. per no. in l. de minore. in §. tormenta. ff. de quæſt. Extra autem dictos nouem caſus ſtat firma concluſio, quòd reus non poteſt renunciare defenſionibus ſuis. Quod procedit, etiam ſi reus in renunciatione iuraret, † ſecundùm Bald. in l. 1. in 15. col. C. de confeſſ. & procedit etiã ſi renunciaret exceptionib. puta quòd procedatur tempore feriato, ſecũdum Bar. in d. l. cuſtodias, per illum text. ita formaliter dicit Phi. in d. c. cum veniſſent. Mihi autem pro hac conclu. & limitationib. prædictis videtur aliquid addi poſſe. Et primo inquantum do. Phili. dicit, quòd valet talis renũciatio, quando ipſe reus eſt ſponte cõfeſſus maleficium. † dico quòd hoc etiam expreſſe voluit Bal. in rub. extra de pact. in pen. ſeu vlt. col. in verſi. per pactum &c. & p hac limit. facit optimè quod voluit Bal. in l. nullus. C. de exhibẽd. reis. vltra med. vbi dixit, quòd licèt vbi tractatur de pœna pecuniaria imponenda reus ſit fideiuſſoribus relaxandus, † hoc tamẽ fallit, niſi ipſe reus ſpõte ſit confeſſus delictum, quia tunc non relaxabitur fideiuſſorib. quod dictum refert & ſequ. Aug. de Ari. in ſuis add. ad Ang. ſuper malefic. in ver. pro quibus autem fideiuſſit. in 1. addit. & idẽ dixit Ang. de Aret. in d. tract. in ver. fama pub. in 9. char. ver. decimò quæro &c. Item inquantum. do. Philip. dicit, quòd reus tacitè poteſt renunciare defenſioni ſuæ, permittẽdo labi tempus, quòd nõ poſſet expreſſe, videas tu Bal. qui huic dicto videtur

15 16 17 18

aliqualiter contrariari si accuratè ponderentur verba
sua in c.1.in §.iudices.in vlt.col.de pa.iu.fir.versi.porrò
19 si appellans &c.vbi dicit,quòd si appellans † expressè re-
nũciat appellationi,videtur habere malã causam, & ita
fateri:secus autẽ si tacitè permittẽdo labi tempus: qua
tunc per talem tacitã renunciationẽ non inducitur talis
confessio tacita.& vide etiam Bal.in l.vbi adhuc.in 5.
col.ver.aduerte.C.de iu.do.& dicta per Alex. in consil.
398.inc.In nomine sanctæ & indiuiduæ Trin.in 5.col.
versi.quib.tamen non obstantib. Item inquantum do.
Philip.postea dicit,quòd prædicta concl.non habet lo-
cum in latrone famoso:quia talis latro famosus potest
renunciare defensionibus suis.ad quod all.Lu.Ro.in d.
rub.ff.de arb.in 16.col.& Bal.in l.quinciarum.C.de fer.
Tu vltra eum potes aliqua adducere ad hoc, quæ aliàs
tempore iuuentutis meæ cumulaui in repe. mea l.fi.C.
de prob.in 24.char.cum seq. Et primo adduco Ang.de
Are.in suo tract.malefi. in verbo & vestem cœlestẽ abs-
20 stulit.in ver.& bene not.vbi dicit, quòd † pro furibus
insignibus iudex non debet pati aliquem aduocare.per
l.omnes.C.de defen.ciu.vbi est bonus tex.ad hoc.quod
etiam voluit Lud.Rom.in l.si vero.in §.de viro.in 46.
fallẽ.ff.sol.ma.& Barba in c.quærenti.in 10.col.de offi.
del.Et facit optimè quod voluit Par.de Put.in tract. suo
sindic.in 31.char.in 1.col.in ver.& ideo dico &c. vbi di-
21 xit,quòd † assassinus,qui per pecuniam homines offen
dit,potest renũciare defensionibus suis: quia est hostis
publicus diffidatus à lege, & à quolibet offendi potest.
per c.1.de hom.in 6.& cõtra ipsum de facto proceditur,
22 † vt dicit Bar.in l.non solum.in §.si mãdato.ff.de iniur.
in quo est maior ratio quam in latrone publico. Et faci-
unt etiã dicta per eund.d.Bar.in d.suo tract. in 51. char.
in 2.col.circa fin.vbi dicit,quòd iudex cõtra assassinum
23 † potest prodncere ex mero officio suo,allegat plura,&
dicit postea quòd propter immanitatem assassinamenti
proceditur iuris ordine prætermisso.alle.Bar.in l.nõ so-
lum.in §.si mandato.ff.de iniu. Et dicit quòd plus di-
cunt Cano.in c.pro humani.de homi. in 6. quòd in hoc

cri-

crimine non exigitur † plena probatio, ſed ſufficit cō- 24
ſtare per probabilia argumenta. arg. l. non omnis. in §. à barbaris. ff. de re mili. & l. famoſi. ff. ad legem Iul. maieſt. c. ſeculares. de for. compe. in 6. & alle. etiam Cal. in conſilio ſuo 4. incip. de dila. & dicit etiam † quòd aſſaſ- 25
ſinus ſit clericus, quòd poterit puniri per iudicem ſecularem, ſecundum Lap. in dicto c. pro humani. quia ipſo iure videntur degradati, & videtur data vnicuique poteſtas ipſos capiendi. c. 1. de ſchiſma. in 6. & per ius videntur ſpoliati omni priuilegio clericali, vt ibi per doc. Et ſubdit etiam, quòd tales aſſaſſini tenentur reſtituere pecuniam, quam acceperunt per aſſaſſinamentum, ſecundū Bal. in l. 1. §. ſi ff. de eo per quem fact. erit. Et tales aſſaſſini etiam ſi non deduxerunt aſſaſſinamentum ad effectum † puniuntur tamen pro affectu, vt per glo. 26
in l. 2. ff quòd quiſque. iu. & ibi Lu. Rom. & Ang. in d. §. ſi mandato. de quo etiam per Ang. in l. 1. C. de ſepul. vio. ita dixit do. Par. vbi ſupra. Contrarium tamē tenet Angel. in l. item apud Labeo. in §. ſi curauerit. ff. de iniur. de quo etiam vide Bal. in l. 1. §. hæc autem. ff. quòd quiſ. iur. & Pe. Philip. Cor. in conſi. 249. incipiē. licèt &c. in 1. vol. Et de iſto enormi delicto alia plura & plura adduxi ſup. in §. diligenter. num. 159. cum pluribus num. ibi ſequentib. quæ hic omitto, ne idem per idem repetam. Et per illud dictum do. Paridis ſupra relatum, videlicet, quòd contra aſſaſſinos non requiritur plena † proba- 27
tio: ſed ſufficit conſtare per probabilia argumenta, vt etiam dixit Ange. in conſi. 14. inci. nos Carolus &c. Dixi ego his proximis diebus in quadam allegatione mea in ardua facti contingentia, quòd licèt teſtis de auditu auditus † nō probet, vt habetur in c. teſtes. 4. quæſt. 9. & 28
in l. teſtium. C. de teſti. & habetur in Spe. in ti. de teſte. in §. 1. ver. itē quòd deponit de auditu. & in d. ti. in §. nunc tractemus. in 5. col. in ver. de auditu quoq;. Tamen talis teſtis faciet indicium ad torturam contra aſſaſſinum, & hoc quia tale dictum teſtis de auditu auditus facit qualem qualem præſumptionem, ſeu coniecturā, † vt ſing. 29
dixit Archi. in c. hoc videt. 92. q. 5. quē refert & ſeq. Lud.

Rom.in repe.l.ſi verò,in §.de viro.in vl.col. ff.ſolu.matrim.& Alex.cõſi.77.inc.in cauſa accuſationis. de crim. fal.in 1.vol.& Paul.de Caſt.in conſi.17.incipi. in cauſa quæ vertitur Parmæ. quos refert & ſequitur Iaſou in l. admonendi.in 65.colũ.in princ.ff.de iureiur. Sed ſi tale dictum facit qualem qualem præſumptionem, & coniecturã,& contra aſſaſſinos ſufficiat probatio per probabilia argumenta,ergo ſufficiet qualiſqualis præſumptio,quæ in ſe plus habet quàm argumentum, vt colligi poteſt ex dictis per Bal.in l.ea quidem.in 2.col. C.de accuſ.quæ omnia teneas menti cõtra inquiſitos de enormi crimine.Sed tamen vide omnino quæ dixi ſupra in §.diligenter.num.169.& 130. Et de iſtis aſſaſſinis vide etiam aliqua per Bal.in l. non ideo minus. poſt princi. C.de accuſa.& ſupra,in §.diligenter,in nu.156.Vlterius circa prædictam materiam renuntiationis defenſionis, tenementi tria. Et primo,quòd licèt reus regulariter nõ poſſit renuntiare defenſionibus ſuis,tamen etiam pendente d.termino,& dicta dilatione iudex poteſt procedere ad executionem capitalem, † quando timet, quòd fiat tumultus. Ita dixit Lud, Rom. in ſing.571.incipien. Licèt iudex procedere non poſſit &c. & dicit quod ad tumultum populi executio capitalis poteſt accelerari. & allegat iura. Sed vltra Ludo. Roma. in dicto ſingul. vide Bald.in l. cùm reis. C. de pœn. vbi dicit, quòd ſi Iudex dedit dilationem conuicto ad faciendas defenſiones ſuas, quo ſtante amici eius procurant, quòd fiat adunatio hominum vt ipſe liberetur, quod hoc caſu iudex non debet iſta expectare, ſed debet facere reum conuictum renuntiare dilationi, & facere ipſum decapitare. & hanc doctrinam Bald.refert & ſequi videtur Ang.de Are.in tract. malefi. in verſi. qui iudex ſtatuit terminum ad eorum defenſionem &c.in verſi. ſi autẽ aliquis &c. ad quæ etiam vide quæ dixi in l.qui cædem. ad finem.ff.de ſicarijs. Secundò teneas mẽti, quòd caſu quo reus habuit terminũ defenſionis,& renuntiauit d. termino,& defenſionib.ſuis,poteſt tamen poſtea dictã renunciationem reuocare: † quã reuocatione facta non pote-

poterit iudex procedere ad executionem, nisi finito ter
mino dilationis datæ ad faciendum suam defensionē.
ita not. dicit. Ang. in d. l. pactum inter hæredem. in vlt.
colum. ff. de pact. vbi dicit, quòd cautus debet esse aduo
catus inquisiti, vel accusati, qui renūtiauit defensioni-
bus suis, vt reuocare faciat ab ipso reo talē renūtiationē
qua reuocatione facta, non poterit ipse iudex procede-
re ad aliquam executionem contra ipsum reum. quod
est diligenter notandum in practica. pro quo facit in si-
mili; nam licet confessio facta extra iudiciū faciat in-
dicium ad torturam, secundū glos. & doct. in l. cap. 5. ff.
de adulte. istud est verum, † nisi talis confessio reuoce 32
tur per ipsum reum, qui eam fecit, quia tunc non pote-
rit torqueri, secundum Bald. in l. 1. in pen. colum. C. de
cōfes. vbi subdit, quòd cautus debet esse aduocatus Rei,
vt faciat illam confessionem reuocare, quam potest re-
uocare etiam non docto de errore, cùm sit confessio nu
di facti: & idem dicit in confessione facta coram iudi-
ce incompetenti. quod dictum exclamat Iason in l. ma-
gistratus. in 2. colum. ff. de iurisdict. omn. iud. & Felyn.
in c. olim. in 3. colum. in versic. 2. &c. de rescript. de quo
etiam dixi in singu. 310. inci. credo te scire &c. & supra,
in §. diligenter. num. 79. Tertiò teneas etiam menti cir
ca hanc materiam vnum notabile verbum, videlicet, q̄
semper iudex debet dare terminū defensionis reo con-
fesso vel conuicto, † aliàs non dato sibi dicto termino, 33
non poterit deueniri ad aliquam condemnationē con
tra dictum reum. ita multum not. dixit Angel. in d. l.
pactum inter hæredem. ff. de pact. pro quo alleg. text. in
l. 3. §. si ad diem. ff de re milit. de quo latius per Ang. vbi
supra, & idem dixit Bald. in l. raptores. circa med. C. de
episco. & cleri. vbi alleg. dictam l. 3. §. si ad diem. Sed tu
in simili adde, quòd contumax † non potest condem- 34
nari sine noua citatione ad faciendum excusationem
suam, vt doceat de impedimento suo quare non compa
ruit. ita dixit Bald. in l. 2. in vlti. colum. versic. sed quæ-
ro. ff si. quis in ius voc. non ierit. de quo etiam per Alex.
post Bart. in l. 1. in princ. in vltim. colum. ff. si quis ius di

cen. non obtem. & Alexand. in consil. 212. incip. ponderatis. in 3. colum. in 6. volum. de quo etiam per gloss. & Abb. in c. quoniam contra, extra de prob. & per Felyn. ibi, in 8 colum. & per gloss. in c. honoratus. in verbo, tot scriptis. 74. dist. & glo. in c. de illicita. in verbo, perem-
35 ptorio. 24. quæsti. 4. † & per me in l. patre vel marito. 6. colum. versicu. vlterius scias &c ff. de quæst. & quæ latius etiam dixi in repet. mea l. de vnoquoque. in 39. col. ff. de re iudi. Tenementi prædicta, quia verè sunt practicabilia, vtilia, & multum lucrosa.

SVMMARIVM.

1 Pœna in delictis quæ attẽdi debeat, an legalis, an statutaria. nu. 5.

2 Lex noua tollit antiquam. Et idem in statutis. nu. 4. Et quid si expressum non sit. nu. 13.

3 Vltima derogant prioribus.

6 Iudex fatuus est, qui omissa pœna statutaria imponit pœnam iuris communis.

7 Statutum quod attendi debeat, vbi sunt duo statuta contraria.

8 Dispositio respiciens personas est specialior, quã dispositio respiciens res, vel causas. Et illa specialior in qua maior est specialitas. nu. 9.

10 Statutum tollens aliud, de primo mentionem facere debet.

11 Concessioni primæ non intelligitur per sequentẽ fuisse derogatum sine speciali mentione.

12 Clausula, non obstante, an sit sufficiens in secundo statuto ad tollendum primum.

14 Clausula generalis reuocatoria omnium in contrarium concessorum, an tollat beneficium miserationis causa si non singulariter exprimatur. nume. 15.

16 Derogatio generalis an sufficiat sine specie expressa.

17 Clausulę de plenitudine potestatis, effect⁹. nu. 20.

18 Oppo-

18 Opponi nihil potest ei, quod princeps facit de plenitudine potestatis.

19 Reclamans contra factum principis de plenitudine potestatis, repellendus.

§. QVæritur Modò & octauo de alia quæstione quæ est: q̃ pœna in delictis debeat attẽdi, an pœna legalis, an statutaria: vt puta, statutũ, dicit, quòd homicida, vel fur, vel alius malefactor puniatur tali pœna: ius autem commune punit tales delinquentes alia pœna vel maiori, aut minori, tunc quæ pœna sit attendenda, an legalis, an vero statutaria? In quo † dicas quod videtur dicendũ, quòd attendi debeat † pœna imposita à statuto tanquã illa habeat tollere pœnã iuris communis, quoniam lex † noua tollit antiquã, vt habetur in l. 1. C. de accusa. & in l. agraria. ff. de ter. amo. & facit l. sanctio legum. ff. de pœnis. Vltima enim derogãt † priorib. vt habetur in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. & in l. si quis in principio testamẽti. & in l. si inter. ff. de le. 3. & in l. si quis priore ff. ad Trebell. & in c. cum Marthæ. de celeb. mis. & in c. vltima voluntas 13. quæst. 2. & voluit Ang. in l. inciuile. ff. de leg. vbi dixit, † quòd vltimum statutum derogat primo. quod etiam dixit Cyn. & alij post eum in l. 2. C. de test. & Alex. in consi. 140. incip. viso in 4. colu. in 2. vol. & i in consil. 445. incip. viso & considerato. in 3. col. & idem in statutis firmat Bart. in l. si certarum, in §. fina. ff. de test. mili. & Bart. post gloss. in l. cum proponas. C. de codi. & in l. 1. in §. ne autem. ff de bon. poss. secundum tabu. & Bart. in l. 1. C. de edic. di. Adri. & do. Alex. in consil. 456. inci. viso. in prin. & Bal. in l. diximus. in §. si duas. ff. de excu. tu. & Cyn. in l. 1. in fi. de leg. & Ange. in l. si miles. ff. ad leg. Falcid. & in authen. de hæred. & fal. in §. inordinatum. & Bald. in l. omnes populi. in 22. colum. ff. de iustitia & iur. & in c. de causis. de offi. deleg. & in c. cum olim. de consue. Bar. in 1. const. C. & Ang. in l. omnium. C. de test. & Specul. in tit. de instru. edi. in §. instrumẽtum. in vers. sed pone produco. & Petr. de Anchar. in c. cano-

canonum ſtatuta. in 7. colum. de conſtit. & Gemi. in c. 1. in 2. colum. de iureiuran. in 6. & Ange. in l. neque C. de cano. larg. lib. 11. Item ad hoc facit, nam ſtatuentes poſt ius commune faciendo ſtatutum, videntur velle recedere à iure communi aliter diſponendo, arg. eorum quæ no. in l. quid ergo. in §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. pro quo facit l. qui cum vno, in §. qui poſt. ff. de re mil. Et hanc partem quòd pœna ſtatutaria tol-
5 lat † pœnam iuris communis, tenet expreſſe Alber. de Roſ. in 1. parte ſtatu. quæſtio. 8. inci. ſed poſito. vbi poſt multa dicit, quòd hæc quæſtio antiquitus fuit de facto in ciuitate Ianuæ, & habitum fuit conſilium à multis in multis locis. & obtentum fuit, quod per pœnam ſtatuti in totum tolleretur pœna iuris communis. & hanc partem etiam tenuit Iaco. de Bel. in quadam ſua diſput. poſita ſuper l. 1. C. de requi. reis. & dicit etiã, quòd hanc partem tenuit Gandy. & ita dicit alias fuiſſe determinatum per collegium Bononiæ. & ſubdit quod cõmuniter totus mundus tenet hanc partem, ſcilicet quòd per pœnam ſtatuti tollatur pœna iuris communis, & reſpondet ipſe Alber. ibi ad l. 3. ff. de ſepul. vio. quæ videtur facere in contrarium. & dicit quod in d. l. 3. expreſsè cauebatur quod vtraque pœna locum haberet, ideo nõ mirum ſi ibi vna pœna nõ tollit aliam. Et hanc partem etiam tenuit Petr. de Anch. in c. canonum ſtatuta. de conſti. in materia de ſtatutis punientibus delicta. in verſicu. quæro etiam vtrum ſicut ſtatutum vltimum tollit primum &c. Et hanc partem etiam firmat Bald. in l. data opera. in 6. colum. verſicu. item notandum eſt. C. qui accuſa. non poſ. vbi dicit, quòd ſi per ſtatutum loci imponitur pœna non capitalis receſſum eſt à pœna capitis. & alleg. d. l. qui cum vno. in §. qui primo. ff. de re milit. & dicit idem eſſe contra, quia ſi ſtatutũ pœnam non capitalem mutat in capitalem, erit receſſum à minori pœna, & crimen erit factum capitale. alleg. l. faccularij. in §. ſunt quædam ff. de extraor. crim. Dicit etiam ibi Bald. quòd fatuus eſt iudex, qui imponeret
6 pœnam iuris communis, † & omitteret pœnam ſtatutariam

tariam, cum iurauerit seruare statuta, vt extra de iure. iur. c. debitores. ita resident Bald. in d. l. data opera. Et hanc partem etiam videtur tenere Bald. in l. 2. C. de rebus creditis. in fin. qui per text. in d. §. qui post. dicit q vbi per statutum minuitur pœna videtur recessum ab alia minori pœna. & idem videtur firmare Bald. in l. fi. C. de aquæduc. lib. 11. & Bald in l. fi. C. de ædifi. priua. & Bald. in l. non est nouum. ff. de legibus. & Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de pœna teme. litig. vbi refert Vbertum de Bobio ita tenuisse in l. tutoris. C. ad leg. Iul. de vi pub. & Iacob. de Belui. in disputatione superius alleg. & idem tenet Saly. in l. qui sepulchra. C. de sepulchro violato. vbi pro hac parte inducit plura iura; & hanc partem teneas, quia est magis communis & æqua, quicquid dixerit Bartol. in l. 1. ff. vi bonorum rapto. vbi tenet, quod per legem nouam non videatur recessum à pœna legis antiquæ, nisi appareat ex aliquibus præsumptionibus, quòd statuentes voluerint tacitè recedere à pœna legis antiquæ. Et de hac quæstione, & de alijs similib. vide Anto. in c. 1. de cogna. spiri. Bart. in l. sanctio legum. ff. de pœnis. Bart. in l. Senatus. ff. de accusa. text. & ibi docto. in l. in eum. ff. de furt. & in l. quoties. ff. de actio. & obligat. Saly. in l. qui de crimine. C. de accusa. Ioan. Andr. & Gemi. in c. fœlicis. de pœnis. in 6. & ibi Petr. de Anchar. & Ang. in l. 1. ff. vi bonorum raptorũ. & in d. l. qui sepulchra. Angel. in l. si quis ab alio. ff. de calum. Abba. & alijs in c. de causis. de offic. delegat. Bal. in l. & si seuerior. C. de infam. Bald. & Angelus in l. qd ergo. in §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. Petr. de Anchar. in c. conquestus. de foro competen. Angel. de Aret. in tractatu malefici. in verbo, & ibi caput à spatulis amputetur. in versi. quid autem si sunt plures &c. & glo. in c. cum olim, de accusatio. & in c. 2. de tempor. or. in 6. & ibi plene per Domin. de sancto Gemin. per Guid. Iacob. Butrigarium & Bald. in l. placet. C. de sacrosanctis ecclesijs. Bald. in l. non est nouum. ff. de legibus. & in l. 1. C. de summa trinitate & fide Catholica. & in d. l. si quis ab alio. & Petrus de Anchar. in c. 1. de re

iudica.

iudica.in 6.& in c.1. de constitut. eodem libro. Bart.in l.cunctos populos.C.de summa trinitate & fide catholica.Bal.in l.officiales.C.de episcopis.& clericis.& in l. nullum.C.de testibus.& Ioan.Andr. in additio. Specu. in titulo.de furtis.circa med.Imol. in l. cum mulier,ff. solut.matrimo.Petrus de Ancha.in regula, ea quæ, de regulis iuris.in 10 quæst.doctor.in c. cum sit generale. de foro competenti.Host.in c.1.de offic.ord.& in c.tuę. & ibi And.de procu.Lapus in c.1.de vsuris in 6.vbi ponit notabile verbum in materia. quem refert & sequitur Ang.in repeti.l.si vacantia.C.de bonis vacãtibus. in quibus omnibus locis doctores ponunt similes quæsti-
7 ones,quas vide.Et teneas menti in hac materia,†quod vbicunque reperiuntur statuta diuersa,vel contraria,ꝙ illud attendi debet,& illud dicitur specialius,quòd magis concernit fauorem Reipub. vel vtilitatem.Ita dixit Bal.in c.cum olim.post prin. de consue. quod dictũ pro no.refert & sequitur Alex.in consi.403. secundum ordinem meum,quod incipit,in præsenti causa.circa medium.quod dictum etiam retuli in l.1.in §. si serui quasi.in fi.ff.de quæstio.& idem dixit Bart.recte intuenti. in tract.ad reprimen.in versiculo,nõ obstan.vltra med. quem refert & seq.Bal.in l.1.in quæst.3. ff. de offi.cõsu. & Pau.de Cast.in l.non est nouum.vltra med. ff. de legi.& idem dixit Pet.de Anch.in repe.c.canonum statuta.in 10.quæst.princ.de const.& Ioan.de Imo. in l.Gallus.in §.ille casus.ff.de liber. & posthum. & Bald. in l. hac consultissima.in 1.colum.C.qui testamen. fa. poss. de quo etiam per Mod.in l 2.in §. creditum. ff. si certũ petat.& Bald.Ange. & Alexand.in l.Titiæ textores. in prin.ff.de lega.1.& Alexand.in l.Nesennius. in vlti. colum.ff.ad legem Falc.text & ibi docto.in l.Ruffinus.in 2.respon.C.de testamen.mi.las.in l. Gallus. in §. quidã recte.in fin.ff.de liber.& posthum. Et ex istis doctrinis posset fortè dici,quòd omnia iura, & omnes doctrinæ superius allegatæ,in quibus dicitur quòd per statutum factum post legem tollitur ipsa lex, quod istud est restringendum & limitandũ, nisi ipsa lex esset iustior &

æquior

requior ſtatuto, quoniam iſto caſu non credo nec teneo quòd talis lex ſublata ſit per dictum ſtatutum, per prædicta, quod eſt menti tenendum tanquam nouum. & vide ad prædicta Iaſ. in l. Gallus. in §. quidam recte. in vlt. colum. in fin. ff. de liber. & poſthum. & Phil. Dec. in conſil. 44. in vlti colum. & in conſil. 3. in 5. colum. poſt princ. Et inquantum ſuperius dixi, quòd ſtatutum ſpecialius debet attendi &c. Scias quòd ſi vnum ſtatutum reſpicit perſonas, aliud ſtatutum reſpicit res, quòd debet attendi ſtatutum reſpiciens perſonas: † quia ſpecia- 8
lior eſt diſpoſitio reſpiciens perſonas, quàm illa, quæ reſpicit res, vel cauſas, vt tradit Bald. in l. 1. in 3. quæſtio. ff. de off. conſu. & in l. executorem. in 6. colum. C. de execu. rei iud. in l. 1. §. vbi autem. in 3. colum. verſicu. illud ſcias. &c. C. de caduc. tol. & in l. Gallus. in §. ille caſus. in pen. colum. ff. de lib. & poſthum. quem refert & ſeq. dom. Phil. Dec. in conſi. 147. in vlt. colu. & ſubdit, quòd quando vtraque diſpoſitio eſſet ſpecialis, illa eſt ſpecialior & prævalet, † in qua eſt maior ratio ſpecialitatis. 9
ad quod alleg. Bald. in l. hac conſultiſſima. in 1. colum. C. qui teſtamen. facere poſſunt. & Bartol. in tractatu ad reprimen. in verſicu. non obſtantibus, in 2. colum. & Petr. de Ancha. c. 1. 10. chàr. de conſt. Et inquantum ſupra dixi, quòd pœna ſtatutaria tollit pœnam iuris communis, & quod vltima derogant prioribus in ſtatutis, intelligo prædicta vera eſſe, ſi in ſtatuto tollēte legē vel pœnā legis, vel in ſtatuto poſteriori tollente primū ſtatutū, fiat ſpecialis mentio legis cōmunis, vel primi ſtatuti cū clauſula derogatoria dictę legis, vel dicti primi ſtatuti: aliàs pœna iuris communis nō eſſet ſublata per ſtatutum, nec primum ſtatutum eſſet ſublatum per poſterius ſine tali clauſula Ad hoc dicendum moueor. Nā ad hoc vt † vnum ſtatutū tollat aliud, neceſſe eſt, quòd 10
ſtatutum tollens aliud faciat ſpecialem & expreſſam mentionem de primo ſtatuto, nec ſufficit hoc facere verbis generalibus, ita ſimiliter dixit domi. Alexand. in conſil. 469. ſecundum ordinē meum, incip. viſo pun cto & accuratè penſato. per totum, maxime in 3. & 4. colum.

colum.vbi plures doctores alleg.tenentes hanc partem. & idem dixit Barba.in consilio incipien.scripsit Ecclesiasticus &c.quod consilium est insertum inter consilia Alexand.nume. 470.& idem dixit Alexand. in consil. 301. incipien. visis dubitationibus eleganter formatis &c.in penulti.colum.ad quod allegat.l præcipimus. in fin.C. de appellatio. in verbo specialiter. & alia plura alleg.de quibus ibi per eũ.Et idẽ dixit Abb. in consi.51. incip.videtur primo standum &c.in 2. colum. versicul. sexto adduco &c.in 1.volum.& idem dixit Alexand.in l.si mihi & tibi.in §.in legatis.ff.de legatis 1. in fin.ver bis.vbi ad hoc alleg.gloss.in l.decurionibus.C.de silen. lib.12.quam dixit singu.Bald.in c. 1. in §.1. in fin. quo temp.miles.& idem tenet Bald. in l. non plures. in fin. C.de sacrosanctis ecclesijs.&in l.fi.circa fin.C.si contra ius vel vtil.pub.& in l.1.in 1.colu. ff. de constit. princ. & in l.si cum mihi.ff.de dolo.& voluit Archid. in c. renuntiantes.22.distinct.& Bartol.in tracta. ad reprimẽ. in verbo,non obstantibus. quos omnes refert Alexand. in d.l.si mihi & tibi.in §.in legatis.in fin.ff. de legat. 1. Et idem voluit Alexand.in consil. 205 incip.nec arguẽdi sumus &c.in 2.volum.3.col.in 2.vol.Pro quibus fa-
11 ciunt dicta per eundem Alexand.in consil. 120.vbi † dixit,quod per sequentem confessionem, nõ intelligitur esse derogatum primæ concessioni,de qua non est facta specialis mentio in secunda.ad quod allegat c.bonę.extra de confir.vti.vel inuti. c.ex literis. de offic. deleg.c. cùm ordinem.& in c.cum in nostra. de rescrip. c. 2. & ibi doctor.de do.& contu.c.veniens.de præscrip.&glo. in l.decurionibus.C.de silen.lib.12. Et etiam ad prædicta facit gloss.in c.inquisitores. in versicul. expresse.de hæreti.in 6.& faciunt alia quamplura dicta per Alexand.& Barb.in cõsilijs supra allegatis. Et aduerte,quia in tali casu,de quo supra,posset dici,quòd ad hoc,vt lex ciuilis,vel primum statutum contrarium toleratur per legem,vel statutum contrarium,non sufficiat etiã clau-
12 sula generalis,† videlicet,Non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus &c.secundum Alexand

in

in d.consi.125.inci.viso.tit.quæstionis &c. in 3. col. vbi dicit, quòd talis clausula dicitur genetaliter loqui, non specialiter. & ideo nō sufficit, vt in iuribus per eū in d. cōsi. allegatis. & per no. per Bar. in l. fi. C. si cōtra ius vel vtil. pub. & per Bar. in l. 1. in fi. ff. si quis in ius voc. non ie. & per not. per doc. in c. nōnulli. de rescrip. Et subdit Alex. in d. consi. q̄ ad hoc, vt per literas superioris intel ligatur esse derogatū cōsuetudini contrariæ, oportet, vt de ea fiat specialis mentio, aliàs cōcessio non valeret tā quam surreptitia. per c. 1. de consue. in 6. Et ideo per hoc dicit Bal. secundum eum in l. fin. C. si contra ius vel vti. pub. q̄ multę cōcessiones possunt per hoc infringi, quā do nō fit specialis mētio de cōsuetudine contraria, qđ dicit esse menti tenendum, de quo latius per Alex. in d. cōsi. Et idem firmat expresse latius ipse Alex. in d. cōsil. 459. inc. viso puncto. in 3. & 4. colu. vbi ad hoc adducit Lud. Rom. in repeti. authen. similiter. C. ad legem Falcidiam. vbi dicit, † quòd vbi lex corrigēs desiderat quid 13 expresse fieri, tunc ad satisfaciendum ei est necesse quod fiat expresse verbis singularibus, & non alio modo. allegat ad hoc text. in l. si quis in principio testamenti. ff. de legatis 3. in versic. sed hoc ita demum. quem tex. dicit Ludo. Rom. esse meliorem de iure. in l. fi. C. de indi. vid. tol. sic modo in casu nostro, cum iura velint, vt dixi, q̄ ad hoc, vt vnum statutum tollat aliud, necesse sit quod de eo faciat mentionem, ergo non sufficit de eo facere mentionem verbis generalibus, & per clausulas generales. Adducit etiam ipse Alexand. vbi supra, glos. not. in c. inquisitores. in versicul. expressam. de hæret. in 6. vbi dicitur, quòd quando respectu certæ personæ debet fieri mentio expresse de ea, non sufficit quod fiat mētio verbis generalibus: puta dicendo, contra quascunque personas, cuiuscunque qualitatis, gradus, aut condi tionis existant: sed debet fieri mētio singularis per denominationem ipsius personæ. Ad quod poterat etiā allegare glo. in c. alma. de sentē. excōmunic. in 6. in ver. commutat &c circa fin. Adducit etiam text. in authenti. sed cum testator. in versicu. expressum. C. ad legē Falcidiam

cidiam. & in authen. de hæredi. & fal. in §. ſi vero expreſſim. Et dicit Ludo. Roma. in dicta repet. authenti. ſimiliter. in vlti. col. C. ad legem Falci. quòd cum tẽpore ſuo hæc quæſt. eſſet in facto, quòd valentiores docto. Italiæ erant diuiſi in opinione, excepto vno, ſcilicet Paul. de Caſtr. cui commiſſa fuit dicta quæſtio ſoluenda, & ipſe inclinauit in hanc partem, quòd requiratur mentio ſingularis, ſeu ſpecialis per ſupradicta: & ita obtentũ fuit. Præterea ad corroborationem prædictorũ adducit Alex. in d. conſi. 469. Nã quoties beneficiũ eſt
14 alicui conceſſum miſerationis cauſa, † non intelligitur ſublatũ per generalẽ clauſulã reuocatoriã omniũ in contrarium conceſſorum. niſi de ipſis ſpecialiter ſingularis ſit facta mentio, ita ſecundum eum dixit Inno. in c. ſignificantibus. de offi. delega. & Cyn. in l. 1. C. quãdo impe. inter pup. & vi. & Ludo. Roma. in repeti. l. ſi vero. in §. de viro. in 23. fallen. ff. ſolu. matri. & in conſil. 326. & Paul. de Caſtr. in conſi. 54. & Federi. de Se. in conſi. 226. Adducit etiam not. & ſingul. verbum Cyn. in d. l. 1. C. quando impe. inter pup. & vid. vbi dixit, quòd ſi Papa
15 conceſſit aliquibus † monialibus, quod non teneantur ſoluere aliquas collectas, & poſtea miſit legatum de latere, cui dedit poteſtatem quod omnibus poſſit imponere collectas, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, & gratijs in contrarium facientibus: quòd nihilominus non poterit imponere collectas illis monialibus ex quo de eis non fuit habita mentio ſpecialis. & ſubdit ipſe Cy. vbi ſupra, quòd etiã ſi in mandato dato legato de latere eſſent appoſita illa verba, videlicet, Etiam ſi de eis eſſet neceſſario facienda mẽtio ſpecialis, ꝙ nihilominus non intelligitur eſſe ſublatum beneficium conceſſum dictis monialibus. & alia plura ad corroborationem prædictorum adducit Alexan. in d. cõſi. 469. & Barba. in conſi. ibi ſeq. Sed contra prædicta faciunt adducta per Alex. in conſil. 215. inci. nec arguen. ſu-
16 mus &c. in 8. colum. 2. vol. vbi dixit, † generalis derogatio ſufficit, abſq; eo quod ad ſpeciem deueniatur, etiam dato quod ſpecialia priuilegia, de quorum derogatione agitur,

agitur, habeant speciales clausulas derogatorias. ita secundum eum dixit Feder. de Se. in consil. 47. incip. habito super casu prædicto &c. vbi alleg. c. quia sæpe. de elec. in 6. & quæ habentur in c. vt officium. in §. concedentes. de homici. eod. lib. & c. alma. ad fi. de sentē. excō mu. eō. li. & alia plura alleg. Fede. & Alex. in dictis eorū consilijs, de quibus per eos. & idem tenet Ange. in l. omnes. C. de præscrip. 30. an. & Alber. de Rosa. in l. 1. in fin. C. quando impe. inter pup. & vid. de quo latius per Philip. Dec. in consi. 165. incipien. viso tenore, &c. per totū. & in consil. 42. in fin. 1. colum. & in consi. 168. incip. reuerende pater &c. in 1. colu. & in pen. in fi. De qua materia vide etiam Bald. super statu. in verbo, reformare. & in verbo, rescriptum. & Soci. in consi. 120. incip. circa 1. in 5. colum. 4. volum. & in consil. 99. inc. sereniſſimus. in 5. colum. in 3. volum. in consil. 3. incipien. in causa. in 2. colum. in 3. volum. in consil. 63. incipien. visis &c. in 2. colum. in 3. volum. & ibi in consi. 41. incipien. viso. in 3. colum. & ibi in consil. 2. incip. in causa. in 2. colum. & per Ludo. Roma. in consilio 497. incipi. diligen. in vlti. colum. & in consilio 436. incipien. quod indultum. in princ. 3. colum. & Alexand. in consilio 3. incipien. perspectis. in 4. colum. in 6. volum. & in consilio 155. incipien. videretur in 1. colum. in 6. volum. & ibi in consil. 143. inc. perspectis. in 2. col. in versi. moueor &c. & Petr. de Anch. in repe. c. 1. in 78. col. de const. & per Fely. in c. accedens. in 3. col. in fi. de præscrip. & in c. nonnulli. in prin. de rescr. & in c. postulasti. in princ. 5. col. de reser. & per Corse. in no. suo sub verbo rescriptum. incip. aliqua lex prohibet. &c.

Et vltra omnes superius adduct. ego tenens & sequēs hanc partem, videlicet, quòd generalis derogatio sufficiat absque eo quod ad speciem deueniatur, etiam dato quod specialia priuilegia, de quorum derogatione agitur, habeāt speciales clausulas derogatorias, adduco iura & rationes iudicio meo incōuincibiles. Et dico, q̄ nemini dubium est, q̄ si superior specialiter fecisset mentionem de dictis priuilegijs, eis derogasset, vt dicunt

165

doc.in dictis locis, & etiam eis derogasset, si vsus esset clausula,de plenitudine potestatis, vt quia dixisset, & omnibus in contrarium facientibus de plenitudine potestatis nostræ derogamus &c.& hoc ex potentia dictæ
17 clausulæ,cui nihil obstat nec resistit, † vt dixit Bal.in c. 1.in pe.col.de cõsti.& nihil potest opponi ei,quod prin
18 ceps facit de plenitudine potestatis, † secundum Bal.in procœ.decre.in 4.col.Et principi dici non potest cur ita facis? secundum Bal.in prælu.feu.in 9. col. in versic.sed pauca de principe dicam⁹.Et nõ debet quis audiri cõtra illud,quod facit princeps ex certa sciẽtia, vel de plenit.
19 potestatis: † imo debet repelli,& perpetuum silentium imponi,secundum Bald.in c.1.in §.si quis autẽ.in prin. per illum tex.in tit.de pa.constan.De qua plenitudine potestatis alia plura dixi in rep.mea. l. de vnoquoque. in 5.colum. ff. de re iud. de qua plenitudine potestatis vltra ibi dicta vide etiam Alex.in consi.111.inci.perspectis.in 2.col.in 6.vol.Et Phil.Dec.in consilio 262.incip. in causa.in vlt.col.ad fin.& in consil.269. incip. cõsultus.in 4.colum.vbi not.loquitur in materia. Modo sic, si princeps posuit dictam clausulam de plenitudine potestatis,intelligitur esse derogatum dictis priuilegijs vt dixi,& idem erit,si dictam clausulam nõ apposuit:quia etiam tunc intelligitur esse derogatum : & ratio est, quia quando princeps facit actum,qui non potest vale-
20 re,nisi fiat de plenitudine potestatis , tunc valet actus, etiam si non apponat clausulam † de plenitudine potestatis,quia intelligitur illam semper apponere, vt actus sustineatur,& magis valeat quam pereat. ita sing. dixit Paul.de Castr.in consil. 284.incip. in facto præsenti non intendo adulari &c. & idem dixit ipse Paul. de Castr.in l.ex imperfecto.C.de test. & eum refert & seq. Alex.in l.2.C. de testa.milit.in versi.iuxta prædicta & Felyn.in c.1.in prin.9.col.de constit. & in c.cum inter R. priorem.in 5.colu.de excep. & in c.in causis.in 2. colum.circa fi.de re iud.& Alex.in l.idem Vlpianus.in §. sunt & alij.ff. de excu.tut.Et idem in simili dixit Domi.de Sancto Gem.in consi.17.incip. pro declaratione.

in

in fi.2.colum.Phil.Dec.in consil.140. in 2.colum.& in consil.77.incip.viso &c.in fin.1.colum.& ibi in illo cõsil.in 4.colum.refert & seq. Paul. de Castr. in dictis locis: & idē videntur firmare doct.in pluribus locis, quos ego retuli in singula.meo 84.inci.princeps. & idem dixit Alex.in consi.92.incip.perspectis.in 8. colum. in 6. volum.& Phil.Deci.in consi.289.inc.non est.in pen.colum.in fin.de quo etiam latius dixi in repe. mea.l. de vnoquoque.in 6.colum.ff.de re iudi. ita ergo intelligitur esse derogatum priuilegijs prædictis per principem, vel superiorem, si apponat dictam clausulam, quantum si eam non apponant, cum, vt dixi, intelligatur apposita, vt actus magis valeat quam pereat. Tene menti prædicta, quia sunt lucri, & honoris plena, & ita notanda, quòd nihil supra, & ab omnibus non sunt cognita, nec recitata, & hæc satis sint circa hanc octauam quæstionem, &c.

SVMMARIVM.

1 In causa criminali an concludatur in causa. nume. 5.

2 Testes publicatis attestationibus, & post conclusionem in causa possunt produci in causa criminali.num.8.

3 Conclusio in causa nõ obstat productioni in causa criminali. Et in quibus locum nõ habeat. nu.6.

4 Testes in causa hæresis nõ obstante processus publicatione produci possunt.

7 Iudex an possit ex officio suo inducere testes contra reum accusatore præsente.

9 Conclusum in causa quando dicatur.

10 Iudex an possit inuitis partibus, vel altera tantũ concludere in causa.

11 Partes an cogi possint per iudicem ad concludendum.

12 Iudex potest tacitè, & expresse reuocare conclusionem in causa.

266

13 Concludi in causa in vno articulo tantum, & in alio non de partium consensu potest.

14 Probationes an fieri possint post cõclusionem in causa.nu.32.40.42.& 45.

15 Conclusum in causa perinde est, ac si esset iudicatum.

16 Conclusio in causa æquiparatur sententiæ.

17 Produci aliquid iuris vel facti an possit post conclusionem in causa.nu.50.

18 Iudicis nullæ sunt partes in cognoscẽdo post conclusionem in causa.

19 Denunciatio per emptorem de lite mota, an possit fieri post conclusionem in causa.

20 Comparere per procuratorem in causa criminali post conclusionem in causa an quis possit.

21 Accusatus post conclusionem in causa non potest petere, quòd accusator se inscribat ad pœnam talionis.

22 Iudex suspectus post conclusionem in causa recusari non potest.

23 Confessio vt erronea post conclusionem in causa non potest reuocari.

24 Exceptio excommunicationis an possit opponi post conclusionem in causa.nu.30.

25 Allegari an quicquam possit post conclusionem in causa.nu.27.

26 Positiones post conclusionem in causa produci non possunt.

28 Consilium sapientis ex forma statuti post conclusionem in causa peti non potest.nu.49.

29 Iuramentum de veritate, vel de calumnia post conclusionem in causa non admittitur.

31 Constitutio disponens in causis pendentibus nõ habet locum, si conclusum fuit in causa.

33 Aequitas suadens multa impetrat, quæ alias non concederentur.

34 Attendendum est non solum quod licet, sed etiã quod decet.

35 Im-

35 Impossibile reputatur illud quod non decet.
36 Iudex ex officio suo debet manifestę iniquitati occurrere.37.
38 Indebitum solutum vigore alicuius sententiæ repeti potest æquitate suadente.
39 Princeps non potest tollere ea quæ sunt iuris ciuilis,si in se habeant æquitatem naturalem.
41 Allegare turpitudinem suam quando liceat.
43 Notoria videntur excepta in qualibet dispositione.
44 Exceptio notoria , quæ ex suspitione sententiæ apparet,potest opponi contra tres sententias conformes.
46 Cautela, quòd post didicita testificata possint p-duci testes.
47 Statuta loci possunt semper produci,& cur.
48 Iuramentum deferri in supplementum probationis an possit peti post conclusionem in causa.
51 Statutum cogens partes ad faciendum compromissum non petitum in causa principali,an possit peti in causa appellationis.
52 Articulis Rei admissis ad instantiam actoris post conclusionem in causa,an tacitè videatur reuocata conclusio in causa antea facta.
53 Probari an possit illud,quod est extra tẽpus probatorium.
54 Patris consensus non requiritur quando filiusfamilias ex delicto conuenitur.

§. SEquens quæstio 9.est in ordine, quæ not. & vtilis est,in qua quæritur † an in causa criminali reconcludatur in causa? In qua breuiter dicas quod nõ,vt habetur in l. vnius facinoris.in §.cogniturũ.ff.de quæst.& facit in arg.tex.in l.1.in fi.eo.tit.& hoc voluit Bart.per illa iura in extraua. ad repri.in verb.subsequẽtia,& Bald.in l.1.in 3.col.C.de cond.indeb. & in l.si accusatoribus in fin.C.de accusa.& Cyn. in l.damus.C.de fal.& Ange.de Aret.in tract.malefic. in verbo, qui iu-

267

dex ſtatuit terminum ad opponẽdum cõtra proceſſum, cir.3.colum.& Ludou. Roma. in conſilio 175.incipien. dictum vltimum laudum.in 2.colum.in verſicu.inquã. tum dicitur quòd tex.in l.quamuis &c.& Bald.in l.certi condictio.in princ. ff.ſi certum petatur. & Ludou. Roma.in repe.l.1.in 3.colum.ff.de arb.vbi dicit, quòd contrarium tenuit Ange. & malè. in l.pactum inter hæredem.ff.de pac. Et iſta eſt communis opi. ſcribentium, quæ habet rationem & æquitatem in ſe : quia congruũ & rationabile eſt vbi tractatur de vita hominis, vt ſemper poſſit reus facere ſuas probationes & defenſiones. argu.c.vbi periculum.de elect.in 6.cum ſim.Et ideo di-
2 xit Bartol.in l.diui fratres.ff.de pœnis.† quòd in cauſa criminali poſſunt produci teſtes publicatis atteſtationibus,& etiam poſt concluſum in cauſa, & idem dixit ipſe Bart.in l.2.in §.ſi publico.in 6.colum. in verſi. vlterius quæro.ff.de adul. & Barto. in l. 4. §. hoc autem iudicium.in pen.colum.ff.de dam.infect. & in authen. qui ſemel.in 3. colum. C. de prob. vbi expreſſius dicit,
3 quòd renunciatio † vel concluſio in cauſa non obſtat productioni in cauſa criminali. all.l. iuriſgentium. §.ſi paciſcar. ff.de pac. Pro quibus facit optime quod dixit Ange.in l.per hanc.C.de temp.app.in 8. colum. vbi in-
4 quit,quòd in cauſa hæreſis, † non obſtante publicatione proceſſus,poſſunt produci teſtes.all.c.fin.de hære.in 6.& idem dixit Gem.in c.vt officium.in §.verum,eod. tit.& li.Et vide etiam in hac materia no. verbum Bald. in c.1.de reſt.in integ.lib.6.in apoſt.vbi dixit, quòd li-
5 cet in iudicijs † fiat concluſio in cauſa, vt in c. auditis. de procur.& in c.teſtibus.de teſti. & in c. cum dilectus. de fide inſtru.tamen in cauſa ſtatus, vel corporis nunquam poteſt in cauſa concludi,quod eſt ſing.ſecundum eum.quod dictum pro no.refert & ſeq.Felyn. in c. cum dilecti.in 4.colum.verſicu.adde elegans dictum &c. de accuſ.& hanc partem quòd non concludatur in cauſis criminalibus tenet Iaſon in repe. l.admonendi. in 24. col.in fi.de iureiu.in verſic. ſed in criminalibus &c.de quo etiam dixi latiſſime in l.1.§.fi.in 2.col.verſic.item no.ff.

no.ff.de quæst. Et ibi etiam posui not. verbum perpetuo
menti tenendum, videlicet, quòd licèt comm.opi. doct.
sit vera, quòd in causis criminalib. non obstet publica-
tio, seu conclusio in causa: attamen istud † nō proce 6
dit, vbi petitur noua examinatio ad offensam Rei, quia
tunc tali examinationi obstat publicatio, secus autem
ad fauorem Rei, ita not. dixit Sal. in l. fi. in vlt. col. C. de
quæst & voluit Franc. de Are. in c. fraternitatis, de testi.
in 8. char. quos refert & sequitur do. Fel. in c. cū clamor.
in 3. col. de test. de quo ego etiam dixi in sing. meo 90.
incip fauorabiliores &c. ad quæ faciunt dicta per Bald.
in consi. suo 276, incip. tex. in quo ante fi. in 1. vol. & per
Alex. in l. 2. in §. si publico. in 13. apost. ff. de adulter. & in
l. 4. §. hoc autem iudicium. in vlt. col. versi. ad istam q̄st.
&c. ff. de damno infecto. vbi refert Fran. Tigri. in l. qui
accusare. C. de edend. dicētem, quòd licèt ad defensionē
Rei possit Iudex ex officio suo præsente accusatore in-
ducere testes. l si non defendantur. ff. de pœnis. † tamē 7
secundum eum non reperitur iure cautum, quòd iudex
possit ex officio suo inducere testes contra ipsum reum,
si accusator sit præsens & accusationē prosequatur. Nec
obstare videtur prædictis dictum Bart. in l. vnius. in §. 1.
ff. de quæst. vbi dicit, quòd publicatio testium non ob-
stat quin etiam ad offensam non possint alij testes † ex- 8
aminari, quod etiam voluit Angel. de Aret. in tractatu
suo malefi. in verbo, comparuerūt dicti inquisiti, & ne-
gauerunt totum. in vlti. char. in versi. quæro an post pu-
blicationem. vbi ad hoc etiam alleg. Bart. in sua disput.
incip. iudex maleficiorum. quòd etiam voluit ipse Ang.
de Are. in d. tract. in verbo, qui iudex dictum processum
publicauit in 1. col. ver. ad hoc alleg. doct. in d. auth. qui
semel de proba. Quoniam potest responderi, quod di-
ctum Bart. in l. vnius. §. 1. & aliorum vbi supra intelligi-
tur, quòd publicatis testibus in causa criminali, possunt
recipi testes ad causam, hoc est verum super nouis capi-
tulis, non autem super eisdem capitulis, secus autem ad
defensam: quia possunt recipi publicatis testibus, etiam
super eisdem capitulis, ita soluit Saly. hoc contrarium

in d.l.fi.C.de quæſtio. in vlt. col. quã ſolutionẽ teneas menti: quia not.eſt. Pro qua ſolutiõe,& dicto facit optime regula illa videlicet,quòd fauorabiliores ſumus ad liberandum,quàm ad condemnandum,de qua in l. Arrianus.ff.de act. & oblig. & in l. fauorabiliores,de reg. iur.de qua dixi in ſing.meo 90.incip.fauorabiliores. Et quia hæc materia concluſionis in cauſa eſt multum vtilis & quotidiana,nedum in cauſis criminalibus,ſed etiam in ciuilibus,& in ipſa materia tanguntur plures & diuerſi not.articuli & plures quæſtiones non omittendæ,ideo non immerito hic quęram de aliquibus.Et pri-
9 mo quæro.quando †dicatur cõcluſum in cauſa? in quo dicas, quòd dicitur tunc concluſum eſſe in cauſa,quando renuntiatum eſt allegationibus,& omnibus,probationibus. ita dixit gloſ.in c. cùm dilectus inverbo, concluſum.de fid. inſtru. & idem dixit gloſſ.in authent.de tęſta,in §.ſi verò quædam.in verſi concluſerit.& gloſſ. in c.ſignificauerunt in verſi.liquere,de teſt. vbi dicitur etiam eſſe concluſum in cauſa quando iudex manifeſtauit,quam ſententiam ferre vult,ſecundum Bald.in l. admonendi. in 2. col. ff. de iureiuran. vel etiam, ſecundum eum,ibi dicitur eſſe concluſum in cauſa, quãdo iudex fecit citare partes ad audiendũ ſententiam.de quo etiam per Ioan.And.in c.fin.de in integ.reſti.Item dicitur etiam eſſe concluſum in cauſa, quando per iudicem eſt datus terminus ad probandum,& probatum habendum: quod intellige quo ad probationes facti, non quo ad allegationes iuris, ſecũdùm Ang.in c.licèt cauſam. in 3.col.de proba.& voluit Domin.in c.pia.in 5.colũ.de excep.in 6,& Alex.in conſi.101. incipiẽ.viſo proceſſu.in penul.col.in 2.volu.& idem videtur cõcludere & tenere Spec.in tit.de dila §.videndum. verſi.quid ſi data ſit dilatio & in tit.de inſtrum.edi.in verſi. nunc dicamus. verſi.dicit autem.& idem videtur tenere Archi.in c.iudicantem.30.q.5 pro quibus faciunt dicta per Dominos de Ro.in ſuis deciſ.162. Item ille,qui ſe approbãdi poſſibilitate excludit, videtur contra ſe in cauſa concluſiſſe,ſecundum Inno.Hoſtien.& Ioan.And.in c.ſuper eo.

de

de appell.quos refert & sequitur Bald.in c.1. in 10.colū. in fi.de mil.vas.qui cōtumax est. Quæri etiā potest, an iudex possit inuitis † partibus, vel altera tantum inuita,cōcludere in causa? in quo glos.quam omnes reputāt sing.in cle.sæpe.de verbo.significatio.in ver.conclusionem.tenet quòd sic.quam glo.cōmuniter aprobāt doct. 10

Item an partes possint cogi per iudicē ad concludendum †in causa,vide Bal.in c.1.circa med.si de inuest.inter domi.& vas.lis oria.Et in materia adde hic do.Anto.in c.dudum.el.1.in fi.2.col.de elec.vbi dixit.quòd iudex potest tacitè, & †expressè reuocare cōclusionem in causa,recipiendo probationes post conclusionē in causa.& etiā hoc potest facere expresse.& idem voluit dom. Anto.in c.auditis.in 2.col.de restitu.spo.& in c.auditis, in 4.col.de procura.quem sequuntur Moder.in c.fraternitatis.de test.& volunt Domini de Rot. in deci. 5.inci. item si post conclusionem in causa. & Card. in clem.de testib.in 2.col.de testib.& Abbas in c.cum dilecta.de fide instru.& in c.quoniam contra in 14. colum. de proba.& Alexan.in consil. 296. incip.diuini numinis.in 3. colum. Item in materia ista vide etiam Bal. in d.l.si accusatoribus.C.de accus. vbi dicit, † quod de consensu partium potest concludi in causa in vno articulo tantū, & in alio non,& dicit de hoc esse glo.ordi.in authen.de testi.in §.quia verò sæpe. Vlterius etiam quæri potest generaliter loquendo, † an post cōclusum in causa possint fieri probationes? in quo dicas quòd non, generaliter loquendo.ita habetur in c.pastoralis, de cau. poss. & propri.& in l.1.C.de rela. Pro quo faciunt dicta per Bal. in l.error.C.de iu.& fac.igno.in 4.colū. vbi dicit, quòd quando conclusum est.in causa, † perinde est, acsi esset iudicatum. & idem etiam voluit Anto.in c.auditis. de procura.& Bart.in l.si mater.in §.eandem. ff.de excep. rei iudi.in vlt.verbis.& Bald.in authen.iubemus, C. de iudi.& ibi Ang. & Salyce.& Lud.Roma.in l.si Titius.ff. de verb.oblig.& Angel.de Aret.in §.appellantur. in 4. col.Insti.de exceptio. Pro quibus faciunt dicta per Abba. in c.1.de except.in princip. Et facit glos.in l.si ideo 11 12 13 14 15

ff.de

ff.de euict.quæ dixit,quò concluſio in cauſa æquipara-
16 tur ſententiæ, † quod etiam dixit Guil.de Cu. in l. 1. ff. de mino,& glo.in l.ſi in rem.§.fin.de euict. Et facit dictum Bald.in l.nec cauſas.in prin. C. de app.vbi dixit,
17 quòd poſt concluſum in cauſa, non † poteſt produci aliquid iuris vel facti. quod etiam dixit Anto. in d.c. paſtoralis.& Bart.in tract.ſuo de iudicijs.in verſi.nono quæro. Et dixit Inno. in d.c.paſtoralis. de cauſa poſſeſſ.
18 & propriet.quòd poſt concluſum in cauſa, † nullæ ſunt partes iudicis in cognoſcendo,cùm iam ſit cognitum,& quòd tunc non eſt cognoſcere, ſed cognitum eſſe. Pro quo facit quòd voluit Bald.in l.1.in 2.colum.de condictio.inde.& faciunt dicta per Barba.in d.c.paſtoralis.in in 6.char.in repeti.& glo.in l.ſi rem. in §.quolibet tempore.ff.de euict.quæ dicit, quòd denũtiatio per emptorem de lite mota, poteſt fieri venditori quolibet tem-
19 pore tantum.glo.ibi hoc reſtringit, niſi eſſet † concluſum in cauſa:quia tunc talis denuntiatio nõ poſſet fieri,& illam glo.allegat pro ſing. Bal.in l.fina. C.de vſu. rei iudi. Et facit tex.in l.quamuis indubitati. C.de adul. vbi habetur,quòd licet quis in cauſa criminali nõ poſſit comparere in iudicio per procuratorem : vt in c.veniens.de accuſ.& in l.pen.in §.ad crimen. ff.de pub. iu-
20 di.cũ ſimil. nihilominus † poſt concluſum in cauſa,poterit comparere per procuratorem, vt ibi habetur. Et facit etiam quod dixit Bart.in l.is qui reus.ff.de pub.iud. vbi dicit,quòd licèt accuſatus poſſit petere,quòd accuſator ſe inſcribat ad pœnam talionis.l.in cauſis.C.de accu
21 ſat. cum ſimilib. † tamen poſt concluſum in cauſa non poterit hoc petere.Et facit quòd dixit Bart. in d.l.ſi mater.in §.eandem.ff de excep.rei iudi.vbi dicit, quòd licit ius ſuperueniens actori lite pendente ſibi proſit: tamen ei non prodeſt,ſi ſuperueniat poſtquàm cõcluſum fuit in cauſa. Et facit quod dixit Ioan. And. in c.cum dilectus,de ordi cogni.quem refert & ſequitur Barb.in d. c.paſtoralis. in 7.char.in fi.in repe.vbi dixit, quòd licèt iudex ſuſpectus poſſit recuſari. vt in c.ſuſpitionis.de offic.deleg.cum ſimi.non tamen poteſt recuſari vt ſuſpectus

ctus † post conclusionem in causa. pro quo facit quod 22
voluit Lap. in c. iudex. de offi. deleg. in 6. quod tamē limita & intellige, nisi supitio supervenisset post conclusionem in causa. arg c. insinuante. de offic. deleg. de quo ibi per Lap. & alios. Et adduci etiam potest secundum Barba. in d. repe. d. c. pastoralis. quod voluit Bal. in l. error. C. de iu. & fac. igno. vbi dixit, quòd post conclusum in causa, † non potest reuocari confessio vt erronea. Et 23
dixit Bald. in l. 1. C. ne ex delict. defun. in 2. col. quòd in confiscatione bonorum paria sunt sententiam esse latam, vel conclusum esse in causa. Et dixit Cardi. in cle. 1. in 1. col. post prin. de excep. quòd exceptio excommunicationis † non potest opponi post conclusum in cau- 24
sa. hæc tamen doctrina communiter à doct. reprobatur secūdum Barb. in d. c. pastoralis. vbi alleg. ad hoc plures rationes & plura iura. Et facit quod voluit Bal. in c. fin. de proba. vbi dixit, quòd post conclusionem in causa † 25
nil potest allegari. Et adduci potest secundùm Barb. vbi supra. quod voluit Guil. de Cu. & Cyn. in l. si quis ex cōsensu. C. de episco. aud. vbi dixerunt, quòd si partes fuerunt præsentes coram arbitratore vsque ad conclusionē causæ, quod poterit arbitrator ferre arbitramentū partibus aliter non citatis. Adducit etiam Domin. de sancto Gemi. in c. 1. in vlt. col. de cōfess. in 6. vbi dicit, quòd post conclusionem in causa non possunt † fieri, vel produci 26
positiones. pro quo facit glo. in cle. sæpe. de verb. sig. in verbo, interrogauit. & adducit etiam Bal. ibi in d. c. pastoralis. in 2. colum. vbi dixit, quòd post conclusum in 27
causa, † non potest aliquid de facto vel de iure allegari, secundum Inno. ibi. vnde dicit, quòd si post conclusionem in causa producantur consilia sapiētis, & magnorum virorum. iudex tamen non debet facere ponere in actis talia consilia. Item subdit ibi ipse Bal. q̄ licet possit ex forma statuti peti consilium sapiētis, † tamē post. 28
quàm est conclusum in causa non potest hoc fieri. Item dicit etiam, quòd tunc non debet aliqua dilatio ad hoc allegari, quia conclusio est vltimum verbum scriptum vel prolatum in processu. arg. C. de fi. instr. l. cōtractus.

& il-

& illud eſt vltimum, poſt quod nihil ſequitur, vt l. qui duos. ff. de re. du. & adduci poteſt etiã quod voluit gloſ. no. in c. ex literis. de iureiur. quæ dixit, quòd poſtquàm
29 eſt concluſum in cauſa, † non admittitur iuramentum de veritate, vel de calumnia. & dixit Ioan. And. in c. paſtoralis, de excep. quòd poſt concluſum in cauſa non ad-
30 mittitur † exceptio orta, etiam poſt concluſionem cauſæ. quod an ſit verũ, non affirmo. Et adduci poteſt quod ſingu. voluit Io. de Imo. poſt alios in c. fi. de conſt. vbi dixit, quòd ſi emanauit conſtitutio, quòd tale quid habe-
31 at locum in cauſis pendentibus, † quòd talis diſpoſitio nõ habet locũ in cauſa in qua iam cõcluſum eſt in cauſa. Et per iſta mihi videtur concludendum, generaliter loquendo, quod in cauſis ciuilibus poſt cõcluſum in cauſa, nõ poterũt fieri ꝓbationes aliquæ in ipſa cauſa. Quæ tamen concluſio iudicio meo poſſet limitari, & reſtrin-
32 gi, niſi fortè † æquitas aliter ſuaderet. Nã æquitate ſuadente, poſſet etiã poſt cõcluſum in cauſa fieri probatio. & hoc per doctrinam Anto. in c. 1. de iud. vbi dicit quòd licèt ſit concluſum in cauſa, tamen æquitate ſuadente poſſunt produci inſtrumenta. & ita dicit ſe de facto obtinuiſſe: quod dictum refert & ſequitur Barb. in repet. c. paſtoralis. de cauſa poſſ. & proprie. in 3. char. Pro quo faciunt dicta per eundem in c. cum dilectus. de conſue. vbi dixit, quòd ſtante ſtatuto, quòd nõ poſſit reus opponere
33 contra intentionem actoris, quòd † tamen poteſt iudex (æquitate ſuadente) repellere talem agentẽ. alleg. Inno. in c. cum olim. de cẽſib. idem etiam videtur dicere ipſe Ant. in c. bonæ. de poſt. præla. pro quo facit quod voluit Pe. de Anc. in c. cum inter. R. priorẽ. de except. vbi inquit. quòd ſi aliquis eſt iniuriatus excommunicato, qui agere non poteſt, vt in c. intelleximus. de iud. quòd tamen iudex æquitate motus poteſt punire talem iniuriantem. Et facit quod dixit Barb. in rep. c. paſtoralis. de cauſ. poſſ. & ꝓprie. in 3. char. ante fin. vbi inqt, quod ipſe vidit dubitari de facto tempore ſuo: quia quidã fuerat læſus infra dimidium iuſti pretij, nõ tamen vltra, dicebat, quòd æquitate ſuadente iudex poterat ſibi ſuccurrere:

rẽre: videlicet, quòd aut emptor reficiat sibi iustũ pretiũ, aut dimittat rẽ accepta pecunia sua, & dicit ꝙ allegabãt aduocati pro eo, quod habetur in l.1.§. quæsitum. ff. de separatio. & quod voluit Bal. in l.2. in fi. C. qꝺ̃ met. cau. vbi dicit, ꝙ licet statutũ tollat exceptionẽ habentẽ naturalẽ æquitatẽ, tñ solues potest redetere indebitè solutũ: nõ quia tutus sit exceptiõe, sed quia tutꝰ est naturali æquitate, qꝺ̃ dictum refert & sequitur Alex. in l.1.§ patui. ff. quod vi aut clã. Et dicit Barb. vbi sup. quòd si dicatur, quòd licitũ est cõtrahẽtib. se circũuenire. vt in l. in causæ §. fi. ff. de mino. & l. itẽ si pretio. ff. loc. nõ tñ hoc cõgruit de æquitate, nec etiã decet. Et ideo glo. in l semp in conuẽtionib. ff. de re. iur. dicit. ꝙ nõ cõuenit bono viro aliũ circũnenire in pretio. quã gl. ꝓ sing. refert & seq. Bal. in in auth. ad hæc. C. de vsu. & in c. si ꝓponẽte. de rescrip. cẽ & in c. causam q̃ de testib. Itẽ dicit Barb. ꝙ dicti aduocati adducebãt etiã gl. 10. q. 2. c. ius porrectũ, itẽ dicebãt etiam, ꝙ † nõ solũ attendendũ est quòd licet, sed etiã quod decet, vt habet in l. semper. ff. de ritu nup. & in c. magnę. 34
de voto, Nã illud quòd non decet †reputatur impossibi 35
le, secundũ Card. in repe. c. licet de vitãda. de elect. & in c. perpẽdimus. in rep. de senten. excõ. Attamẽ ipse Barb. refert se cõsuluisse contrariũ. Item ad prædicta facit etiã quod dicit Host. in c. quintauallis, de iureiur. vbi dixit, quòd † iudex ex officio suo debet occurrere manifestæ 36
iniquitati, etiam si parti esset præcluſa via per pactum, seu per statutum, quod dictum refert & seq. Pet. de Ancho. in consi. 166. incip. visis &c post princip. vbi etiam ad hoc alleg. Barto. in l.1. ff. quod vi aut clam. Item facit etiam prædicta quod voluit Host. in c. bonæ de appel. vbi dixit, quòd si res mea peruenit ad te, & nulla mihi competit actio ad eam repetendã: quòd tamen æquitate suadente iudex potest illũ compellere ad tradendũ mihi rem meã, & idem ipse voluit in c. per tuas. de arbi. Et facit dictũ Bal. in addi. Spec. in tit. de excep. in vers si lex aufert &c. & quod voluit Lud. Rom in cõs. 67. in. ci. viso themate &c. vbi idẽ dixit qꝺ̃ dixit Pet. de Anch. in d.c. cùm inter R. priorem, vbi etiã alleg. Bal. in rub. de

manu-

manumiſſ. in fi. & alia plura allegat, de quib. ibi per eũ. Et ibi ſubdit, ꝙ ſi ex alicuius conſtitutionis forma reo
37 exceptionis aut defenſionis poſitio denegatur, † attamen iudex ex proprio officio nulliter agentem repellet à limine iudicij, pro quo dicit ipſe ibi eſſe caſum in l. plane. ff. de pet. hære. & facit l. fi. eo. titu. Et faciunt dicta per Abb. antiquũ, in c. peruenit. de empt. & ven. & quæ habentur per ſcriben. in l. ſi fideiuſſor. in §. quædam. ff. manda. in l. quintus. eo. tit. & in l. bona fides. ff. depoſit. & dicta per glo. in l. mancipium. ff. de euict. Item ad prędicta faciunt etiam dicta per Alex. in l. Iulianus verum debitorem. in 2. col. circa med. ff. de cõdictio. indeb. vbi dixit, quod ſi ſolui indebitum vigore alicuius ſentẽtiæ,
38 † quod potero tamen æquitate ſuadente, illud repetere per cõdi. ſine cauſa. ad quod ipſe allegat caſum in l. elegãter. in † ſi quis poſt. eodem tit. & dicit quòd hoc voluit Bart. in l. 1. §. 2. ff. quod vi aut clam. & Paul. de Caſt. in l. ſi fullo. ff. de fur. & Bart. in l. ſi ſine. ff. rem ratam haberi. in prin. & dicit, quod in contingentia facti ita fuit iudicatum hic Bononiæ. Item ad prædicta facit etiam. Nam licèt princeps etiam ſine iuſta cauſa poſſit tollere ea, quæ ſunt iuris ciuilis, vt habetur in c. propoſuit de cõ ceſſion. præbẽ. & in l. item ſi verberatum. ff. de rei vend. & in l. ſi priuatis. ff. qui & à quibus. & in c. quę in eccleſiarum. de conſtitu. tamen nõ poteſt tollere ea, quæ ſunt
39 iuris ciuilis. † ſi in ſe habent æquitatem naturalẽ. ita ſingul. dixit Abba. in repet. c. per tuas. de arbit. in 11. colum. quod dictum pro ſolenni refert & ſeq. Fel. in c. ad audientiam. el 2. in 5. colum. de reſcri. & Anto. Burgos Hiſpanus in repe. rub. extra de empti. & ven. in pen. colum. Et faciunt dicta per Bald. ſuper ſtatutis. in verbo, probatio. in 6. verſi. inci. ſtatutum denegat &c. & per Bar. in cõſi. 2. incip. ideo hanc conſultandi &c. in antepenu. colu. in 3. volu. & dicta per me in conſi. meo 51. incip. ſuper articul. &c. in fin. & latè etiam loquutus ſum in hac materia. in l. 1. §. fi. in 13. col. ff. de quæſt. Ex quibus omnibus mihi videtur concludi poſſe, quòd etiã poſt concluſum in cauſa, ſuadente æquitate poterunt produci teſtes, &

debe-

debebunt admitti &c. Posset etiam limitari dicta con-
clusio, quòd post cõclusum in causa, non possunt fieri p-
bationes. quod tamen fallit vbi verteretur periculũ ani
mæ: † quia tunc possunt fieri probationes non obstante 40
cõclusione in causa. ad quod dicẽdum moueor per not.
dictum Car. in c. ad petitionem. de accu. vbi dixit, quòd
in causa beneficiali admittuntur productiones testium
post publicatum processum, quod dicit esse speciale p-
pter periculum animarũ. quod dictũ refert & sequitur
Barb. in repet. c. pastoralis. in 36. col. de caus. poss. & pro.
& in c. ad petitionem. de accu. Pro quo facit quod dixit
glo. no. in c. ex tenore. de test. quæ dixit, quòd licèt non
sit audiendus ille, qui alleg. turpitudinẽ suam, vt habe-
tur in l. 2. ff. de con. ob turp. causam. & in c. non solũ. 23.
q. 3. cum simil. † istud tamen fallit vbi vertitur periculũ 41
animæ: quia tunc licet allegare turpitudinem suam. &
idem dixit glos. in c. inter dilectos. de dona. de qua ma-
teria habetur in l. filios. & ibi glos. C. de reuo. his quæ in
frau. cred. alie. sunt. & p Feli. in c. tertio loco. in pen. col.
de præsump. & in c. lator. in 1. & 2. colũ. de re iud. & per
Soc. in consi. 66. incip. frustra. in 7. col. & per Alex. in cõ-
sil. 99. in fi. in 1. volu. & per Bart. Cepol. in consi. 58. inci.
Franciscus. Aliter etiam potest limitari prædicta con-
clusio. videlicet, quòd post conclusionem in causa non
possunt fieri probationes, vel quicquam produci. † hoc 42
tamen fallit in notorijs: quia notoria possunt produci
post conclusionem in causa, hoc voluit Lap. Abb. in c.
iudex. d offi. deleg. lib. 6. vbi dicit, quòd licet post con-
clusum in causa partes non audiantur, quòd tamen fal-
lit secundum eum ibi. nisi pars velit opponere excepti-
onem notoriam, quæ non requirit probationem. nam
admittitur post cõclusionem in causa, vt in c. quoniam.
de fi. presby. & in c. peruenit. & in c. proposuit. de app.
quod dictum refert & approbat Barba. in d. c. pastoralis.
in 30. col. Et istud dictum videtur habere rationem in
se: eo quia notoria videntur † excepta in qualibet dispo- 43
sitione. Et ideo dixit glos. sing. in c. ex conquestione. in
versi. appellationem, de restit. spoli. quòd stante statuto

272

ſtante ſtatuto quòd à ſententia non poſſit appellari, nõ habet locum vbi grauamen eſſet notorium. & quòd etiam voluit Bal. in l. 1. in ver. deinde quæro. C. ſi de momen poſſ. fue. app. & in l. fi. C. de or. cog. & in l. cõſentaneum. ver. quæro nunquid à tali. C. quom. & quan. iud. & in l. 1. C. ne li. ter. prouoca. Pro quo facit quod voluit Bart. in l. 1. in prin. in 4. col. verſi. oppono. ff. de oper. no. nunc. Et facit etiam quod dixit Old. in conſi. 160. quòd literæ executiuæ. vbi dixit, quòd licet cõtra tres ſententias conformes non poſſit opponi aliqua exceptio, vt
44 in cle. 1. de re iud. poteſt † tamen opponi exceptio notoria, quæ ex inſpectione ipſius ſententiæ apparet. & idem voluit Bal. & Sal. in l. 1. C. ne lice. in vna eademq; cauſa tert. prouo. & Bald. in l. ſi vnus. in §. pactus ne peteret. in 13. col. ff. de pact. & 10. de Imo. in l. de pupillo. in §. qui opus. ff. de ope. no. nun. vbi refert etiam ita tenere Dominos de Rota & ita etiã tenuerunt plures docto. quos retuli in repet. mea. l. fin. C. de pb. in 17. quæſt. extraor. vltra me. & in rep. mea rub. C. de prob. in 33. & 34. colum. in quibus locis alia quamplura ad hoc adduxi in materia iſta, quæ non refero breuitatis cauſa. Et vltra præmiſſa poteſt etiam limitari prædicta concluſio videlicet, quòd probationes non poſſunt produci poſt
45 concluſum in cauſa, hoc fallit, † niſi ſint probationes de nouo repertæ: quia tales poſſunt etiam produci poſt concluſionem in cauſa: ita voluit gloſſ. ſing. ſecundum Ang. ibi in l. admonẽdi. ff. de iureiur. & hoc voluit ibi Bart. dicens quòd de hoc eſt caſus in d. l. admonendi. ſecundum vnam lect. & voluit etiam Bald. in conſil. 725. incip. ſuper eo. quod quæritur in 6. volum. & Paul. de Caſt. in l. oratione. ff. de fer. & Bald. in l. 1. C. de cond. inde. in 3. colum. in verſi. primo quæro &c. de quo etiam aliquid per Bar. in l. mãcipiorum. ff. de optio. leg. & per Bald. in l ſuper. C. de rela. & per Bal. in l. 1. in fi. C. vt quę deſunt aduo. par. iud. ſupple. & per An. in d. c. paſto. de excep. & per Ludo. Rom. in l. ſi rem. §. fi ff. de eui. Et de iſtis de nouo ſuperuenientibus dixi plura notatu digna in l. 1. in fi. in 6 colum. verſi. & ratio huius &c. & in

l. ſi

l.ſi quis ne quæſtio.in 11.col. verſi. & propter iſtam regulam.ff.de quæſt. Potes etiam loco alterius limitationis ad prædictam concluſionem addere not. verbū Bal. in l.ampliorem.in fi.1.col. C.de app. vbi dicit, quòd licet poſt dicta teſtificata non poſſint vlterius produci teſtes per cle.teſtibus.de teſt. tamē cautela eſt, quòd pars quæ vult teſtes producere, det nomina ipſorum teſtium induci & ſe abſentet: † nam tunc poterit iudex eos 46
examinare, quod eſt valde not. quod dictum refert & ſequitur Pau.de Caſt.in conſi.369.incip.in caſu de quo quæritur &c.in pen.colum. vbi pro hac parte plura alle. in ſimili.quod dictum etiam refert & ſequitur Lud.Ro. in conſi.479.incip.quod quæritur.in fi.& rep.rub.de arbi.in 11.col.in verſi.item habeas &c.Et illud dictū Bald. etiam refert & ſequitur Barba.in c.ad petitionem.in 4. col.verſi.vlt.not.de accu. & Alexan. in l.4.in §.hoc autem iudicium.in 3.col.ff.de dam.infect.vbi refert Ludo. Rom.reprobantem illud dictum Bald.& eum reprehendit,& reſpondet ad omnia adducta per do.Ludo.Rom. in contrarium. De qua doctrina Bald. latius loquutus ſum pro ea plura adducendo, in l.1.in §.fin.in 3.colum. ff.de quæſt.ad quæ me remitto. pro qua etiam optimè faciunt dicta per Iaſ.in l.vbi pactum. in 5. volum. C.de tranſact.Et circa dictam materiam concluſionis in cauſa, non omitto vnum, videlicet, quòd † ſtatuta loci poſ- 47
ſunt ſemper produci: quia ipſa ſtatuta in loco, in quo vigent ſunt notoria, nec indigent aliqua probatione, ita no.dixit Bal.in conſi.308. incipiē.ad veritatem eundum eſt &c.in 3.volu.in verſi.aliud &c. Modo pro maiori complemento huius materiæ concluſionis in cauſa, quæro de not.quæſtione, videlicet an poſt cōcluſum in cauſa poſſit peti † deferri iuramentum in ſupple- 48
mentum probationis, vel poſſit peti compromiſſum fieri inter ipſos litigantes, quando ſunt affines qui ex forma ſtatuti coguntur ad faciēdum compromiſſum, † vel 49
poſſit peti poſt concluſum in cauſa ab altera partium, quod cauſa decidatur cum conſilio ſapientis, vel poſſint aliqua alia ſimilia pati. Hæc q̄ſtio verè eſt multum quo-

tidiana, & pluries contingit de facto. & ego dieb mei vidi eam in facto in diuersis locis. & in diuersis iudicijs: maxime in ciuitate Mediolani, dum moram trahebam cum illustriss. duce Mediolani. & tūc plura & plura adducta fuerunt pro vtraq; parte, in qua quæstione tu breuiter dicas, quòd aliquid de prædictis non potuerit peti, videlicet iuramentum deferri in supplementum, nec compromissum fieri, nec consilium sapientis, nec similia post conclusum in causa. ita dixit Bart. in l. admonēdi. in vl. col. ff. de iureiur. & Bald. in c. 1. in §. item si vasallus. in vl. col. de contr. inuest. & Inno. in c. pastoralis. de caus poss. & prop. & no. Canonist. in c. cū Ioannes. de fi. instrum. & Bal. in l. 2. ff. de iureiu. & Bald. in l. in bonæfidei. in 1. col. C eo. ti. & in l. generaliter. in princ. C. eo. tit. de iureiu. & voluit Paul. de Cast. in consi. 96. inci. viso quodā processu agitato Forliuij. in fi. & Lud. Ro. in d. l. admonendi. circa fin. & in consi. 255. incipiē. quo ad primam quis melius &c. Et idem tenet Alex. in cons. 82. inc. in causa vertente. in 3. colū. in princ. vbi loquitur an possit inter affines peti post conclusum in causa fieri compromissum. alleg. Bal. hoc tenētem in l. 1. de trāsa. vbi dicit, quòd compromissum ex forma statuti nō potest attestationib. iam publicatis, seu re iam liquida peti. & idem voluit ibi Pau de Cast. & Lud. Rom. in l. prętor. ad fi. in fua add ff. de ope. nou. nun. Et subdit Alex. vbi supra, quòd pro hac parte bene facit quod not. in c. significauerunt. de testi. & quod habetur in c. exposita. de arb. & in l. post rem. ff. de transact. & idem tenet do. Lanf. de Brixia. in tract. suo de arb. in vlt. rub. in vl. vers. vbi alle. bonas rationes. pro quo facit etiam tex. in l. in contractib. in §. illo, videlicet. C. de non nu. pec. Et hanc partem tenuit etiam Raph. Cu. in consi. 85. incip. quamuis de iure &c. in fine. Et facit dictum Bal. in l. nec causas. C. de app. quem supra retuli. nu. 17. & 25. cum trib. vers. ibi seq. † vbi dixit, quòd post conclusum in causa non potest produci aliquid iuris vel facti, & quod voluit Alex. in consi. 52. incip. visa facti &c. in fin. verb. in 2. volu. Et faciunt quæ voluit Paul. de Castr. in procemio C. in

C. in 1. colũ. vbi refert ita consuluisse, & idem tenet ipse in l. fi. per illum tex. C. de compensa. & in consi. 73. inci. quòd in causa appe. possit &c. & idem tenet Lud. Roma. n l. prætor. in prin. ff. de ope. no. nun. & Ioan. Ba. de sancto Seuerino in repetit. d. l. admonendi. in 24. char. in 2. colum. & Francis. de Aret. in consi. 101. incipiẽ. in causa Georgij. & voluit Ias. in l. si causa cognita. C. de transac. vbi in 1. col. etiam dicit notab. verbum, videlicet, quod si statutum cogit partes aliquo casu ad faciendum compromissum: † si tale compromissum non est petitũ in 51
causa principali, non poterit etiam peti in causa appellationis, & ita dicit tenuisse Paul. de Cast. in d. consi. 73. incip. quod in causa. appellationis. & eũ sequitur Alex. in consi. 82. incipien. in causa vertente inter Petrum. in 4. colum. in 1. volu. & in consi. 296. secundum ordinem meum. quod incip. videtur prima consideratione dicendum &c. in 4. col. in fi. & vide etiam circa prædictã materiam Bertha. in reper. suo. in verbo, cõpromissum per statutum. vbi plura adducit. & vide Ias. in repe. l. admonendi. in 124. col. de iureiu. quæ omnia sunt not. cũ sint multum quotidiana. Vltra prædicta in hac materia adde etiam Alex. in consi. 296. in 3. col. in princ. vbi dixit, quòd si post conclusum in causa facta ad instantiã actoris admittuntur articuli Rei, † quòd tunc tacitè videtur 52
reuocata cõclusio in causa antea facta. arg. illud. ff. de acquir. hæred. & c. de multa. de præben. ad quod alleg. Dominos de Rota. Quod dicit esse verum, si iudex causæ sciebat conclusum fore in causa. alle. clemen. 1. de procu. & Insti. q dare tu. poss. in versi. planè. Secus autẽ dicit esse si nesciebat, de quo ibi latius per eum. Vltimo antequàm veniam ad sequentem quæstionem quæro de no. dubio, videlicet, duo litigarũt adinuicem, & elapso termino probatorio actor dicit: domine iudex dico quòd processus iste est nullus ex parte Rei, & debetis omnino proferre sententiam in fauorem meum: quia ipse reus est filiusfam. qui non potuit stare in iudicio sine consensu patris. l. non solùm §. necessitatem. C. de bon. quæ libe. ipse autem reus respondet, quòd non est filiusfa.

quia iam diu pater ſuus mortuus eſt, replicat actor, & dicit, quòd præſumptio eſt pro eo quòd pater ſuus viuat, eo quia quilibet præſumitur viuere centum annis: vt habetur per gloſſ. l. ſed ſi de ſua. ff. de acqui. hæred. & probat tex. in l. fi. C. de ſacroſan. eccleſ. Reus autē dicit quòd probabit hoc, quòd pater ſuus mortuus eſt iā diu. Replicat actor & dicit, quòd hoc probare non poteſt, cū
53 ſit extra tempus probatorium: † an hoc caſu reus debeat ſuccumbere? vel pone exemplum contra, quod reus prædicta opponet actori, an tunc ſuccumbet. in hac q̄ſt. Ange. in d. l. ſed ſi de ſua. dicit, quòd actor opponens taliter cōtra reum, obtinebit: cùm præſumptio ſit pro eo, per d. l. fi. C. de ſacroſan. eccle. nec reus poſſet contrariū probare: cùm ſit extra tempus probatorium. quod dicit eſſe not. ad annullādum proceſſum. & hanc doctrinam & cautelam Ang. refert & ſequitur Imo. in d. l. ſed ſi de ſua, & eam etiam ſequi videtur Cep. in caute. ſua. 119. incip. quis in dubio præſumitur filiusfamil. &c. Sed hanc cautelam videtur impugnare Specu. in tit. de actore. in 24. col. in verſi. ſed quid ſi præſente parte. & in verſi. ibi ſeq. de quo etiam vide per Paul. de Caſt. in d. l. ſed ſi de ſua. §. fi. in fi. vbi etiā hanc cautel. reprobat: ſed quis verius dixerit, non examino: quia vt de ſe patet iſta nō eſt materia noſtra, & requiret longam diſputationem. Sed vide aliquid in materia qui Alex. in conſi. 59. incip. viſo &c. in 1. & 2. col. in 2. vol. & Ludo. Rom. in ſingu. 318. incip. tu ſai. & per Bart. in l. is poteſt, in 5. col. in ver. expeditis his venias ad quæſtiones. ff. de acquir. hære. & Ange. in l poſt mortem. ff de adop. & Ioan. And. in regula, infamibus. de reg. iur. in 6. in mercu. & Fede. de ſen. in conſi. 15. incip. agit quidam. & Alexā. in l. fi. circa princi. in verſi. ſecundo not. C. de colla. & Barba. in conſi. 9. incip. quia præſens conſultatio. in 4. col. 3. vol. & Iaſ. in d. l. fina. C. de collatio. vbi ponit not. limitationem. Et vide Bal. in conſi. 74. inci. verba libelli. in vlt. col. in 1. vol.
54 vbi dicit, † quòd quando filiusfa. cōuenitur ex delicto, non requiritur conſenſus patris, quod eſt not. Et ex iſtis omnibus remanet expedita hæc præſens nona quæ-

ſtio,

ſtio, quæ multum verſatur in iudicijs. tene menti prædicta.

SVMMARIVM.

1 Sententia in cauſis criminalibus an tranſeat in rem iudicatam.
Et in quibus caſibus. num. 5. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 20.

2 Sententia lata vigore ſtatuti contra cõtumacem, an tranſeat in rem iudicatam.

5 Sententia à peritis in arte lata nunquàm in rem iudicatam tranſit. Et quid ſi fuerit lata ex doctoris conſilio. nnm. 4.

6 Appellare à præcepto de eo capiendo infra decem dies incarceratus an poſſit.

7 Excipiendi ius poſt litem conteſtatam non finitur in exceptiõe grauaminis ſucceſſiuam cauſam habentis.

9 Matrimonium contractum poſt decẽnium valet, licèt docens de errore ſemper audiatur, & proles inde ſequuta eſt legitima.

13 Pauper factus culpa ſua non iuuatur paupertate.

19 Pars an poſſit compelli per cenſuram eccleſiaſticam quòd parti victæ faciat liberationem, & quando.

21 Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam an peti debeat à principe in his, quæ non tranſeunt in rem iudicatam.

§. ORdine ſucceſſiuo videndum eſt de 10. q. quæ † eſt. An in cauſis criminalibus † ſentẽtia trãſeat in rem iudicatam? circa quam Abb. in c. de his. in prin. extra de accu. dicit, quòd doct. in clem. paſtoralis. de re iud. videntur velle quòd non, ſi imminet pœna mortis: quia tranſitus in rem iudicatam, cauſatur ex acquieſcentia condemnati: vt in c. ꝙ ad conſultationẽ, de re iudic. cùm ſecundũ eum nullus ſit dñs mẽbrorũ ſuorũ: vt in l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & 23. q̃ſt.

§.c.ſi non licet.& in c.contingit.de ſenten. excom.ergo condemnatus in corpore non poteſt acquieſcere ſententiæ.& ſubdit ipſe Abb.quòd hanc opinionem quando, que ſequutus fuit. Sed diligentius inueſtigata veritate putat eam non procedere per tex.nota. in l.diui. ff. pœnis.vbi patet, quòd ſententia corporis afflictiua nō poteſt iure communi retractari poſt lapſum 10.dierum, licet appareant probationes innocentiæ: ſed ex gratia ſpeciali fit reſtitutio à principe. & dicit quòd in hoc ille tex.d.l.diui fratres. & ſing. pro quibus facit ſecundùm eum, nam etiam videmus in confeſſione vera, cuius etiam ad pœnam capitalem quis damnatur: vt in l.qui ſententiam.C.de pœnis.& not.Inno.in c.qualiter & quando.de accuſa.& hanc ſententiā non poteſt reuocare, niſi aliter hoc impetretur, pro quo facit quod not. in cap. cū ſpeciali. de app. ita reſidet Abb.circa hoc in d. c.de his. extra de accuſ. Sed Ioan. de Anan. ibi dicit, quòd pro prima opi. Abb. ſcilicet, ꝙ ſentētia in cauſis criminalib. non trāſit in rem iudicatā, videtur tex.apertus ſiue gloſ. in l.vnius.in §.pen.ff.de quæſtio.vbi litera dicit, quocunque tempore reo poſtulante defenſio negari nō debet. Et ſubdit Ioā.de Ana.vbi ſup. quòd hæc opi. ſaluari poteſt quando abſens eſſet condemnatus in cauſa capitali, ſecundū formam ſtatuti, per ea quæ notat Tanc. de Cor.in opere ſuo in 8.bol.in 4.quæſt.& ad prædicta etiam adducit tex.& quod ibi plene habetur in l.nō tantū. ff.de appel.ita reſidet Ioan.de Ana.in d. c. de his. Ego autem dico, quòd longa eſt differentia, an talis ſententia ſit abſolutoria, vel condemnatoria. nam ſi abſolutoria, tranſit in rem iudicatam, etiam quo ad tertiū, qui non poterit poſtea accuſare, ſecundū Abb & Io.de Ana. in d.c.de his. ſed ſi condēnatoria, eſt maius dubium. Et in quantum Abb.in d.c.de his, dicit, quòd tex.in d.l.diui fratres.ff.de pœnis.eſt ſing.dico quòd imo eſt ſimil. tex.in l.1.in §.fi.ff.de quæſt. Et inquantū Ioan.de Ana. vbi ſup.dicit, quòd ſententia lata vigore ſtatuti contra
2 contumacem † nunquàm tranſit in rem iudicatam. dico ꝙ iſtud dictū pro valde not. refert & ſeq. Ludo. Bolo.

in

in consil.34.incip.soleo &c.in vlt.colum. in fi. pro quo optime faciunt quæ ego dixi in sing.meo 72.incipien. per totam fere Italiam &c.Et scias quòd vltra istum casum alij sunt plures casus,in quibus sententia non trāsit in rem iudicatam. Nam sentētia lata † à peritis in 3
arte , vt puta à medicis , vel ab obstetricibus : an vulnus sit mortale,vel cicatrix sit remansura, vel in similibus,nunquam transit in rem iudicatā. adeo quod si postea appareat dictum alterius peritioris contrariū asserentis,reuocabitur prima sententia. ita dixit Ioan. Andr.in addi.Spec.in tit. de homici.in §.1.versic.pone, quod A.vulnerauit B. & idem firmant Bald. Raph. & Alexand.in l.ab hostibus.in §.1.ff.solut.matr.& Ludo. Roma.in l.cum quædam in §.quod dicitur.ff.de acqui. hære.& dom.Ant.& Abb.in c.proposuisti. de proba.& bene facit tex.in l.si qui adulteri.C.de adul.vbi absolutoria sententia lata ex præsumptionibus,potest sine appellatione retractari ex validiori præsumptione. Et subdit Ant.in d. c. proposuisti. quòd sententia lata ex
consilio doctoris,† potest sine appellatione retractari si 4
consilium alterius doctoris peritioris in contrariū inueniatur,quod sequitur Ludo.Roma.in d.§.quod dicitur.& in consi.228.incip. pro plena discussione. in fin. & Alexan.in l.si cum dotem.§.si maritus.in 2.col.ff.solut.matri. & in l.si in rixa. in fin.de sica. & Ioan.de Ana.in c.significasti.el 2.in 9.colu.de homici. vbi latius late examinat hunc articulum.de quo etiam per doct. in l.diuus.ff.de re iud.Item alius est casus in quo sentētia non transit in rem iudicatam,videlicet,quando fertur sententia super re, quæ habet † causam , seu grauamen successiuum: vt puta si fertur sententia , quòd quis stet in carceribus:nam talis sententia non transit in rē iudicatam licet ab ea non fuerit appellatum infra debitum tempus,sed semper poterit ab ea appellari:cum grauamen sit semper in fieri,ideo semper oritur ius appellandi,& semper dicitur esse infra 10. dies à die grauaminis,ex quo successiue grauatur, ita habetur in c. ex parte.de app.pro quo facit tex.in l.1.in §.pen.ff.de vsufruct.

fruct.acces. vbi quotidie dicitur cõstitui vsusfructus p-
pter continuam,& succeſſiuam potentiam concedẽtis.
& hoc etiam voluit Bald.in l.2.C de epiſco.audi.in ver
ſicu.ſecundo quæritur quidam ſtetit in carcere &c. vbi
dicit,quòd licèt aliquis non appellauerit à præcepto de
6 eo capiendo,vel à captura ſequuta infra 10. dies & ſte-
terit in carcere per menſem & vltra, † quòd poterit ta-
men appellare.& idem videtur eſſe de mente Specul.in
tit.de ap.§.reſtat verſicu.& nota &c.in vlti.col.& idem
volunt docto.in d.c.ex parte.de app.& Iaſ.in l. exigen-
di.in 3.col.C.de procu. Et facit quod voluit Ioan. And.
& Imol.in d.c.dilectus.& in c.cum venerabilis. de ex-
7 cep.vbi dixerunt quòd vbi exceptio † grauaminis ha-
bet cauſam ſucceſſiuam,& non momentaneam, tunc
non finitur ius excipiendi per litem conteſtatam, imo
poterit etiam poſt litem conteſta. excipere. Et faciunt
etiam dicta per doct.in c.ſuper eod. de appell.

Alius eſt etiam caſus, in quo ſententia non tranſit
in rem iudicatam videlicet, in ſententia lata † in cau-
ſa matrimoniali.ita tenent doct. in c. lator. de re iudi.
& in c.conſanguinei,eod.titu.& Anto.in c.fraternita-
tis in 30.colum.de teſti.& in c. iurauit. in princ. 3. co-
lum.de proba.& voluit gloſſ.in l.3.ff de iureiuran. &
gloſſ.in c.ex literis,de in integ.reſt.& Paul.de Caſtr.in
conſi.246.incip. videtur dicendum,de quo latiſſime &
copiose per Felyn.in d.c.lator.in 6. colum. & ibi etiam
in 7.colum. vbi ſubdit ſecus eſſe in matrimonio ſpiri-
tuali: quia in eo ſententia tranſit in rem iudicatam. ad
quod alleg. text.in c.cum dilecti.in fin.de elect & glo.1.
in c.1.de conſeſ.præben.& Hoſt.in ſum.in tit. de re iu-
di.in §.quot ſunt eius ſpecies,in 5.colum.in verſicu.ſed
nunquid eſt hoc ſimpliciter verum.& Domini.in c.or-
dinarij §.1.in fi.de offic.ord.in 6.& Abb.in c.cum Ber
toldus in 13.col.verſicu.ex hac lectura habes.eod. tit. &
in c.conquerẽte.in 2.colum.de reſt.ſpo.& reſpõdet Fe-
lyn.in c.lator.ad ea,quæ dici poſſent in contrarium cir
ca hoc.de quo ibi late per eum. Item dicit etiam ipſe
Felyn.in d.c.lator.in 3.colum.quòd illud,quod dicitur

ſenten-

ſententiam in cauſa matrimonij non tranſire in rem iudicatam, procedere, & locum habere, quando talis ſententia eſt lata contra matrimonium, ſed ſecus eſt quando talis ſententia eſt lata pro matrimonio : quia tunc tranſit in rem iudicatam. ita dixit Ang. ſecundum eum in conſil. 306. inci. in quæſtione propoſita multum eleganter. ad fin. & Ludo. Roma. in conſi. 367. in 1. colum. & Hoſt. in c. ex literis. de reſti. in integ. & gloſſ. & doct. in d. c. lator. de quo etiam ibi latius per eum. Item dicit etiam Felyn. in d. c. lator. in 4. colum. quòd licet docens de errore ſemper audiatur in materia matrimonij, tamen † matrimonium cõtractum poſt decennium valet & tenet, & proles inde ſubſequuta eſt legitima. allegat ad hoc Paul. de Caſtr. in conſilio 264. incipien. videtur dicendum, non valere ſecundum matrimonium. de quo latius per Felyn. vbi ſupra. Alius eſt etiam caſus, in quo ſententia non tranſit in rem iudicatam, videlicet, ſententia nutriens peccatum † per partes remiſſibiles, ſecundum Ant. in c. fraternitas in 15. colum. extra de teſti. & voluit glo. in c. inter mona. de re iud. & And. in c. lator. eod. tit. & in c. curauit, in 1. colu. de proba. de quo etiam per Iaſ. in rep. l. admonendi. in 24. colum. de iureiur. Item alius eſt caſus, in quo ſententia non trãſit in rem iudicatam, videlicet in ſententia lata ſuper ætate, † ſi fuit lata ex aſpectu, quando in aſpectu & in ea non fuit adhibita plena cauſæ cognitio ſecùs ſi fuiſſet adhibita plena cauſæ cognitio, ſecundum Bald. in margarita ſua. in verſic. ſententia. in 10. quæſtio. quẽ referunt & ſequuntur Moder. in c. conſanguinei. de re iudica. Item alius eſt etiam caſus, in quo ſententia non tranſit in rem iudicatam, videlicet, quando lata eſt ſententia contra pauperem, qui propter eius paupertatem non potuit appellare, vel proſequi appellationem: nam tunc † ſententia non tranſit in rem iudicatam, ſecundũ Inno. in c. ex ratione. de appella. & ibi Ange. & Abb. & Moder. & idem voluit Bald. in c. ſi qui teſtium. de teſti. & in l 2. in §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cau. & in l. nũmis. ff. de in lit. iur. & in c. 1. de eo q mit. in poſſ. rei ſeruã.

9 10 11 12

cauſa.

cauſa. & in l. acceptam. C. de vſur. & Bartol. in l. ſi procuratorem. in §. ignorantes. ff. manda. & Ang. poſt Barto. in l. illud. in ſuis addi. C. de anno. & tribu. & Mathe. in not. ſuo vltimo. & Fran. de Cre. in no ſuo. 111. & Bald. in l. fi. C. de condi. inſer. & Guil. de Cu. in l. eos. C. de ap. vbi dicit ſe exemiſiſſe quendā à pœna furcarū, qui propter paupertatem ſententiam luere non poterat: quem referunt Moder. in d. c. ex ratione. Pro quibus etiam faciunt optime dicta per Alexan. in l. omnes. C. de anno. & trib. & per Bald. in conſilio 220. incip. in quæſtione &c. in 3. volum. & in conſil. 5. incipien. quæritur vtrū vi duæ &c. in eod. volum. & per Bald. in l. vſufructu. circa fin. C. de vſu & habi. & in c. 1. in 4. colu. extra vt lit. pen. & per Ang. in l. non eſt ignotum. C. de admi. tut. & per dom. Felyn. in c. ſi qui teſtium. in vlti. colum. de teſti. & per Alexand. in conſi. 396. incip. circa hanc dubitationē in 14. colum. circa med. & per Fely. in c. qualiter & quādo el 2. in §. fin. in pen. colum. de accuſa. & per Bald. in c. 1. in fin. verbis de eo qui mit. in poſ. rei ſeruan. cauſa.

13 & per Bald. in reper. ſuo in verbo, Paupertas. † Scito tamē quòd ſi paupertas aduenit alicui ex culpa ſua, quod non iuuatur ex ipſa paupertate: quoniam beneficia data pauperi non competunt illi, qui ex culpa ſua peruenit ad paupertatem, ſecundum Ioan. And. & alios in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. & ibi vide quamplura in materia per Felyn. in 24. colum. in verſi. & inquantum. & vide etiam Ange. in materia paupertatis in l. ſi vehęnda. in §. ſi ea conditione. ff. ad l. Rho. de iactu. Itē alius eſt caſus. in quo ſententia non tranſit in rem iudicatā: videlicet, quādo ille, qui habuit ſententiā cōtra ſe, non potuit appellare, vel appellationē proſequi infra

14 † debitum tempus propter abſentiam iudicis: nam iſto caſu ſententia non tranſit in rem iudicatam, Ita habetur in authenti. item ſi appellatione. vbi per doct. C. de tempo. app. & voluit gloſſ. in §. hoc quoque in authen. vt ſpon. largi. & no. docto. in authenti. ei qui. C. de tempo. app. & gloſſ. & docto. in d. c. ex ratione. de appel. & gloſſ. in l. arbitro §. dolo. ff. de dolo. & Archi. in c. anterioru[illegible]

riorum. 2. quæstio 6. Quod tamen limitant doct. quando ipse appellans per recursum ad superiorem, vel alia via potuit sibi prouidere, aliàs secus: quia tunc non debebit restitui, imo ipsa sententia firma remanebit cum transiuerit in rem iudicatam. ita dixit An. in c. ex ratione. in 5. quæstion. de appell. & Ludo. Roma. in l. 2. ff. de re iudica. quos refert & sequitur Alexand. in consi. 396. incip. videtur prima consideratione dicen. in antepen. colum. Alius est etiam casus, in quo sententia non transit in rem iudicatam: videlicet † vbicunque per euidē. 15
tiam facti constat de iniquitate sententię: nam tunc talis sententia nunquam transit in rem iudicatam, adeo vt possit semper retractari, secundum Innocen. & alios in c. fraternitatis. de frig & malefi. & Bald. in l. 1. C. sent. rescin. non poss. & Alexand. in consil. 408. incipiē. stantibus his, quæ supra narrata sunt 8. colum vbi plura adducit pro hoc dicto. quæ omnia refert & sequitur Iaſ. in l. de periurio. circa fin. in 1. colum. ff. de in lit. iu. & in l. 1. in 7. colum. versi adde quòd euidentia facti. ff. de ope. nou. nun. Pro quibus faciunt quæ ego dixi de ista euidentia facti. in l. 1. in §. si serui quasi. in 2. colum. ff. de quæst. vbi latè loquutus sum. Alius est casus in quo sententia non transit in rem iudicatam: videlicet † quan 16
do est lata ex probationibus priuilegiatis procedētibus inuita parte: vt est sententia lata ex iuramento necessario, nam talis sententia dicitur lata ex probationibus priuilegiatis parte inuita, & hoc patet: quia in re propria constituitur quis testis contra regulam l. omnibus. C. de testi. & l. nullus. ff eod. titul. & in l. fin. C. de fideicom. ita dixit Iaſ. in l. admonendi. in 6. colum. ff. de iureiuran.

Alius est casus, in quo sententia non transit in rem iudicatam, videlicet, quando † pars de facto, postquam 17
ipsa sententia trāsiuit in rem iudicatam, est admissa ad probandum, vel ad producendum instrumēta, & testes, vel aliæ probationes valebunt, & tenebunt. & si ex eis apparebit de iniustitia sententiæ: talis sententia rescindetur. ita not. dixit Iaſ. in rep. l. admonendi. in princ. 9. colum.

colum.de iureiur.vbi ad hoc alleg.Inn.in c.cum Bertoldus.in glo.ſua incip.nota quod poſt diffinitiuam ſententiam &c de re iudi.& in c.cum dilecta.& ibi expreſſe And.&alij,de reſcri.& in c.fraternitatis. de frigi. & male.& glo.in c.vnico.in gloſſ.in verbo, retardet. circa princ.de lit.conteſt. lib. 6. quod dictum ſecundum Iaſ. vbi ſupra commendat Paul.de Caſtr.in d. l. admonendi.in 4.colum.& ibi Ludo.Rom. in 12. colum. & dicit quòd idem tenet Abb.in conſi.incip. in quæſti. quæ ad præſens vertitur inter ciuitatem &c.in 4.colum.& quã plura ſimilia adducit Iaſ. vbi ſupra ad corroborationẽ d.doctrinæ.pro qua etiam optime faciunt plura quæ ego adduxi ſupra in §.ſequitur nume. 9. cũ pluribus verſi.ibi ſeq.& quæ dixi in l.ſi quis ne quæſtio.in 10.colũ. cum ſeq.ibi.ff.de quæſtio. Adde vlterius alium caſum, in quo ſententia non tranſit in rẽ iudi. videlicet, vbicũque pars, pro qua lata eſt talis ſententia , quæ tranſiuit in rem iudicatam, confiteretur talem ſententiam eſſe
18 † iniquam vel iniuſtã, nã talis ſua cõfeſſio facit, vt nedum talis ſententia poſſit quandocũque retractari: ſed imo non poteſt, nec debet amplius executioni mandari. Ita ſingul. dixit Inno.in c.quia plerique.de immuni. eccle.quem ſequitur Ludou.Roma.in l.admonendi,in 12.col.de iureiur.& Anto.in c.is qui fidem. in 3. col. de ſponſ.& in c.fin.in 12. colu. de ſucceſ. ab inteſt.& in c. quanto.de præſum.& in c.ab excommunicato. & in c. cum dilecta. de reſcri. & in c. præſentia.de renun &alij plures docto. referunt & ſequuntur illud dictum Inn. in diuerſis locis.quos refert & ſequitur Iaſ.in d.l.admonendi.in 23.colum.ff.de iureiur.vbi no.loquitur, Et ibi ſubdit,quòd ſi pars,pro qua lata eſt ſententia,quæ tranſiuit in rem iudicatam confiteatur talem ſentẽtiam eſſe iniquam vel iniuſtam, nedum poteſt quandocunque
19 retractari, ſed imo talis pars poteſt cogi & † compelli per cenſuram eccleſiaſticam,& ſic per epiſcopum,quòd parti victæ faciat liberationem,& ei imponat perpetuũ ſilentium. ita dixit Bald.in l.ſi quis inſtituat.in §.ſi ſub conditione.in fi.ff.de hæred.Inſti.in fin. & dicit Iaſon

vbi

vbi supra quod idem dixit Bald. in authen. ad hæc. C. de vsur. in pen. cõlum. in versicu. item dũb tatur in eo, qui est inique absolutus &c. vbi inter cætera allegat In. ho. in d. c. quia plerique. & dicit etiam Ias. quòd idem tenet Ioan. de Imol. in d. §. si sub cõditione, in fin. quod est diligenter notandum.

Alio etiam casu sententia non transit in rem iudicatam, videlicet, † quando ipsa sententia est lata ex præ- 20
sumptionibus, tex. est no. in l. ũ qui adulteri. C. de adulte. qui tex. secundũ Bart. & alios ibi est singul. ita dicit Ias. in repe. l. admonẽdi. in 23. col. ff. de iureiur. vbi subdit, quòd Ludo. Rom. ibi dicit, quod ille text. est similis tex. d. l. si. qui adulteri. de quo latius per Ias. in loco prę- alleg. Item aliquos alios cãsus, in quibus sententia non transit in rem iudicatam ponit Ias. in repe. d. l. admonẽ di. in 22. col. in fi. quem vide. & alios etiam ponit Ang. in c. cum Bertoldus. de re iudi. Alij etiam plures casus põnuntur à scribentibus in titu. quando ap. non est nẽcesse. & in titu. quorum ap. non reci. Alium casum vide etiam in l. si prætor. in §. Marcellus. ff. de iudi. Alium e. tiam casum vide in c. licet causam. de proba. & in c. cũ venerabilis. de exce. & in l. diuus. ff. de re iudi. & in c. ex tuarum. de purg. cano. Alium casum vide in l. fi. C. si ex fal. instr. Et isti sunt casus, qui præsentialiter mihi oc currunt, in quibus sententia non trãsit in rem iudicatã, quos tene mẽti: quia forte alibi eos ita simul adductos non inuenies. Et scias etiam circa hãc materiam dictorum casuum, quòd licet alias restitutio in integrum aduersus sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, nõ petatur nisi à principe, secundum Io. And. † in c. ex lite- 21
ris. de in integr. resti. tamen secus est in his, quæ nõ trã- seunt in rem iudicatam. ita dixit Do. de sanc. Ge. in c. venerabilis. in §. porro. in 1. col. de senten. excom. in 6. quem refert & sequitur Fely. in c. lator. in 6. col. in ver. 1. quòd licet &c. de re iud. Et in materia dictorum casuũ, in quibus sententia non transit in rem iudicatam vide quæ dixi latè in repe. mea. l. fi. C. de proba. in 18. quæst. extraordinaria, vbi etiam aliqua alia adduxi.

SVM.

2791

SVMMARIVM.

1 Victus victori in causa criminali condemnatur in expensis.

2 Accusator quando veniat in expensis condemnā. dus. Et quid in instigatore. 4.

3 Accusans propter necessitatem officij excusatur à pœna calumniæ.

5 Inquisitor, qui iniquè processit an teneatur ad expensas.

6 Denuntiator inquisito absoluto an in expensis condemnandus.
Et quid de pœna calumniæ. 7.

8 Iudex dolo, culpa, vel negligentia iniuste vexans an teneatur ad sumptus. Et quid si male inquirat an ad interesse parti teneatur. 9.

10 Arbiter male arbitrans an in expensis condemnandus. Et quid in arbitratore. 11.

12 Notarius officium suum male exercens an teneatur ad expensas in lite factas.

13 Iuramento partis probato dolo Notarij de interesse standum.

14 Notarij simplicitas parti nocere non debet.

15 Testis inique testificans qualiter puniendus.

16 Nuntij malas relationes facientes puniendi.

17 Consultus malum cōsilium per imperitiam præbens, an teneatur consultore in causa succumbēte. Et quid de iudice per illud consiliū iudicāte. 18.

19 Executor sententiæ an teneatur ad sumptus si male exequatur.

20 Expensarum condemnatio quando facienda.

21 Appellare an possit ille, pro quo lata est sentētia, propterea quod expensarum condemnatio est omissa. Et quid si non fuerunt petitæ. 22.

23 Iudex in sententia taxationem expensarum reseruans, si semel taxauit, an possit taxationem reuocare.

Supereſt

SVpereſt modo 11. quæſtio multum quotidiana, niſi fallor, quæ eſt, An in cauſis criminalibus victus victori condemnetur in expenſis? in quo dicas prout alias ego dixi in l. patre vel merito. in 3. colum. in verſi. ſed poſſet quæri. ff. de quæſtio. vbi hanc quæſtionem ſatis late poſui, & ibi dicta in parte referã: aliqua addẽdo quæ ibi nõ dixi. Dico igitur prout ibi dixi, quòd in cauſa criminali † victus victori condẽnatur in expẽſis. text. eſt ſecundum vnam lecturam in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. & hoc etiam voluit glo. in c. finem litibus. de do. & contu. Et hanc partem firmat Bar. in l. 1. in fin. princ. ff. ad Turpil. & Bar. in l. ſi poſtulauerit, in prin. & in §. fin. ff. de adul. vbi dicit pro hac parte eſſe caſum in d. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. & idem etiam firmat Ange. de Aret. in §. hæc autem omnia. in vlti. col. Inſtit. de pœna te. liti. & Spec. in tit. de expenſis. in §. fi. verſi. ex præmiſſis. ibi, ſi vero ſit criminalis, & Abb. poſt alios. in d. c. finem litibus. in 10. colum. verſic. venio nunc &c. & Bald. in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expenſ. & Bald. in l. qui crimen. C. qui accuſa. non poſ. licet ibi non firmet hoc. & volunt Cano. in c. calumniam. extra de pœn. & hæc eſt communis opin. à qua non eſt recedendum, quam etiam approbat Bart in d. l. non ignorat. & ibi Saly. & Bar. in d. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. & hanc partem etiam tenuit Ang. in repe. l. ſi vacantia in fi. C. de bo. vacan. lib. 10. & Catal. in tract. ſynd. in verſi. 610. inc. adde & no. bene &c. vbi fortius dixit, videlicet, q̃ ſi iudex inquirit ad promotionem, vel querelam alterius contra alium de delicto, † inquiſitum propter eius legitimas defenſiones, vel propter probationis penuriã, vel ex alia cauſa abſoluat, ſemper debet illum, ad cuius inſtigationem, promotionem, vel querelam fuit inquiſitio inſtituta, in expenſis condemnare. & hoc per glo. not. in c. dilecti. de do. & contu. in gl. fi. quæ dicit, q̃ in cauſa criminali, ſiue agatur per viam denũtiationis, ſiue accuſationis, ſiue inquiſitionis, locum habet condemnatio expenſarum. Nec ſecundũ vbi ſupra ſufficere

280

videtur pœna talionis. quia condemnatio expensarum non est pœna, seu interesse respectu rei familiaris: vt no. in c. fi. de rescrip. & in c. 2. de elec. in 6. & sic propter vnam causam criminis vna per aliã nõ impeditur. allegat l. vnicã. C. quãdo actio ciui. prejudi. cri. Itẽ dicit, pœna talionis imponitur ꝓpter calumniã: & sic propter extrinsecã causam, pœna aũt expensarũ imponitur ꝓpter iniustũ litigiũ, & sic propter intrinsecã causam, & sic propter diuersam causam ex eodẽ delicto punitur dupliciter. Istud tamen fatetur verũ Ant. in d. c. cũ dilecti. inquantũ. glo. ibi dicit condẽnationẽ expensarũ locũ habere in causa inquisitionis, verũ esse, aliquo speciali-ter ꝓsequẽte inquisitionẽ, cuius interfit: vt no. Spec. in titul. de expensis. §. 1. in fi. secus aũt si iudex ex officio suo procedit infamia præcedẽte, quia tũc ex debito officij inquirit, & ex necessitate. alleg. ad hoc de offi. dele. c. ab arbitris. in 6. & quod ibi not. in vlt glo. & l. 2. C. qui
3 accusa. nõ possunt. vbi propter † necessitatẽ officij accusans excusatur à pœna calũniæ, quia nõ debuit ius reipu. dimittere indefensum, quòd timore expensarũ fortè dimitteretur. l illud. ff. de peti. hære. Itẽ quia motus propter famã habet iustã causam, quæ excusat à cõdemnatione expensarũ. c. 1. in fi. de elec. in 6. refert Catal. vbi supra se ita cõsuluisse in ciuitate Firmiana pro quodam ser Francisco de ser Villano inquisito ad diffamationẽ, & querelam alterius, ꝙ iudex debet querelãtem in expensis condemnare, si delictũ non probetur, quod dicit esse not. à iudicib. maleficiorũ, ne si talis casus accideret, in syndicatu propter omissam condemnationẽ expensarũ, posset molestari, ita resident Catal. in d. suo tracta. quæ omnia ad literam posui in d. l. patre vel marito. in 3. & 4. colum. ff. de quæstio. vbi etiam posui aliquas ampliationes & limitationes in hac materia expensarũ, quas videas. Sed vltra ibi dicta in prædicta materia, vide etiam Gand. in tract. malefic. sub rubr. qualiter fiat accu. in 2. col. versi. & scias ꝙ denũtiator &c. Et vide etiam Geor. Natã. in cle. sæpe. in verb. sig. in §. quæ omnia. in 5. & 6. col. col. & Paris de Put. in trac. synd. in

§. char.

5.char.in verſi.inquiſitio.per totum.& quæ ego dixi ſatis ample in conſi.meo 19.inc.in hac cauſa magiſtri Ioan.Bap.ſellarij &c.& in alio conſil.meo 36.incip.nuper mihi relatum eſt &c.& quæ dixi.in l.qui crimen. poſt med.in ver.ego aũt dico ꝙ Bal. non certe loquitur &c. qui accu.nõ poſ.Et ſcias quod Geor.Natã, vir profecto doctiſſimus ſatis prolixe examinat hanc materiã.in d. clem.ſæpe.in §.quæ omnia.in dicta 5. & 6.col.& plura facientia ad materiam iſtã examinat quæ ſuccincte referam. Et primo quærit an inſtigator contra inquiſitũ ſi proteſtetur ſe nolle intromittere contra ipſum inquiſitum,poſtea tamen † informat iudicẽ quantũ poteſt, ſubmittendo teſtes & ſimilia,talis inſtigator teneatur 4
ad expenſas,ſi inquiſitus abſoluatur?in quo alleg.Guil. ibi dicenter & tenentẽ quòd ſic,quia per actum cõtrarium renuntiauit proteſtationi.alle.c.cũ M.de cõſti.& c.Cumana de elec.& ſubdit ꝙ preſumitur calumnioſus ex quo deficit in probando.c. calumniam. de pœnis.c. finem litib.de do.& contu.& facit l.1.in §.incidit.ff.ad Turpil.& glo.in l. ob quæ verba.ff.de his qui no. infa. Dicit poſtea hoc eſſe intelligẽdum procedere in eo inſtigatore,qui fuit particeps eorum, quæ geſta fuerunt in proceſſu,ſecus aũt inſtigatore, qui ab initio ſolũ inſtitit vt cõmitteretur inquiſitio ſecundũ Card.ibi dicẽtem ſic debere intelligi quod not. Inno. in c.cũ oporteat.de accu.vbi dicit,ꝙ ſi nomen eius,qui inſtigauit nõ exprimitur in literis,non vitiatur cõmiſſio inquiſitionis.imò illo remoto alius vel iudex poteſt ſubintrare, & ex officio in inquiſitione procedere.& ſic innuit Inno.perſonam inſtigatoris non eſſe in conſideratione, ſed dicit quod eius dictum non procedit in inſtigatore, qui fuit particeps in proceſſu: quia ſi non probat , vel non deſiſtit,præſumitur calumnioſus.d.§.incidit.& d l.ob quæ verba.Subdit poſtea & dicit qđ licet non conſideretur qualitas inſtigatoris,quin eo remoto nõ procedetur in inquiſitione:tamen ſi fuit calumnioſus, debet in expẽſis condemnari,ac ſi fuiſſet particeps proceſſus.Quærit poſtea ipſe Geor.in loco præalleg. quid de

5 inquisitore, † qui inique contra aliquem processit, an teneatur ad expensas? in quo dicit quod docto. ibi hæc non tangunt. ideo se remittit ad Cyn. & Bald. in l. seueriter. C. de excu. tu. & dicta per Bal. in l. obseruare. §. p. ficisci in 7. quæstio. ff. de offic. procon. & per Ioan. de Ana in c. accedens. in vlt. col. de accu. & per Bar. in l. in senatus. § ad eos. ff. ad Turpil. & per Ange. de Aret. in tract. malefi. in ver. nec non ad querelã. in prin. vbi etiã ponit quid de querelante, & instigante, & sollicitante. Quærit postea, quid de denuntiatore, an ipse sit con-

6 demnandus in expensis † si inquisitus absoluatur? in quo dicit quod Guil. in hoc idem tenet quod dictum est de instigatore. & idem tenet Card. se remittens ad not. per glo. in c. 1. & 2. de calumnia. & idem dicit fore dicendum in denominatore per l. primam. C. de sumptu. recupe. lib. 10. per l. seueriter. C. de excu. tuto. Et postea addit ipse dicta per Abb. in consi. 78. inc. viso toto pro-

7 cessu. vbi not. dixit, quòd licet † vbi coniectura facit p denuntiante, ipse denuntians excusetur à pœna calumniæ, non tamen excusatur ab expensis, vt ibi per eum. quod profecto est summe not. ad quæ vide etiam Cata. bene loquentem in tract. synd. in versi. 610. inc. adde & not. bene &c. Quærit postea de iudice, qui dolo, culpa,

8 vel negligentia aliquẽ iniuste vexauit, an teneatur † ad sumptus? in quo dicit quod Guil. tenet quod sic. argu. c. dominus. 23. quæst. 2. & quæst. 5. c. administratoris. & 3. quæst. 7. c. qui sine peccato, & in auth. vt differentes iudic. §. 1. & l. filiusfa. ff. de iudi. & Insti. de obli. q̃ ex quasi delicto. in prin. & in l. si appellationẽ. C. de appel. & in c. cum æterni. de re iudi. lib, 6. de quo est bonus text. in l. si quis in conscribendo. cum glo. C. de pac. & habetur per Bal. in l. mancipia. C. de ser. fug. & per Bart. in quæstio. sua incip. iudex qui per imperitiam. & l. fin. ff. de var. & extraord. cog. & per Petr. de Anch. in d. c. cum æterni. vbi sequitur dicta Bartol. in d. l. fin. & dicit quod pro testibus faciunt dicta per Abb. in rubr. de appel. in versi. septimum. & per Bal. in l. si quando. in fi. C. de testi. & per Ange. in d. l. mancipia. in lec. Floren. & per

Bart.

Bart.& Bald.in l.1. C. quomodo & quando iud. & per Bald.in l.argentarius.in §.cum autem.ff.de eden.& in d.l.obseruare.in §.proficiſci.in 18. quæſtio.Bald.in c.1. §.iudices.in 3.col.de pace iu.fir.Ange. in l.3. in §.in eo. & ibi Imol.poſt Barto.ff.de dam. infect. & Ange. pulchre in authen.ſcenicas non ſolem.in fin.& in d.l.ſi filius.& Cepol.in cautela.179.cum ſequen. Tu autem vltra dicta per Georg. Nat. in d.loco quo ad iudicem, adde Cyn.in l.ſancimus. C. de iudi. Bald.in l.nõ ignorat. C.de fru.& lit.expen.vbi tenent, quòd ſi iudex temere inquirat:tenetur ad expenſas. de quo etiam latius per Catal.in tract.ſyndi.in verſi.132.incip.adde quod iudex tenetur &c.vbi etiam ad hoc alleg.in authen. generaliter.C.de epiſ & cler.vbi ſecũdum eum dixit, quod iudex malè inquirés † tenetur ad intereſſe partis, vel rei- 9
pub.& etiã tenetur,ſi malum fideiuſſorem accepit.& al leg. etiam Guil. de Mon. in d. clem. ſæpe. de verbo. ſigni. Item ad prædicta etiam vide doct. in l. 2. in §.ſi præſes.C.de magiſtra. conue.& doct.in §. ſi publ. ff. de adul.& Bald.in l.ſi.C.de prob.& in l.ſi. in 2. colum. C. de teſti.& Alexand.omnino in l.Athaletus ſeruus.ff.de fal.& vide Angel.in l.quæro §.ſi ſeruum.ff.de ædil. edict. Quæro etiamſecundum ipſum Georg. vbi ſupra quid in arbitro † male arbitrante an condemnetur in 10
expẽſis?& dicit idem eſſe in eo,quod in iudice.ad quod alle.Guil.de Mon.ibi & etiam Card.& dicit quod idem dixit Bar.in d.l.ſi.ff.de var.& extraor.cog.Abb.in rub. de appel.in verſi.ad ſeptimum. & alleg. etiam ad hoc text.in d.l.ſi quis in cõſcribendo.verſi.ſciſcitatis. C. de pac.& Petr.de Anch.in c.1.de re iud.& Ang.in d.l. filiusfa.ff.de iudi.hoc tamen fallit ſecundum eum in arbitro,qui iurauit bene iudicare:quia ſolum Deum habet vltiorem.ad quod alleg.tex.quem dicit eſſe ſing.& ibi Bal.in auth decernimus.C.de arbi.& ſequitur Ludou. Rom.in l.1.ff.de arb.in pe col.& Mod.in d. l. ſi quis in cõſcribẽdo.de quo latius per Geor.vbi ſupra. Ponit prę,
terea etiã quid in arbitratore, † & quid in aſſumẽtibus 11
ſimilia officia?Itẽ quid de his,qui exercẽt aliquã artem

tanquã periti,& magiſtri,de quibus ibi per eũ. Ponit etiam quid de agrimenſorib.& circa hoc dicit not. ver-
12 bũ. Quærit poſtea quid in notario. † an ſi male exercet eius officiũ,teneatur ad expenſas in lite factas,& ad intereſſe partis? in quo adducit Bal. in l.fin.ff.ſi mẽſ. fal. mo.dix.vbi tenet,q; ſolum de dolo & lata culpa teneatur.& idẽ dicit tenere Bal.in c.quia iudicãte.de prę ſcri. Sed ſecundum eum Ang.in d.l.ſi filius.dicit idẽ dicendum eſſe in notario quod in iudice,& dicit quòd hoc ſibi magis placet per tex.in l.fi. C.de magiſtr. cõuen. vbi tex.loquens de notario vtitur verbo negligentia, & ſic probat,quòd etiã de leui culpa tenetur.Subdit poſtea & dicit aduertẽ.eſſe,quòd vbi probaẽ dolus notarij de in-
13 tereſſe,tũc ſtatur iuramẽto partis,ſecundũ Bal. in l. qui accuſare.C.de edẽdo.vbi aũt probatur.culpa, ipſum intereſſe debet plene probari,ſecundũ Bal. in l. fi. in pen. col.C.de eden.quod dicit fore not. in practica & circa
14 materiam notarij ſcias, quòd ſimplicitas † notarij non debet nocere parti.tex.eſt no.in l.fi.in fi.C.de fideiuſſo. quem tex.ad hoc alleg.Ludo.Roma.in conſil. 170.inc. ſciebant Romanus & filius.&c. & Bal.in l. 2. circa fin. C.qui accuſ.non poſſ.& Felyn.in c.cum M. de conſtitutio.in 3.colum.vbi per illum textum plura nota. dicit.
15 Quærit poſtea ipſe Georg.in loco ſupra alleg.† quid in teſte inique teſtificante. in quo dicit quod Guliel. & Cardina. in d.clem.ſæpe, tenẽt idem quod in iudice. ad quod alleg.not. 2. quæſtion.3. in ſumma. quibus ipſe addit quæ habentur in l.qui nomine.ff. de fal. per quã
16 legem dicit Bar.quod puniuntur nuncij † facientes malas relationes.quib.addit no.in l.presbyteri. C. de epiſcopis & cle.& c.1.de cri.fal.Quibus adde tu tex.in l.1.§. præterea.ff.ad legem Cor.de ſica.vbi eſt text.dicens,q; qui dolosè tulit teſtimonium falſum in cauſa capitali, punitur pœna mortis.quem tex.dixit ſing.Bal.in c.1.in 9.colum.verſi.item quod falſo.de pace tenen.vbi dixit, quod falſus teſtis punitur eadem pœna, qua puniretur reus de crimine intentato,pœna capitis, vel furcarum, vel ſimili,ſi crimen fuiſſet vere probatum.& allegat d.

§.præ-

§. præterea. Et idem dixit ipse Bal. per illum textum in l. presbyteri. in 2. colum. versic. extra quia materia &c. C. de episco. & cle. vbi etiam allegat gloss. quam dicit ordi. in c. 1. 2. quæstio. 3. Pro quo secundum eum ibi facit in argu. text. in l. 1. in §. fin. ff. ad legem Iul. pecul. Et idem etiam per d. §. præterea. dixit Bal. in c. 1. in §. iniuria. in fi. de pa. iura. fir. & idem etiam dixit Bal. in c. sicut. extra de testi. vbi dicit, quòd ibi videtur esse casus de hoc, quem ibi refert & sequitur Felyn. in 3. not. vbi etiam dicit pro hoc esse bonum tex. in c. hæc imago. 33. quæstio. 5. & in §. reuerendissimus. in authenti. de san. episcopis. & gloss. in c. nihilominus. 3. quæstio. 9. & in c. nemo peritorum. 11. quæstio. 3. & dicit quod hãc partem etiam tenuit Bal. in titu. de pace Constan. in 12. colum. & in l. data opera. in 10. colu. C. qui accus. nõ pos. & in d. l. præsbyteri. & alios etiam adducit, in quibus ibi per eum. & idem tenet Ioan. de Ana. in c. 1. de crim. fal. & ibi dixi. & ista etiam adduxi in d. l. 1. §. præterea. ff. de sica. Vlterius prædictus Geor. Na. in loco prę alleg. quærit succesſiue quid de consultore † dante reprobum consilium per imperitiam, an teneatur, si pars, pro qua consuluit, succubuit in causa? & dicit quòd Bart. mouet hanc quæstio. in l. fina. ff. de var & extraordi. cogni. & in l. ex maleficijs. in prin. ff. de action. & oblig. & non decidit, sed se remittit ad Specul. in titu. de requisit. & idem facit Abbas in c. pastoralis. in §. quia vero. de offi. deleg. sed Angel. in l. filiusfa. ff. de iudi. in fin. sentit quod consultor non teneatur, sed iudex qui pronunciat tenetur propter illud cõsilium, si consiliũ est iniquũ; quoniã nõ tenebatur illud sequi. Item etiam quia iudex asserit se peritum l. 2. in princ. & in §. fin. ff. manda. & ita dicit tenere Iacob. But. fortius dicens. quòd cõsultor etiam iudici non tenetur. & Ang. ibi sequi videtur Paul. de Castr. Sed in contrarium † quòd iudex propter consiliũ excusetur, facit l. cũ bonorum. ff. de bon. possess. Pro cõcordia secundũ eũ dicit Bal. in rub. C. de pœn. iudi. qui male iudi. in simili. q̃ si iudex sibi elegit assessores, nõ excusat. vt ff. man. l. curator. §. si tutores. Si ve-

17

18

ro reſpublica eos elegerit, vel deputauerit, tunc excuſatur tanquam aſtrictus cuidam formæ. arg. not. in l. Polla. C. de his quib. vt indig. Pro primo mẽbro facit bona glo. & ibi hoc dicit Bald. in l. 2. ff. quod quiſque iur. vbi dicit gloſſ. quòd tenetur & facit litem ſuã: quia vſus eſt opera imperiti. accedat etiam ſecundum eum quod voluit Angel. in §. omnem, in authen. de litigioſis, dicens, quòd licet poteſtas ferat ſententiã, & dicat latã ſub examine iudicis maleficiorum, tamen dicitur ab ipſo poteſtate prolata, & ipſa tenetur: ibi per Angel. & per Cepol. in ſua caute. 258. addit etiam quæ pulchre voluit Bart. in l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. volẽs quod aſſeſſor qui tulit iniuſtam ſentẽtiam de cõſilio iuriſperiti, etiã ſi de volũtate partiũ fuerit electus: quia nõ debebat ſtare iniquo & iniuſto cõſilio. l. quidam decedẽs, & l. Titium & Meuium. in princ. ff. de admi. tuto. & bene facit l. nemo. C. de ſenten. interlocu. omni. iudic. niſi partes actum foret, vel ſtatuto diſpoſitum eſſet, quod ſtaretur d. conſil. & conſuluit Bart. debere poni in commiſſione ſcilicet, quòd partes ex nũc conſentiunt, quod ſecundùm conſilium talis feratur ſententia, per d. l. ſi cõuenerit &c. Sed Bald. in l. obſeruare. in §. proficiſci. quẽ ſequitur dom. Ioan. de Imol. in d. l. ſi conuenerit. tenet contrarium, ſcilicet, quod imo iudex ſit excuſatus, & ſibi imputent partes eligentes, quaſi in dubio habuerit iuſtam cauſam ſequendi conſilium, ex quo partes approbauerunt conſultorem pro perito. arg. not. in d. l. 2. ff. quòd quiſque iur. & in l. qui ſolidum. §. etiam. de leg. 2. quòd etiam dicit Bald. in l. mancipia. C. de ſer. fug. Et hoc procedit, niſi conſilium contineret euidentem iniquitatem, ſecundum Ioan. de Imol. in d. l. ſi conuenerit, nam tunc iudex faceret litem ſuam, ad quod bene facit quod voluit Paul. de Caſtr. in conſi. 15. in 2. colum. & conſilio 85. & dicit etiam videnda eſſe, quæ latius traduntur per Mod. in d. l. ſi. conuenerit. & Angel de Aret. in tract. malefic. in verbo, ſub examine do. Sabbæ iudicis malefic. & in verſic. de conſenſu & deliberatione omn. iudi. & per docto. in l. 2. quod quiſque iur. &

per

per Alexan.in consi.67.incip.super contentis in superiori themate.in 2.colum.& per doct. in c.si pro debilitate.de offic.delegat.& per Salice.in l.fin.C.de pœna iud. qui male iudica.Quærit vltimo loco Geor. Nat.in d.cle. sæpe.in d.§.quæ omnia.in 8.col. quid de executore sententiæ, † an teneatur ad sumptus si malè exequatur?in quo alleg.Ang.in d.l.si filiusfa. vbi dicit, ℣ si dolo exequatur,facit litẽ suam. alle. tex.in l.si pignore.ff.de pig. act.& dicit quod facit l.si quis. C.de rescin. ven.& l.fin. C.si propter pub.pen.Sed Bald. in c.quo ad consultationem.in pen.colũ.de re iud.ver.quæro an executor, simpliciter dicit executorem teneri,& facere litẽ suam,quatenus interest aduersarij. alle. d.l si pignora. & l.lectos. ff.de peri.& com.rei ven.& l.missi opinatores.C.de ext. tri.lib.10.ita finaliter ad literã dicit dictus Geor. Na.in d.clem.sæpe.in d.§.quæ omnia.Postmodũ quęrit quando fieri debeat condemnatio expensarum. † & dicit ℣ Guil.ibi dicit quòd debet fieri ea die,qua fertur sententia super principali.quod dicit esse verũ,quo ad expensas,quæ debẽtur & peti possunt ex officio iudicis.l. Paulus.ff.de re iudic.illæ verò quæ debentur ex aliqua constitutione.vel ex consuetudine,tales expensæ quandoq; peti possunt,nisi obstet præscriptio. & dicit quòd exẽplum habemus in c.1.& in c.cupientes. de elect. in 6. & dicit quod ita tenet Cardinal. ibi remittens se ad dicta per eum in c.ex parte.el 2.de rescrip. & in c.reprehensibilis.de app.Subdit postea quòd istæ expensæ, quæ debentur ex aliqua constitutione, vel consuetudine, non possunt peti lite finita, secundum Cardi. ibi,qui ad hoc alleg.Inno.in c.finẽ litib.de do.& contu. & dicit quod idem tenet Cardina.in d.c.ex parte.quod dicit esse diligenter not.ad ea quæ habentur.in l.Paulus. & in l. terminato.C.de fruct.& litium expensis. Quærit postea de alio, videlicet,an ille,pro quo lata est † sententia,possit ex hoc solo appellare, quod condemnatio expensarum fuerit omissa?in quo tenet quòd non per l.2. C.de fruc. & lit.expen.& ita tenet secundũ eum Guil.ibi & Cardi. qui ad hoc etiam alleg tex.in l.fi.C.quando proup.non

19

20

21

est necess. Et secūdum eum hoc procedit, vbi victus appellat quia tūc vincens vtens appellatione interposita per victum potest petere sententiam reformari quantum ad omissionem expensarum. & ideo cùm sibi sit succursum per appellationem interpositam à victo, non debet ipse appellando dehonestare iudicem, qui in sui fauorem tulit sententiam. Sed vbi victus non appellat, vincens potest à tali omissione appellare, & sic approbare sentētiam quatenus facit pro se, & appellare, quia sit omissa condemnatio expēsarum. casum dicit de hoc esse sing. in d.l.fi. & sic resident Cardina. d.clem. sæpe. de quo tangit etiam ipse Card. in c. Nicolaus. de appell. & & idem tenet Ioan. de Imo. in c. fin. de excep. vbi dicit Bart. post Butri. ita tenere. in d.l.fin. & Spec. in tit. de appel. in § in quib. versi. pen. & seq. vbi dicit Curiam ita seruare. de quo latius per do. Geor. Na. in d. §. quæ omnia. vbi super hoc scribit per duas colū. forte. Et vltimo loco tangit remissiue, hanc quæstionem, videlicet, si ex-
21 pensæ non † sunt petitæ, & iudex omisit condemnare. an à tali omissione possit victor appellare? de quo vide ibi per eum. Et in hac materia expensarum vltra dicta per Georg. in loco superius alleg. Scias quòd si iudex in
23 sententia reseruauit sibi facultatem † condemnandi in expensis, vel taxandi expensas, si semel taxauit, potest reuocare talem taxationem. ita tenet Innoc. in c. super eo. quod met. caus. quem refert & sequitur Bald. in l. eleganter. in §. si quis post. in pen. col. ff. de cond. inde. quos refert & sequitur Ias. in l. 1. in 2. col. C. de iudic. vbi dicit hoc esse no. pro extēsione. l. quod iussit. ff. de re iud. & dicit quod non erant multi dies, quod fuerat in facto, & multi credebant contrarium, nō recordati de prædictis auctoritatibus. Et vide Ias. etiam in l. actionib. ff. de in lit. iur. in vlt colū. versi. aduerte. & vide Bald. in suo repert. in ver. iudex. in 7. col post med. in ver. iudex potest reuocare &c. Et alia plura & plura in hac materia expēsarum adducere possem, quæ latè satis adduxi in l. patre vel marito. in 4. 5. & 6. col. ff. de quæst. quæ hic statui omittere, ne sæpius idem per idem repetam, & ideo vi-

de

de ibi etiam quæ ego latè dixi in repet. mea l. fin. C. de probat. in 29. quæstiõe extraordin. & vide etiam Berth. in reperto. suo, in verbo, expensæ. per totum.

SVMMARIVM.

1 Statutum tollens omnes defensiones legitimas, intelligitur tantum de friuolis 4. 16. 24. 51. 32.

2 Fideiussor promittens soluere liberè sine aliqua exceptione an præsumatur renunciasse beneficio de fideiussoribus.

3 Appellatio per principem sublata intelligitur de friuola.

5 Lex & statutum nunquàm tollunt probationem, quæ fit per rei euidentiam.

6 Statutum tollens omnes exceptiones, non tangit illas, quæ ex alio statuto proueniunt.

7 Clausula videlicet, saluo alio statuto compatibili, in statutis semper intelligitur.

8 Statutum vnum per aliud limitatur.

9 Bannum sine causa factum non habet vim sententiæ.

10 Statutum procedens per viam regulæ, intelligitur repetitum in alijs statutis.

11 Statutum excludens omnes exceptiones, non tollit exceptionem innocentiæ.

12 Iudex ex officio debet recipere probationes & testes ad innocentiam Rei probãdam. Et quid ea cognita debeat facere 13.

14 Statutum contumacem pro confesso habens, an includat innocentiam. 27.

15 Innocentia per præsumptiones probatur.

17 Exceptio nullitatis an, & quando impediat executionem sententiæ.

18 Testis excommunicati, vel infamis examinatio retardanda.

19 Defensio iuris naturalis non potest tolli per principem. 20. Et quid in causa criminali. 22.

21 Sta-

21 Statutum dans iurisdictionem contra indefensum est iniustum.

23 Statutum defensionem tollens est nullius valoris.

25 Probationes & productiones testium, & iurium post conclusionem in causa, sunt sublatæ. 26.

28 Bannitus cõparens post terminum banni, & negans se delictum fecisse, an audiendus.

29 Constitutiones laicorum in foro spirituali seruandæ, si naturalem æquitatem contineant.

30 Friuola dicuntur, quæ probata non releuant, & non sunt in consideratione.

33 Argumentum ab absurdo est in iure validum.

34 Bannitus extra territorium banni captus, & ductus in inrisdictione, an relaxandus.

35 Statuta ciuiliter intelligenda, & interpretanda, & non Iudaice.

36 Intellectus absurdus fugiendus in legibus & statutis.

37 Concesso vno, an intelligantur cõcessa omnia per quæ deuenitur ad illud.

38 Statutum trahens maleficium extra suos autores, an iniquum.

39 Innocenti par est qui habet iustas defensiones.

§. VLtima quæstio & sic in ordine 12. nunc tractanda venit, in qua tractatur materia bannitorum: quam materiam bannitorum nõ immerito aliqualiter tractare intendo pro complemento præsentis practicæ: quoniam in causis criminalibus sæpe & sæpius contingit quòd inquisiti, accusati seu denuntiati non comparent: & ideo banniuntur secundum formã iuris & statutorum: ideo statui plura circa ipsam materiam bannitorum adducere. Ideo quæro, statuto ciuitatis cauetur, quòd si captus fuerit aliquis bannitus à ciuitate vel comitatu bannientis, & præsentatus fuerit potestati, quòd ipse potestas faciat executionem banni intra tres dies nulla defensione, vel exceptione audita,

ta, vel admissa: & tale statutū est hic Bonon. in hac nostra ciuitate. Modo stante tali statuto, si captus sit aliquis bannitus & præsent. potestati, an indistinctè sit fienda executio, vel si dare modum vel viam, per quam impediatur executio non obstāte dicto statuto? in quo videtur prima facie dicendum quòd non, propter resistentiam, & aperta verba dicti statuti, etiam si ipse bannitus haberet legitimam exceptionem, vel defensionem, cùm sublata sit omnis exceptio & defensio ipsius banniti ex illis verbis: nulla defensione vel exceptione audita, vel admissa &c. Attamen contrarium puto verius esse: videlicet, quòd nō obstāte dicto statuto, & eius verbis poterit impediri dicta executio banni ex pluribus iurib. & rationibus. Et primo dico quòd ipse bannitus est admittendus ad probandas & faciendas suas exceptiones. & legitimas defensiones, non obstante dicto statuto: eo quia statutum tollens omnes defensiones seu exceptiones intelligitur solummodo † tollere friuolas & inanes: nō autem legitimas & iuridicas. ita dixit Bart. in l. oēs populi. in pen. col. ver. vltimo queritur. ff. de iusti. & iure. vbi pro hoc adducit plura iura. & idē ipse dixit in l. 1. §. 1. quod vi aut clam. post prin. ver. iuxta glo. & in l. prima. §. interdum ante fi. ff. à qui appell. non licet. & Albe. de Ro. in prima parte statu. quæstio. incip. item quæro si statuto cauetur quòd nullæ. & Pau. de Cast. in consi. 183. incipiē. in causa quæ vertitur. in 3. colum. & Barba. in c. ex parte tua. in prin. vbi est optima litera ad hoc. & ibi glo. de offi. deleg. & in c. doceri. post princi. de rescri. & in consi. 44. incip. viso puncto. in 2. col. in 3. vo. & Iaſ. in l. 1. & 2. col. C. de sacrosan. eccle. vbi dicit. quòd fideiussor † promittēs soluere liberè sine aliqua exceptione: non tamen per hoc intelligitur renunciasse beneficio de fideiussoribus. quin prius excuti debeat principalis debitor, cùm istud veniat ex natura actus. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. & illa verba (sine aliqua exceptione) intelliguntur solum de friuola. c. ex parte. el 2. de officio deleg. ita dixit Ludo. Rom. quē ipse alleg. in consi. 211. incip. allegationes doctoris &c. in 1. colū.

col. & idem dixit Corſ. in no. ſuo in verbo, exceptio. in 1. not. & Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus. in §. poſſum. circa fi. ff. de verb. obliga. de quo etiam dixi in repetitio. mea rub. ff. de fideiuſſ. in 36. quæſt. & in ſing. meo 332. incip. credo te ſcire. Pro quibus facit gloſſ. notab. in c. pro illorum de præben. & facit etiam. Nam ſublata vel remota
3 appellatione per principem, † intelligitur de friuola, non autem de iuridica, & valida, ſecundum Bart. in locis proximè alleg. & voluit etiam Ludo. Rom. in repet. rub. de arbi. in 25. col. verſi. ſcias tamen. Et faciũt etiam alia adducta ad hoc per Barb. in d. conſil. 44. in 2. colũ. ideo in hoc caſu, ſi ipſe bãnitus faciat exceptionem, vel defenſiones validas & iuridicas, debebunt recipi & admitti per poteſtatem ſeu iudicem cauſæ. Secundo dico, quòd ſi dictus bannitus vellet opponere exceptiões vel defenſiones, quæ oculis ſubijcerentur: vt quia ex inſpe-
4 ctione alicuius ſtatuti clarè & manifeſtè apparent, † illę eſſent accipiendæ & admittendæ, ad quod dicendum moueor: Nam defenſio ſeu exceptio quæ oculis ſubijcitur & apparet ex inſpectione oculorum, nunquàm intelligitur reiecta nec ſublata per ſtatutum tollẽs omnes defenſiones & exceptiones. ita dixit Bal. in l. ſi ex prædijs. C. de euict. vbi dixit, quòd ſtante ſtatuto quòd contra inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio, tamen poterit opponi exceptio euidens ex inſpectione ipſius inſtrumenti, quod dictum refert Barba. in c. cùm in iure. in pen. char. in vlt. col. de offic. deleg. & Lud. Rom. in conſi. 42. incipien. viſis quæ egregie. & Barba. in c. primo de offi. ordi. Et dixit Ionn. de Imo. in l. fin. ff. à quib. app. non licet. circa 12. col. ver. tertio limitat &c. quòd ſtante ſtatuto, quòd cõtra inſtrumentum nõ poſſet opponi aliqua exceptio niſi exceptio ſolutionis, quòd non obſtante tali ſtatuto poterit opponi alia exceptio quæ notoriè apparet ex inſpectione dicti inſtrumenti: vt puta quòd promiſſio eſt ſine cauſa, ex quo iudex tunc ſecundum eum poterit repellere agentem. per nota. in l. vbi pactum. C. de tranſact. de quo latius per eum. vbi ſupra. Et faciunt alia plura, quæ adduxi ſupra in §. ſecunda

cunda quæstio. numer. 23. cum pluribus numer. ibi sequentibus. & plura alia, quæ adduxi in l. 1. §. si serui quasi in prima & secunda colũ. ff. de quæst. Et ex istis apparet, quòd dictum statutum non obstat d. bannito quin possit adducere defensiones & exceptiones suas quæ ex inspectione statuti banni, vel actorum apparẽt. Pro qua conclusione facit etiam quod voluit Bald. in rub. C. dẽ proba. vbi dicit, quòd nunquàm flex, vel statutum tollit probationem, quæ fit per rei euidentiam, de qua doctrina etiam latius loquutus sum in dictis locis. 5

Tertio, dico quòd si ex dispositione alicuius statuti competeret bannito prædicta aliqua exceptio vel defensio, deberet ipse bannitus admitti ad illam faciendam non obstante statut. de quo supra. Nam statutum tollens omnes excep. & defensiones, † nũquàm tollit exceptiones vel defensiones prouenientes ex alio statuto. ita dixit Bart. in l. 1. §. & parui. circa med. in versi. vtrum possint opp. ff. quod vi aut clam. & in l. prætor. §. eritq; differentia. circa fi. ff. vi bo. rap. & voluit Anto. in c. itẽ cum quis. de resti. spo. & Ioã. de Imo. in c. ex parte. el 2. de offic. deleg & in l. fin. ff. à quib. appel. non licet. & Alex. in consi. 165. incip. viso &c. in fi. verbis. in 3. volu. & in consi. 301. incip. visis. in penul. colũ. & Pet. de Anch. in consi. 222. incipiẽ. distinguendum in fi. verbis. & in consi. 323. incip. viso. in vlt. colum. & Fran. de Are. in consil. 106. incipi. in præsenti dubio. in 3. dub. & Nel. in tract. bannit. in 2. parte 1. temp. in 2. q. in fi. vbi alleg. Bart. in dictis locis. Et dixit sing. Bald. in c. à nobis. in fin. verbis. extra de excep. † quòd semper in statutis intelligitur esse clausula illa videlicet, saluo alio statuto compatibili. Et ideo dixit in terminis nostris sing. ver. Barb. in c. penul. chart. de reseri. quòd si statuto cauetur, quòd iudex teneatur seruare certam formam in bannindo, vel in ferendo bannũ contra delinquentes: alio statuto cauetur, quòd si potestas cœpit bannitum intra terminum trium dierum debeat facere illum decapitari, nulla exceptione vel defensione audita, vel admissa. 6 7

Modo

Modo poteſtas banniuit quendam in pœna capitis, & in banno ferendo non ſeruauit formam ſtatuti, quibus ſtantibus poſt certum tempus captus eſt ille bānitus per poteſtatem: qui elapſis tribus diebus vult facere illum decapitare, an poſſit: Et dicit quòd non, & ita dicit ſe obtinuiſſe de facto in hac ciuitate Bon. in quodam bannito capto, cui non fuerat ſeruata forma ſtatuti in eo banniēdo, & poteſtas volebat facere eum decapitari, dicit quòd conſuluit, quòd hoc facere non poterat. & dicit quòd facto eius cōſilio ſuper illo caſu, quòd regimina Bononiæ, videlicet conſilium ſeu collegium 120. poſuerunt partium, in quo obtentum fuit, quòd inhiberetur poteſtati, vt non procederet vlterius contra dictum bannitum, & ita ei inhibitum fuit. & alleg. ipſe Barb. ad ptædicta Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de execu. ſen. in §. poſtremo. in addi. Specula. in tit. de execu. ſen. in §. poſtremo. in addi. incipien. contrarium vide &c. vbi refert antiquos dicentes. Statutum in loco dat formā ſententiandi. aliud ſtatutum dicit quod ſentētiæ intra certum tempus mandentur executioni, nō obſtāte aliquo ſtatuto: an hoc caſu ſententia, in qua conſtat non fuiſſe ſeruatam formam primi ſtatuti, mandabit executioni: & dicit quòd non, quia illa clauſula poſita in vlti. ſtatu. non impedit vnū ſtatutū limitari & ſuppleri per aliud. Item alleg etiam ipſe Barba. vbi ſup. Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de ſen. in §. vt autem in addi. incip. ad hæc. & ea quæ &c. vbi ſimiliter refert antiquos dicere: ſtatuto cauetur quòd minor non poſſit obligari ex pacto ſine certa ſolennitate. & alio ſtatuto cauetur quòd cōtra pactū nil poſſit opponi quin mādetur executioni Modo minor obligauit ſe ſine ſolennitate ſtatuti: opponitur quòd non valeat obligatio, replicatur quòd nihil poteſt opponi in executione. dicit ibi Ioan. And. quòd poterit opponi de ſolennitate non ſeruata alterius ſtatuti: 8 quia † vnum ſtatutum limitatur per aliud. Item etiam ipſe Barba. alleg. Bald. in l. 1. in pen. col. C. ne lice. in vna eademq; cauſ. ter. prouo. vbi dixit: ſtatuto cauetur, quòd ſententia feratur de conſilio Antianorum. alio ſtatuto

caue-

cauetur, quòd ſententia ſtatim executioni mandetur, dicit ibi Bald. quòd niſi appareat, quòd ſentẽtia lata fuerit de conſilio Antianorum, non mandabitur executioni: quia vnum ſtatutum limitatur per aliud Item allegat etiam ipſe Barba. ad prædicta plures & plures alias doctrinas not. quas breuitatis tauſa omitto. Et prædicta omnia quaſi ad literam ponit & refert ipſe Barba. in c. cauſam quæ, in octaua char. de reſcrip. & idem firmauit ipſe Barb. in conſi. ſuo incipien. ſcripſit &c. quod eſt inter conſilia Alexan. in ord. 470. in 6. col. Sed vltra Bart. dico ego quòd idem in præmiſſis tenuit poſt multa argumenta pro & contra Alber. de Roſa. in quarta parte ſtat. in quæſt. 73. inci. ſed quid ſi ſtatuto cauetur. & Gandi. in tract. maleſi. ſub rub. de multis quæſtio. dependentibus à ſtatutis. in 6. col. verſi. item pone contineri &c. & Pet. de Ancha. in repet. c. canonum ſtatuta. in 79. colum. verſic. hic etiam quæro &c. de conſtit. Et idem expreſſe tenet Paul. de Caſt. in l. 1. in 1. col. ff. de conſti. pec. vbi dixit ſe alias de facto reſpõdiſſe Florẽtię, quòd ſtante ſtatuto ibidem, quòd contra inſtrumentum guarentigiatum nulla exceptio poſſit opponi: quod tamen poterit opponi, quod ille, qui ſe obligauit in dicto inſtrumento, non erat habilis ad ſe obligandum: vt quia erat minor, & non poterat ſe obligare ſine autoritate curatoris ex forma iuris: & ſe obligauit ſine prædicta autoritate. vel cura. & ſic forma non fuit ſeruata. ad quod alleg. Ioan. And. in d. loco ſcilicet, in addi. Specul. in titul. de ſen. in §. vt autem. Pro quibus faciunt etiam optimè dicta per eundem Paul. de Caſt. in conſil. 15. incipien. pro clariori &c. in 1. col. & facit quod voluit Bald. in addit. Spec. in tit. de execu. ſen. in pen. col. in verſi. bannũ &c. vbi dixit, quod cauti debent eſſe aſſeſſores quando ſtatutum dat formam qualiter procedatur ad banniendum aliquem, quod illam obſeruent, alias bannum, & quidquid fundatur ſuper eo, eſt nullum ipſo iure. Itẽ ſubdit etiam ipſe Bald. in principio illius verſic. quod bannum generale vel ſpeciale inordinatè, vel ſine cauſa factum, vel datum alicui, non habet vim legis vel ſenten-

tiæ.alleg.hoc voluisse Dy.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.siue sit lata, vel latum interlocutorie, siue diffinitiue.& idem videtur dicere ipse Bald.in addi. Specul. in tit.de accu.in 5.col.versi.& nota quòd accusatio.& in ver.& nota quòd vbi libellus &c. Itē vltra prædicta faciunt optimè dicta per Soci.in cosi.48.incip.in præsenti consultatione.in 3.col.post med.quòd in consi.95.incip.
10 capiendo primum.in vlt.col.vbi inter alia dicit, †quòd quoties statutum procedit per viā regulæ, intelligitur repetitum in alijs statutis.alleg. Barto.in l.prætor. in §. eritque differentia.ff.vi bo.rap.vbi post Old.dicit, quòd si statutum dicit,quòd iudex teneatur dare quālibet sententiam cum consilio sapientis: & alio statuto cauetur quòd in quibusdam causis iudex debeat procedere summariè, certē in hoc vltimo statuto censetur repetitum q̄ debeat sententiam dare cum consilio sapientis.& dicit Socin. vbi supra in dicto consil.95. quòd illam decisionem approbat Bal.in l.quemadmodum.§.fin. ff.ad leg. Aquil.& Anto.& Ioā.de Imol. in clem.1. de supplē.negpræla. Et ad prædicta faciūt etiam dicta per Nell.in suo tractat.banni.in secunda par.2.temp.2.quæst.post prin. & in secunda parte 2.temp. quæst.35. incipien. pone statuto &c &c. & in eodem tract. in 3.part. prim.temp.19. quæst.incip.nouo statuto aliquo &c.in quibus locis ipse Nell. multum notabiliter loquitur in proposito nostro.de quo etiam dixi in sing.meo 293.incip. statutum tollens &c.Ex quibus omnibus iuribus,& doctrinis clarè constat dictum statutum non obstare ipsi bannito capto & carcerato,vt non possit facere, dicere, & allegare exceptiones & defensiones suas prouenientes ex alijs statutis. Quartò quòd sit fienda executio in casu isto contra dictum bannitum, sed quòd imo suæ exceptiones & defensiones legitimæ sint acceptandæ à ius dicente,non obstante d.statuto. Moueor,nam statutū tol-
11 lens seu excludens omnes excep. † non tollit nec excludit exceptionem innocentiæ.ita sing.dixit Bal.in l.edita in repe.Paduana.in pen.col.C.de eden.quod dictū refert & sequitur pro valde eleganti Ioan.de Ana.in cōs.

59.in-

59. incip. visa inquisitione &. & in 1. col. & Alex. in cõsi. 113. incip. viso themate. in 2. col. in 5. vol. vbi dicit, quod hoc etiam voluit Bal. in l. 1. §. Offidius. in pen. colũ. ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. & Ang. in consi. 174. incip. in facto proponitur quòd Balthasar. & idẽ Alex. in suis apostil. ad Bart. in l. 1. §. parui. circa fi. ff. quod vi aut clam. & idem voluit Iaſ. in l. is qui. in 3. col. C. de testa. fac. poss. pro quibus faciunt singularia verba Iaſ. quẽ omnino vide in l. hi qui. in 3. & 4. colũ. C. qui test. face. poss. Et subdit Ioan. de Ana. in d. consi. 59. quod imo iudex ex officio etiam inquisito non petente, potest † & 12 debet recipere probationes, & testes ad probandum innocentiam Rei. alleg. Bar. in l. 1. §. fi. ff. de quæst. pro quo facit secundũ eum tex. & quod ibi habetur in c. omnib. in 2. quæst. 5. & quod no. in c. cùm in iuuentute. de pur. can. & in. cum P. de accu. & per Bart. in l. si non defendantur. ff. de pœn. de quo latius dixi in sing. meo 59. incip. innocentib. & in l. 1. §. fi. in 16. col. versi. & vlt. præ. dicta. ff. de quæstio. Quinimo statutum nudum non tollit exceptionem innocentiæ ante sententiam: sed nec etiam post sententiam tollit ipsam innocentiã. & ideo si post confessionem, & condemnationem liquet iudici de † innocentia Rei, non debet contra eum facere, seu 13 committere executionem corporalem. ita dixit Innoc. quem ibi sequuntur doct. in c. significantibus. in fi. de purg. vul. quod etiam voluit Bald. sequẽs Inno. in l. vnica. in vlt. colũ. C. de confess. & Felin. in c. consanguinei. in 1. col. de re iud. & Salyu. in l. fi. in 3. col. versi. ex quo colligit. C. de quæst. in fi. de quo dixi in sing. meo 72. incipien. per totam fere Italiam. in l. 1. §. fi. in 15. colum. ff. de quæstio. pro quibus faciunt quæ dixit Specul. & ibi Ioã. And. in addit. in tit. de accusa. in quarta parte, in §. sequitur videre. in 9. col. versi. sed pone. A. Et facit etiã in argumentum in materia ista, quòd licet ex forma statuti contumax debeat haberi pro cõfesso, † si liquet iudici talẽ contumacẽ absentem esse innocentem & nõ culpabilẽ, licèt sit contumax, nõ potest nec debet eũ condemnare. ita dixit Bart. in consi. 100. inci. à domino Cy-

no de Bononia.in vlt.col.per l.ſi non defendātur. ff.de pœn.ita etiā colligitur ex verb.Bart.in rub.C de manū. vind.& voluit Bart.Cepol.in cōſi.49.incip.quanquam. in vlt.col.in cautel.ſua 254.incip. ſimilem cautelam. in fin. de quo etiam dixi ſupra in §. opportune. num.8. & in §.ſecunda quæſtio.nu.29. ad quæ vide etiam Phili. Decium in l.& ſi nihil. ff.de reg.iur. Pro quibus faciunt dicta per glo.Bart.& doct.in l.vbi pactum.C.de tranſac. & per Bart.& doct.in l.ſeruum quoque.in §. publice. ff. de procu.& in l.pen.in §.ad crimen. ff.de publ.iudi. & per Barthol.Cepol.in conſi.29.incip.viſo.in antepenul. col.& per Gand.in tract.malef.ſub rub.de quæſt.& tortu.circa 5.col.ſed quid erit de quæſtione. & Guido. de Suza in tract.ſuo de tor.in 10.col.in verſi.ſed quid de quæſtione.&c.ad quæ faciunt etiam dicta per Franc. de Are.in conſi.147.incip.viſa conſultatione.in 3.& 4.col. & faciunt quæ in hac materia latius dixi in l.1.§.ſi in 15. col.verſi.not.etiam.ff.de quæſtio. & in ſing.meo 59. incip.innocentibus. & ſupra in §.opportune. in pluribus ver. Et incidenter ſcias, & teneas menti, quòd innocen-
15 tia probatur † ex præſumptionibus, vel per præſumptiones.glo.eſt in l.1.C.de ſicariis.& idem voluit Bar.in l. fin.§.de illo.ff.de bonis eorū,qui ante ſenten.ſibi mortem conſciue.& Cepol.in con.1.in 3.col. de quo etiā per Alex.in l.ſi non defendantur.ff.de pœn. Quintò,quòd non ſit fienda executio dicti banni, ſed quòd ipſe banuitus poſſit facere eius exceptiones,& defenſiones,non obſtante præfato ſtatuto dicente, nulla exceptione vel defenſione audita vel admiſſa facit. Nam quādo in aliquo caſu ſtatutum tollit omnem exceptionē, vel defen-
16 ſionem † debant intelligi, niſi pars velit incontinenti probare excepta: quoniam tali caſu debet audiri nō obſtante tali ſtatuto, quia ratio præſumptæ calūniæ, propter quam ſtatutū facit talem prohibitionē,ceſſat,quando offertur probatio incontinenti. Ita no. dixit Abb.in c.ſuſcitata in pen.col. de integ.reſt.ad quod alleg. bonū tex.in c.literas in verbo,propterea.de reſt.ſpol.& quod no.glo.in l.1.ff.de tab.exhi. Et idem dixit ipſe Abb.in c.

ſuper

ſuper eo. in vlt. verb. de offi. dele. Pro quo dicit bene facere quod no. Bald. in l. data opera. C. qui accuſa. nō poſ. & Old. in conſi. 45. Et idem dixit Card. in conſil. 71. inci. ſeriatim in 4. col. in princ. pro quo etiam faciunt dicta per Abb. in c. ex parte. el 2. de offi. dele. Et facit quod voluit Bart. & Lud. Ro. in l. ſi feriatis, in prin. ff. de fer. vbi dicunt, quòd exceptio nullitatis non impedit executionem ſentētiæ, † niſi probatio nullitatis ſit in promptu. 17
nam tunc nullitas impedit executionem. allegant l. fi. C. ſi ex fal. inſtru. pro quibus faciunt, quæ habentur in c. interpoſita. de appell. in princ. & in l. ſi is à quo. ff. vt in poſſ. leg. & per Spec. in tit. de teſt. §. 1. verſ. quid ergo ſi præmiſſa deijciens &c. vbi dicit, quod ſi teſtis dicitur excommunicatus vel infamis, quòd per hoc † non retar- 18
datur eius examinatio: ſed illæ exceptiones reſeruantur in fine iudicij: tamen hoc fallit ſecundum eum ibi, niſi pars obijciens prædictas exceptiones contra teſtē, vellet incontinenti illas probare: quia eſt audiendus, ſi habet probationes in promptu. allegat plura, de quibus ibi per eum. Si ergo dictus bānitus offerat ſe incōtinenti probaturum excepta per eum, ceſſat præſumptio calumniæ, & debebit audiri: & debebit ſuperſederi in dicta executione banni, non obſtante prædicto ſtatuto per prædicta. Sextò, quòd dictum ſtatutum nō obſtet dicto bannito, adeo quo ipſe non poſſit facere ſuas defenſiones: facit, Nam conſiderandum & ponderandum eſt diligenter, quòd dictum ſtatutum expreſsè & apertè tollit defenſionem in cauſa capitali, vbi tractatur de vita hominis, & de pœna vltimi ſupplicij. & hoc patet ex verbis dicti ſtatuti in verbo, nulla exceptione vel defenſione audita vel admiſſa &c. quæ quidē defenſio tāquàm iuris naturalis non poteſt tolli a principe vel à ſuperiore: † vt eſt tex. & ibi omnes ſcribentes in §. ſed natura- 19
lia inſtitu. de iur. natur. & habetur in clemen. paſtoralis. de re iudica. & voluit Bart. in tract. ſuo, qui ſint rebelles. in vlt. col. & in l. facultas. C. de iure fiſci. lib 10. & Old. in conſi. 43. incip. quæritur vtrum citatio. Princeps enim. ſiue ſuperior non poteſt † tollere nec dare ea, quæ

290

20 sunt † iuris naturalis, nec illa supplere. Et ideo dixit Angel. in l. adoptio nō iure facta. ff. de adop. quòd licèt princeps per ius confirmationem possit supplere omnes defectus, si apponat in rescripto clausulam, supplētes omnes defectus: vt per Bal. in l. fi. ff. de testa. tutel. & per Oldrad. in consi. 257. incip factum tale est: in 4. col. tamen intelligitur supplere omnes defectus iuris ciuilis, nō autem iuris naturalis, quod dictum refert & sequitur Alexan. in cōsil. 469. incip. viso puncto in 7. col. quod etiam voluit Card. in clem. 1. in vlt. col. de elect. & Spec. in titu. de leg. §. nunc ostendendum. in ver. 1. & Io. de Imol. in l. quidam consulebant. ff. de re iud. in 8 col. & Ant. in c. de transact. Et hanc partem, quòd defensio tanquàm iuris naturalis non possit tolli à principe, seu superiore, videtur firmare Bald. in c. à nobis. in fi. de except. vbi dicit, quod statutum tollens defensionem intelligitur tollere ciuilem, non autem naturalem. de quibus dixi supra in §. quoniã. nu. 76. 77. & 78. Pro quibus facit quod voluit Bart. in tract. suo, qui sint rebelles. in verbo, mille

21 librarum. vbi dixit quod statutū † dans iurisdictionem cōtra indefensum, est iniustū. Et ideo dixit multū sing. Bal. in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisq; iuris, quod prin-

22 ceps de plenitudine potestatis potest tollere † defensionem in causa ciuili & pecuniaria: sed secus in causa criminali, quod dictum refert & sequitur Fel. in c. dilecti. in 6. col. de except. & in c. cum olim. in vlt. col. de re iudi. & idē voluit Paris de Pu. in tract. synd. in 30. char. in 3. col. in c. incip potestas qui misit. & dixi latius in singu. meo 386. inci. defensio. & vide omnino quæ dixi circa hanc materiā in repe. mea. l. vnicæ. C de rap. vir. in 44. char. parua. circa med. Et dixit Bar. in l. facultas. C. de iu-

23 re fis. quod non valet statutum † tollēs defensionem. & idem dixit ipse in l. cum mulier. & ibi cæteri scribent. ff. sol. matr. & Bal. in l. vt vim. ff. de iusti. & iu. & Ang. in l. si sic. in prin. ff de leg. 1. de quo etiam per scri. in c. pastoralis de app. Quinimo etiam resumet non potest sibi-ipsi tollere, seu auferre defensionem in causa criminali, secundum gloss. ordi. in l. pactum inter hæredem. ff. de

pact.

pact. quod etiam per illam glo. dixit Bar. & Bald. in authen. iubemus. C. de iud. in rub. extra de pact. in pen. seu vlt. col. & Barb. in c. cum dilecti. in 4. col. ver. not. ibi, renuntiare. de accu. & Bal. in c. significante. in 2. col. de appel. & Ang. de Aret. in tract. maleficio. in vers. qui iudex statuit terminum ad eorum defensionē faciendam. in vl. versi. & ibi in addi. Et idem tenet Bald. dicens hoc esse verum, etiam si reus apponeret iuramentum in tali renunciatione. in l. 1. in 15. col. C. de confes. quē refert & sequitur Fel. in c. cū veniissent. in vlt. col. de test. Et ideo dixit Bart. in l. custodias. ff. de publ. iud. & malè videtur facere assessores, qui faciunt, quòd reus renūtiat termino & defensionibus suis, cōtra l. non tantum. ff. de app. & l. addictos. C. de epis. audi. de qua materia latius dixi supra, in §. examinanda. in nu. 1. Et pro istis etiam faciunt. Nam si statuto cauetur, q̄ pro tali delicto delinquēs cōdemnetur in centū, quæ si nō soluerit intra mensem, decapitetur. certè hoc casu † poterit dictam pœnam pecuniariam soluere, nedum ipse condemnatus euitet pœnam corporalem, sed etiam hoc poterit facere pro eo aliquis eius cōiunctus, vel etiā extraneus, & si condemnatus hoc non mandauerit, vel ratum nō habuerit. ita dixit Bald. & Imo. in l. fi. in prin. ff. de cond. inst. & Ang. de Are. in tract. malefi. in ver. quas si non soluerit intra 10. dies, amputetur ei manus dextra. in ver. quid si statutum dicit simpliciter, vbi subdit, quòd imo plus est, q̄ etiam inuito ipso reo condemnato, poterit pro eo solui dicta pecunia, seu dicta pœna pecuniaria, vt euitetur pœna corporalis. ita dixit Bart in l. Stichus. ff de pē. leg. & Bal. in l. fi. C. de neg. gest. in tantum quòd vt dixit ibi Bald. potest per extraneum auferri de bonis ipsius condemnati, etiam dicto condemnato inuito, & solui dicta condemnatio. arg. l. si proc. in §. ignorantes. ff. mand. & not. per Bart. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obl. de quo etiā p Aug. de Ari. vbi sup. in add. suis. & per Alex. in addit. ad Bar. in d. l. stichus. ff. de pœ. leg. Ex q̄bus omnib. apparet, dictum statutum tollens omnem defensionē reo corporaliter puniendo pœna vltimi supplicij, nō valere, & per 24

291

consequens non obstare prædicto bannito in casu quæstionis nostræ, vt opponere nō possit exceptiones & facere legitimas suas defensiones. Septimo ad confirmationem prædictorum facit. Nam licèt aliquo casu, vel aliquo modo obstet statutum de defensionibus Rei fiēdis in causa criminali, tamen tali obstantia nō obstante possunt fieri defensiōes Rei. Et hoc patet, nam habe-
25 mus quòd post conclusionem in causa † sublatæ sunt probationes, & productiones testiū & iurium, cùm tūc non possit dici nec allegari aliquid iuris vel facti: vt habetur in c. pastoralis. de caus. possess. & proprietat. & voluit Bart. in l. error. in 5. col. de iur. & fac. igno. & paria sunt cōclusum esse in causa, & sententiam esse latam, vt de omnibus latè dixi sup. in §. sequens q̄st. per totū. Sed tali conclusione in causa non obstante, ipse reus criminis
26 potest etiam probationes † & defensiones facere, secundum Bart. in l. 1. §. fin. de quæst. & in l. diui. ff. de pœn. & in l. vnius. in §. cogniturum. ff. de quæst. & in l. 2. in §. si publico. in 6. colum. ff. de adul. & in auth. qui semel. in vlt. colum C. de proba. & in sua disputatione, incipi. iudex malefi. & in tract. ad reprimen. in verbo, neglexerit. & in consi. suo 107. incip. visis omnibus. & in alio cons. suo 100. incip. à do Cyno. & volunt plures alij, quos retuli in l. 1. in 2. col. ff. de quæst. Cùm ergo talis probatio legis non tollat facultatem producendi testes, & faciendi probationes Rei in causa criminali. Ita dicēdum puto in casu nostro, quòd non obstante prohibitione dicti statuti, poterit ipse bannitus facere suas exceptiones & defensiones. Octauo, alia ratione moueor ad dicendum, quòd non obstante dicto statuto dicente, nulla excep. vel defensione audita vel admissa &c. tamē ipse bannitus sit audiendus, si vult facere suas exceptiones, vel defensiones. Nam dico quòd licèt statutum dicat, q̄p contumax habeatur pro confesso, tamen si bānitus per contumaciā fuerit captus per Potestatem, & tunc opponat exceptionē, quæ si fuisset opposita à principio ante bannum, ipse bannitus non fuisset compulsus iudicium suscipere, quòd est audiendus, & tunc iudex declara.

clarabit † iudicium, & bannum esse nullum. ita singu. 27
dixit Bar. in l. non videtur. quæ est l. 3. in fin. ff. de iudi.
quod dictum refert & sequitur dom. Nellus in tractat.
suo bannitorum in 2. parte primi temporis. in 2. quæst.
in fin. Pro quo dicto etiã faciũt dicta per Alex. in d. l. 3.
ff. de iud. & per Paul. de Castr. in consilio suo 33. incip.
super primo quæsito. in 2. colu. vbi dixit, † quòd si post 28
terminum banni comparet bannitus, & negat se feciſ-
se delictum, quòd videbatur tacitè confessus ex contu-
macia ex forma statuti, quòd ipse est audiendus, allegat
quàmplura, de quibus ibi per eum. de quo latius dixi in
sing meo. 72. incip. per totam fere Italiam &c. ita puto
dicendum in casu nostro, quòd si iste bannitus in con-
tumaciam, nunc captus & carceratus opponat exceptio-
nem, quam si in principio opposuisset si comparuisset,
non fuisset compulsus suscipere iudicium, quod debet
audiri: & iudex debet declarare iudicium & bannum
esse nullum per prædicta. Nono ad confirmationẽ præ-
dictorum facit optime sententia gloss. ordi. in l. tale pa-
ctum. in §. fin. ff. de pact. cum sua materia, de qua dixi, la
te in l. si quis viduam. in 3. colum. ff. de quæstio. Nam
præsumendum & coniecturandum est, quòd si statuen-
tes, qui fecerunt illud statutum & dixerunt, nulla exce-
ptione vel defensione audita nec admissa &c. fuissent
interrogati: sed ponamus domini statuentes, quòd ban
nitus in contumaciam est captus, & statim vult osten-
dere suam innocentiam, vultis ne, quòd tunc non au-
diatur? certè nemini dubium est, quòd dixissent se vel-
le quòd audiretur. & si diceremus contrarium, certè se-
queretur, quòd tale statutum esset iniquum, & tanquam
continens iniquitatem non valeret. per tex. in c. erit au-
tem lex 4. dist. Decimo pro hac parte quòd non obstan-
te d. statuto ipse bannitus admittat ad faciẽdas suas de-
fensiones, facit. Nam scelus est punire innocentem, &
melius est nocentem absoluere, quàm innocentem con
demnare, l. absentẽ. ff. de pœ. & habetur in l. sancimus.
C. eod. titu & rigor & æquitas exposcunt, quòd inno-
cens non puniatur aliqua pœna, & maximè pœna vl-

292

timi ſupplicij, vel alia pœna, in qua tractetur de præiudicio irreparabili, & vbi æquitas aliquid expoſcit: tunc iudex obſtante vel reſiſtente lege vel ſtatuto habet latas habenas, & poteſt in cauſis ciuilibus indemnitati reorum, & oppreſſorum prouidere: ergo à fortiori in criminalibus. auth. multo magis. C. de ſacro. ſan. eccle. & l. cũ ipſe. C. de cõtrahen. em. cũ ſimil. Et quod poſſit indemnitati reorum prouidere in cauſis ciuilibus, & à fortiori in criminalibus, patet ex his, quæ ſatis latè dixi ſupra in §. ſequens quæſtio. in nu. 32. & 33. cum pluribus numeris ibi ſequentibus, vbi videas. & vltra ibi dicta faciunt dicta per Bald. in rubr. extra de conſti. in 2. colu.

29 vbi dixit, quod † conſtitutiones laicorum ſunt ſeruandæ in foro ſpirituali, ſi continent naturalem. alleg. Innoc. in c. quia plerique. de immu. eccle. & Ioan. Andr. in c. 1. de ope. noui. nunc. in Nouel. Modo in caſu noſtro concurrit maxima æquitas, quæ eſt, vt quis non perdat vitam, ſi habet aliquam veram & legitimam defenſionem, ergo iudex debet talem defenſionem admittere, non obſtante d. ſtatuto. Et ſic ex iſtis omnibus rationibus, & fundamentis apparet, quòd dictus bannitus poteſt facere exceptiones, & defenſiones ſuas, non obſtante d. ſtatuto dicente, quòd capto reo bannito intra tres dies exequatur bannum, nulla eius exceptione nec defenſione audita nec admiſſa, vt in d. ſtatuto dicitur. Et hanc partem firmauit etiam domi. Bonifacius de Vitalinis in tractat. ſuo maleficiorum. ſub rubri. de forma accuſæ porrectæ per ſyndicum. in 20. colum. in verſicu. ſed quid, M. accuſatus &c. Stante ergo hac opinione firmata à pluribus ex pluribus iuribus & doctrinis, operæprecium eſt reſpondere aliquibus obiectionibus, quæ fieri poſſent contra prædictas rationes, & fundamenta, ideo ad illa condeſcendo. Et dico quod non obſtat, ſi per curiam diceretur contra primum fundamentum de exceptione inualida, & friuola, quæ intelligitur reiecta, non autem de valida & iuridica. Nam poſſet dicere curia, nobis non conſtat, quòd iſtæ exceptiones ſeu defenſiones fiendę ab iſto bannito

ſint

sint validæ & non friuolæ, ergo non tenemur eas admittere obstante prædicto statuto. Quia respondeo q̃ imo constat ipsi curiæ: Nam friuola seu nulla dicuntur illa, † quæ probata non releuant, & non sunt in consi- 30
deratione arg. l. 4. §. condemnatũ. ff. de re iud. & l. quoties ff. qui satisdare cogan. cum simi. & habetur in l. actor. & in l. ad probationem. C. de proba. Sed exceptiones innocentiæ, & aliorum supradictorum fundamentorum, sunt talia, quæ probant, & secum portant victoriam, patet in iuribus allegatis in dictis fundamẽtis: ergo non possunt dici friuola & inualida, sed valida & iuridica. Non obstat etiam si diceretur per Curiam, quòd in casu nostro non est audiendus dictus bannitus modo aliquo, eo quia statutum prædictum supra pluries allegatum auferret ipsi bannito omne remedium, & omnẽ defensionem vt patet ex dictis verbis videlicet, nulla exceptione vel defensione audita, nec admissa &c. Et quando statutum tollit omnem † defensionem, non 31
solum tollit friuolas, sed etiam legitimas, secundũ Bartol. in l. 1. in §. parui. in 2. colum. versicu. statutum. ff. qd̃ vi aut clam. Quia respondeo pluribus modis: & primo respondeo prout dixi supra, quod statutum tollens omnem defensionem non valet: cum defensio sit de iure naturali, quæ tolli non potest per principem seu superiorem, vt dixi latè supra in § quoniam. num. 76. 77. & 78. Item respondeo & aliter, videlicet, quod casu quo statutum tollens defensionem valeret, attamen intelligitur solum tollere defensiones requirentes longam disputationem, & altiorem indaginem: non autem intelligeretur tollere † defensiones claras, succinctas & prõ 32
ptas. & intelligitur tantum tollere defensiones, seu exceptiones dilatorias, non autem peremptorias, quod probo per argumentum ab absurdo. † quod est vali- 33
dum in iure: vt habetur in l. nam absurdum. ff. de bon. lib. & voluit Bald. in l. conuenticulam. in 3. colum. C. de episco. & cler. Sed si intelligeremus, quòd statutum tollens oẽs defensiones, tolleret claras promptas & perem ptorias, sequerentur plura absurda & inconuenientia.

Nam

Nam sequeretur quod si bannitus haberet saluum conductum, & cum eo veniret ad ciuitatem, à qua est bannitus, quod deberet decapitari, non obstante saluo conductu : quia si esset captus & consignatus Potestati ex forma statuti intra tres dies deberet decapitari, nec posset se iuuare ex saluo conductu: quia quando vellet saluum conductum producere, & illum ostendere Potestati & Curiæ, posset sibi obijci statutũ supradictũ, volens, qđ nulla exceptio vel defensio cõpetẽs ipsi bãnito audiatur, vel admittatur; sed si nulla exceptio nec defensio est audienda, nec admittenda : ergo etiam exceptio seu defensio salui conductus non esset admittẽda; quia qui omne dicit, nihil excludit. l. cum prætor. ff. de iudi. cum vulg. & sic ipse bannitus reperiret se deceptum sub fide & clipeo superioris, qui fecit sibi saluum cõductũ; quod esset nedum absurdum, sed etiam absurdissimũ, & iniquissimum, contra deum, iustitiam, æquitatem & rigorem, & contra honorem superioris, ar. l. 1. ff. de constitu. pecu. ibi, graue est fidẽ fallere & facit. l. 1. ff. de pac. & l. iuris gentium. §. prætor ait. eod. titu. & l. 1. ff. si mẽs. fal. mo. di. & epistola, inter claras, Ç. de summa tri. & fi. catho. Item sequeretur etiam aliud inconueniens, & absurdum, videlicet, quod si aliquis esset bannitus ab hac ciuitate Bononiæ sub pœna capitis, & talis bannitus esset puta Florentiæ, Ferrariæ, Mediolani, vel alibi, in loco non suppositio iurisdictioni Bononiæ : & fuisset in aliquo loco non suppositio iurisdictioni Bon. captus & per vim ductus hic Bononiæ, & præsentatus Potestati, quod deberet eum decapitare, non obstante quod per vim fuisset ductus Bononiam, si non deberet audiri obstante prædicto statuto prohibente omnem exceptionem, & defensionem bannito, quod esset iniquissimũ, & plus quam absurdum, & esset contra ius & iustitiã: quia talis bannitus existens extra iurisdictionem Bononiæ, si est captus extra iurisdictionem & districtum Bo
34 noniæ, & per vim ductus † hic Bononiæ, non debet puniri, nec potest contra eum exequi bannum, sed debet relaxari, vt possit reuerti, vbi erat, vel alibi extra iurisdictio-

dictionem Bononiæ. ita dixit Bal. in authen. item nulla communitas. C. de epiſ. & cle. in fi. & Bal. ſuper ſtatu. in verbo, bānitus in verſi. & Iaco. But. in addi. ſuis ad trac. Gandi. ſuper maleficijs. ſub rubr. de banni. pro malefic. in 5. colum. & do. Nel. in tract. bannitorum in 2. parte. 2. tempo. in quæſt. 30. & voluit Iaſ. in l. fi. poſt prin. ff. de iur. omni. iudi. pro quo faciunt plura & plura in propoſito, quæ alias ſimul reduxi in l. 1. in princ. in 2. fallen. ff. de ſica. & in l. 1. C. eod. Reſultaret etiam aliud inconueniens & abſurdum. Nam ſi bannitus occideret alium bannitum, & eſſet poſtea captus à Poteſtate, & vigore ſui banni Poteſtas vellet facere ipſum mori intra triduum ſecundū formam prædicti ſtatuti, quòd ipſe bannitus volēs facere ſuam defenſionem, & docere, quod ipſe per occiſionem illius alterius banniti conſequutus fuit remiſſionem, & liberationem ſui banni ex forma ſtatuti, non poſſet: quia pari modo Curia poſſet ſibi dicere: tu nō potes facere aliquam defenſionē: quia ſtatutū tollit tibi omnem defenſionem, & ſic poſſet facere eum mori. & hoc modo ipſe bannitus periret ſub clipeo alterius ſtatuti, quod eſt inſanū dicere vel opinari. Et poſſent poni plura alia exēpla, vt in bannito capto in eccleſia, & in ſimilibus, quæ nō refero breuitatis cauſa. Ex quibus cōſtat, quòd licet ſtatutum tollat omnem defenſionem bānito, tollit ſolūmodo friuolas, fruſtratorias, cauilloſas, ſeu calumnioſas, & dilatorias: non autem ſibi tollit defenſiōes legitimas, validas & peremptorias: maxime illas, quas in promptu ſecū habet ipſe bānitus. Et ſi aliter diceremus, ſequeretur abſurdum: & abſurda, de quibus ſupra. & eſſet proprie Iudaicè interpretari ſtatuta, quæ ciuiliter & rationabiliter ſunt intelligenda & interpretanda, & non Iudaicè, † ſecundū gl. in l. dāni 35
in §. ſi is. ff. de dam. infec. quā refert & approbat Bal. in l. quicunq; in antepe. col. C. de ſeruis fugi. & in l. oēs populi. in 14. col. ff. de iuſti. & iure. & do. Alex. in conſi. ſuo 144. inc. poſt redditum. in 2. col. ad quod dicit bene facere text. in l. cum autē. in §. excipitur. in verſi. capitale autē. ff. de ædi. edic. & faciunt etiam dicta per Alexād. in

conſi.

294

conſi.83.incip.viſa facti narratione.in 2.colum.in 2.vo
36 lum.vbi ſubdit,† quòd omnis intellectus abſurdus fugiendus eſt in legibus,& ſtatutis. per l. ſcire oportet.in §.aliud.ff.de excuſ.tuto. &in l.in ambigua.ff.de legi.& per l.nam abſurdum.ff.de bonis lib. & quod etiam voluit Bart.in l.omnes populi.in 6.quæſt.princip. in verſic.iuxta præmiſſa quæro &c. ff. de iuſti. & iur. & in l. non dubium.C.de legi.& voluit Ludo.Roma.in conſi. ſuo 485.incip.in caſu propoſito.& Alexan.in conſi.ſuo 325.incipien.ſuper eo de quo quæritur.in 3.col.Pro quo faciunt dicta à beato Hieronymo relata à Petro de Anchara.in conſil.ſuo 283.incip.in auxilium veritatis. in pen.colum.vbi dicit,quod veritas non conſiſtit in verbis ſcripturarum,ſed in eorum ſententia:non in ſuperficie,ſed in medulla: nõ in folijs,ſed in radice rationis: vt habetur in c.marchion & baſilides.1.quæſtio. 1.& in l.ſcire leges.ff.de legi.& voluit Cyn.in l.1. C.quæ ſit lõga conſ.& faciunt alia plura quæ dixi in l.ſi quis viduam.in 4.colum.ff.de quæſtio.& dicta per Soci.in conſilio ſuo 35.incip.circa prædictam.in 2 colum. verſic.fanus.& per Abb.in conſil.ſuo 75.incipien. primo eſt videndum.in 3.colum. Ex quibus omnibus ample patet dictam oppoſitionem non obſtare. Nec obſtat,etiam ſi contra ſuperius dicta opponeretur & diceretur, quòd licet ſtatutum tollens omnes exceptiones, non tollat exceptiones prouenientes ex alio ſtatuto:hoc non opitulatur ipſi bannito:quia hoc debet intelligi de exceptione probata ſeu manifeſta alterius ſtatuti. ſecus autem ſi exceptio,ſeu defenſio prouenientes ex capite alterius ſtatuti non ſit notoria vel probata : quia bannitus tunc non poterit admitti ad illam probandam , tunc & eo tempore,quo eſt captus & carceratus obſtante prædicto ſtatuto.

Quia reſpondeo,quòd licet non ſit probata exceptio proueniens ex capite alterius ſtatuti , attamen ipſe bannitus habet intentum in hoc quod oſtendo. Nam poſtquam ſtatutum tollens omnes exceptiones, & defenſiones non tollit exceptionem ex alio ſtatuto , vt

dixi,

dixi, sed si ipsam non tollit, ergo ipsam exceptionem
prouenientem ex alio statuto admittit & concedit, vt
de se patet: & etiam patet, quia contrariorum eadem est
censura: vt iurib. vulgarib. Si ergo eam admittit & cō-
cedit, ergo † omnia alia admittit & cōcedit per quæ de-
uenitur ad illud l. oratio. ff. de sponsa. c. cum quid vna
via. de reguris iuris. in 6. l. 2. ff. de iurisdictione omn. iu- 37
di. l. si vēditor. ff de religio. & sump. fu. l. vxori. ff. de au
ro & argento lega. de quo latè per Old. in consilio suo
11. incipien. thema tale est, & per eundem in consilio
27. incipien. thema tale est, vacante &c. & per domi. Fe-
lyn. in c. causam quæ. in 1. & 2 colum. de re iudic. & in
c. quam sit de Iudæis. circa princ. & faciunt quæ latè di-
xi in singul. meo 175. incipien. concesso vno. & in singu.
meo 17. incipien. accessorium &c. Ita ergo est dicēdum
in casu isto: vtdelicet, quòd postquam admittitur & cō-
ceditur à iure exceptio proueniens ex alio statuto, vt
supra dixi, etiam intelliguntur concessa & admissa om-
nia, per quæ deuenitur ad illas exceptiones & defensi-
ones. Et ista responsio tollit etiam aliqua aliá obiecta,
quæ fieri etiam possent contra aliquas alias oppositio-
nes ad supradicta. Nec obstat etiam si diceretur, quòd
imo si aliqua defensio, seu exceptio innocentiæ, vel al-
terius rei competeret ipsi bannito, quod tamen illa vti
non posset: eo quia illam seu illas non opposuisset tem
pore, quo contra eum procedebatur ad bannum, quo ca
su succedit illud: videlicet, quod quando aliquod ius,
seu priuilegium seu exceptio alicui competit: & ille
talis debito tempore illam non opponit: videtur ei re-
nuntiare: adeò quod valet processus, qui non valuisset,
si illud opposuisset. Exemplum potest poni in procura-
tore cōparente in causa criminali, qui in tali causa non
potest interuenire: vt in l. penulti. in §. ad crimen. ff. de
publ. iudi. cū simili. tamen si interuenit, & non fuit op-
positū per partē, vel per Curiam, valebit iudiciū. vt dixi
latè suprà, in §. sequitur. nu. 8. & in l. si quis ne quæstio.
in 20. col. ff. de quæstio. Quia respōdeo quòd hoc nō ha

bet

bet obstare in casu nostro dicto bannito: eo quia ipse bannitus fuit bannitus in contumaciã: & sic sibi non licuit aliquid apponere, dicere, allegare, vel deducere: quia contumax nescit quid cõtra cũ agatur: & talis non potuit mittere procuratorem, cũ in causa criminali nõ possit interuenire procurator, vt dictum est: iura autẽ superius allegata vendicant sibi locum in illo, qui non est contumax, sed in illo, qui comparet & potest allegare, dicere, ostendere, & deducere iura sua, & exceptiones & defensiones suas facere. Nec obstat etiam si dicatur, quòd ipse bannitus non est audiendus circa aliquã defensionem, vel exceptionem faciendam: quia si audiretur, & admitterẽtur sui testes & sua iura, posset forte sequi ex apicibus iuris sententia absolutoria in fauorem ipsius banniti, quo casu sequeretur maximũ inconueniens: videlicet, quòd delictũ, propter quod ipse bannitus fuit bannitus, remaneret impunitũ contra voluntatem & mentem statuentium, & cõtra dispositionẽ iuris ciuilis & canonici: quòd esse non debet. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquiliam. cũ similibus. ergo non debet admitti. Quia respondeo verum esse quocunque iure statutario ciuili, & canonico, & diuino, delicta nõ debere remanere impunita: attamen dico quod propter hoc nõ sequitur, quòd innocens sit puniendus: vt delicta non remaneãt impunita. arg. c. ex tenore. de foro compet. & c. nuper. de donat. ante nupt. Itẽ dico quod delicta nõ debẽt remanere impunita, est verum hoc: attamen pœna debet tenere suos autores, & non innocentes. iuxta l. sancimus. C. de pœnis. & c. quæsiuit. de his q̃ fiunt à maio. parte capi. & c. 2. & vtrobique per gl. & doct. de consti. imo si aliqua lex, vel statutum diceret contrariũ, esset iniquum & non esset seruandum, † secundum do. Cardina. in consi. 44. inci. pro domino Christophoro: imo deterius esset, vt delicta nõ remanerent impunita, punire innocentem pro nocẽte, quàm relinquere delicta impunita: vt in l. absentem. ff. de pœnis. Et iste bannitus, de quo in casu nostro dicitur innocens, ex quo habet iu-
38 39 stas defensiones, quoniam innocenti † par est, qui habet

bet iustas defensiones, secũdum Bal. in l. 2. C. qui testamenta facere possunt. & Paul. de Cast. in l. si quis filio. in §. hi autem. ff. de iniusto testamento. vbi allegat bonũ tex. in l. lege Iulia. in fin. ff ad l. Iuliam repet. & idẽ dixit Bald. in reperto. suo: in verbo, iudex. in 3. colum. versicu. iudex faciens executionem &c. & in d. l. addictos. in 1. colum. C. de episco. audien. de quo etiam dixi supra, in §. opportune. num. 17. Nec etiam obstat illud: videlicet, quod esset pessimum exemplum in populo: nisi ipse bannitus occideretur. Quia respondeo, quod peius esset exemplum in populo, si ipse bannitus innocens occideretur. proprie esset ponere populum in maxima anxietate, perplexitate ac timore: considerando quòd innocentia non iuuat hominem à pœna, nec à morte: & tantùm prodest esse nocens sicut innocens, & tantum bonitas quantum iniquitas: & sic plures possent fieri malæ cogitationes circa hoc. Et ex istis omnibus firma remanet conclusio, quòd in casu quæstionis prædictæ, iudex non poterit facere executionem cõtra dictum bannitum: sed debebit admittere & recipere suas exceptiones, & defensiones legitimas prædicto statuto vel simili non obstante. Pro quibus omnibus faciunt dicta per Speculat. in titul. de accusat. in §. sequitur. in 9. colum. in versicul. sed pone. A. fuit accusatus &c. & quæ dixi ego in singu. meo. 293. incipien. statutum &c. Tene menti prædicta: quia vere sunt quotidiana vtilia & practicabilia. Et Deũ attestor, quod hanc quæstionẽ habui in facto diebus meis quatuor vicibus, in quatuor personis, quæ bannitæ erant pœna mortis, & eas liberaui, & adhuc etiam omnes viuunt, vnus vocabatur Petrus Ant. de Ferneſio, alius vocabatur Rixius de Scarellis, alius vocabatur Nicolaus de Guarmanis. vltima fuit mulier, quæ vocabatur Rubea, & pro vnoquoque ipsorum oretenus allegaui, & consului in scriptis, vt apparet in meis consiliis. primo consului pro dom. Petro Antonio, & consilium quod feci pro eo in volumine consiliorum meorum est 16. & incipit, inclina cor meum in testi-

296

monia tua domine &c. & consilium pro Rixio de Scarellis est 38. & incipit, quoniam saluos facis sperantes in te domine &c. & consilium quod feci pro Nicolao de Guarmanis in ordine dictorum meorum consiliorum est 55. & incipit, in causa Nicolai de Guarmanis &c. cōsilium aūt quod feci pro dicta Rubea est in ordine. 97. & incipit, notam fac mihi viam in qua ambulem domine &c. in quibus consilijs me satis extendi circa dictā quæstionem, ideo videas dicta mea consilia.

SVMMARIVM.

1 Statutum permittens bannitum posse impune occidi valet, & tenet. Et quid si pro pecuniario debito. num. 2.

3 Beneficio statuti permittentis bannitum posse impunè occidi an gaudeat, qui ignoranter occidit bannitum, quem nesciebat exulare. Et quid de rebannito. 4. 5.

6 Cancellatus indebitè de banno, quando quis dicatur.

7 Cancellatio actorum quando habeat vim sententiæ.

8 Cācellationes inualidæ factæ per magistratū, vel tabellionem non derogant scripturæ.

9 Bannum in pluribus libris descriptum, & in vno cancellatum an sufficiat.

10 Bannitum occidens quando bannum non erat solenne, an gaudeat priuilegio statuti impunitatē continentis.

11 Statutum impunitatem occisori exulis statuens reclamat iuri diuino. Nec releuat ab infamia. nume. 12.

13 Homicidium omne habet in se dolum & delictū, etiam si à statuto permittatur.

14 Homicida in facto graui non potest recipi in testem sine tortura.

15 Statutum offendenti bannitum impunitatē præstans,

stans, an videatur etiam permittere, quòd possit impune occidi. Et an extendatur vsque ad bonorũ combustionem. nu. 16.

17 Bannitus seipsum vulnerans, an excusetur virtute statuti de bannitis occidendis.

18 Clericus qui studiosè seipsum vulnerat, an incidat in canonem.

19 Delinquere in se non est minus, quam in alium delinquere.

20 Massarius, qui delictum commisit, an cadat in pœnam statuti de maleficijs denunciandis, si nõ denunciauerit.

21 Statutum præmians banniti occisorem, an trahatur extra bannientis territorium.

22 Bannum principis banniẽtis de terris suis, an trahatur ad postea acquisita.

23 Bannitus de vna ciuitate, an intelligatur bãnitus de alia sibi confœderata.

24 Bannitus incarceratus, nõ potest impune occidi.

24 Incarceratus est sub curiæ protectione.

25 Inimicum captum occidere in bello licito est illicitum.

26 Meretricatio, & accessus ad publicas meretrices non nuptas, est impunibile de iure fori.

27 Bannitus, qui de proximo est rebanniendus, an impune possit occidi. 30.

21 Bannitus, qui à superiore toleratur, an possit impune occidi.

29 Patientia nihil operatur, vbi requiritur scriptura de necessitate.

31 Clericum vestimento laicali indutum percutiens, quem sciebat clericum, à pœna excommunicationis non excusatur. Et idem in virgine meretricio habitu vestita.

32 Error communis in quibus non faciat ius.

33 Ignorantiam eorum quæ publicè fiunt allegans non audiendus.

34 Bannitus qui communi æstimatione pro nõ ban-

nitò capiebatur, an posſit impune occidi, vigore ſtatuti de bannitis occidendis.

35 Inſtrumenta facta per notarium fictum an valeant, cum apparet illum non eſſe notarium.

36 Facta à non vero prælato, qui verus credebatur, valent.

37 Legitimus reputatur partus ex matrimonio reputato legitimo.

38 Actus ratione officij facti illegitimè tolerantur, ſi communi exiſtimatione legitimi reputabãtur. Et quid de præſentatione per patronum fictum facta. num. 39.

40 Excommunicatio ab epiſcopo lata de gemmis in capite nõ ferendis, an liget mulieres, q̃ vnanimiter recipere prohibitionem noluerunt.

41 Bannitum, dum ducitur ad patibulum, occidens an iuuetur beneficio ſtatuti de bannitis occidendis.

42 Tranſitus per ciuitatẽ etiam cũ reficiatione non includitur ſub habitatione.

43 Statutum loquens de bannitis, comprehendit bãnitos tempore ſtatuti, non ex poſt.

44 Immunitas eccleſiæ conceſſa non porrigitur ad futuram eccleſiam.

45 Reſcripta ad lites non trahuntur ad futuras.

46 Ferijs renuntians, de præſentibus intelligitur.

47 Pacem faciens pro ſe, & adherentibus vel filijs, nõ trahitur ad futuros. 48. Et idem de ſubſtitutione. nume. 49.

50 Cedens omnia iura ſua, non comprehendit conditionalia, vel in diem.

51 Statutum loquens per verba præteriti temporis, quando trahatur ad tempus futurum.

52 Statutum loquẽs ſuper priuilegijs conceſſis, quãdo habeat locum in concedendis.

53 Bannitus occidens bannitum, an gaudeat priuilegio ſtatuti de bannitis occidendis. 54.

55 Generalitas ſtatuti ad habiles perſonas reſtringẽda. Et

da. Et quando fallat. nu. 58.

56 Statuta non patrocinantur bānitis qui extra protectionem communis sunt.

57 Statutorum beneficia non dantur bannitis.

59 Statutum odiosum quando extendendum. Et idē de lege odiosa. nu. 60.

61 Reipublicæ vtilitas quantæ potentiæ. Vsque ad nu. 57. supra & num. 63.

62 Taciturnitas ad alium obligandum non habetur pro consensu.

64 Extensio ex identitate rationis de similibus ad similia, etiam in exorbitantibus fauore reipublicæ fit.

65 Statutum concernens publicam vtilitatem, dicitur piu[illegible] & fauorabile.

66 Statutis duobus stantibus quod illorum dicatur specialibus.

67 Cardinales à Papa petentes licentiā eundi ad consilium, an possint ire licentia non obtenta.

68 Viri literati propter publicam vtilitatem ecclesię vniuersalis ad pluralitatem beneficiorū sunt extollendi.

69 Statutum contra rempub. non interpretandum in eo, quod potest alios tangere.

70 Respublica officialibus suis arbitrium generale præbens non intelligitur contra bonū publicum præbere.
Bonum publicum est maximi priuilegij.

71 Rescripto principis quod publicæ vtilitati repugnat, non parendum.

72 Statutum in fauorem reipu. etiam si sit contra clericos, est validum.

73 Statutum quando publicè interest non seruari, nō seruandum.

74 Vtilitas publica dicitur iusta causa.

75 Statutum de bannitis offendendis, & non occidēdis, an includat casum, quādo offendens perimit bannitum propter resistentiam.

76 Resistentiam facere actui licito non licet.
77 Homicidium ex actu ad formam statuti concessa secutum, an impunibile.
78 Causa quælibet etiam iniusta à dolo excusat.
79 Correctio patris in filium licita. Item & magistri in discipulum. nume. 80. Et mariti in vxorem. nume. 81.
82 Defensio non censetur maleficium.
83 Bannitus qui potest impune occidi an possit post mortem spoliari.
84 Pax bannito facta an seruanda.
85 Rixa noua superueniens, an dicatur rumpere pacem. Et quando præsumatur ex antiqua causa. num. 86.
87 Treuga percussa an admittat offensionem ex iusta causa.
88 Bannitus in ære & persona, habetur pro mortuo.
89 Legitima filio bannito banno capitali, an debeatur.
90 Banniti persona non reputatur esse in rerum natura. Quod fallit in bannito pro debito ciuili. num. 91.
92 Bannitus quilibet habetur pro fugitiuo & quocũque die capi potest.
93 Bannitus statim quod in banno est positus censetur esse in fuga.
94 Bannitus ex causa famosa, interim à testimonio repellitur.
95 Bannitus an sit infamis.
96 Bannitus per principem restitutus, an restituatur in fama.
97 Infamis ad famam de ordinata iustitia reintegrari non potest.
98 Bannitus perdit iura ciuitatis. num. 99. Et an perdat beneficium succedendi. nu. 100. Et quid de patria potestate. nu. 101. Item de tutela & alimentis. num. 102. 103.
104 Bannito saluus conductus per iudicem fieri an possit.

possit.

105 Banni executio qualiter fieri debeat.

106 Iudex procedens contra aliquem tanquam contumacem, qui pro cõfesso haberi debet, quàm debeat seruare cautelam.

107 Sententia canonis, vel legis, officium iudicis executiuum non habet, sine hominis sententia cum causæ cognitione.

108 Notarius falsi notatus ex forma statuti an possit instrumenta conficere ante sententiam iudicis.

109 Prohibitum à lege vel à statuto faciens, an teneatur ad pœnam sine sententia iudicis declaratoria 113.

110 Executio contra excommunicatum ante declarationem est suspensa.

111 Criminis infamiæ probatio non sufficit sine confessione, aut iudicis sententia.

112 Statutum de amissione feudi per feloniam à vasallo commissam qualiter intelligendum.

114 Sententia iudicis in pœnis requiritur.

115 Emphiteuta quantumcunque promiserit soluere, an intelligatur cecidisse à iure suo per cessationẽ canonis sine sententia iudicis. 122.

116 Verba futuri temporis qualiter interpretanda.

117 Sententia iudicis declaratoria in quibus casibus requisita antequam dispositio à iure vel statuto expressa effectum sortiatur. Vsque ad num. 106. & nu. 118. 123. 124.

118 Mulier quo casu non præferatur creditoribus mariti in bonis in instrumento dotali expresse obligatis.

119 Mulier inexcussis mariti bonis, an possit agere hypothecaria contra tertios possessores.

120 Executio libere etiam incitato condemnato post sententiam ipso iure prolata an fieri potest.

121 Contumaciam constare ex actis an sufficiat sine iudicis declaratione.

299

§. AGgredior modo materiam bannitorum, quàm ſuprà pollicitus ſum tractare: quia eſt (ni fallor) materia valde vtilis quotidiana, & multum lucroſa: quam tamen latius tetigi in tract. meo bannitorum vbi tetigi & examinaui ipſam materiam, & dependentia, cohærentia & connexa: ſed nunc tangam ſuccincte aliqua principalia. Et ideo ſcias, quòd [1] ſtatutum † permittens bannitum poſſe impune occidi, valet & tenet, ſecundum Ioann. Andr. in addit. Specul. in titul. de conſtit. in §. 1. circa penulti. & vltim. colum. & Hoſtien. in c. fin. de conſue. in eo qui eſt bannitus in pœna corporali: & voluit Bartol. in l. omnes populi, in 3. quæſtion. princ. ff. de conſtitu. & in l. 2. per illum text. C. quando liceat ſe ſine iudi. vind. & Barto. & Bald. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & Alberi de Roſa. in vltim. parte ſtatu. quæſtion. 17. & Bald. in l. Gracchus. C. de adult. & in l. fin. C. ſi contra ius vel vti. pub. & in l. vnica. in 13. colum. C. de confeſſis. & in l. 1. in 9. colum. C. de ſumma trinit. & in l. 1. C. ſi à non compe. iudi. dom. Ant. & Ioan. de Imo. in c. quæ in eccleſiarum, de conſt. quos omnes refert & ſequitur dom. Alexand. in conſil. ſuo 114. incip. ponderatis. in 1. col in 1. volum. & in conſil. ſuo 284. incip. attenta diſpoſitione. in 1. col. & de quo etiam per dom. Albertum de Cataneis Combononienſem doctorem profecto excellentiſſimum in tract. ſuo Violentiæ. in verbo, mortui. in 13. char. in 1. col. verſi. item dubitatur quia &c. & late per Iaſ. in l. vbi pactum. C. de tranſac. in 5. & 6. col. Et tale ſtatutum debet late interpretari, cum contineat publicam vtilitatem, de quo per do. Phil. Dec. in conſil. ſuo 65. in 2. col. Et ſcias econtra, quòd ſtatutum permit- [2] tens bannitum pro debito pecuniario poſſe † impunè occidi non valet, ſecundum gl. 4. q. 1. in ſumma. de quo latius per Iaſ. in d. l. vbi pactũ. in 5. col. Et ſcias ꝙ ſi quis [3] ignoranter occidit bannitũ, quẽ † neſciebat eſſe bannitũ, gaudeat tamẽ beneficio ſtatuti permittẽtis bannitũ poſſe impune occidi, & ſic non incidit in aliquã pœnã. ita dixit Bar. in l. inter omnes. in §. recte. in vlt. col. ff. de fur.

fur. & in l. genero. per illum tex. ff. de his qui no. infa.
quem refert & sequitur Alex. in d. consi. 114. incip. pon-
deratis. in 4. col. in 1. volum. Item scias etiam quòd oc-
cidens bannitum, qui erat rebannitus, † sed nō erat can- 4
cellatus adhuc de banno, gaudet beneficio dicti statuti.
& ideo non debet puniri perinde acsi occidisset bannitum, secundùm Paul. de Cast. in l. si quis. ff. de acquiren. poss. quia sufficit, quòd esset descriptus in libro bannitorum: quoniam talis occidēs excusatur auctoritate publicæ scripturæ: de quo latius per do. Alex. in d. cōs. 114. in 3. col. pro quo facit etiam quòd voluit Bald. in l. Labeo. §. 1. in fin. ff. de pac. vbi dicit, quòd licèt bannitus soluerit condemnationem, seu pœnam: tamen nisi sit cancellatus de banno, adhuc poterit impunè occidi. de quo latius per dom. Alex. in d. consi. 114. in 1. vol. in fi. & in consi. 289. incip. attenta dispositione. in 1. col. vbi omnino vide do. Nellum in tract. bannitorum, in 1. parte. 3. tēp. in 2. quæst. Item scias etiā quòd occidens † ban- 5
nitum indebitè cancellatum de banno, nō punitur, sicut si non fuisset cancellatus, ita not. dixit Bald. in c. 1. in prin. in tit. hic finitur lex Corra. & in l. scriniarios. C. de testa. mili. & Ioan. And. in c. veniens. de accusa. in nouella. & do. Nellus in tract. banni. in 1. parte 3. tempo. in 3. quæst. & do. Barth. Cæpo. in consi. suo 7. incip. quidā fuit Paduæ condemnatus. in 2 col. vbi dicit, quod idem voluit Rayn. in l. si non serui. per illum text. ff. de dona. inter virum & vxo. Et teneas menti, quòd quis præsu-
mitur indebitè † cancellatus de banno, quando non ap- 6
paret causa, propter quam fuit cancellatus, secundum Bald. in c. cum super. in vlt col. de re iudi. & in l. si non sortem. in §. adeo. ff. de condi. indeb. & in l. si præses. C. quomodo & quando iud. in fi. vbi no. loquitur. Et inter
cætera dicit, quòd cācellatio actorum † habet vim sen- 7
tentiæ, quando iudex expressit causam cācellationis: vel quando ita se habet cōsuetudo. quod intelligit ibi Bal. ante fi. quando cancellatio fuit valida, secus si fuit invalida: vnde dicit ipse quòd cancellationes inualidæ factæ per magistratus, † vel per tabelliones, non derogāt §

scripturæ: quod dicit esse menti tenendum. Et vide ad prædicta circa materiam cancellationis d. Nell. in tract. banni. in 3. part. 2. temp. quæst. 35. incip. sed circa idē &c. & Abb. in consi. 7. incip. tria circa primum. in 3. colum. versi. ex hoc capite &c. in 3. volu. & Bald. in reper. suo. versi. bannum cum cācellatur. & vide etiam in materia Spec. in tit. de accu. in §. sequitur. in 9. col. in ver. & nota, quòd cùm banna. & ibi Bald. in addi. in tit. de instru. edict. in vers. sed si bannum. & eūdem Bald. in l. scriniarios. in versi. item scias. C. de testa. mili. & in l. emancipatione. in fi. C. de fide instru. & in l. nostra. in 1. colū. C. de testa. & Bart. in l. acta. in prin. in pen. quæst. ff. de re iudi. Item scias etiam quòd si bannum sit in pluribus
9 libris descriptum, † non sufficit vna cancellatio, nisi cancelletur de omnibus libris. ita dixit Arge. in l. fi. per illum tex. ff. de his quæ in test. dele. & ibi Raph. Cumū. quos refert & sequitur Alex. in d. consi. 289. incip. attēta dispositione &c. in 2. col. Et de omnibus supradictis vide quæ latè dixi in sing. meo 340. incip. caute agant. &c. Et si quis occidit bannitum, quando bannum non
10 erat solenne an puniatur, † licèt existat statutū q̄ bannitus possit impunè occidi: vide Bart. post Dy. in l. pen. ff. de adul. & Saly. in l. eum qui duas. C. de adul. de quo latius per Alexan. in d. consi. suo 289. in 3. col. in ver. adde etiam &c. Et vide etiam omnino Bald. circa cancellationē banni. in eōs. suo 31. inci. per dominū &c. alias incip. hæc quæstio fuit &c. in 4. vol. Item de illo, qui occidit bānitum quando bannum non erat solenne, an puniatur, vide Bart. in l. 3. in §. si seruus. ff. de acquir. poss. Ang. in l. cum verò. in prin. ff. de fideicom. lib. & Bal. in l. 2. ff. de iureiur. & in l. 1. C. si à non compet. iudi. & in auth. quæ supplicatio. C. de preci. imperat. offe. & in l. lite. C. de libera. causa. & in l. qui à latronibus. in §. 1. & ibi Ioan. de Imo. ff. de testa. & in l. si quis filio exhæredato. §. quod si quis. ff. de iniust. rup. irrit. testa. & Bar. in l. non putaui. in §. non quęuis. ff. de contra tab. & in l. 4. in §. condemnatum. ff. de re iudi. & Bald. in l. ex morte. C. ad leg. Aquil. & in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem.

nem.ff.de ædi.edict.& Balo.in l.2.in 4.col. ff. si quis in ius voc.non ierit. Ioan.And.in mercu. in regula, cp quis mandato.de reg.iur.in 6.& Bald. in l.1. C. de pœnis. & vide etiam Spec.in titu.de accusatione. in 4.par. in §. 1. ver.sed quid si bannitus.& in tit. de obliga. & solut.in rub.in fi.& Ang.in l.filio quem pat.ff.de lib. & posthu. & in l.huiusmodi.in §.si ita.ff.de leg.1.& Bal. super statutis.in verbo, bănnitus.in 11.col.in secundo versic. & Alexan.in consi.301.incip.visis dubitationibus.in 2.colum. Vlterius scias,quòd licet valeat prædictum statutũ, quòd bannitus in pœna vitæ possit impune occidi, vt supra dixi: & licet tunc occidens bannitum non puniatur aliqua pœna, hoc est verum pœna humana, & secundum humana iura: † sed secus est secundum ius diuinum: quia talis homicida punitur pœna æterna:quia venit contra præceptum diuinum,in quo dicitur: non occides.de quo dixi in l.patre vel marito. in 1.col.in fi. ff.de quæst. Et scias etiam, quòd licèt talis homicida nõ puniatur aliqua pœna,vt dixi, tamen † est infamis. ita no.dixit Bald.in l.decuriones,C.ex quib.causis infa. irrogatur. quem refert, & sequitur Ioan. de Ana. in c.si perfodiens.in 3.col.de homicidio.& do.Felyn.in c.quę in ecclesiarum.in 5.colum.de consti.& Pet.de Ancha.in repet.c.canonum statuta.in 85.colum.in ver.in hac eadẽ materia &c. de constit.de quo dicto ego feci mẽtionem in consilio meo incip.adiuua me & saluus ero &c.in 9. char.quod in ordine est consilium 9.& in l.1.in prin.12. limita.ff.de sica. Pro quibus facit quod dixit Bald.in l.1. in 2.col.C.si à non competen.iudi. vbi dixit, quòd omne † homicidium habet in se delictum,& dolũ,quantũcunq; permittatur à statuto. Et facit dictũ Bald. in auth. si dicatur.in vlt.col. C.de testi. vbi dixit,cp homicida dicit † vilis persona, adeo cp in facto graui nõ potest recipi in testẽ sine tortura,quod est multũ no. Pro quib.faciunt dicta p me in d.l.patre vel marito.in 2.col.ff.de q̃stio.in c.2.in 3.char.de homic.& per d. Albertũ de Catanеis.in d.tract. Violẽtiæ.in verbo,mortui.in 3.col. versi. adde etiã quòd occidẽs &c.Scias etiã,quò statutum permittens,

11 12 13 14

mittens, quòd bannitus posſit impune offendi, videtur
15 etiam permittere † quòd posſit impune occidi. ita dixit Bart. in l. 3. in §. fin. ff. de adimen. lega. & Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de conſti. in §. 1. in vlt. addi. magna. in fin. & Paul. de Caſt. in conſi. ſuo 194. incip. viſo. in vlt. colum. verſi. ad tertiam rationem. & Flor. in l. binas ædes. ff. de ſeruit. ruſtic. prædio. ad fin. & d. Fely. in c. quæ in eccleſiarum. in 5. col. de conſt. & do. Nellus in tract. banni. in ſecunda parte 2. temp. quæſt. 7. incip. examinatis quæſtionib. & do. Lud. Bologni. in conſ. ſuo 63. incipien. viſo igitur &c. in fin. de quo etiam vide Iaſ. in l. in actionibus. in 3. colũ. ff. de in litem iur. & do. Petrus Philipp. Corn. in conſi. ſuo 53. incipi. placet mihi &c. in primo vol. Et tanto fortius ſtante dicto ſtatuto poterit ipſe bannitus vulnerari, & contumelijs affici. ita dixit Bart. in l. nec in ea. ff. de adulte. & Cyn. in l. 1. ad fin. C. quæ ſit long. conſuet. & Bald. in l. ſi quis non dicã rapere. in prin. C. de epiſ. & cle. & Ang. & Paul. de Caſt. in l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. quos refert, & ſequitur Iaſon in l. in actionibus. in 4. col. de in litem iurando. vbi ſubdit, quòd eodem modo poterit teneri in priuato carcere, & torqueri, ſecundùm Bald. in l. 1. C. de exhibend. reis. & in l. 1. C. de priua. carceribus. Item ſtante prædicto ſtatuto, quòd banniti poſſint impune offendi, an po
16 terit † bannitus offendi in rebus, puta ponendo ignem in domo ſua. vide do. Nell. in tract. bannito. in ſecunda parte 2. temp. quæſt. 53. incip. ſtante ſtatuto &c. Itẽ ſcias quòd ſtante dicto ſtatuto, quòd bannitus poſſit impu-
17 ne offendi, ſi aliquis bannitus ſeipſum † vulneraret, nõ excuſaretur virtute ſtatuti. ita dixit Bald. in l. 1. in 8. col. C. de ſeru. fugi. quem ibi ſequitur Sali. Fulg. & Paul. de Caſt. & etiam Iaſ. ibi in 2. col. vbi ipſe adducit Ioã. An. hoc plene diſputantem in addi. Specu. in tit. de pœnis. in §. 1. verſic. ſecundo quæro. an vulnerans ſeipſum. vbi latè diſputat, an vulnerãs ſeipſum incidat in pœnam ſtatuti impoſitam vulneranti alium. & arguit pro & contra, & dicit de conſuetudine ſeruari, quòd non: poſtea refert Richar. Malũbra, ſcripſiſſe quòd iſta quæſtio euenit

nit in quodam aduocato. Item adducit etiã Bal. in pro-
œmio decreta in 8. colum. vbi quærit, † an clericus qui 18
ſtudioſe ſeipſum vulnerat, incidat in canonem. ſi
quis ſuadente. 17. quæſt. 4. in quo ipſe diſtinguit, & fi-
naliter concludit, quòd ſi ſtatutum ſimpliciter loquitur
dicendo, ſi quis vulnerauerit: tunc punitur pœna ſtatu-
ti: quia delinquere † in ſe non eſt minus delictum, 19
quàm delinquere in alium: vt not. in l. athletas. in §.
Pomponius. ff. de infami. vnde dicit quòd ſi monachus
in eccleſia trahit ſibi ſanguinem percuſſiue, eccleſia eſt
interdicta. & pro iſtis dicit facere quod not. per doct. in
l. ſed ſi damnum, in §. ſed ipſe. ff. de pecul. ita reddet do.
Iaſ. in d. l. 1. in 2. col. C. de ſeru. fugi. Et ratio prædictorũ
poteſt eſſe. quia propria perſona non intelligitur com-
prehenſa in lege, vel ſtatuto. Et ideo ſi ex forma ſtatuti
† maſſarius villæ tenetur denũciare maleficia commiſ- 20
ſa in villa ſub pœna: ſi non denunciat maleficium per
ipſum commiſſum, non cadat in pœnam, ſecundũ Petr.
de Ancha. in c. canonum ſtatuta. in 12. quæſt. princi. in
3. col. de conſtit. & Salic. in l. ea quidem in ver. 17. quæro
de quæſtio. C. de accuſ. & Ang. de Are. in tract. malefi. in
verbo. necnon ad denunciationem in 6. char. in verſic.
quæro ſecundum Salic. & ibi latius per do. Auguſt. in
addi. & per Ioan. de Ana. in c. qui cum fur. in 7. colũ. in
verſic. adde etiam prædictis. extra de fur. in l. 4. in §. ſi
tibi iudicium. ff. de condi. ob tur. cauſam. & Bald. in l. 1.
C. de cond. ob tur. cau. vide tamen in materia Bald. in l.
1. C. de preci. impe. offe. & vide Alex. in l. libertus. ff. de
cap. diminu. & vide in argument. dicta per do. Nell. in
tract. bann. in 3. par. ſecundi temp. quæſt. 48. incipiẽ. iſta
quæſtio &c. Item ſcias etiam quòd ſtatutum dans præ-
mium occidenti bannitum, † comprehendit etiam oc- 21
cidentem bannitum extra iuriſdictionem ſeu territori-
um bannientis. ita not. dixit Bal. in conſi. ſuo 397. incip.
præmittendum eſt ad euidentiam quòd quædam ſunt
quæ requirunt &c. in 6. volu. in fi. ad quod vide etiam
Bald. in c. ex literis. in fi. de conſtit. & Bald. in l. accuſa-
tio. C. quod met. cau. & Bald. ſuper ſtatutis. in verbo. bã-

nitus.

nitus. in verſi. ſecundo. & do. Nellum in tract. bannit. in ſecunda parte ſecundi temp. quæſt. 56. & 57. & 57. vbi omnino videas. item vide etiam Alex. in ſimili in cõſ. ſuo 41. incip. viſis. in 1. colum. verſic. nec etiam videtur obſtare &c. in 5. vol. item vide Bald. in Margarita. in litera, E. in verſic. excommunicatus repellitur etiam ab accuſatione. circa med. & vide Iaſ. in l. fi. in princ. & in verſic. 16. limita. ff. de iuriſdict. omn. iud. & in l. vbi pactum. in 6. colũ. C. de tranſact. vbi plura allegat circa hoc. Vlterius in materia iſta bannitorum quæro de notabili quæſtione videlicet, princeps propter aliquod delictum banniuit Titium de ciuitatibus, terris, dominio,
22 & territorio ſuo. † an intelligatur etiam bannitus de ciuitatibus, locis. & territorio poſtea per ipſum principem acquiſito? in quo primo videas Bal. in l. etiã, poſt med. verſi. & hæc lex. C. de iure dot. & do. Nell. in tract. ſuo banni. in prima parte 2. temp. quæſt. 55. incip. quæritur Sempronius fuit bannitus &c. & vide Alexan. in l. ſi conuenerit. in §. ſi nuda. ff. de pig. actio. & Alexan. poſt Bart. in l. damni infecti ſtipulatio. §. ſi is qui ædes. ff. de damni infecto. & Cardi. in clem. ſtatutum. de electione. in 2. colum. Ang. & Sali. in authen. præterea. C. vn. de vir & vxor. Paul. de Caſtr. in l. item ſi fundi. in §. huic vicinus. ff. de vſufruct. d. Lauren. Calca. in conſil. ſuo 2. incip. licet iſta materia &c. in 24. col. in verſ. ad vnum tamen eſt aduertendum. Et vide omnino Bald. in conſ. ſuo 65. incip. ad euidentiam. in 2. colum. verſi. amplius. in 1. volũ. & Alber. de Roſa. in prima parte ſtat. quæſt. 116. incip. Mutinæ fuit &c. & in 2. parte ſtatuto. quæſt. 131. incip. exiſtente guerra &c. vide in ſumma roſella. in verbo, interdictum. in 1. colum. ante fin. vbi dicitur, q̃ ſi interdicantur omnes ciuitates alicuius dominij, non intelligitur interdicta ciuitas acquiſita poſt interdictũ. item vide etiam do. Franc. de Aret. in l. ſed ſi plures. §. filio impuberi in 1. colum. ff. de vulga. & pup. & Abb. in conſi. 62. incip. in controuerſia. in 8. col. & vide quæ ego dixi in l. fi. C. quæ res pign. obliga. poſſ. & vide omnino Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim. in §. cum ſtipulemur. in

pen.

pen. colum. ff. de verbor. oblig. & eundem in §. in per. sonam in 3. colum. Instit. de actio. & vide Alexan. in cõ. sil. 177. incip. in occurrenti &c. quasi per totum in 2. vol. & vide Petr. de Ancha. in rep. c canonum stat. in 64. colum. versi. iuxta effectũ. de constit. Et vere non sunt adhuc 10. anni quòd ista quæstio venit in facto in ciuitate Fauentiæ. nam ibi moram trahebat vnus Venetus, qui erat bannitus de toto territorio Venetorum, postea ipsi Veneti acquisiuerunt ciuitatem illam Fauentiæ: quo stante fuit captus ille bannitus ibi Fauentiæ, dubitatum fuit, an esset bene captus: adeo quòd contra eum posset fieri executio banni, necne? Plures doct. consuluerunt, ego autem tunc infirmitate detentus non potui petentibus inseruire, nec intellexi quid sequutum fuerit: sed ex dictis doct. in dictis locis potest percipi iuris dispositio, ad quos docto me remitto.

Consequenter quæri potest de alia not. quæst. videlicet, an bannitus de vna ciuitate † intelligatur etiã ban- 23
nitus de alia ciuitate illi confœderata, in quo vide do. Nell. in tract. bannit. in secunda parte 2. temp. quæst. 36. incip. duæ ciuitates &c. & Catal. in tract. synd. in versi. 211. incip. adde quòd si sunt duæ ciuitates &c. & Iason in l. vbi pactũ. in 6. col. versi. limitat nisi &c. C. de transact. & Bal. in repert. suo. in verbo, delinquens. in 2. colũ. versi. delinquens in aliqua terra &c. & vide Abba. in cõsil. 51. incip. ad dilucidationẽ &c. in prin. in 3. vol. & vide etiam Barba. no. loquentem in consil. suo 62. incip. Paul. &c. quasi per totum, in 4. vol. & est glo. not. ad hoc in c. 1. in tit. hic fi. lex Corr. & vide omnino Card. Alex. in c. 1. §. conuenticulas. in 3. col. de pace iur. firm. vbi singulariter loquitur in materia ista. & vide Bartol. in l. nõ dubito. in versi. vlt. not. ff. de capti. Bald. in l. executorem. in 11. colum. versi. sed quæro, quid de ciuitatibus confœderatis. C. de execut. rei iudic. & in l. 1. in 10. colum. versi. sed hic quæritur si bannitus. C. de summ. Trinit. Bart. in l. filij. in §. relegatus. ff ad municip. Bal. in authen. item nulla communitas. in fi. in ver. deinde dicit hic Iac. C. de episco. & cle. & Soc. in consi. suo 7. inci.

nunc

nunc quæſitorum. & in conſi. 74. incipi. in præſenti. in 3. col. verſi. præterea &c. Io. de Ligna. in tract. de bello. in 40. cap. incip 11. quæritur &c. de qua quæſt. dixi etiã ſup. in §. opportune. num. 36. & 37. Vlterius pro ampliatione huius materiæ bannitorum adde quàmplura. Et ſcias, quòd licèt adſit ſtatutum in ciuitate permittens bannitũ poſſe impune occidi propter tale ſtatutũ, non ſemper poteſt bãnitus impune occidi. Nam bannitus ca-
24 ptus à familia dum eſt captus vel carceratus, † non poteſt impune occidi, imo occidens eum tunc punitur acſi occidiſſet non bannitum, & ratio eſt, quia capti ſeu carcerati ſunt ſub protectione curiæ, vt habetur in. l. fi. C. de cu. re. Ita dixit Bar. in l. in laqueum. ff. de acq. rer. do. & in l. 3. §. fi. ff. de ſicar. & in l. legis Iul. ff. ad leg. Iul. de vi priua. & Bald. in l. libertas. ff. de ſtatu hom. vbi ſubdit, quòd ſi captus & carceratus, & bannitus debet ex forma iuris ſuſpendi, quòd ſi affines ſui eum venenant in carcere, ne vituperétur ex morte ſua, quòd puniri debent tanquàm parricidæ, & idem dicit Ioan. de Ana. in c. cum iuramento. in vlt. col. de homic. Et idem de bannito carcerato tenuit Bald. in l. fi. C. de malefi. & mathe. & in l. fideicommiſſa. in §. ſi quis. ff. de leg. 3. & in l. 1. in pen. colum. C. vnde vi. & Bart. in §. arripiat. in authent. vt omnes obedien. iudi. & Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de accu. in 4. par. in §. ſequitur. in addit. magna. in 3. colum. & Ioan. de Imol. in l. publius. §. i. ff. de condit. & demonſt. & Ioan. de Ana. in d. c. cum iuramento. & in c. 1. in fin. de ſortileg. & idem tenuit Ange. de Aret. in §. illud quæſitum. Inſti. de rerum diui. & Ioan. de Imo. in l. pupillus. §. 1. ff. de condi. & demon. & Ang. de Aret. in tract. malefi. in verbo. fama publica, in 9. char. in ver. tertio quæritur ſi bannitus. & ibi per do. Augu. in addit.

Pro quibus etiam faciunt dicta per Paul. de Caſt. in cõſ.
25 ſuo 113. incip. viſo proceſſu. in 2. colum. vbi dicit † quòd etiam in bello licito non eſt licitum occidere inimicum captum, poſtquàm eſt captus. per d. l. libertas. ff. de ſtat. hom. quod etiam dixit Ang. de Are. in locis ſuperius allegatis. Et facit etiam. nam acceſſus ad publicas meretrices

ces non nuptas est impunibilis de iure fori, † vt habe- 26
tur in l.si vxor.& ibi Bart.ff.de adul.& in l.si in ea.& in
l.quæ adulterium.& vtrobique per Ang.C.de adult.&
dixi latius in sing.meo 150.incip.accessus &c. attamen
si publica meretrix est carcerata, non poterit aliquis li-
bidinis causa ad eam accedere imo accedens ad eam, &
habens rem secum, punitur ac si accessisset ad mulierē
honestā.ita sing.dixit do.Paris de Puteo.in tract.suo syn-
dica.in 16.char.sub verbo,adulterium, de quo latius di-
xi in dicto sing.meo 150.& in l.1.in princ.in ampliatio-
nibus.ff.de fisca.Item scias etiam, quod bānitus, qui sta-
tim vel de proximo est rebanniendus, non potest † im- 27
pune occidi,licèt existat statutum quòd banniti possint
impune occidi,ita dixit Bal.per illum tex.in l.1.in §.ser-
ui.ff.ad syllania.quod dictū prō not.refert, & sequitur
do.Bartho.Cepol.in consi.suo 39. incipiē. Baptista.in 5.
col pro quo dicto ipse adducit tex.in l.mulier. in §. nō
est dubitandum.ff.ad Trebell.vbi dixit Paul.de Castr.ar-
gum.illius tex.quòd si bannitus sperat infallibiliter de-
bere rebanniri,vt quia obtinuit gratiam licèt adhuc nō
sit cancellatus,non tamen poterit offendi tāquàm ban-
nitus.ad quod alleg.l.si non sortē.in §.Labeo. cum ibi
no. ff.de cōdictio.indeb.& l.creditoris. C. de fideicom-
miss.vbi hoc idem tenet Paul.de Castr.in l.3. §.si seruus.
ff.de acquir.possessio. Et prædicta intellige, dummodo
occidens tunc talem bannitū sciret eum habu.sse gra-
tiam,vel de proximo esse rebanniendum:quoniā tunc
eum offendendo debet puniri.secus si prædicta ignoras-
set secundum doct.in locis præalleg. Pro quibus faciūt
quæ dixi in singul.meo 106.incip.qui de proximo.& in
l.1.in princip.in quinta ampliatione ad illum textum.
ff.de fisca.& facit tex.in l.qui pœnę.in §.diuus.ff.de ma-
numiss.& tex.in d.l.si non sortem.in §.Labeo.& in d.
l.si creditoris.C.de fideicommiss.& in l.penult.ff.de te-
stamen.militis,& in gloss.in l.quamuis indubitati. C.
de adulter. Et hanc partem, quòd ille, qui de proximo
est rebanniendus, habeatur pro rebannito firmauit
Bart.in d.l.penulti. & Bald.in d.l. si non sortem. in §.

adeo.in primis verbis.& ibi Paul.de Caſt.in fi. Et facit tex.nota.in prædicta l.mulier.§.dubitandū. ff. ad Trebell per quē tex.dicit ibi Paul.de Caſtr.quod paria ſunt aliquid eſſe de præſenti, vel ſperare quod incontinenti fiat.ex quo ſumit, vt ſupra dixi, argumentum quod ſi bannitus ſperat infallibiliter cancellari de bānito, vt quia obtinuit gratiam in communi,licèt adhuc non fit cancellatus: ſi agit, non poterit repelli tanquàm bannitus ex forma ſtatuti. Et idem dicit in excommunicato, qui ſperat abſolui,nondum tamen eſt abſolutus. Et facit ad prædicta notabile verbum Angeli in l.ex eo tempore.ff.de teſtamento mili. vbi dixit, quòd vadēs ad ſepulchrum, habet indulgentiam,licet non peruenerit ad ipſum ſepulchrum morte præuētus. & faciunt etiā quæ latiſſimè dixi in hac materia in conſi.meo 94.incip.auxilium domini non me deſerat &c. Item etiam alio caſu bannitus non poteſt impune offendi, ſeu occidi licèt exiſtat dictum ſtatutum in ciuitate, quòd bannitus poſ-
28 ſit impunè occidi.nam hoc caſu bānitus † qui toleratur in ciuitate,à ſuperiore,non poterit occidi, nec offendi, tanq̄ ſi nō eſſet bannitus:ita ſing.dixit Sali.in l.nullus. C.de Iudæis.quod dictū refert & ſequitur Ioan.de Ana. in c.ſicut Iudęi.in 4.col.de Iudæis.& ibi do.Feli.in pen. col.& illud etiam refert & ſequitur do.Alexan.in conſi. ſuo primo in vlti.colum. in ſecundo volum. vbi plura adducit pro illo dicto. & illud etiam refert & ſequitur do.Alexan.in cōſi.107.incip.pro inueſtigatione.in vlti. colum.& in conſilio 8.in 2.colum.in 6. volum. & in l. fin.ff.de adult. & do.Feli.in c.quæ in eccleſiarum. in 3. colum.verſi.quartus caſus &c.de conſtit. & in c. 1. in 7. colum.de treug.& pace.de quo dixi in ſing. meo 77.incipien.patientia &c.& in d.l. 1. in prin.in 6. ampliatione. Sed aduertas tamen diligenter ad vnum quod nuper conſideraui, videlicet, quòd videtur dici poſſe quod illud dictum Salic.in d.l.nullus.C.de Iudæis.& ſequacium non ſit verum, & non poſſit procedere ratione non debili videlicet, quia in aliquo caſu non reperitur quòd plus operetur tacitum quàm expreſſum. & hoc ſatis de

ſe

se patet. Sed gratia expressa facta bannito per superiorem, & sic rebānitio nihil operatur, nisi interueniat scriptura rebannitionis, & gratiæ, & cancellatio bāni cum causa cancellationis, vt dixit Paul. de Cast. in l. si duo. ff. de acquirend hære. vbi dicit quòd occidens bannitū, qui quí erat rebannitus, sed non erat adhuc cancellatus de banno non debet puniri: quia sufficit quod esset descriptus in libro bannitorum: quoniam excusatur auctoritate publicæ scripturæ: vt dixi supra in hoc §. num. 4. cum seq. & in singul. meo 340. incip. caute agant. Si ergo in expresse rebannito requiritur scriptura rebannitionis, & cancellationis, vt dixi: ergo à fortiori in tacite rebannito requiritur scriptura cancellationis, & gratiæ: aliàs nihil operabitur talis gratia & talis rebānitin. Modo dico, quòd quando sumus in aliquo casu in quo requiritur scriptura de necessitate, † tunc patientia & tolerantia nihil operantur. ita sing. dixit Bald. in l. venia. in penul. colum. C. quando non pet. par. quem refert & sequitur Iaſ. in l. 1. in 18. colum. in ver. item per prædictā communem conclusionem. C. de iure emphy. & in l. 2. in 49. col. eod tit. de quo dixi in singu. meo 330 incipiē. si bene sis memor &c. ergo cùm ad validitatem gratiæ, & rebannimenti requiratur scriptura cancellationis, & causa ipsius, vt dixi: ergo per solam patientiam, & tolerantiam superioris bannitus nō habebitur pro rebannito: sed poterit impune offendi, & iudicialiter, & extraiudicialiter, & à priuato: & à fortiori à iusdicente loci, vbi reperitur ipse bannitus. Et sic ex istis satis patet, quòd dictum Salyc. in d. l. nullus. C. de Iudæis, & sequacium non est verum, & nobis seruit de vento. Puto tamen præmissis nō obstātibus q̄ dictum Salyc. sustentari possit & defensari. Et consido q̄ talis patientia & tolerantia superioris fit publicè & palam ab ipso superiore, alias si fieret clam & occultè nō posset propriè dici patiētia, & tolerantia superioris: vt satis patet ad sensum. Quando autem priuato vel etiam magistratui publico constat bannitū fuisse rebānitum, & de hoc habēt veram scientiā: tūc nō licet eis offendere talē bānitum, 28

395

30 licet nondum fuerit cancellatus † de banno, imo tunc eum offendens punitur perinde ac si occidisset non bannitum, secundum d Nell. in tract. bannitorum, in 1. parte 3. temp. in 2. quæst. & voluit Bald. in l. 2. in 3. colum. in prin. ff. si quis in ius vo. nō ierit. & in l. quis si fugitiuus in §. apud Labeonem. ff. de ædil. ædict. & Ioan. And. in regula. quòd quis mandato. de reg. iuris in 6. in mercurialibus & Bald. in l. 1. C. de pœnis. & Alex. in d. con. 114. incip. pōderatis. in 2. col. ante med. in 1. volū. & Bald. in l. huiusmodi. in §. si ita. ff. de leg. 1. de quo etiam dixi in d. sing. meo. 340. incip. caute agant &c. vltra med. in ver. limita 2. &c. Pro quibus faciunt dicta per do. Flor. in l. si

31 putator. ff. ad leg. Aquil. vbi dixi, † quòd sciens aliquem esse clericum, non excusatur à pœna excommunicationis si eum percutit, licet sit indutus veste laicali: & idē dixit in virgine induta veste meretricali, & in alijs pluribus similibus casibus, & idem dixit Iaco. de Beluiso. in tract. suo malefi. in verbo, quòd dictus in 5. col. Item fa-

32 cit etiam, nam licèt communis error † faciat ius: vt habetur in l. Barbarius. ff. de offi. præto. & in l. 1. C. de test. & in c. ad approbandum. de re iudi. & in c. fi. qui filij sint legi. cum simi. adeo quòd sententia lata ab inhabili, qui reputabatur habilis, valeat: vt in d. iuribus. attamen hoc fallit, nisi illi, inter quos est lata sententia sciant illum communem errorem esse falsum: quia tunc talis sententia non sustinebitur ratione communis erroris. ita sing. dixit Ioā. Cald. in d. c. ad approbandū, quē refert, & sequtur do. Anto. in c. sciscitat⁹. de rescrip. quos refert & sequitur Corse. in not. suo in verbo, error communis. circa fi. vbi dicit, quòd ratio huius dicti est, quia ratione comperta cedit opinio veritati. & dicit, quòd ratio huius dicti colligitur ex tex. c. consuetudo 8. dist. pro quibus omnibus faciunt dicta per me in singu. meo 13. incip. volo tibi dare &c & in repe. mea l. fi. C. de proba. in 47. & 48. char. & in repe. mea in litera S. in 26. chart. in pen. not. Sed talis tolerantia & patientia superioris erat nota, & cognita offendenti dictum bannitum toleratum publicè, & notoriè ab ipso superiore: ergo non

fuit

fuit licitum ipsum offendere. Quinimo si eum offendens allegaret ignorantiam illius patientiæ, & tolerantiæ superioris tolerantis illum bannitum publicè, nō esset audiendus: quoniam † allegans ignorantiam eorū, 33 quæ publice fiunt, non debet audiri: vt habetur in c.1. de postul.prælat.& in c.exceptionem.de exceptio. & in c.quòd dicitis.16.dist.cum multis simi.ibi glo.allegatis. ad quod etiam facit tex.in l.sed si.in §.literis.ff.de Inst. & in l.si filiū.ff.de libera.caus. Et faciūt dicta per do.de Rota.in decis.nouis.decis.236.inci.extra rotā. quos retuli in hac materia in l.qui ignorās.in 4.post med.ff.de fal.& in l.qui falsam.in 12.col.post med.eod.tit. Ex quibus omnibus sic aliàs transiui in pluribus locis cum illo dicto Salycet.in d.l.nullus. & eum pluries in facto practicaui & obtinui: ita etiam nunc nuperrime eum affirmo & approbo, non obstantibus in contrarium superius adductis, quæ prima fronte videntur multum stringere. & dictā doctrinā tollere: ideo tene menti prędicta: quia non sunt dicta nec cogitata per aliquem vsq, in præsentem diem; & loco & tempore possent tibi dare honorē, & lucrum. Alio enim casu bannitus nō potest offendi, nec occidi à priuato, nec etiam à iusdicente, etiam stāte dicto statuto, quòd bannitus possit impune occidi, videlicet quando ipse bānitus erat extra territorium bannientis, in loco vbi sibi licebat morari, & ibi fuit captus, & per vim & contra eius voluntatem ductus fuit in loco, vbi erat bannitus: nam hoc casu non potest, nec debet de iure occidi, nec offendi. ita dixit Bald.in authēt. item nulla communitas. C.de episc.& cleri.de quo satis latè dixi supra in §.vltima quæst.num.34.& in cōs.meo 29.incip.largiri mihi digneris &c. vbi etiam latius loquutus sum in materia. & in l.1.§. præterea.in 3.4.& 5. col.ff.de quæstio. Et ideo tota hæc ciuitas summe admirata est vltra modū, cum iam sint anni tres elapsi, quòd in loco Mirandulæ fuerunt capti quindecim homines Bononienses pro maiori parte omnes banniti ab hac ciuitate Bononiensi & per vim fuerunt conducti ligati super equis in hac ciuitate, Papa Iulius secundus voluit

806

quòd ſuſpenderẽtur omnes ſimul in plateis, & ita factũ fuit, & ego vidi eos omnes ſuſpendi iniuſtè, & indebitè, & obſtupui, cognoſcens tantam iniuſtitiam in Pontifice, qui alios deberet redarguere, ſi committerent iniuſtitiam: attamen vſus fui ſilentio, dicens in animo: hoc etiam trãſeat cum alijs erroribus, & iniuſtitijs: quæ fiunt tempore in hac infeliciſſima & miſeranda ciuitate, quæ vix precario tenet ſpiritum. Vlterius etiam alio caſu bannitus non poteſt impune occidi, etiam ſtãte prædicto ſtatuto. quòd bannitus poſſit impune occidi: qui caſus eſt in bannito, qui communi exiſtimatione reputabatur pro nouo bannito, † nam tali caſu non poterit impune occidi vel offendi. ita dixit Angel. in l. ſi duo ff. de acquir. hæred. pro quo faciunt dicta ſuperius de bannito, qui toleratur per ciuitatem à ſuperiore, Et facit etiam, nam ſi aliquis diu ſe geſſit pro notario, & multa acta & inſtrumenta fecit, talia † acta & inſtrumenta valebunt, licèt appareat poſtea illum non eſſe notarium. ſecundùm Bald. in l. Barbarius. circa finem. de offic. præfi. & cum eo ibi tranſit Bald. in 10. col. de quo etiam per Bart. in l. actuarios. C. de actuarijs. lib. 12. & per Bal. in l. 2. C. de ſen. & in l. repetita. C. de epiſc. & cleri. & in l. 1. in fi. ff. de iudic. & in l. ad teſtium. ff. de teſt. & in l. 1. in 5. col. eo. tit. & Bald. in l. quædã. in §. nummularios. ff. de eden. & in l. 1. in prin. C. ad Macedo. & per Pet. de Auchara. in conſilio 188. incipiẽ. iſte B. de Gernatio &c. Pro quibus facit regula illa videlicet, quòd communis error facit ius: vt habetur in l. 1. C. de teſta. & in l. Barbarius. ff. de off. præto. & in c. pen. & fi. qui fil. ſint leg. cũ ſimil. Et faciunt no. per Inno. in c. nihil. de elect. in gloſ. vbi dixit, † quòd facta à non vero prælato: qui tamẽ reputabatur verus prælatus eccleſiæ, valent & tenent. Et facit etiam, nam ordinationes & alia ſacramenta facta, & data ab hæreticis, & ab alijs quibuſcunque criminoſis occultis, ſi communi opinione tolerabantur, & habebantur pro veris & legitimis prælatis, valent & tenent, ſecundum Innoc. in c. 1. de ſciſma. quam refert & ſequitur Soci. in conſilio ſuo 32. incipiẽ. ex his quæ &c.

in §.

in 8.colum.in 1.vol.vbi etiam ſubdit quòd legitimus reputatur filius, etiam ex non legitimo matrimonio natus: dummodo matrimoniũ reputaretur legitimũ. alle. c.fina.qni filij ſint legitimi.& l.auunculo.ff.de cõdi. ſine cauſa.& §.aduerſus. Inſtit. de nup.& ibi gloſſ. & l. qni contra. C.de inceſt. nup. Item dicit, quòd propter opinionem populi, filij iudicãtur liberi. l.1. §.ſed & qui de lati.li.tol.& propter communem opinionem nõ poteſt obijci de adulterio.c.gaudemus.de diuor. Dicit etiam quòd tenet mandatum factum de adeunda hæreditate viuentis, qui communi opinione reputabatur mortuus, cùm non eſſet. l.ſi quis mihi bona. in §. plane.ff.de acquiren.hæred.alleg. etiam in argumen. alia plura iura, de quibus ibi per eum. Et ſubdit, quòd collatio, electio.& ſimiles actus † quos quis facit ratione of- 38
ficij, quod quis gerit illegitimè, tolerantur, ſi communi opinione reputabatur legitimus 7. quæſt. 1. c. nonne. vnde dicit, quòd tenuerũt quæ fecit Iudas quamdiu fuit toleratus, ſicut facta aliorum Apoſtolorum. 1. quæſt. 1. c. dedit baptiſmum Iudas.& c. Chriſtus. 23. quæſt. 4. alleg. etiam plura iura de quibus ibi per eum.& idem dicit de eo, qui communiter reputabatur pro notario, licet non eſſet: vt ſupra dixi. alleg. c. decernimus. de ſen. excom. in 9.& dicta per Specul. in tit. de inſtru. edi. in §. reſtat. in ver. ſed quid ſi inſtrumentum. Subdit poſtea d. Bartho. Soci. in d. cõſ. q comunis opinio exiſtens de habilitate & legitimitate agẽtis tẽpore, quo aliquid facit, operatur vt illud valeat, & perpetuo illud tueatur, licet poſtea appareat ipſum inhabilẽ ſeu illegitimũ eſſe, ſeu fuiſſe, & ideo præſentatio facta per aliquem non patronum, ſi
cõmuni opinione reputabatur patronus † illius benefi- 39
cij, nõ vitiatur, licet poſtea appareat ipſum nõ fuiſſe patronũ: vt in c. conſultationib. de iure patro.& in c. querelam. de elect. per quam decretalẽ idem dicimus de rectore putatiuo. & idẽ de collatione facta ab eo, qui poteſtatẽ cõferendi putabatur habere. de cauſa poſſ.& p prie. c. cùm olim. Et facit etiã. nam quando filius fa. facit aliquẽ actum, qui filius fa. communi opinione reputaba-

307

tur liber, tenet: licet tunc non esset sui iuris: vt C. ad Mace. l. 2. & ff. eod. l. 3. Item soluens ei, qui communi existimatione reputabatur procurator creditoris ad pecunias exigendas liberatur, quanuis procurator non esset. l. eius qui prouincia. ff. si cer. pet. l. si quis seruo. ff. de solut. & ista & plura alia adducit Soci. in d. consi. suo 32. incipien. ex his quæ. in 8. col quæ multum sunt no. ad propositum dicti banniti, qui communi existimatione reputabatur pro non bannito. & vide no. verba do. Nelli in tract. bannitorum. in tertia parte secundi temp. quæstio. 84. vbi no. loquitur. Et circa hanc materiam adde in ar. not. verbum do. Cardi. in proœmio cle. in ver. vniuersitati &c. vbi dicit fuisse determinatum de facto. Epi scopus Tudertinus fecit statutum excommunicans mulieres portantes perlas: quod statutum à nulla muliere fuit receptum. dubitabatur an incidant in pœnam statu-
40 ti, seu excommunicationis. & † refert Matthe. dicere cp non. per c. in istis. §. 1. 4. dist. quod dictũ refert & sequitur Barb. in consi. suo incip. scripsit ecclesiasticus &c. in 7. col. quod consiliũ insertum est inter consilia Alexan. in ordine meo 370. ad quod vide etiam Ias. in l. rem nõ nouam. in 2. col. C. de iud. & do. Catal. in tract. suo synd. in versi. 77. incip. adde quia dicit. & do. Fran. de Are. in consilio suo 11. incip. procedendum. in pen. colum. circa prin. & in consi. 154. incipiẽ. consultatio præposita. in 2. colum. & Alex. in consilio suo 78. incipiẽ. videretur prima consideratione. in 2. colnm. in 9. volu. & glo. singul. & ibi doct. in c. 1. de treug. & pac. Ludo. Roma. in cõsil. 512. incipien. quo ad primum. in vlt. colum. & Alexand. in consilio 6. incipiẽ. viso themate. in 2. colum. in 1. volum. & in consil. 262. incipi. visis & consideratis. & in consilio 132. incipien. visa facti narratione. in 1. colum. in 1. volum. & do. Feli. in c. pastoralis. in penul. colum. de fide instru. & Car. Alexan. in 19. dis. in summa. & voluit Old. in cons. 256. incipien. impugnatur electio. in 2. col. in ver. præterea statutum &c. & probatur in c. denique. in §. fi. 4. dist. & voluit do. Phil. Dec. in cons. 262. incip. in causa. in pen. colum. ver. vlt. non obstat. & vide

Ioan.

Ioan.de Ana.in c.felicis. in princ. 2. colum. de tornea. vbi not.loquitur in materia ista. Et de supradicto articulo,quãdo communis error faciat ius, vide etiam Cy. in l.decernimus C.de sacrosanct.eccle.Bart.in l.2.ff.de sup.leg.dom. Anto.in commenta. c. consultationibus. de iurepa.Bald.in l.2. C.de sen. Salyc. in l. Xenodorus. C.ad Maced.Ange.& Aret.in §. sed cum aliquis. Instit. de testa.& Modern.in d.l.1.C.de testament.Modo vlterius dico,quòd alius est casus,in quo bannitus non potest impune occidi , etiam stante statuto, quòd bannitus possit impune occidi:qui casus est in bãnito condẽnato , dum ducitur ad mortem , seu ad locum Iustitiæ † nam occidens eum tũc,debet puniri pœna legis Cor. 41
de sic etiam si hoc facit aliquis de familia iudicis, licet haberet dubium quòd eriperetur sibi per viam:nam tenetur de occiro, nisi habuerit hoc in mandatis. ita dixit Bald.in l.addictos.C.de episc.aud.& in l. fideicommissa.in §.si quis.ff.de leg.3.& in l.fin.C.de malefic.& mathe.de quo etiam per Bart.in l. cuiusque. ff. ad leg. Iul. maiesta.& per Alexand.in l. 3. §. transfugas. ff. de fica. pro quibus faciunt quæ dixi supra, de bannito carcerato.Scias etiam stante statuto,quòd banniti non possint stare nec habitare in ciuitate,aliàs possint ibi capi & decapitari,quòd si aliquis bannitus † transit per illam ci 42
uitatem,& comedat in hospitio,non poterit capi , nec decapitari.ita dixit dom.Nell.in tracta. suo bannitorũ. in prima parte secundi temporis.quæstio. 58. incipien. pacto vel statuto cauetur. & Petr. de Ancha. in consil. suo 74.incip.viso diligenter.in fine.Item vltra præmissa circa hanc materiam bannitorum scias,quòd statutũ loquens † de bannitis, comprehendit solum bannitos 43
tempore statuti:non autem bannitos ex post.ita not.dixit Angel.in consil.suo 67.incipien. ex themate prædicto duo eliciuntur dubia &c. post medium. in versic.de secundo autem &c.& idem Angel.in consi.suo 260.incip.thema prædictum &c. per totum consil. maxime vltra med.& Petr.de Anchar.in repe.c.canonum statuta.in 48.char.in 3.colum.de constit.& domi. Phil.Deci.

808

in consilio suo 65. incip. diligenter considerandis &c. ante finem. Pro quo faciunt dicta per do. Nel. in tract. bānitorum, in 1. part. 2. temp. quæstio. & in 1. part. 1. tempo in 10 quæstio. & in 3. part. 2. tempo. in 10. q. incip. circa idem &c. Et faciunt dicta per Bald. in l. 1. C. de capti. vbi dixit, quòd si statutū dicit, quod exititij possint impunè offendi, quod non potest intelligi de filijs, qui postea
44 nascuntur. Et facit etiam, nam exemptio † seu immunitas concessa ecclesiæ vel capellis, non porrigitur ad ecclesiam nec ad caepllam futuram, secundum doc. in c. cum capella. de priui. & Bart. in l. damni. in §. si is qui eod. in pen. quæstio. ff. de dam. infect. & in consilio 59. incip. commune Spoleti. in vlti. colum. & habetur per Alex. in consilio 177. incip. in occurrenti &c. in 4. colū. in 2. volum. Pro quo facit optimè tex. not. in clem. 1. ad fin. de censi. vbi dicit text. priuilegia seu exemptiones huiusmodi ad monasteria, seu ecclesias, quas ad eos in posterum obuenire continget, volumus non extendi.
45 Et facit etiam: nam rescripta ad lites † non extenduntur ad lites futuras. c. fin. de rescrip. Item literæ ad beneficia, non trahuntur ad beneficia postea creata. cle. fin. de reseri. Item facit, nam compromissum factum in arbitrum de omnibus, non porrigitur ad lites futuras, text. est no. in l. de his. & ibi Barto. ff. de arbi. vbi ampliat hoc etiam si dictum esset in compromisso de litibus, quæ sunt vel esse possunt inter ipsas partes. vnde illud (esse possunt) intelligitur ex causa de præsenti, & rebus ita se habentibus, secundum Iaso. in l. si stipulatus fuerim §. cum stipulamur. in pen. col. ff. de verb. obli. vbi p hoc alle. l. quòd Seruius. ff. de cond. ob cau. & vltra Bar. adducit etiam tex. in c. 2. de renun. & quod voluit Bart. in l. qui Romæ. in §. duo fratres. in 6. quæst. de verb. oblig. Et ipse Iaso ampliat hoc etiam si in compromisso essent illa verba, ex quantumcunque causa, quòd tamen adhuc nō porrigitur ad lites futuras, secundū Lud. Ro. in consi. 88. inc. tribus rationibus. Item subdit ipse Iaso. vbi supra quòd renuncians ferijs, intelligitur renuntia-
46 re † præsentibus, non autem futuris, secundum Bart. in

l. 1.

l.1.§.1.ff.de fer.& in l.ſi ita.ff.de auro & arg.leg. & ſeq. dom.Ant.in c.fi.de fer.per tex.in d.c.2. de renun. dicit tamen,quòd in hoc vltimo contrarium tenuit & melius Ful.& dom.Alex.in d.l.1.§.1.in 1.col.ff.de ſer.Item ad prædicta etiam facit pro prima opi.nam ſi principalis facit pacem pro ſe & adhærētibus ſuis, † intelligitur 47
de adhærentibus præſentibus tantum, & nō de illis,qui poſtea fecerunt adhærentiam:& ſi aliquis obligauit ſe ad pacem ſeruandam pro ſe & filijs. intelligitur de natis tantùm, † non autem de poſthumis, & ſic de poſtea 48
naſcituris,ſecundum Bald. qui vtranque deciſionē ponit in c.inquiſitioni.in vlti col.de app.ad quod alle. Archi.11.quæſt.3.c.excellentiſſimus. vbi tenet quòd ſi Papa excommunicat Titium,& omnes fautores,vel communicatores eius, comprehenduntur tantum præſentes,non futuri,ſecundum eum ibi. Quibus † etiā adde, 49
quòd ſi teſtator ſubſtituit aliquē,& eius filios,intelligitur de natis tunc,nō aūt de poſthumis ſecundum Bart. in cōſi.incip.Bonauentura condidit teſtamentum. Sed Iaſ.in d.l.ſi ſtipulatus fuerim.in d.§.cū ſtipulamur. in pen.col.dicit circa prædicta eſſe aduertendum, quoniā contrarium tenuit Ioan.And.in addi.Specu. in titu.de treug.& pac.ſuper rub.ad fin.in pen.q. vbi tenet, ꝙ ſi duæ ciuitates fecerunt pacem,vallatam pœna pro ſe & ſuis ſubditis,quòd iſta pax extēditur ad illā,quæ ſe poſt. ea ſubmittit alteri dictarum ciuitatum,& refert ſic fuiſſe iudicatū per l.ſi quis filiabus.ff. de teſt. tut.& c.quia circa.& c.cum capella.de priui. & eum refert & ſequitur Paul.de Caſtr.in l.qui ædificium. ad fi. princ.ff. de ſer.vrb.prædio.vbi etiam dicit, quòd iſta quæſtio fuit in March.Montisferrati. Et ſcias quod illā doctrinam Bart.in d.conſil.incip.Bonauentura condidit teſtamē. tum,etiam refert & ſequitur Soci.in l.ſi cognatis.in 12. col.ff.de rebus dub.& in conſil.152.inci.caſus iſte &c.in 1.vol.& Pet.de Ancha.& Ioan.de Imol.in c. iudicante. de teſt.& Alex.in conſil.358. incipi. adſit ſpirituſſanctī gratia.in 4.colum.de qua materia etiam vide Socin. in conſi.ſuo 51.incip.viſa facti &c.in pen.colum.in 4.vol.

&

809

& ibi in consilio 72. incip. capiendo. in 7. colum. in fi & in consilio 69. incipien. viso testamento. in 5. colum. in 3. volum. & ibi in consilio 10 incip. considerati &c. in vltim. colum. & vide Iason. in l. 2. in 72. colum. C. de iure emphyt. & in l. suggestioni. in 1. & 2. col. C. de versi. sig. & in l. 3. in §. illud quoque. in fin. ff. quòd quisque iur. & vide dom. Philip. Dec. in consil. suo 259. in causa istorum. in 1. colum. & in consil. 222. incip. viso. in 1. colum. & in consil. 254. incipien. proponitur in vltim. colum. & in consilio 299. incip. in causa in 4. col. & Corset. in not. suo in versicu. metus. Item vltra prædicta adde Bald. in l. si ita scripsisset. ff. de leg. 2. vbi dicit, quòd si
50 aliquis cessit omnia † iura sua alicui, quòd in tali cessione non veniunt conditionalia, vel in diem. & hoc sequitur Imol. ibi & reputat hoc esse no. Sed istud reprehendit Raph. Cu. & do. Alexand. in d. §. si stipulamur. vt dicit Iason. ibidem in vlti. colum. eò quia in debito in diem ante diem ius competit, & est orta obligatio, & actio. licet obest exceptio. l. centesimis. in princ. ff. de verbor. oblig. & in l. 1. in fi. ff. quando dies lega. ce. Et subdit Iason. aduertendum esse: quia ipsemet dom. Alexand. si contrarius sequitur illam decisionem Bald. in consil. suo 106. incip. visis & opportune ponderatis statutis &c. in 2. colum. tamen dicit Iason, quòd melior est contraria sententia. & ita residet. Tu autem vltra præmissa circa prædictam materiam vide Alex. in consil. 192. inc. ex themate præmisso. in 3. colum. in fin. & ibi in 4. col. in princ. & omnino Alexand. in consil. suo 177. incipiẽ. in occurrenti. quasi per totum in 2. volum. & Socin. in consilio 121. incip. visa contingentia. in 2. colum. & Iason. in l. si pater puellæ versic. quarto facit. C. de inoffic. testa. Et adde quòd licet lex, vel statutum loquatur per verba præteriti temporis, tamen extenditur ad tempus
51 futurum † quando tollitur materia delinquẽdi. ita not. Dominicus de sancto Gemi. in consil. suo 18. incip. quia copiosè &c. vbi ad hoc allegat Barto. in l. cum lex. ff. de legibus. & gloss. in clem. 1. de testa. & Ioan. Andr. in c. ne aliqui. de priui. in 6. vbi tenet quod statutum disponens

nens † super priuilegijs concessis habet locum in conce- 52
dendis, quando ratio statuti pariter adaptatur ad futu-
ra: puta quando vult obuiare delictis, idem secundum
eum tenet Ioan. And. in c. vnico. quod met. caus. in 6. in
gloss. super verbo, extorserint. de quo latius per Gemi.
in d. suo consil. & sic per ista non audeo firmare quòd
statutum loquens de bannitis non comprehendat ban-
nitos futuros: ideo cogita. Redeundo modo ad princi-
palem materiam bannitorum, quæro an statutum lo-
quens, & dicens, quòd bannitus possit impunè occidi,
vel offendi, comprehendat etiam bannitos: adeo quòd
tunc † bannitus possit impune occidere bannitum. in 53
quo Bald. in l. cum mulier. in 5. colum. versicu. statuto
cauetur quòd banniti ff. solut. matrim. post Bartol. ibi
in 4. colum. format istam quæstionem, & arguit pro
vtraque parte finaliter tamen inclinat, quòd etiam ban
nitus comprehendatur in tali statuto, cum sit fauor pu-
blicus, quòd banniti occidantur à quocunque. & alle-
gat iura, & rationes de quibus ibi per eum de quo eti-
am per Alex. ibi in 2. colum. & idem dicit Bald. in mar-
garita sua. in verbo, excommunicatus. in 12. colum. ver-
sicu. incip. excommunicatus repellitur. Et pro hoc etiã
facit: nam si statutum dat prẹmium occidenti bannitũ,
tunc † bannitus occidẽs bannitum consequitur præmi 54
um. ita dixit Ludo. Roma. in l. 3. §. vtrum. ff. ad Syllan.
& Bald. in eadem l. in §. hi quoque. & Bald. in l. 1. in 2.
colum. C. de condict. ob tur. causam. & voluit Ang. de
Aret. in tract. malefi. in verbo, fama publica. in 12. char.
in versicul. quæro, ad bannitus capiens bannitum. &c.
Sed contrarium videtur tenere Bartol. in l. licet. in §. si
tibi. ff. de condi. ob tur. cau. & Saly. in l. 1. C. de mul. quæ
ser. prop. se immis. & in l. 2. in 2. colum. de noxa. & in l.
penul. C. de condi. ob tur. causam. & Ange. & Raph. in
d. l. 3. §. ex stipulatione. ff. ad Syllan. Et fundant se di-
cendo, quòd statuta sunt fauorabilia: ergo non compre
hendunt bannitos, & odiosos. vide in l. amissione. in §.
1. & ibi Bart. & alij. ff. de cap. dimi. Item dicunt quòd li-
cet dictum statutum loquatur generaliter, tamen talis

gene-

55 generalitas debet restringi ad habiles personas. † l. vt gradatim. §. 1. ff. de mune. & hono. l. 1. per gloss. C. de sacrosan. eccle. l. 1. & ibi glo. C. de fide instru. l. 2. C. vbi de ratioci. agi oportet. & facit gl. in l. vnica. C. vbi conueniatur qui cer. loco dare promis. & est glo. in authen. de nup. in §. disponat. & gloss. fin. in l. qui autem. ff. de cõstit. pecu. pro quibus faciũt alia quãplura, quæ ad hoc adduxi in l. vnius. in §. cognitorum. in 5. colum. ff. de quæstio. Item dicunt etiam statuta non patrocinantur

56 bannitis, qui sunt extra protectionem communis: † vt no. Cyn. C. de natur. lib. in l. 1. & in l. reos, C. de accus. & habetur in authen. item nulla communitas. C. de sacrosan. eccle. Item dicunt etiam prædicti doc. posse offendere bannitum impunè, est beneficium à statuto datũ,

57 vt de se patet. Sed beneficia statutorũ non † dantur bãnitis, vt habetur in l. Gallus. in §. & quia si tantum. ff. de liber. & postbu. & in d. l. amissione. §. 1. de quibus etiam per Bal. in authen. & omnino in 4. col. in ver. dixi de persona iudicis. C. ne vxor pro marito. & per me latius in consi. meo inc. Spiritus sanctus sit mihi à dextris &c. in 6 char. vbi latè locutus sum. Attamen prima opinio, quòd tale statutum comprehendat etiam bannitos verior est, per plures rationes allegatas à doc. in dictis locis, & potissime per illam rationem videlicet, quia tale statutum, quòd bãnitus posset impune occidi vel offendi: non est factum in fauorẽ, vel in beneficiũ offendentis, sed factum est in fauorem reipub. vt in l. cõgruit. ff. de offi. præsid. Item licet generalitas restringi de-

58 beat ad personas habiles, † tamen hoc hallit fauore reipub. quia tunc talia verba recipiunt ampliationem, nõ autem restrictionem, vt est tex. no. in l. hoc modo ff. de condi. & demon. & probat etiam tex. in l. si quis in gratui. in §. hi quoque ff. ad Sylla. & in l. 2. C. quando licet se sine iudi. vind. & vtrobique per doct. & hoc etiã voluit Alex. in consilio suo 410. inc. visa quadã constitut. in 2. col. pro quo etiam facit notabi. verbum Bart. in l. quemadmodum. C. de agr. & censi. lib. 11. vbi dicit, q̃ statutũ, seu lex pœnalis vel odiosa, licet nõ debeat extendi,

tendi, sed potius restringi, vt in regula, odia. de reg. iur. in 6. & in l. cum quidam ff. de libe. & posthu. & in l. qui exceptionem. ff. de condict. indeb. tamen † vbi extensio tendit ad fauorem reipu. ita debemus legem seu statutum odiosum extendere, sicut legem vel statutum fauorabile, quod dictum sequitur Ioan. de Imo. in l. cætera in §. si quis ff. de leg. 1. & do. Alex. in d. consilio 410. in 2. col. & in d l. quemadmodum. & do. Felyn. in c. nõnulli in prin. in 24. col. de rescrip. Et idem dixit Bart. in l. 2. §. exercitus. ff. de his qui not. infa. & Paul. de Castr. in consilio suo 23. incip. viso puncto. in pen. colum. & idem voluit Bart. Bald. & Ange. & Ludou. Roma. in d. l. si quis in graui. in d. §. hi quoque ff. ad Sylla. & do. Augu. de Ari. in lib. maleficiorum, Angel. de Aret. in verbo, *che hai tradito la tua patria.* in 2. char. in 3. colum. & in eodem tractatu in verbo, Sempronium mandatorem in 6. char. in addit. magna. post princ. & idem dixit do. Philip. Dec. in consilio suo 65. in 2. colu. vbi dicit, quòd pro hac doctrina facit quod not. Ioann. Andr. in addi. Spec. in tit. de denuntiatione. §. 1. vbi dicit, quòd statutum loquens seu dans præmium accusanti delinquẽtem fauore reip. ne delicta sint impunita, † extenditur ad denuntiantem, & hoc sequitur Ange. in l. diuus. ff. de custo. reo. & Ludo. Rom. in d. l. si quis in graui. in §. hi quoque. & dom. Fran. de Aret. in c. 2. extra de accu. & Bald. Alexand. & Moder. in l. si filiusfam. ff. si certũ pet. ad quæ vide etiam Iaſ. in l. si quis maior. in 2. col. C. de transact. & Corset. in nota. in verbo, extensio. in 2. not. & Iaso. in l. 1. in vltim. colum. post med. C. de transactio. & in l. si certis annis. in 2. colum. C. de pact. & domi. Rochum Curtium in c. fina. in 2. colum. in fin. de consuetud. & Alexand. in consilio 71. incipien. visis &c. in 3. colum. in 7. volum. & Iaso. in l. is qui pro emptore. in 88. colum. ff. de vsuca. & in l. qui se patris. iu 29. colum. C. vnde lib. Sed vltra istos patres pro prædicta doctrina Bartol. in d. l. quemadmodum. & sequacium, adduci etiã potest quod dicitur de hac publica † vtilitate à doct. in pluribus locis. Et primo adduci po 59 60 61

test

teſt,text.not.in l.ita vulneratus.in §.ita autem. ff.ad legem Aquil.vbi dicit text.multa autem in iure ciuili cõtra ſtrictam rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta eſſe innumerabilibus rebus probari poteſt &c.quem text.ad hoc pro not.allegauit Ludou.Roma. in conſil.ſuo 460.incip.in propoſita conſultatione &c. in fin.Item & adduci poſſent plura iura de hac publica vtilitate loquentia,quæ adducit Ludo.Roma.in conſil. ſuo 310.incip.in cauſa propoſitæ conſultationis &c. vbi adducit l.venditor.§.ſi conſtat. ff. communia prædio. &l.Anthiochenſium ſecundum vnam lectu.ff.de priui leg.cred.l.ſi priuatus.ff.qui & à quibus.l. toties. ff. de pollici.l.diuus.ff.de iur.aureo.annulo l.nec filio. ff. de natali.reſti.Adducit etiam gloſſ.in l.quoties.C. de præci.impe.l.1.& in l.fi. C.ſi contra ius vel vti.pub.& glo. in l.1.ff.de conſti.princ.Inno. in c. quæm eccleſiarum, de conſti.Bald.in l.reſcripta.C.de preci. impe. offe. Itẽ adducit etiam alia plura iura loquentia de hac publica
62 vtilitate,de quibus ibi per eum.Et facit etiã: nam † taciturnitas ad alium obligandum non habetur pro conſenſu,† l.filiusfa.§.inuitus.ff.de procu.l.ſicut.§. nõ videtur.ff.quibus.mod.pign.vel.hypot.ſol.hoc tamen fallit fauore reipu.vt l.2.ff.ad munici. & in l. honores. §. fi.ff.de decu.ita dicit Ludou.Roma.in conſil.ſuo 311.incip.in caſu propoſito.in 1.colum.Et faciunt etiam dicta per Oldr.in conſil.ſuo 4.incip.circa propoſitam &c. & per Petr.de Anch.in conſi.ſuo 188.incip iſte B.de Garnatio &c.ante fin.vbi dicit,quod illa,quæ geruntur ratione publici officij, ſemper valent & tolerantur propter bonum publicum etiam ſi ab inhabili & indigno miniſtrentur per l.Barb.ff.de off.præto,& l.1.C.de teſt. & faciunt dicta per Ludou.Roma.in repe. l. ſi vero, §.de viro.in 54.fal.in verſic.22.probatur.ff.ſoluto. matrim.
63 vbi dixit,quòd iura prohibentia clericis † imponi onus collectarum,non extenditur ad caſum,in quo eſt neceſſitas propter publicam vtilitatem, quæ tueri nõ poteſt ſine ſubſidio clericorum aduerſus incurſus hoſtium, tunc enim eis licitè imponi poteſt tale onus collectarũ.

alleg.

alleg.ad hoc tex.expreſſum in l.nullus. la 2.& ibi Bart. C.de cur.pu.lib.12.quod tamen intelligit ipſe Ludoui. Roma.vbi ſupra,ſi ad hoc acceſſerit ſuperioris autoritas, ſcilicet epiſcopi,& non aliter , quod dicit eſſe expreſſum in c.non minus.ad fin.de immu.eccleſi.Et ſubdit etiam ipſe Ludo. Roma.vbi ſupra in verſi. 24.quòd generales immunitates non extenduntur ad caſum, in quo neceſſitas ſoluendi imminet gratia vtilitatis publicæ conſeruandæ: tunc enim quilibet immunitate nõ obſtante ad ſolutionem pretij contribuere tenetur. ad quod alle.l.1.C.vt nemi.lice.in emp.ſpe.ſe excuſa. libr. 10.Et facit etiam not.verbum Paul.de Rodul. in tracta. ſuo de vſuris.in rubr.in vlt.colum.in verſi. vlt. dicit Inno.Item faciunt etiã dicta per do. Fely. in c. nonnulli. in princ.in 22.colum.in verſi. fallit ſeptimo &c. de reſcript.vbi dicit,quod quando reſcriptum emanat in fauorem reipub. quòd licet ſit contra ius , tamen non requiritur in eo clauſula non obſtante,ſecundum Abb. ibi poſt Barto.in extrauag.ad reprimendum.in verbo, non obſtante,in 1.colum. de quo latius per dom. Felyn. vbi ſupra in duobus verſi ibi ſeq. Item ad prædicta etiam faciunt not.dicta dom. Felyn. in d. c. nonnulli. in prin.in 24.colum.de reſcrip. vbi dicit, quòd fauore publicæ vtilitatis † fit extenſio ex identitate rationis de 64
ſimilibus ad ſimilia,etiam in exorbitantibus à iure,ſecundum Bart.in l.ſi conſtante.in prin. in 9. oppo. primæ partis.ff.ſolu.matr.& glo.in l.illud.in verſic.nulla cauſa.C.de ſacroſan. eccle.& dicit ad hoc eſſe text. in l. certa.in verſi.ſi quis.ff.de leg.1. & ibi Ioan. de Imol. & not.Bart.in d.l.2.in §.exercitus.ff.de inſa. per illũ text. quem etiã alleg.Dominicus in c.ſtatutum.ante finem. de elec.in 6.& Dyn.in reg.odia.verſicu. ſed contra regulam.de regu.iur.in 6.& alleg. Bartol.in d.l.quemadmodũ.C.de agri.& cenſi.lib.11.vbi ſimiliter dicit, q̃ fit extenſio ſtatuti fauore reipub. etiam ſi eſſet odioſum. & ideo pœna ſtatuti puniẽtis faciẽtes maleficiũ,puniet etiam fieri facientem, ſecundum eum. quem refert & ſequitur Ludo.Rom.in conſil.ſuo 23.& dicit,quod ſta-

tutum concernens publicam vtilitatem dicitur fauora-
65 bile † & pium. & ideo dixit Bartol. in dicta extrauag.
ad reprimendum. quòd dicitur constitutio specialis illa, quæ fauet reipublicæ. & eum sequitur Alex. in l. Nesennius, ad fi. prin. ff. ad leg. Fal. Et ideo si sunt duo sta-
66 tuta, & dubitatur quod ipsorũ sit magis speciale, † certè dicitur illud, quod magis fauet reipublicæ. per text. not. in l. properandum §. fin. C. de iudi. iuncta l. fin. C. in quibus cau. in integ. resti. non est necesse. ibi enim dicitur, quòd nulla præscriptio currit minoribus, & sic in materia præscriptionum satis est hoc speciale. postea d. §. fin. vult quòd instantia currat minori. ergo d. l. properandum. dicitur magis specialis fauore publico dirimendarum litium. & illam doctrinam pro notabili sequitur etiam Bald. in l. 1. in 3. quæst. ff. de offi. consul. & Imo. in l. Gallus. §. ille casus in fin. ff. de rebe. & posthu. & Petr. de Anch. in repe. c. canonum. in 10. quæst. de cõsti. & Paul. de Castr. in l. non est nouum. ff. de legib. & Alex. post Bald. & Ange. in l. Titiæ textores. ff. de leg. 1. vbi plura ad hoc adducit. Item adducit etiam dom. Felyn. in l. ad bestias. ff. de pœnis. de quo dixi supra, in §. opportune. num. 6. Adducit etiam Inno. in c. licet. in fi. de regula. vbi dixit, quòd dispositio illius capituli circa petitionem licentiæ habet locum in omnibus alijs casibus, in quibus versatur publica vtilitas. de quo dicto secundum eum exclamat do. Pet. de Monte in suo trac. de potestate Papæ. in 3. col. licet non alleget Inno. in d. c. licet, sed in c. cum ad monasterium. de statu mon. vbi hoc non dicit. Et ex hoc infert. dom. Pet. quòd si Cardinales, & prælati, qui sunt sub obedientia Papæ, petant licentiam eundi ad consiliũ, & ipse eam eis neget, quod † tunc possunt ire ea non obtenta, quando ex hoc imminet publica vtilitas ecclesiæ vniuersalis, fortè ad sedandũ schisma inter duos de Papatu cõtendentes. quod
67 dicit do. Fely. esse bene not. ad plura similia. allegat postea d. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & similem text. in c. Abbate. in fin. de re iud. in 6. versi. præsertim, cum nonnulla pro vtilitate communi contra iuris asperitatem

tẽm ex æquitatis manſuetudine tolerari noſcantur &c. Item adducit etiam Abb. in c. apoſtolicæ in 2. col. de excep. vbi dixit, quod propter vtilitatẽ publicã iudex abſoluit ex officio ab excommunicatione nõ petentẽ, per illum tex. quẽ dicit eſſe bene no. Ita adducit etiã Inno. in c. cũ iamdudũ. ad fin. de præbẽ. vbi dixit, quod propter publicã vtilitatẽ eccleſiæ vniuerſalis viri literati † ſunt 68
extollẽdi ad pluralitatẽ beneficiorũ. pro quo dicit facere. c. cũ ex eo. de elec. in 6. & c. de multa. in fin. de præbẽ. & c. ſuper Specula. de magiſtris. vbi tales viri vocantur ſtellæ eccleſiæ. Item adducit etiam ipſe do. Felyn. in d. c. nõnulli. in prin. in 24. col. Ludo. Rom. in ſing. ſuo 710 inc. quæro per illum text. &c. vbi dicit, quòd officiales ſtratarum poſſunt propria autoritate facere, vt deſtruatur domus vnius priuati, vt ciuitas ſit pulchrior. quod vere ſuperioribus annis fuit practicatum hic Bononiæ, & hoc per l. ædificia. C. de ædifi. priua. ſed vult dicere de operi. pub. Adducit etiam Bald. in l. ſi traditio. in prin. C. de actio. empt. vbi dicit quod fauore publicæ vtilitatis, poteſt quis compelli ad factũ, per no. in l. ſtipulatio. ff. de oper. no. nun. Item adducit etiã tex. in c. ſi. de trãslat. præla. vbi diſpoſitio extenditur propter publicã vtilitatẽ. Itẽ adduci poteſt etiam ſecundum eum Bal. poſt Iaco. Butr. in l. 2. C. an ſeruus ex ſuo facto. vbi † dixit, 69
quòd ſtatutum nunquam interpretatur contra rempu. in eo quod poteſt tangere alios. Pro quo ſecundum eũ facit, quod not. Bald. in l. milites. in fi. C. de teſta. mili. vbi dixit, quòd reſpub. nunquam præſumitur concedere aliquibus officialibus arbitrium contra bonum publicum, † etiam ſi det eis plenũ & generale arbitrium. 70
Item adducit Cardi. in conſi. 141. incip. Sanctiſſimus dominus noſter. in 6. colu. vbi dicit, quòd ſi † reſcriptum 71
principis repugnat publicæ vtilitati, non eſt ei parendum, per tex. in §. deinde competens. in auth. de man. prin. Adducit etiam aliqua, de quibus ibi per eum. Sed vltra eum, adde tu Ludo. Roma. in conſi. ſuo 199. incip. præſens ſtatuti particula &c. in vlti. col. vbi refert & ſequitur Bald. in d. l. 2. C. an ſeruus ex ſuo facto. & Alexã.

in rub.ff. solu.matr. in 3.colu.in versi. sed quid econtra &c.qui etiam refert & sequitur illud dictum Bal. in d. l.2.de quo etiam per eundem Bald.in rub. C.qui accus. non poss.in pen.colum. Pro quo faciunt etiam dicta per Bart.in tract.suo repręsal.in 3. quæst. septimæ quæstionis princ.Et adde etiam Bal.in c. ecclesia sanctæ Mariæ.in 2.colum.versicu.idem videtur dicendum &c.de const.vbi dixit,quòd statutum factum in fauorem rei-
72 pub.valet,etiam si sit contra clericos.† quod est multũ no.Itẽ adde etiã circa prædictã materiã, quòd statutum
73 seruari nõ debet,quãdo † publicè interest illud nõ seruari,secundũ Bal.in l. nauiculariorũ C.de nauicu. li.11. quẽ refert & sequitur Paul.de Castr.in consi.suo 123.incip.viso puncto,& oppositionibus &c.in 2.col. Et facit etiã dictum Specu.in titu.de censi.in §.1 versi.item pone quædam vicinia &c.quem refert & sequitur Ludou. Roma.in sing.suo 67.incip.puteus &c. & Bald.in l. cũ fructuarius ff.de vsufruct.& Cepo.in tracta.de serui.in titu.de puteo.& cisterna.& Ias.in l.2.in 7. colum. C.de iure emphyt.in quibus locis dicunt, quòd si puteus vicinię eget reparatione,quod si vnus ex vicinis renuntiat commoditati dicti putei,tamen non euitabit contributionem expensæ,propter publicam vtilitatem qđ est no & de hac materia publicæ vtilitatis vide etiam Bart.in l.si alius.in §.est autem.ff.quod vi aut clam. & in l.1.in princ.ff.ad l.Rho.de iac.& Lud.Bolog.in addi. ad consi.Ioan.de Ana.consi.71.& Petr.de Ancha.in cõsilio 144.incip.Christianissime &c.& Ang.in l. Imperatores.ff.de pact. Pet.de Anch.in cõsi.211.inc factũ super quo &c.circa fi.& Bal.in l.1.in versi.tertia cõclusio. C.vt quæ desunt aduo.par.iu.sup.Ioã.de Imo.in c. nisi essent.in 2.col.de præben.Oldra.in cõsi.104.incip. circa propositam.Bal.in consi.230.incip.vnus &c.in 3. volũ. in fin.Bart.in consilio 29.incip.visis pactis.in 2 colum. & omnino Barb.in rubr.de rescrip.in 4.char.in 1.colũ. versic. tu vero considera. & Ludo. Roma. in singu.suo 279.incip regula est &c.in 19.char.in 1. colum. suorum singu.& vide Paul.de Rodul.in tract.suo de vsur.in vlt. colum.

colum.in ver.vltim.dicit Imo.& dom.Felyn.in c.postu
lasti.in 19.col.eod.titu.Et scias etiam quòd publica vti
litas dicitur † iusta causa, secundum B. t. in l. quicun 74
que.C.de iure fisci.libr.10.& dom. Philip. Deci.in con-
silio 269.incip.consultus.in 3. col. Redeundo modo ad
supradictam quæstionem nostram, mihi videtur in d.
quæstione quòd verior & sustentabilior sit opi. Bald.&
sequacium tenentium quòd statutum dicens, quod bã-
nitus possit impune occidi, comprehendat etiam ban-
nitum occidentem alium: quia iste actus occidendi bã-
nitos est fauorabilis reipub.vt d.l.cõgruit. ff. de of.præ-
si.merito tale statutum comprehendit etiam bannitos,
non obstantibus in contrarium adductis, tene menti
prædicta: quia sunt notabilia. Quæro modo vlterius:
statuto cauetur in ciuitate, quòd banniti possint impu-
ne offendi, non tamen occidi: modo aliquis volebat of-
fendere bánitum, vt licitè poterat secundum formam
dicti statuti, qui bannitus se defendendo resistit illi of-
fendenti, qui offendens eum occidit propter dictam re-
sistentiam: an talis occidens sit puniẽdus † pœna mor 75
tis, vel alia pœna? in quo dicas quòd non debet puniri
aliqua pœna, & ratio est, quia cum talis offendens esset
constitutus executor in hoc à statuto permittente, quòd
licitè posset offendi, nõ licebat hoc casu ipsi bannito se
defendere, & resistentiam facere actiui licito. † cum er 76
go ipse bannitus fuerit in culpa, non tenetur occidens
eũ de homicidio subsequuto ita dixit Barto. in l. vt vim
in 2.colum. ff. de iust. & iu. & Paul. de Cast. in consi. suo
194. incip. viso supra scripto puncto. in 2. colum. vbi ad
hoc alleg. tex. in l. si seruus. C. de his qui ad eccles. cõfug.
& l. quemadmodum. in §. magistratus. ff. ad leg. Aquil.
& glo. in d.l. vt vim. in 1. glo. quæ tenet quòd quãdo vi-
olentia infertur à priuato iustè, nõ est tunc licitum sibi
resistere per l. 4. ff. ad legem Aquil. & idem dicit si in-
fertur à iudice. & si hoc est, ergo resistendo est in culpa,
& per cõsequens debet sibi imputare casum in sua per-
sona culpa sua cõtingentẽ. vt l. itẽ Mela. post prin. ff. ad
leg. Aquil. & l. prætor §. fi. eo. tit. Et subdit Paul. de Cast.

316

in d.consi.quòd hanc partem etiam tenet Iac. But. in l. 2.C.de his qui latro. vbi dicit quòd si aliquis se defendit,& nō permittit se capi à familia publica,quæ ipsum iuste capere potest,& propter hoc contingat ipsum interfici à dicta familia, tale homicidium erit impunitū, per d.l.si seruus. Idē ergo erit in casu bāniti : quia quicquid fiebat cōtra dictū bannitū, fiebat autoritate statuti.ita resident Paul.de Castr.in d. suo consi. quē refert & sequitur Lud.Bolo.in consi.suo 63.inci. viso igitur. vbi etiam hoc adducit Paul.de Cast.in consi.193.incip. viso processu.vbi concludit, quòd vbicunque ex forma statuti conceditur aliquis actus,† si homicidiū inde sequatur,est impunibile: nec statuto loquētia de homicidio habent locū in faciente executionem à statuto sibi permissam:etiam si adesset dolus sine quo non cōmittitur homicidium,vt in l.1.§.diuus.ff.ad leg. Corne. de sica. Item adducit etiam eundem Pau.de Cast. in consi. 192. incip.in causa incarceratorum.vbi similiter concludit, quòd vbicunque aliqua iusta causa subest † in cōmittēte homicidiū,nō potest quis puniri de homicidio. & q̄ quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo. alleg. not. in l.plagij.C.ad leg.Iul.de plagia.& l.igitur.ff.de libe. causa.cum multis simi.de quibus ibi per eum.Item dicit Lud.Bolog.in consi.præallega.notabile verbū in materia ista,videlicet,quòd si licitū est familiæ potestatis occidere capiendum se defendentē,prout dicit Iac.But.in d. l. 2. cui familiæ non permittebatur aliqua offensio, sed tantummodo permittebatur captura, quæ est actus à se licitus,& non aptus ad mortem: multo magis permissum est occidere se defendentem: qui ex forma statuti nedum capi, sed vulnerari & offendi poterat vt in quæstione nostra.& iste exequutor habet maiorem facultatem sibi à statuto concessam, quam familia potestatis.Et adde tu quod idem tenuit Pau.de Castr.in l.vt vim.ff. de iust. & iur. vbi dicit etiam hoc idē dixisse Io. de Ligna.in trac.suo de bello, sed nō dicit in quo capitulo hoc dicat:sed tu dicas qđ hoc dicit in illo trac.in c. 88.& inc.octauo q̄ritur &c. & idē tenet Floria.in l.1.§.

77

78

cum

eum arietes. in 2. colum. ff. si quadru. pauper. feciſ. dica. & in l. quemadmodū in §. magiſtratus. ff. ad leg. Aqui. de quo etiam per Card. in cle. 1. in 32. quæſt. de homicid. ad quod etiam vide dom. Nell. in tract. bannitorum. in 2. parte ſecundi temporis. quæſtio. 49. incip. Sempronius volens &c. & quæ ego dixi in c. 2. extra de homi. in antepen. char. Et ex ſupra dictis poteſt etiam inferri ad duo, videlicet quòd ſi filius verberaret patrem eum caſtigantem, & hoc caſu pater eum reſiſtentem occideret, quòd non teneretur, nec pœna parricidij, nec alia pœna, quia licita erat percuſſio † & correctio patris in filium vt l. 3. C. de patria poteſtat. & in l. 1. & 2. C. de emēda. propinquo. ſi ergo erat licita offenſio, ergo illicita fuit defenſio per ſupradicta. & hoc etiam videtur tenere Barto. in d. l. vt vim. in 1. colum. ff. de iuſti. & iur. & idem dixit in domino quo ad ſeruum. & idem dici poteſt in magiſtro quo ad diſcipulum, cum ſimiliter licitum ſit magiſtro percutere diſcipulum, vt eum † inſtruat, vt habetur in c. nullus. 17. quæſtion. 4. & in l. aut facta. §. 1. ff. de pœn. & in l. 1. C. de emen. ſeruo. & in l. 4. ff. ad leg. Aquil. & ibi Floria. & Bartol. in conſil. ſuo 104. incip. viſis teſtibus examinatis. & eſt text. in l. itē quæritur. in §. Iul. ff. loca. Et idem poteſt dici in vxore quo ad maritum, cum liceat † marito corrigere & verberare vxorem ex cauſa: vt habetur in l. conſenſu. & in auth. ibi poſita. C. de repu. & in auth. vt liceat matri & auiæ. §. ſi quis autem. & voluit glo. in c. ſicut. 7. quæſtio. 1. & glo. in c. quemadmodum. de iureiu. & in c. placuit. 23. quæſtio. 2. & Bald. in l. ſi filius. C. de patr. poteſt. & in l. cum patronus. C. de oper. lib. cum ſimi. Et ad prædicta vide omnino quæ dixi ſupra, in §. vlterius. num. 7. 8. & 9. Et ſcias vnū & teneas menti, quòd defenſio quanquā ſit iniuſta, † tamen non cenſetur proprie maleficium, cum proueniat à natura. l. 1. ff. de bon. eorum, qui ante ſententiam ſibi mor. conſci. ita dixit Cardi. Alexand. in c. 1. in 4. colum. in tit. hic finitur lex Corra. & incip. cōſuetu. regni. 79 80 81 82

Quæro nunc vlterius, an bannitus, qui poteſt

315

83 impune offendi & occidi, possit † post mortem spoliari? in quo Bal. in l. sororem. C. de his quibus vt indignis, format hanc quæstionem, & dicit, quòd non poterit talis bannitus post mortem impune spoliari. & allegat rationem dicens, quòd ratio est: quia odium banni est finitum morte banniti. alleg bonum text. in l. si pœna. ff. de pœn. & in l. qui sepulchra. C. de sepul. viol. & idem tenet Bald. in l. ex hoc iure. in 3. colum. ff. de iustitia & iure. & Bald. super statutis in versicu. staturũ quod bannitus &c. & Salycet. in d. l. qui sepulchra. & Ange. de Aret. in tractatu maleficiorum. in versicu. & vestem cœlestem abstulit. in 1. colum. pro quo allegat bonum text. in l. diuus. ff. de bonis damnat. Et dicit Bald. in l. de his. C. de furtis. quod talis derobans bannitum mortuum, furca debet suspendi, sicut famosus fur. sed Salycet. ibi reprobat eum. Ludoui. Roma. tamen in l. gerit. ff. de acqui. hæredi. dicit, quod alias seruata fuit in facto opinio Baldi, tamen reprobat eam. Sed Paul. de Castr. in consilio suo 33. incip. super primo quæsito &c. in fin. in hoc dicit, quòd si bannitus, qui occiditur statim derobatur, hoc poterit fieri impunè: quia ea, quæ incontinenti fiunt, videtur inesse, sed secus si ex interuallo, quod dictum habet rationem in se. & hoc dictum refert & sequitur dom. Felyn. in c. quæ in ecclesiarum in 5. colum. de constitu. & idem cum hac distinctione firmat dom. Nell. in tractatu bannitorum. in secunda parte tertij temporis. in 3. quæstion. vbi latius loquitur quàm Paul. de Castr. de quo etiam per Alber. de Rosa. in quarta parte statuto. quæstio. 92. alias 93. inci. statuto cauetur &c. de quo dixi etiam in l. fin. in pen. col. in prin. ff. de quæst. vbi quasi omnia supradicta adduxi circa materiam illam, quod mors omnia soluit.

84 † Quæri etiam potest vlterius de notabili quæstione, videlicet, an pax facta bannito sit seruanda, & si faciens talem pacem contrauenit, an cadat in pœnam promissam, stante statuto quod bannitus possit impune offendi &c. In quo dicendum est quod non, secundum do. Nellum in tractatu suo bannito. in

tertia

tertia parte 2.temp.quæſt.51.incip.quęro bannitus &c. & ibi in quæſt.ſeq.de quo etiam per Bald.in l.iuriſgentium.in §.ſed ſi paciſcar.cl 1.& in §.ſed ſi paciſcar.cl 2. ff.de pactis.vbi tenet,quòd talis pax non valeat, & ideo contraueniens non cadit in pœnam promiſſam etiam cum iuramento,de quo etiam per eundem Bald.in cõſi. ſuo 221.incip.anno Domini &c.in 2.vol.& Ioan.And. in Mercu.in regula.fruſtra.& per Barto.Bald.Ang Imo. in l.quid ergo.in §.ſi hæres.per illũ tex.de lega.1. & per Bartol.in ſua diſputat.incip. Lucanæ ciuitatis. & in l. eleganter.in §. fin. per illum tex. ff.de pign.actio. & in l.1.C.quando licet ſe ſine iudi.vin.Barto.Bald.& Ang. in l.1.§.non autem.per illum tex.ff.de dolo. & per Bal. in l.1.in vlt. com. C.ſi à nõ compe.iud. & in l.paciſci.ff. de pactis.& Ange.in l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.obliga.& in l.qui ſeruum.eod.tit. & Bald.& Saly.in l. accuſationis. C.quod met.cau.& Petr.de Ancha. in repetit. c.canonum ſtatuta.in 87.col.in verſi. ſed quæro vtrum per ius &c.de conſti.in quibus locis etiã cõcludunt prædicti doctores idem eſſe,ſi ante pacem factam inimicus meus erat bannitus:quia dictum ſtatutum fuit inductũ in odium bãnitorum, ideo pacto mutari non poteſt. l. tametſi.cum ibi not.ff.ad Macedo. maximè cùm fuerit inductum propter publicam vtilitatẽ. & facit l. ius publicum.ff.de pact. ita dicit do.Alex. in d.l.qui ſeruum. ff. de verb.obligatio.vbi adducit plura. & ibi dicit, quod prædicta ſunt vera, quando cuilibet iure publico competeret facultas offendendi bannitum:ſecus ſi ſoli offenſo: quia tunc poterit per pactum tolli. allegat in argu.l. 1.in fine.& l.3.ff.de adimen.leg. & l.iuriſgentium. in §. ſed ſi paciſcar.ff.de pactis. & dicit quòd ita limitat Bal. in l.reos.in 14.col.C.de accuſatio. & Bald.& Salycet. in dicta l.accuſationis.& in l.fi. C.ſi à non competen.iud. Tu vltra eum dicas,quòd idem diſtinguẽdo dixit Bald. ſup ſtatutis in verbo,miniſter &c. & ibidẽ in verb. pax. in 1.verſi.Et ſubdit do.Alexan.in d.l.qui ſeruum. quòd ad prædicta faciunt quæ ſcripſit Bart.in l.aut facta, in §. cauſa.ff.de pœnis.vbi dixit, quod ſi pace facta te offen-

di, non ex antiqua inimicitia, sed ex noua causa, seu ex
85 noua rixa, † non dicor rumpere pacem. argu. l. si de certa. C. de transf. quod dicit esse menti tenendum perpetuo. & dicit quòd illud dictum sequitur etiam Bald. in c. 1. in prin. de pace tenēda. & Anto. de Butr. & Ioan. de Imo. in c. cum inter P. de renun. & Ludo. Roma. in l. semel mora. ff. soluto matrim.

Item quærit etiam do. Alex. in d. l. qui seruum. quan-
86 do † præsumatur ex antiqua causa? In quo dicit videndum esse Bald. in l. si prædiū. in pen. colū. C. de ædil. act. Subdit postea & dicit ibi Ang. quod si facta pace inter te & me superueniat mihi iusta causa offendendi te: vt quia post pacē me offendisti, possum offendere te, nec dicor rumpere pacem. arg. d. l. qui seruum. & l. cùm proponas. C. de pact. & ibi hoc voluit Bald ad quod dicit do. Alexan. se dedisse plures concordantias in d. l. semel mora. Dicit postea, quod illud non procederet in treu-
87 ga, † secundum Angel. allegāntem Ioan. And. in addi. Specul. in tit. de treuga & pace. in princ. quod dictum secundum eum sequitur Rapha. & Paul. de Castro in d. l. qui seruum. & dicit, quod idem tenet Angel. & Imol. in dicta l. si ex legati causa. de verbor. obliga. & domi. Anto. post Ioan. And. in c. peruenit. de iureiur. post Archidia. 33. quæst. 3. in c. ille qui. & dicit quod fuit originale dictum Vincen. in c. 1. de treuga & pace. argu. c. inter verba. in fine 2. quæst. 3. Refert postea Ioan. de Imol. in dicto c. peruenit. dicere quod ista differētia inter treugam & pacem, est potius de consuetudine, quàm de iure. per d. l. cum proponas. cum simil. Et dicit quòd non obstat tex. in l. actione. in §. diximus. ff. pro socio. allegata per Ioan. And. & dom. Anton. in dicto c. peruenit. quia non probat, nam ille tex. loquitur quādo cum dolo fieret renunciatio: quo casu non procedit regula dicta l. cùm proponas. Non obstat quod habetur in dicto c. inter verba. quia ibi loquitur de iure poli, non autem de iure fori. ita resident do. Alexan. in l. qui seruum. ff. de verbor obligati. Tu autem vltra do. Alexand. circa dictam differentiam inter pacem & treugam. vide dom

Felin.

Felin.in c.primo in 2.colum. in verſi. conſidera tamen diligenter &c.de treuga & pace.& in c.ſignificante. in 1.colum.de Iudæis.& Rapha.in d. l. cum proponas. C. de pact.in 2.colum.& Soci.in conſil.90.incipien.in cauſa magnifici.in vlti.colum.in teertio volum. & Gandi. in tractatu ſuo maleficiorum, ſub rubrica de tranſact. & pac.in maleficijs.in 9.colũ.in verſi. item pone quæſtionem &c.& dom.Nil.Milum in ſuo reperto. in litera T.in vlt.colum.in verſ. Treuga.& vide omnino quæ dixi in ſing.meo 337.incipien.ſequutus &c. & omnino vide do. Pe. Phi.Cor.in conſi.ſuo 175.incipiẽ. conſulu.t & in 1.volum.& ibi in conſi.217.incip.viſo themate. in fine.& eundem in conſil.42.incipien.plura &c. in 2.colum.in 2.volu.& ibi in conſi.216.incipiẽ. licet prædicti &c.in 3.colum in quibus locis tenet,quòd iura loquentia in frangente pacem, habeant locum etiam in frangente treugam,per iura & rationes per eum ibi allegatas. Item circa primam quæſtionem,an liceat offendere bannitum poſt pacem factam. vide Bald. in l. 1. C.ſi à non compe.iudi.& in l.paciſci. C.de pactis. Item vide in materia d.Nellum in tracta. bannitorum, in tertia parte ſecũdi temp.quæſt.52.& Ange.de Are. Inſti.de his qui ſunt ſui vel alie.iuris.in §.in poteſtate.in vlt.col.& Paul.de Caſt.in conſi.113.incip.viſo puncto &c.& Alex. in conſil.19.incip.viſo proceſſu.in 1.colum.in 1.volum. & in conſi.462.ſecundum ordinem meum.incipi. viſo. & in conſi.463.incipien.viſo &c.& Ludo.Rom.in cõſil.155.in fi. & in conſil.183.& eundem Ludo. Roma.in conſilio 238.in princip.incip.in caſu propoſito &c.Item in hac materia bannitorum adde quòd †bannitus in 88
ære & in perſona,habetur pro mortuo,ſecundum Bald. multum not. in l.ſi qua pœna ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.vbi dicit quòd ſi pater præterit filium bannitum in ære & in perſona, fiſcus non poterit nomine banniti dicere teſtamentum nullum : quia bannitus mortuo æquiparatur:ſed mortuus nõ dicitur præteriri. ergo.Et ſubdit ibi Bald.& dicit, quòd filio bãnito bãno capitali, † non debetur legitima: quia perſona banni- 89
ti

90 ti non reputatur esse in rerum natura, † de quo ibi latius per eum. quod dictum pro notabili refert & sequitur Barb. in consilio suo 42. incip. ista consultatio in 1. charta. in vlt. colum. in 3. vol. Pro quo dicto facit, nam stante statuto quòd in contractu debeant interuenire duo affines, non poterit interuenire affinis bānitus. ita notabiliter dixit Bal. in consilio suo 49. incip. quia verba statuti. in 6. volu. Item pro illo dicto Bald. quòd bannitus æquiparetur mortuo, est tex. not. in l. i. §. fi. ff. de bono. possess. contra tab. & hoc etiam firmat Bald. in l. cum mulier. in 7. col versi. ex quarto arguitur. ff. soluto matrimo. & l. tam mandatori. in 1. colū. C de non num. pec. & ibi ipse allegat plura iura ad hoc. & idem dixit ipse Bald. in l. 1. in 12. col. in fin. in versi. & propterea &c. de hæred. instit. & in rubrica C. qui accusare nō possunt. in vlt. col. vbi dicit hoc esse verum in bānito pro aliquo delicto, secus autem in bannito pro debito ciuili: quia

91 talis bannitus † nō habetur pro mortuo, sed est integræ famæ & status, secundum eum ibi. Item scias quòd qui-

92 libet bānitus † habetur pro fugitiuo, & potest capi quocunque die, secundum Bald. in l. 1. in 3. col. qui bon. ced. poss. Et statim quod quis est positus in banno, censetur

93 † esse in fuga, secundum do. Ioan. Bapt. de Caccialupis in tract. suo de debito. suspectis & fugi. in versi. vltimo circa fin. versi. secundo est sciendum. Item bannitus potest à quocunque capi. vt dixi & habetur in l. fin. C. de maleficiis & math. & voluit Bal. in l. 1. in 8. col. in versi. ex his apparet. C. de sum. trini. & fide cath. Item scias etiā

94 † quòd banniti ex causa famosa interim repelluntur à testimonio, secundum Bald in l. cum mulier. in 15. colū.

95 ff. solu. matrimo. An autem † bannitus sit infamis vide do. Nellum in tract. suo bannito. in prima parte secundi temp. quæst. 49. & Bart. in l. ictus fustium. in 2. colum. ff. de his qui notan. infa. versic. quæro ergo. & per Alex. in consi. suo 112. incip. omissis argumentis &c. in

96 2. vol. Item si bannitus fuit restitutus per principem, † an intelligatur etiam restitutus ad famam, adeo quòd possit esse testis? vide plene per Alexan. in cōsi. suo 112.

præ-

præallegato incip. omissis. in 2. vol. & in consil. 114. incipien. repetitus &c. Et quid si erat bannitus pro crimine læsæ maiestatis, vide Alexā. post Ludo. Rom. in l. de pupillo §. si in plurib. ff. de dam. infect. & in l. 1. ff. ad legem Iul. maiest. & Bertha. in versi. bannitus liberatur. iu secundo versic. & Nellum in tract. bannitorum. in 1. parte tertij temp. quæst. 4. 5. & 6. cum seq. & in eadē par. quæst. 15. Item scias etiam quòd infamis † non potest ad famam reintegrari de ordinata iustitia secundū Bald. in c. veritatis. in 2. colum. de dol. & contum. 97

Et ad prædicta scias, quòd bannitus statim quod est bannitus perdit † ciuilitatē & desinit esse ciuis. ita probat tex. in l. postliminium. in §. filius. & ibi glo. clarius. ff. de capti. & voluit etiam gloss. in l. si quis tutor. ff. de tute. & glo. in ' amissione. in §. qui deficiunt. ff. de capitis diminu. & hoc etiam firmat Bart. in l. fi. per illū text. ff. de legatis. quem refert & sequitur do. Nellus in tract. suo bannitorum in 1. parte secundi temp. quæst. 95. inci. quæritur an bannitus. vt etiam ad hoc adducit Bald. in l. sed milites. in §. sed ignominia ff. de excu. tut. vbi dicit: quòd si fit proclama, quòd quilibet ciuis teneatur ire ad exercitum sub certa pœna, quòd non comprehēditur bannitus, quia non est ciuis, de quo latius per do. Nellum vbi supra. 98

Et quòd bannitus perdat ciuilitatem, & omne beneficium inductum à iure statutario † illius ciuitatis, à qua est bannitus, voluit Iaco. de Are. Bart. & Ang. in l. ex facto. in §. ex facto. ff. ad Treb. & Cyn. Bart. & Bald. in l. 1. C. de hære. insti. vbi referunt ita publicè disputando tenuisse Fede. de Senis in quæstione sua incip. quæstio talis est, Titius filiusfam. &c. & latè concludit hoc Bart. in disputa. incipien. Lucanæ ciuitatis statuto &c & in extrauagan. qui sint rebelles. in verbo, rebellando. & Bart. & Bald. in d. l. amissione. in § qui deficiunt. pro quo est bonus tex. in l. certa forma. C. de iure fis. lib. 10 quæ omnia & quædam alia refert Alex. in consilio suo 75. incip. visis diligenter. in prima col. in 1. volū. quod etiam voluit Bald. in l. cum mulier. in 5. colum. vers. statuto cauetur, 99

uetur, quòd banniti.ff.ſoluto matrimo.& in Margarita ſua in verbo, excommunicatus.in 12.colum.in ver.incipien.excommunicatus repellitur &c. & Bald.in authen.vt omnino.in 4.colum.verſi.dixi de perſona iudicis &c.C.ne vxor pro marito.de quo ego dixi etiam ſatis latè in conſilio meo incip. Spirituſſanctus ſit mihi à dextris.alias incip.perlecto & mature diſcuſſo &c.in ſexta char.vbi videas. Et ſcias etiam quòd bannitus ipſe

100 † non perdit beneficia iuris communis,& facultatē ſuccedendi de iure communi: ſed perdit tantum beneficia inducta à ſtatutis illius ciuitatis, a qua eſt bannitus, ſecundum Iacob.de Are.Bart.& Ang.in l.ex facto.in §.ex facto.ff.ad Trebellia. Cyn.& Bart.in l.1. C.de hære. inſti.Bart.latè in ſua diſpu. incip. Lucanæ ciuitatis. & in extrauag.qui ſunt rebelles.in verbo,rebellando.& Bart. & Bald.in d.l.amiſſione.in §.qui deficiunt. ff.de capit. dimi.& Bart.& Bal.in l.eius qui.§.1.ff.de teſta. & Bald. in l.Gallus.in §.& quid ſi tantum. ff. de lib. poſthu. de quo per Alex.in conſi.ſuo 75.incipien. viſis & diligenter perſpectis. in 1.colū.in primo vol. & per Pet. de Ancha.in conſi.ſuo 276.incip.filio ſuo &c.& in conſi.ſuo 288.incip.iſte B.de Gannitio.& per Bal.in addi.Spec.in tit.de iuriſ.om.iudi.in 1.colum.in ver.ſi poteſtas. & per Lud.Bolog.in conſil.ſuo 57.in 3.colum.& per do. Nellū in tract.bannitorum,in 1. parte ſecundi temp. quæſt.4.

101 & quæſt.11.& ibi quæſt.5. & quæſt.37. & 38. Item † an bannitus perdat patriam poteſtatem,adeo quòd eius filij poſſint facere teſtamentum? dicas quòd non, ſecundum do.Nellum in tract.banni.in 1. parte ſecundi tem.

102 quæſt.21. Item an perdat † tutelam, & deſinat eſſe tutor vel executor, arbiter vel arbitrator, vide de his omnibus do.Nellum in d.tract.bannitorum. in 1. parte

104 ſecundi tempor.quæſt. 40.41.42.43.& 45.Item an † bannitus perdat alimenta ab illis,qui tenebātur ſibi ad alimenta ante bannum,vide do.Nellum vbi ſup.quæſt.48. & ibi in quæſt.52.& 53.ponit an perdat factionem teſta-

103 menti. An autem † bannito poſſit fieri ſaluuscōductus per iudicem ſeu officialem. vide Salyce. in l.cum indulgentia.

31 Et scias quòd si mulier sit inuenta cũ armis, † etiã si non inueniat fideiussorẽ, non tamen debet duci ad palatiũ, sed debet relaxari præstita iuratoria cautione de standoiuri, auth. nouo iure C. de custod. sed reorũ. ita not. inquit Bald. in l. sed & si is. ff. de in ius vocan. quod dictũ refert, & sequitur dom. Fely. in c. legebatur. in prin. de maiori. & obedie. idem dixit Bal. in additione Spec. in titu. de senten. in pen. char. in versi. Titius fideiussit. & Bal. in l. nemo deinceps. post med. C. de episco. & cleri. & Ang. de Aret. in tract. suo maleficiorũ. in verbo, p quibus Antonius fideiussit in 2. char. in versi. & aduertas &c. de quo etiam dixi in sing. meo 268. incip. conditio mulierum. circa fin. vbi videas. Item etiam circa prędicta scias, quòd si Barricellus, vel alius officialis aliquẽ
32 captum cum armis † non relaxauerit datis fideiussoribus, vel illis oblatis, tenebitur in syndicatu, ita not. dixit Ang. in l. si vero. in §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisdare cogantur. & vide quę dixi infra, in §. attingam. nume. 17.

Item etiam scias, quòd eadem pœna punitur occi-
33 dens aliquem manu vacua, † ac si cum armis occidisset. l. qua actione, §. 1 ff. ad leg. Aquil. & ibi Bal. & idem tenuit Bal. in c. 1. in §. iniuria. circa vlt. col. de pace iuram. fir.

fir. Potest etiam dubitari de notabili quæstione videlicet, quid si aliquis fuerit inuentus vna die pluries cum armis, an pœnam impositam à statuto soluet semel tantum, † an pluries: in quo dicas, quòd vna vice 34
dũtaxat dicitur incurrisse pœnam, & non pluries, cum plura delicta non censeantur: sed vnum tantum: igitur vna vice pro qualibet die dicitur cõtraueniſſe, ita dixit Bart. in l. inficiando. in §. infans, ff. de fur. & Bal. in l. si duo. in §. semel. circa fi. ff. de arbit. Item dubitari etiam potest: an habens arma, & insultãs aliquem, licet arma non extraxerit, vel exercuerit dicatur † tamen feciſſe 35
insultum cum armis? in quo dicas quod sic. ita dixit Bart. & Ang. per illum text. in d. l. 3. in §. armis. ff. de vi & vi ar. & Bald. in d. l. data opera. C. qui accuſ. non poſ. & Ludo. Roma. in singu. suo 562. incipien. insultus &c. quod est nota. pro statuto puniente insultantem cũ armis. ad quod facit etiam dictum Bal. in l. raptores. C. de epiſco. & cle. vbi dixit quòd qui stat cũ † aliquo arma 36
tus, licet arma non extraxerit, vel alium actum non fecerit: tamen dicitur afferre opem, & auxilium. & idem tenet Bald. in l. 1. circa 2. colum. C. de ſer. fug. & Bald. in l. hæc verba. in fin. ff. de his qui no. infam. & in d. l. data opera. in pen. colum. & Bald. & Ludo. Rom. in l. 1. §. ſed in eo. ff. ad Syllan.

Et facit quod voluit Ang. in l. quemadmodum. ff. de inoffic. teſta. vbi dixit, quòd qui habet enſem in manu, & minatur mihi, dicitur præparatus ad me offendendũ cum armis, adeo quòd poſſum ipſum offendere. quòd eſt menti tenendum. de quo latius dixi in §. expedita. nume. 19.

Item vltra præmiſſa dubitari poteſt: quid si aliquis fuerit inuentus cum pluribus ſocijs armatis, an poterit puniri de portatione armorum ex eo, quia habuerit ſecum homines armatos, ſi ſtatutum puniret habentem homines armatos ſecum, aut in domo, vel alibi? † in 37
quo dicas, quòd de vtroque nõ poterit puniri: quia iſta duo tendunt ad vnum effectũ. ita dixit Bart. in d. l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & in l. quoniã. eod. titu. vbi dicit

331

hoc ſe multoties practicaſſe. pro quo facit gloſſ. no. in l. qui de crimine. C. de accuſ. & dicta per Bald. in l. aduerſus. in fin. C. de fur. in quibus iuribus dicitur, quod ſtan te ſtatuto quod qui portauerit arma puniatur in decē, alio ſtatuto cauetur quod vulnerans aliquem cum armis, puniatur in viginti, quod iſto caſu vulnerans ali-
38 quem cum armis, non punitur vtraque † pœna ſed ſolum pro vulnere: quia vna pœna confunditur cū alia. ita etiam dixit Bar. in l. quemadmodum. in §. illud. ff. ad legem Aquil. & Petr. de Ancha. conſi. 272. incip. de titulis &c. in penult. colum. & Bart. in l. diuortio. in fi. 2. colum. ff. ſoluto matrim. & Ang. de Aret. in tract. maleficio. in verbo, fecit inſultum. in 2. char. in verſi. aduertas tu iudex. & ibi in additio. & in eod. tractatu in verbo, admenauit. in prin. de quo etiam per Bart. in l. nunquā plura. in pen. col. ff. de priua. delic. & per Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de homicid. in rub. & Bar. in l. 3. C. ad leg. Iul. de vi pub. & Bald. in l. cum ancillis. in vlti. col. C. de inceſt. nupt. & Alber. de Roſa. in 2. parte ſtatuto. quæſt. 26. & quæſt. 23. Abb. & quæ ibi dixi in c. 1. de pœnis. Gand. in tractatu ſuo maleficiorum ſub rubr. de pœnis reorum. in 14. colum. in fin. & ibi in 19. colum. in verſic. pone inſuper &c. Bald. in l. quicunque. in 1. colū. C. de ſeruis fugit. & dom. Nellum in tractatu ſuo banni. in 3. part. ſecundi tempo. quæſt. 58. & dom. Ludo. Bolog in conſi. ſuo 8. in 6. colum.

Et cum iſtis fraternizat quæſtio illa: an percutiens
39 aliquem † cum bidente, vel tridente, puniatur pro vnica percuſſione vel vulnere? de qua per Io. And. in addit. Specul. in titu. de ſententia, & his quæ eam ſequuntur. in §. ſpecies. in addit. incip. inducit ad hanc materiam. & per Bart. in l. ſi gemina arbor. ff. arbo. fur. cæſar. & in l. eum qui. §. idem dicit. ff. de fur. & in d. l. inficiando. §. infans. & in l. vulgaris. eod. titu. & per Bartol. in l. nunquam plura. ff. de priuat. delic. & Bal. in l. quicunque. in 3. colum. C. de ſeru. fug. & in auth. ſed nouo iure. circa 2. col. eod. tit. & per Bal. in l. tutor. ff. de tut. & rationi. diſtrahē. & in l. quærebatur. ff. de teſtam. mili. & in

l. ſi

l.ſi duo.§.ſemel.in fi.ff.de arbitris.& in l.eum.qui in §. in popularibus.ff.de iureiur. Bald.in c.quæſtionem. de appellatio.Gand.in tract. maleficiorũ. ſub rub.de pœn. reorum.in 10.col.in prin.& per Ang. de Are.in tractat. malef.in verbo,& ipſum Titium percuſſit. in 1. char.in verſ.quid ſi ex vno ictu &c.& Spec.in d.§.ſpecies.verſi. ſed pone in ſtatu.& vide Abb. & quæ ibi dixi in c. 1. de pœnis.Bald.in conſi.155.factum tale eſt in 6.volũ.& ibi in conſi.159.incip.antiqui &c. Quæri etiam poteſt circa hanc materiam armorũ, quid ſi ſtatutum puniat inſultantem cum armis, & aliquis inſultauit aliquem ſine armis. † ſed poſtea eũ cum armis vulnerauit, an incidat 40
in pœnam ſtatuti? in quo dicas quòd non: cùm ſtatutũ ſolum conſiderauit principium.ita dixit Angel.per illũ tex.in d.l.3.in §.armis.vbi ſubdit ſecus eſſe,quando ſtatutum ſolum conſideraret finem,puta ſi diceret: qui aliquem cum armis occiderit, puniatur: nam tunc licet inſultauerit ſine armis ex quo poſtea armatus offendit,dicitur incidiſſe in pœnam ſtatuti, vt ibi per eum.

Item, quid ſi aliquis erat armatus tempore, quo inſurrexit contra aliquem,& ſtatim depoſuit arma,an intelligatur inſurrexiſſe cum armis? dic quòd ſic,ſecũdùm Ange.in d.l.3.§.armati.per glo.1.ibi,in fi. ibi, eis depoſitis &c.Item vltra præmiſſa ſcias circa hanc materiam armorum,quod † portans arma,præſumitur habere ma 41
lum animum, niſi portet ea ligata. ita dixit Bald. per gloſſ.ibi,in c.1.§.ſi quis ruſticus,de pace tenẽda. Et † di 42
ctus malus animus præſumitur ex genere armorũ,text. eſt in l.omne delictum.§.ſi quis commilitonem.ff.de re mili.& in l.1.in §.diuus.ff.ad leg.Corn.de ſic.& in c.ſignificaſti.l.2.in fi.de homi.& declarat Barto.in d.l.1.§. diuus.ff.de ſica.& doct.poſt glo.in l.1.C.de ſica.& in c. ſicut nobis.de præſumpt. Poſſet etiam hic quæri de alia quæſtione, videlicet, ſi habens arma in manu, & non percutit cum armis,ſed aliter: vt puta, vnus habet roncham, & percutit cum haſta, Vel habet enſem, & percutit cum pomo,ſi ſequatur mors ex talibus percuſſioribus, an punitur pœna mortis, & ſi talis percutiens

333

cum hasta vel cum pomo ensis, si percutiat in capite, & sic in loco valde periculoso, si sequatur nors, debeat puniri pœna mortis: Ego hic aliter nō examino tales quæstiones, quia eas plenissimè examinaui in l. 1. in §. diuus Adrianus in 4. col. ff. de sica. & latius etiam in l. 1. in 7. char. C. eo. tit. de sica. & ideo ne idem per idē sæpius repetam, hic aliter nō examino dictas quæst. Modo rede-
43 undo ad materiā armorū, scias quòd arma † non veniūt appellatione suppellectilium. vel massaritiarū. ita dixit Bar. in l. suppellectili. in prin. ff. de supellecti. lega. quod est summe no. pro legatis supellectiliū, vel massaritiarū, quæ fiūt tota die ab aliquibus testatoribus, vt ego sæpi-
44 us vidi in facto. Itē etia scias, quòd portatio armorū † est leue delictū, & nō requirit processum, secundū Bart. in l. leuia. in 2. col. ver. vel ponas exemplū. ff. de accusa. & in l. diuus. la 2. in 3. q. ff. de custo. reorū. Item scias etiā, quòd ne partes veniāt ad arma, iudex potest sequestrare rem
45 † litigiosam, vt habetur per Spec. in tit. de sequest. poss. & fruct. in ver. sed nunquid. & Bald. in l. ordinarij. in 4. col. versi. sed hic quæro. C. de rei vend. & in l. 2. C. de sum. trin. & l. fi. in 2. col. ver. est quart⁹ casus. C. de edic. diui Adria. toll. & per Inno. in c. in præsentia. de prob. in 1. col. & Bald. in l. 1. ad fi. C. de appel. & Bar. in l. fi duo. in 3. col. versi. alij dicūt. ff. vti possidet. & doct. in l. æquissimū. ff. de vsufr. & in l. fi. ff. de offi. pcurat. Cæsa. & Bar. in l. quod iussit. post glo. ff. de re iudi. Bald. in addi. Spec. in tit. de libelli concep. in 2. colū. versi. quando partes. Bald. in l. 1. C. de prohib. sequest. pecu. & in l. pen. vbi etiam per Bart. & Ang. ff. vbi pupil. educ. deb. & Bald. & in addi. Spec. in tit. de sequestra. possess. & fruct. in primo versi. Inno. in in præsentia. in 1. col. de probatio. Et facit not. verbum Abb. in c. olim ex literis in 2. colū. versi. sed tu vide not. extra de rescrip. & circa hanc materiam vide do. Pari. de Puteo late loquentem in tract. suo syndi. in 64. charta. in 4. colum. incip. iudex vt non arguatur &c. & Flor. in l. communi diuidundo. in §. cum de vsufruct. ff. communi diuidun. & do. Francis. Curt in consi. 61. incipien. super eo &c. limita tamen prædicta, & intelli-

telligas procedere, quando neuter possideret, sed vterque prætenderet possessionē ad se spectare. Sed si vnus tantum possideret, siue esset in possessione, alius non: tunc iudex non potest sequestrare possessionem, dato †quòd videat partes processuras ad arma, ità not. dixit Bald. in l. æquissimum. ff. de vsufruct. & hanc limitationem etiam ponit idem Bal. in l. fin. C. de ordi. cognitio. & in c. 2. in 2. col. de vita, & honestate clerico. & in l. ordinarij. C. de rei vendica. & in c. 1. de sequest. poss. & fru. in 4. colum. vbi dicit, quòd propter metum armorum non debet fieri sequestrum, nec recedi à tramite iuris, nisi quando dubium est de possessione: secus quando vnus possidet, alius non. Et ista refert Iaſ. in l. quidam existimauerunt. in 3. colum. ff. si cert. pet. quod est menti tenendum propter iudices ignorantes, qui statim sequestrant possessionem, non attenta possessione vnius partis. Et ista sunt quæ mihi pro nunc occurrunt circa materiam armorum, licet etiam alia plura adduci possent, quæ non sunt ita practicabilia, circa quæ aliter me non extendo. 46

SVMMARIVM.

1 Vulnus quid sit.
2 Vulneris appellatione an veniat tumor, & liuor.
3 Vulnuſculum nullum habet in se delictū. Et an includatur sub statuto de vulneribus. num. 4. 5.
6 Scire parum, & nihil æquiparantur.
7 Officialis pro minimo non est syndicandus.
8 Statutum de tortura loquens non includit leuiter tortum.
9 Insequens fugientem, qui in fuga cecidit, & se vulnerauit, an puniendus pœna statuti de vulnerantibus.
10 Statutum vulnerantem, puniens de doloso intelligitur.
11 Percussione probata, & non qualitate accusatus, an absoluendus.

12 In-

12 Inquisitio de crimine commisso certo tempore, vel loco, & probatur de alio, non arctat inquisitũ ad absolutionem obtinendam. num. 13. 14.
15 Accusans interfectorem, & post modum probat hoc fecisse per alium, an debeat succumbere.
16 Vulneratus ex interuallo moriẽs, an præsumatur in dubio mortuus ex dicto vulnere.
17 Vulneratum non esse mortuum ex vulnere difficilè est probare.
18 Vulnerans an teneatur de occiso, si vulneratus medicum habere noluerit. Et quid si medicum habuerit imperitum, vel noxia comederit. nu. 19.
20 Medici vitium an excuset vulnerantem, vel vulnerati inobedientia, aut superueniẽs infirmitas. num. 21. Et quid si vulneratus adhibuerit incantationes. num. 22.
23 Incantator non dicitur medicus.
24 Vulneratus dicens se mori culpa medici, an relęuet vulnerantem.
25 Imaginem sanctam percutiens, qua pœna puniendus.
26 Agi de occiso contra vulnerantem mortifere an possit ante mortem. num. 28.
27 Vulneratus mortaliter an habendus pro mortuo.
29 Mortuus, & ad mortem vulneratus æquiparãtur.
30 Fideiubens in casu vulneris, an & quando teneatur de morte secuta ex vulnere.
31 Pax facta de vulnere, an extendatur ad mortem secutam.
32 Existens in mortis articulo, neque omnino viuit neque omnino mortuus est.
33 Fictio in statutis pœnalibus non cadit.
34 Statutum loquens in contractu non habet locum in quasi contractu.
35 Mortuus propriè quis dicatur.
36 Processus factus contra vulnerantẽ, an prosit vbi agitur de occiso.
37 Vulnerans aliquem, & postmodum occidens, an tenea-

teneatur de vulnere, & homicidio.

38 Percutiens aliquem cum armis an puniendus de percussione, & de armorum portatione.

39 Mox, qualiter exponatur.

40 Notarius an possit esse rogatus de qualitate vulneris, & instrumentum conficere sine commissione.

41 Delictum an possit probari per instrumentum.

ET quia cum armis sæpius inferuntur vulnera in personis, quæ diuersimode vulnerantur: ideo mihi etiam videtur congruum, & non impertinens aliqua in hoc opere post materiam armorum adducere circa materiam vulnerum, & vulnerantiũ. Et ideo scias primo, quòd vulnus † est scissura, vel separatio carnis in 1
aliquo corpore: & hoc dicitur proprie vulnus, ita probat tex. & ibi Bart. & Bal. in l. seruus seruum. in §. rupisse. ff. ad leg. Aquil. & hoc etiam dixit Barto. in l prætor. in §. rem atrocem. ff. de iniurijs. & Bart. in quodam consil. suo incip. processum &c. Et subdit Bald. in d. §. rupisse. quòd appellatione vulneris, venit tumefactio † seu 2
inflatio facta in corpore propter percussionem. Quod intelligi debet vbi talis tumefactio seu inflatio aperta fuit ex necessitate, quia fecerat saniem. ita dixit Barto. in d. l. prætor. in §. rem atrocem. Et adde quòd aliud est vulnus magnũ, aliud paruum, vt habetur in l. vulneris magnitudo. & ibi vide Ang. ff. de iniur. & Ang. in in l. 1. in §. potuisse. in fi. ff. ad Sylla. & est bonus tex. in l. 1 in §. vitium quidem. ff. de ædil edict. vbi text. dicit, quòd modicum † vulnusculum nullum in se habet delictum. 3
quem tex. ibi ponderauit Bald. in reportatis antiquic. & Bald. in l. fi. in 1. colum. C. de ædil. act. & Ang. & Ludo. Rom. in l. 1. in §. excusantur. ff. ad Sylla. & Ang. in l. extat. ff quod met caus. & Lud. Roma. in l. si vero. in §. de viro. in 11. colum. ff. solu. matri. & est bonus text. ad hoc in d. §. excusantur. Et facit tex. in l. quæsitum. ff. de re iudicata. vbi appellatione febris non venit leuis febricula. quod etiam firmat glo. in c. placuit. 18. dist. & Bald.

in

in l.obseruare.in i.colum. C quorum appel. non recip.
Ex quibus infertur, quòd si statutum punit vulnerantẽ,
4 non habebit locum † in faciente vulnusculum.ita dixit
Ang.in d.l.extat.per tex.in e.l.i.§.vitium quidem. Ad
quòd facit dictum Bald.in d.l.fi.C.de ædil.actio.vbi di-
cit, quòd si statutum dicit, quòd syndici teneantur de-
nuntiare purcussiones sanguinolentas,quòd non tene-
5 buntur † denuntiare percussiones, vbi est leuissima cu-
tis scissura. ad quod vide etiam glo.in c.cum illorum.in
verbo,sanguinis.de sentẽ.excommu. Pro quibus etiam
facit c.licet causam.in §.quanquam.in versi.nulla, vel
modica. de probat.& tex. Insti.ad legem Fal. circa prin.
in ver.pro nullo,aut minimo lucro.& facit glo.in §.pe.
in authen.de instrum.cau.& fide. in verbo,inter quos,
6 quæ dicit quòd parum † scire & nihil æquiparantur. Et
ideo dixit Ludo.Rom.in sing.suo 330. inci. hodie quidã
&c.quòd statutum prohibens alienare domum in forẽ-
sem,non habet locum in parua domo. ad quod allegat
tex.quem dicit sing. in l.senatus. in §. Marcellus. ff. de
leg.1.vbi hoc etiã sentit Ang.& facit quod voluit Bald.
7 in c.cum te.de re iudicata.vbi dixit,quòd officialis † pro
minimo non est syndicandus.alleg l.quamuis ff.de cõ-
ditio.& demonstra.& l.cui dẽs.ff.de ædil.edict.pro qui-
bus facit l.Seio.ff.de in integ restitutio.& l. omnino. ff.
de impensis.& l.res bona fide.ff.de contrahen.empti.&
faciunt optime quæ ego dixi in sing.meo 276.incip.pa-
rum. Item si statutum punit vulnerantẽ in platea,pœ-
na manus,pro tali vulnusculo nõ imponetur tam atrox
pœna.ita dicit Bald.in d.l.fin.C.de ædil.actio. & Ludo.
Roma.in d l.1.§.excusantur.Et facit dictum Bald.in l.si
quis in hoc genus.in fin.C.de episco. & cleric. vbi dixit
quòd statutum,aut lex puniens offendentem clericum,
habet locum solum in inferente atrocem iniuriam, seu
offensam,non autem in minima offensa.Et facit etiam,
nam statutum faciens mentionem de tortura, non ha-
8 bet locum in † modica tortura, vel in leniter torto.ita
dixit Bald.in d.l.obseruare. C.quorũ appella. non reci.
Et facit glo.not.in authen.minoris debitor. C.qui da-
tuto.

tuto. poſſ. quæ dixit, quòd debitor minoris in modica quantitate, poterit eſſe tutor pupilli. pro quo facit etiam dictum Bald. in authē. prętera. in fi. C. vnde vir & vxor. vbi dicit, quòd mulier etiam ſi habeat paruã, aut modicam dotem, ſuccedit viro in quarta. de qua materia minorum. vide quæ ego dixi in dicto ſing. meo 276. incip. parum &c. & Barba. in conſi. 74. incipi. ſcripſit &c. in fi. col. in 4. volũ. & Laſ. in l. ſi is qui pro emptore. in 20. colum. de vſucap & Laſ. omninò in l. ſciendum. in 3. & 4. colum. ff. qui ſatisda. cog. vbi adducit plura not. dicta in hac materia. & in l. ſed ſi hac. in §. prætor ait. in 1. colũ. ff de in ius voc. Vlterius quæri poteſt: ſtatutum punit vulnerantem: modo pone quod in fugaui te, ex qua in fugatione tu cecidiſti in terrã, & ex hoc te ipſum vulnerasti an † hoc caſu debeam puniri pœna ſtatuti? in quo dicas, quòd non debeo puniri tanquàm vulnerans, ſed ſolum vt faciens fieri vulnus. ita dixit Bart. in l. ſi gemina arbor. in 2. colum. ff. arb fur. cæſ. ad quod etiam vide in ſimili Bald. in l. de pecorib. C. ad leg. Aquil. & in l. 3. ff. de iureiur. in § 1. & Bald. in l. qua actione. in §. Celſus. ff. ad leg. Aquil. & in l. ſi de interpretatiõe ff. de leg. & Bal. in l. 1. in 4. col. C. ſi ſeruus extero. Et vide etiã Bald. in l. 1. quod prætor. ff ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi ex. vbi dicit, quòd ſi ſtatutum punit vulnerantem, aut percutientem, debet intelligi de percutiente † dolosè. pro quo faciunt quæ dixi in l. de minore. in princ. in 6. colum. verſi. & quoties ſtatutum &c. ff. de quæſtio. & in ſingul. meo 176. incipien. voluntas & propoſitum. & in l. 1. C. de ſica. Vlterius quæri poteſt de notabili quæſtione, videlicet. quidã fuit accuſatus vel inquiſitus de vulnere, aut percuſſione cum ſanguinis effuſione, vel cum alia qualitate, quæ auget pœnam delicti, & probata fuit percuſſio, ſed non qualitas. an debeat inquiſitus, vel accuſatus abſolui? † dicas quòd ſic ita cõcludit Pau. de Caſt. in l. duob. in §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiur. de quo etiam per Bar. in l. denuntiaſſe. in § quid tamen. ff. de adul. & in l. is qui reus. in ver. venio ad quæſtio. ff. de pub. iudi. & in cõſi. ſuo inci. accuſatio &c. & p Bal. in l. 1.

9

10

11

in

in 2.col.C.qui accusa. non poss. & in l.1.in pen. colũ.'C. de condi.indebi.& in l.is qui.ff.quemadmodum seruit. amitt.& idem Bald. in l.contra negantem. in 2. colum. C.ad leg. Aquil.& in l.edita.in 20 colum. versi. circa sextam.C.de eden.Bald. in l.bonæ.in §.aliquando.ff.de ædil.edict.Bald.in l.& si seuerior.in penul.col. C. de his qui not.infa.Bald·in c.olim.in prin.de rescrip.Bald.in c.significasti.de appel.Bald.in c.significante.co.tit.Bal. in c.præterea.de test.cog. Saly.in l.2. C.ad leg.Iul. de vi publi.Lud.Ro.in l.Titia.in 12.col.ff.solu.matrim.Abb. in c.dudum.in 17. colũ. de elect. & in c.examinata.in 3. colum.de iudi.& in c.conquestus. in 4.colum. de foro competenti.Et faciunt dicta per Ioan.And.in c.1.de homicid.in 6.in nouel.vbi dixit se semel exemisse quẽdam prælatum à pœna mortis.qui assassinauerat quendã hominem Christianum,secũdum tenorem inquisitionis, & non fuit probata illa qualitas, quòd homo ille assassinatus fuisset Christianus.secundum quod requirit ille tex.in d.c.1.de homicid. & per hoc fuit liberatus prælatus ille à pœna mortis,licet contra eum fuerit probatum assassinamentum.ita refert Ioã.And.in d.c.1.quam doctrinam refert & sequitur Bald.in l. si quis non dicã rapere.in 3.colum.C.de episco.& cle.& Petr.de Ancha. in consilio suo 272.incipien.de titulis criminum. in 1. colum.in fi.& Ludo.Roma.in consilio 144.incipiẽ.inquisitio præsens &c.circa prin. & do. Alexã.in consilio suo 3.incip.in causa,& lite vertente,in 4.col. in prin.in 2.volum.& in cons.223.incip.viso processu,in 3.char.in 2.colum.& in consi.171.incip.visis & opportune &c. in 2.colum.in 2.volum.& in consi. 306.incip. viso processu in 6.colum.& in consi.385.incip. visis & optime discussis in 2.colum.in quibus omnibus locis ipse Alexã. refert & sequitur illam doctrinam Ioan. And.in d.c.1. de homicid.in 6.in nouell. & illam etiam refert, & sequitur do.Felyn.in c.auditis.in penul.col.de præscript. & in c.ita quorundam.circa prin.de Iudæ. Pro quo etiã facit dictum Pau.de Castr. in l.si communem.in §.1.ff. quemadmodum seruit.amit. vbi dixit, quòd si inquisitio,

sitio, vel accusatio sit contra aliquem de crimine, tan-
quàm commissum sit † tali tempore, vel loco: & pro- 12
batur de alio tempore, vel loco, quòd debet sequi abso-
lutio, licèt sit plene probatum crimen. Et facit etiam di-
ctum Bart. in l. pen. C. de priuil. do. Aug. lib. 11. vbi dixit,
quòd si statutũ punit delictum in strata, & inquisitio di-
cat delictum esse cõmissum in via, † quòd inquisitus 13
non poterit puniri. Et facit dictũ Bald. in l. ob hæc ver-
ba. ff. de his qui not. infa. vbi dixit, quòd si quis inquisi-
tus est, quòd mandauit delictum committi, & probatũ
est quòd instigauit, vt delictum committeretur, quòd
non poterit condemnari: quia nõ est probatum specia-
liter illud, quid in inquisitione continetur: quod dictũ
refert & sequitur do. Alex. in d. consi. suo 223. Et facit
not. dictũ Io. And. in c. auditis. de præscrip. quem refert
& sequitur Alex. in consi. suo 33. incip. viso themate. in
2. col. in 2. vol. vbi dixit, quòd si conductor equi ad ve-
cturam dicit equum conductũ mortuum esse in via, seu
in itinere diuino iudicio, † & probat equum, quẽ ipse 14
equitauit in itinere mortuum esse diuino iudicio, quòd
per talem probationem non erit liberatus à solutione
equi: quia erat necesse probare de idẽtitate mortis equi
accõmodati, seu locati, & cõducti ad vecturam. Itẽ facit
etiam ad prædicta: nam si aliquis accusat aliquem, quòd
interfecit Titium, & postea probat † quòd hoc fecit per 15
alium, accusans ipse succumbet, & processus erit nullus.
ita sing. dixit Ioan. Mona. in regula, qui per aliũ. de reg.
iur. in 6. de quo dicto facit festũ Bald. in c. 1. §. iniuria. in
vlt. col. ver. pone, accuso te &c. de pa. iur. fir. & do. Fely.
in c. mulieres. in pe. col. de sent. excommuni. & facit etiã
no. verbũ Ang. in l. prætor. in §. docere. ff. vi bon. rap. vbi
dixit, q̃ si facta est accusatio de vulnere cum cicatrice, &
probatum sit vulnus simpliciter, quòd accusator succũ-
bet. Et faciunt optimè quæ ego dixi in singu. meo 187.
incip. qualitas apposita &c. & quæ latius etiam dixi in
l. si quis ne quæstio. in 26. & 27. col. ff. de quæstio. & vide
etiam vltra dicta in dictis locis Bart. in simili. in l. nõ so-
lum. in §. sed vt probari. ff. de ope. no. nun. & in con. suo

337

incip. viſo proceſſu facto &c. & Bart. in l. libellorũ. in 4. col. ff. de accuſa. Bart. & Bald. in l eum actũ. ff. de nego. geſt. Bald. in l. matrẽ. C. de proba. & in l. fin. C. an ſeruus ex ſuo facto. & Bald. in l. de rebus. C. de donation. antẽ nupt. & idẽ in c. cum cõtingat. in fin. de offic. deleg. & Bart. in l. 1. ff. ne quid in loco publico. Modò vlterius quæro de notabili & quotidiana quæſtione, videlicet, ſi vulneratꝰ poſt vulnus illatũ ex interuallo moriatur an
16 in dubio † præſumatur mortuus ex dicto vulnere? in quo Bart. in l. fi. ff. de ſica. dicit, quòd gloſſ. in l. 1. C. de emen. ſeruo. videtur dicere, quòd in dubio ſi ipſe vulneratus ſurrexit, & ambulauit poſt triduum: quòd non videtur deceſſiſſe ex vulnere, & dicit quòd de hoc eſt tex. in c. 2. de cleri. percuſſ. poſtea dicit ipſe Bart. quod dici poteſt, quòd ex diuturnitate temporis nõ præſumitur deceſſiſſe ex vulnere: & dicit quòd iſta poſſent eſſe vera in dubio, ſed in caſu certo ſtaremus certo. Et ſubdit poſtea ipſe Bart. quod in hoc, & in cõtemplatione percuſſionum eſſet recurrendum ad iudicium medicorũ, vt in l. ſi ſemel. C. de re milit. lib. 12. & in l. 1. ff. de ven. inſpic. & in l. comparationes. C. de fide inſtrum. & dicit quòd de hoc eſt caſus expreſſus in c. ſignificaſti. el 2. de homicid. Poſtea dicit quòd ſi plures medici non reperirẽtur, quòd tunc ſtaretur dicto vnius tantum, vt in authen. de non alie. in §. quod autem. ita finaliter reſidet Bart. in in d. l. fi. Ego autem ſuperius dictis per Bar. addo aliqua: & primo dico quòd illam glo. in d. l. 1. C. de emẽ. fer. ibi approbant & ſequuntur doct. & eam refert & ſequitur Ioan. de Ana. in c. presbyterum. in 2. colũ. de homicd & Ang. de Are. in tract. maleficiorum in verbo, & dictus Titius ex interuallo ex dictis vulneribus mortuus fuit, & eſt in prin. in verſi. ex interuallo &c. & Ioan. de Ana. poſt alios in c. 2. in antepe. col. de cle. percuſſ. & Bald. in repertorio ſuo in ver. vulneratus. in 2. verſi. & Barb. in conſi. ſuo incip. à Ioue principium. & Cepol. in conſilio ſuo 41. inci. licet. in 5. col. & Ang. in l. quòd ſi nolit. in §. qui mancipium. ff. de ædil. edict. & Petr. de Ancha. in conſi. ſuo 184. incip. iure ſtricto &c. & Bald. in l. 1. in 3. colum.

col. C. de ædi. actio. & Lud. Ro. in l. in illa. 28. colũ. ff. de verb. oblig. Attamen potest dubitari de illa glo. eo quia tex. in c. continebatur. de homici. dicit, quòd vbi vulneratus moritur etiam post octo dies, quod præsumitur mortuus ex vulnere. & dicit tex. in d. c. 2. de cler. percuss. quod vulneratus moriens post octo menses à die illati vulneris, non præsumitur mortuus ex causa vulneris: sed secus si ante octo menses moriatur, quia tunc præsumitur mortuus ex vulnere. Quid ergo dicendum? Mihi videtur quòd Abb. in d. c. 2. de cler. percuss. rectè loquatur in hac materia: nam dicit, quòd etiam si vulneratus moriatur post octo menses, dummodo nunquàm reconualuerit à die illati vulneris, sed semper processit de malo in peius: quod tunc præsumitur omnino mortuus ex causa vulneris sibi illati. & sic non vult Abbas quòd habeatur respectus ad spacium temporis, sed ad bonam, vel malam valetudinem subsecutã in personam dicti vulnerati. Et ideo mihi videtur concludendum, quòd si vulneratus semper processit de malo in peius, & finaliter moriatur, non attento temporis spacio, quòd dicatur semper mortuus ex vulnere. Ex quo resultat quod glo. in d. l. 1. C. de emen. seruo. est vera, cũ ea appareat quod vulneratus non processit de malo in peius: quia si processit de malo in peius, non surrexisset post triduum ambulando cum baculo: & ideo si postea decessit, nõ præsumitur mortuus ex vulnere, sed ex aliqua alia causa, & ideo tunc vulnerans non tenetur de occiso. Et p illo dicto Abb. in d. c. 2. de cle. percusso. facit quod voluit Bald. in c. 2. in vlt. colum. de pact. in versic. pone statuto cauetur &c. vbi dicit: pone quod statuto cauetur, quòd laborantes in extremis non possint contrahere sine consensu propinquorum. nunquid dicetur in extremis laborare ille qui post contractum vixit multis annis? & respondet & dicit, quòd omnis qui ex illa infirmitate decedit absque sano interuallo, dicitur laborare in extremis. ad quod allegat tex. quem dicit esse vnicum in iure. in l. alumnæ. ff. de adi. leg. Et vide etiã ad prædicta Ioan. de Ana. in d. c. presbyterũ. in 4. col. in

338

princ.de homic.& Bart.& Bald.in l.ait lex.ff.ad leg. Aq-
17 quil.& Bald.in c.1.in 6.col.qui mod.feu.amit. †vbi dicit difficile esse probare vulneratum non esse mortuũ ex vulnere,& ideo dicit, quòd si medici sunt diuersi, & cõtrarij quòd debet iudicari contra vulnerantem.quod dictum refert & sequitur do. Fely. in c. presbyterum.in 1.col.in fi.de homi. & do.Catal.in tract.synd. in versic. 287.incip.adde quòd quando &c.pro quo mihi videtur tex.in c.significasti.el 2.in §.fin.de homi.quod dictum etiam refert,& sequitur Cepo.in consi.suo 62.incip.magnifice &c.in vlt. col. de quo etiã dixi ego in sing.meo 218.incip.regulam habemus. Sed istud dictum videtur mihi valde dubium, eo quia est de directo cõtra illam regulam vulgatam,videlicet, quòd in dubijs & obscuris semper debemus inclinare in mitiorem partem: vt in l.semper in obscuris.ff.de reg. iur. & in l.factũ cuiq;. §.fi.eo.tit.& in regula,in pœnis. de reg.iu.in 6. & in c. eos.verò.1.dist.& in l.merito.ff.pro socio.& in l.Arrianus.ff.de act.& obliga.cum simi. de quo latissime vltra omnes locutus sum in repe.mea.l.fi. C. de proba.in 50. char.cum seq.vbi plures doctrinas cumulaui ad hoc ꝓpositum.Item videtur dubium propter doctrinam Ludo.Rom.in l.1.§.fi.in 3.col.ff.de verb.oblig.quem vide. Item etiam reddi‌tur valde dubia illa doctrina Bald. in d.c.1.de quibus cau.feud.amit. eo quia contrarium tenuit ipse Baldus in consil. suo 195. incipien. an vulnus &c.in 1.volum.in duobus locis illius consilij.& Rapha. Cum.in consi.134.incip.visis.in 2.col.ante med.& Soci. in consi.178.incip.primo aspectu.in 3.colum.de quo etiam dixi supra,in §.secunda quæstio.nu.67.quæ opinio magis videtur sequenda, cùm magis adhæreat dictæ regulæ l.semper in obscuris. de quo etiam dixi in l.1.in 9. & 10.chart.C.de ficarijs.

Vlterius quæro: pone quòd vulneratus est Titius aliquo vulnere, quod vulnus poterat se habere ad vitam,
18 & ad mortem,& †vulneratus noluit habere medicum: an tali casu si moriatur vulneratus, vulnerans teneatur de occiso(in quo videtur dicendum quòd sic. per textũ in l.

in l. nihil interest. ff. de sicarijs. cũ simil. vbi probatur regula illa, videlicet, quòd qui causam damni dat, damnũ dedisse videtur: nam in dicto casu, si nõ fuisset sibi illatum tale vulnus, nõ fuisset mortuus. cùm ergo secuta sit mors, necesse est dicere, quòd vulnerans tanquàm dans causam morti, teneatur de morte secuta. Sed dicas contrarium esse verius, videlicet, quòd tali casu vulnerãs nõ tenebitur de morte. quia cõstat quòd vulneratus sua culpa decessit. ita no. dixit Bald. in l. si ab hostib. in §. si vir. per glo ibi. ff. soluto matr. quod dictũ ibi summe notat Paul. de Cast. & do. Alex. qui dicit, cp idẽ tenuit Tãcr. in cõpendiosa sua. in 2. rubr. in 11. q. & Bal. in l. qui occidit. in §. fi. ff. ad legẽ Aquil. & in c. 1. quib. mo. feu. amitt. & volũt doct. in c. 2. de cleri. percuss. pro qua parte facit etiã secundũ eum tex. in l. huic scripturæ. in §. 1. & in l item Mela. in §. Celsus. ff. ad legem Aquil. & illud dictũ Bald. etiam exclamat Ioan. de Imol. in d. §. si vir. vbi dicit hoc esse valde quotidianũ, quo dictum etiã magni facit do. Fely. in c. presbyterum. in 1. col. de homicid. Et idem etiam dicas esse, & locum habere, si ipse vulneratus habuit medicum imperitum, vel si inordinatè vixit † comedendo res sibi nocituras, vel si noluit obedire medico, secundũ do. Felyn. in d. c. presbyterũ. vbi subdit, vt dixi, idẽ esse, si ipse vulneratus inordinatè vixit post vulnus, vtputa, quia concubuit cum vxore, vel cum alia fœmina. ad quod allegat Bal. in d. l. qui occidit. & ibi do. Flo. Et adducit etiam Bal. in l. si non simpliciter, in 4. colũ. C. de ædil. acti. vbi dixit, †quòd vitium medici, vel malitia medicinæ excusat vulnerantem. Et adducit etiam Ang. in l. quòd si nolit. in §. si mancipiũ. ff. de ædil. ędic. vbi dicit, quòd si vulnus potest se habere ad vitam, & ad mortem: tunc si vocatur medicus imperitus, & moriatur percussus, non imputetur vulneranti. & ideo Bart. in d. l. si ab hostibus. exclamat contra vocantem medicum imperitũ, qui nescit vnã literam, vt multi modernis tẽporibus reperiuntur, qui etiã nescirent curare vnam bestiam infirmam. Et facit etiam quod voluit Bal. in addi. Spec. super rubr. de homicid. vbi dicit, quod si constat de

339

inordinata vita infirmi, mors superueniens sibi imputabitur & non vulneranti. Pro quibus faciũt dicta per do. Flo. latè in l. ait lex. §. 1. ff. ad legem Aquil. vbi loquitur de non obediente medico. Adducit etiam Ioan. de Plat. in l. nec semel. C. de re militari. lib. 10. vbi dixit, ꝙ si post relationẽ medicorũ referentiũ, quòd vulnus nõ sit mortale, vulneratus moriatur, ꝙ præsumitur mortuus ex mala custodia: & ideo dici potest quod in prædictis casibus ille, qui dedit causam morti, tamen non videtur dedisse mortem, adeo quod puniatur de ipsa morte: & sic contra dictam regulam, videlicet, quod qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, quę regula nõ est ita generaliter & indistinctè intelligenda, sed debet intelligi, quando causa de per se fuit apta naturaliter ad inferendum damnum, secus si non de per se fuit apta ad damnum inferendum, sed ipse damnum passus produxit causam ad effectum, seu ad ipsum damnum, vt in dictis exemplis, & doctrinis. Et vltra do. Feli. in d. c. presbyterum, quando vulneratus mortuus est ex ino-
21 bedientia, vel ex imperitia medici. & quãdo febris † superuenit non mortiferè vulnerato, an vulnerans teneatur de occiso? vide de istis & similibus casibus do. Fely. in c. inter fecisti. l. 2. in 1. colum. de homicid. & do. Bartholo. Cepol. in consil. suo 62. incip. magnifice, ac generose &c. per totum consilium. & Albe. de Rosa. in 2. parte stat. in quæst. 36. incip. item quid si aliquis. & Socin. in consilio 178. incipien. primo aspectu. & Bald. in consilio 195. incipien. an vulnus. in 1. volum. & Raph. Cuma. in consilio suo 134 incipien. visis denuntiat. &c. & Alexan. in consilio suo nondum impresso. incip. & vt oportet &c. Item teneas etiam menti vnum aliud, videlicet, quòd si vulneratus facit se medicari per incãta-
22 tiones, quòd dicitur in culpa, adeo quod vulnerans †nõ tenetur de morte, secundum Socin. in consilio suo 128. incip. primo aspectu &c. in vlt. colu. Pro quo facit tex. in l. 1. §. sed si obstetrices. ff. de varijs & extraordinarijs cognit. & voluit etiam Ioan. de Ana. in rubr. extra de ma-
23 gist. † vbi dicit, quòd incãtator nõ dicitur medicus. Scias etiam

etiã quòd si vulneratus moriẽs dicat se mori culpa me
dici, † tamẽ per hoc nõ iuuat percussorẽ, si aliter hoc nõ 24
appareat. ita no. dixit Pet. de Anch. in c. fi. extra de suc.
cess. ab intesta. quòd dictum refert, & sequitur do. Fely.
in c. literas. in quen. col. de præsumptio. de quo dicto feci
mentionẽ in sing. meo 22. incip. confessio offensi. Vlte-
rius scias, quòd quandoque ex sola percussione quis pu
nitur pœna mortis: † puta si quis percutiat imaginẽ, aut 25
tabulam, in qua sit imago Dei, vel beatissimæ virginis
Mariæ, vel Sanctorũ. ita not. dixit Ange. in l. ex senatus.
ff. de sica. & est bonus tex. in c. 2. §. fi. de offic. ord. lib 6.
Item vltra prædicta dubitatur, an cõtra vulnerantẽ mor
tifere, † possit ante mortẽ agi de occiso: & sic an iura lo 26
quẽtia in occidẽte, habeãt locũ in mortaliter vulnerãte?
in qua quæst. videtur iura pro vtraq; parte. Et primo q̃
non habeant locum in vulnerante mortaliter, videtur
tex. in l. item. Mela. §. Celsus. ff. ad legem Aquil. & in l.
huic scripturæ. eod. tit. in quibus iuribus dicitur, quòd si
quis mortiferè aliquem vulnerauit, & postea alius su-
peruenit, & illum taliter mortaliter vulneratum in to-
tum occidit, & exanimet, quòd non primus mortaliter
vulnerans, sed secundus exanimans illum tenetur de oc-
ciso. & hoc etiam firmat Bal. per illa iura in l. ita vulne-
ratus eo. titu. ad legem Aquil. vbi subdit, quòd quidam
aduocatus vulnerantis dedit consilium primo vulnerã-
ti, quòd faceret per alium totum exanimare vulneratũ
mortifere. eo quia postea ipse non tenebitur, nisi de vul
nere. Et dicit Baldus, quòd dignum præmium dicti ad-
uocati fuisset vnus laqueus, & hoc dictum Bald. refert,
& sequitur do. Fely. in c. de cætero. de homicid. Et hanc
partẽ per illũ tex. firmat Lud. Rom. in sing. suo 256. inc.
quidam fuit vulneratus &c. vbi refert quòd ex hoc di-
cto lucratus fuit alias vnam cappam de serico. Et hanc
partem etiam per illum tex. firmat do. Frãcis. de Cre. in
not. suo 55. incip. quidam malus aduocatus &c. de quo
etiam dixi in l. 1. in prin. in versicu. 15. limita &c. ff. de si-
ca. de quo etiam per Ioan. de Ana. in c. significasti. el 2.
in 4. colum. de homicid. Et pro hac parte etiam facit,

350

quia non est mortuus, qui adhuc viuit, vt habetur in l. qui duos. ff. de manu. test. Itē quòd habetur pro mortuo mortaliter vulneratus, quædam fictio, quæ non habent
27 locum † in statutis, vt habetur per Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleri. & ibi per alios. & in authen. sed nouo iure. C. de seruis fugiti. & in l. damni. in §. Sabini. ff. de dāno infecto. & in l. si is qui Stichū. ff. de confess. & ita etiam dixit Bald. in c. 1. in princi. quib. causis feud. amitt. Item pro hac parte faciunt etiam dicta per Bald. in c. 1. in §. iniuria. in pen. colum. de pa. iur.
28 fir. vbi dixit, quòd vulnerans mortaliter † nō potest statim puniri de homicidio, licet certum sit vulneratū euadere non posse: posito quòd statutum dicat, quòd occidens occidatur. & alleg. rationem Bal. dicens, quòd donec anima est in corpore, non est quis mortuus, licet sit mortifere vulneratus, vt in l. in hac. ff. de tritica. & dicit quod ita tenuit Bal. in l. damni. in §. Sabini. ff. de damn. infecto. Item pro hac parte facit etiā quod voluit Bal. in l. 1. ff. de origine iuris. & in l. sed & milites. §. plane. ff. de excusat. tutorum. quem refert, & sequitur do. Alex. in d. §. Sabini. vbi dixit, q̄ si ex forma statuti, vel alicuius cōstitutionis, Potestas tenetur cognoscere de delictis suo tempore commissis. quod si aliquis tempore vnius Potestatis fuit mortaliter vulneratus, & tempore successoris sui fuerit mortuus: quod cognitio talis delicti spectabit ad successorem Potestatis, cuius tempore ille vulneratus mortuus est. Pro quibus faciunt dicta per Bald. in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. Ex quibus omnibus videtur cōcludendum in quæstione prædicta, quod iura loquentia de occidente, non habeant locū in mortaliter vulnerante. Sed contrariā partē firmat Bal. in l. 1. C. de nundinis. vbi dicit, quod statutū loquens de occidēte, habeat locū in mortifere vulnerante. & idē voluit Bal. in c. 1. in prin. quib. causis feud. amitt. vbi dixit,
29 q̄ mortuus, & ad mortem vulneratus æquiparantur, † licet non in omnib. & ibi ponit exemplum. Pro quo facit gl. Insti. de lege Fusia Cani. in verbo morientib. Et facit etiā regula illa, videlicet, qui de proximo est cingēdus,

habe-

habetur pro cincto. de qua regula habetur in l. penulti. ff. de testa. mili. & in l. item legato. ff. de lega. 3. & in l. si quis cum sciret. ff. de vsucap. pro emp. & in §. fin. in authen. vt exa. instan. do. de qua regula plura dixi in sing. meo 106. inc. qui de proximo &c. Et faciũt etiam dicta per dom. Floria. in l. ait lex. in 1. & 2. col. ff. ad legem Aquil. vbi dicit: statuto cauetur quòd pro vulnere puniatur quis pœna centum, pro morte autem pœna mille: si pro inculpato de vulnere mortifero aliquis fideiubet, & promittit pro eo de iudicio sisti, & de iudicato soluẽdo: & postea ex illo vulnere mors sequatur, fideiussor tenebitur soluere pœnã mille, quæ pro morte imponitur. Et faciunt etiam alia ibi dicta per eum. & etiam in d. l. si vulnerato. Et idem tenet Speculat. in titu. de fideiuss. §. primo. versicul. sed pene, R. vulneratus à P. vbi dixit † quòd fideiubens in casu vulneris, tenetur de morte secuta ex vulnere, quando pœna est pecuniaria, & mouetur dicens, quòd occisus videtur, qui est mortaliter vulneratus, eo quia quæ incontinenti fiunt videntur inesse. alleg. in arg. c officij. de elec. & l. penul. de testam. mili. & l. si quis pro. §. 1. de fideiuss. & l. fi. C. quorum lega. & c. 2. de cle. percus. quod dicit ipse Spec. solum procedere, vbi vulnus est mortale: sed secus est quando vulnus non esset mortale secundum eum ad quod alleg. l. qui occidit. in §. fi. ad legem Aquil. de qua materia vide Flo. in l. ait lex. ff. ad legem Aquil. Item pro prædictis etiam facit: nam pax facta de vulnere † extenditur ad mortem subsecutã, quando vulnus erat mortale: quia mortifere vulneratus habetur pro mortuo. Ita dixit Specul. in titu. de accusato. in 1. parte in §. viso in versic. sed pone A. accusauit B. de quo etiã per dom. Floria. & alios in l. si vulnerato. ff. ad legem Aquil. & per Bald. in l. transigere. C. de transac. & in addit. Spec. in titu. de accusa. in prima colum. versi. pax facta &c. cum tribus versi. ibi sequen. de quo etiam dixi supra in dicto. §. sequitur. num. 22. Et facit etiam: nam mortifere vulneratus semper dicitur esse in articulo mortis, cum qualibet hora, & quolibet momento ex-

341

pectet mortem, vt docet experientia rerum magistra. Sed constitutus in articulo mortis habetur pro mortuo secundū Barto. in auth. dos data. C. de dona. ante nup. quod etiā sentit idem Bal. in l. cū non solū. in fin. princ. C. de bo. quæ liber. vbi dixit, quòd existens in articulo mortis, neque omnino † viuit, neque omnino mortuus est. ergo idem est dicendum de mortifere vulnerato, quod de iam mortuo. Ex quibus videtur concludendū in quæstione prædicta, quòd iura loquentia in occidente, habeant locum in mortaliter vulnerante. Quid ergo dicendum? Mihi certè magis placet prima opi. scilicet, quòd iura loquentia in occidente, non habeant locum in mortaliter vulnerante: nam quod mortifere vulneratus habeatur pro mortuo, istud procedit per quandā
33 fictionem, non autem proprie, † quæ fictio non cadit in statutis, maxime pœnalibus, vt volunt doc. in auth. sed nouo iure. C de ser. fugit. & in l. quicquid astringēdæ. ff. de verbor. obligat. & voluit Bartol. in l. hæres. ff. de acquiren. hære. & in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. ge, & Bald. in l. meminimus. C. de leg. hær. & in addit. Specula. in titu. de accusatore. in 1. parte. in 2. colum. in ver sicul. sed statuta terrarum &c. vbi etiam dicit, quòd fictio non habet locum in consuetudinibus terrarum. de quo etiam per Abb in consilio suo 72. incip. in hac causa &c. & hoc maxime procedit in statutis pœnalibus, secundum Bald in l. 1. in princ. C. qui testam. facere pos. Pro quo facit: nam statutum loquens in contractu, non
34 habet locum in quasi contractu, † secundum Bartol. in l. apud Iulianum. ff. ex quib. cau. in poss eatur. & in l. minor. ff. de acq. hær. ita econtra. statutum loquens de quasi contractu, non habet locum in contractu vero, vt volunt doc. in c. decet. de immu. eccle. in 6. & Abb. in d. consil. 72. incipien. in hac causa. in 2. colum. vbi etiam ad prædicta allegat Bartol. in l. non dubium. C. de legi. & Ioan. Andr. in regula, pro possessore. de regulis iuris. in 6. in mercu. & in c. statutum. de elect. lib. 6. cum autem verba legis, & statuti intelligantur proprie, & non improprie, vt dixi: ergo verba legis, vel statuti loquentia

quentia de occidente, non habebunt locum in mortaliter vulnerante: nam ille, qui est mortifere vulneratus, non dicitur proprie mortuus: sed ille proprie dicitur mortuus, à cuius corpore anima separatur, † secundum 35
gloss. in l. verum. in §. fi. ff. pro soc. Et de prædicta quæstione an iura loquentia de occidente habeant locum in mortaliter vulnerante, si vis latius videre vide Bart. Ange. & Mod. in d. l. damni. in §. Sabini. ff. de dam. inf. Bal. in l. non quemadmodum. ff. de iudicijs. vbi dicit, q̃ non poterit puniri de occiso ante mortem, licet certũ sit illum ex tali vulnere moriturũ, & Bart. in d. l. si vulnerato. ff. ad leg. Aquil. & Bald. in l. itẽ Mela. in §. Celsus. eod. tit. & Bald. in l. huic scripturæ. §. si seruus. eod. tit. & Bal. in l. bello amissi. ff. de excu. tut. & in c. 1. in 1. col. quibus mo. feu. amit. & in c. 1. §. iniuria. in 8. col. de pa. iur fir. Et adue quòd processus factus contra vulnerantem, non † proderit, vbi agitur de occiso, vt per Bar. 36
in d. §. Sabini. & per Bal. in d. l. si vulnerato. & in d. l. nõ quemadmodũ. ff. de iudi. de quo etiam dixi supra in §. quoniam. num. 60. & in §. sequitur. nu. 23. & dixi etiam in rubr. extra de hom. Et circa hanc materiam adde etiã not. verbum, videlicet, quòd si vulnerans confitetur se occidisse, poterit pro tali confessione, secuta morte cõfitens decapitari absque alia probatione. glo. est not. & ibi Ang. in l. qui Stichum. ff. de confess. & firmat Bal. in d. §. iniuria.

Quæro etiam de alia quæstione, videlicet, quid si vulneratus ab aliquo, ab eodem mortuus fuerit, an teneatur † de vulnere, & etiam de occiso? in quo dicas, 37
quod si talis vulnerans ex interuallo occidat, quòd hoc casu de vulnere, & de occiso tenetur, secus autem si eodem impetu plura vulnera intulerit, ex quibus mortuus fuerit: quia solum de homicid. tenebitur. ita dixit Bald. per illum text. in l. illud quæsitum. §. 1. ff. ad legem Aquil. & sentit Bart. in l. nunquam plura. circa 4. col. ff. de priua. deli. & Bart. in l. quod ait lex. ff. de adul. pro q̃bus facit glo. no. in l. qui de crimine. C. de accu. q̃ dixit quod percutiens aliquem cum armis, non debet puniri de

ri de percussione, & de portatione armorum, sed solum
38 de percussione.† & idem dicit Bart. in l. quemadmodũ, in §. illud ff. ad leg. Aquil. & Bart. in l. inficiando. in §. infans. in fi ff. de fur. & Petr. Anch. in consilio suo 272. incip. de titulis &c. in pen. colum. & Bald. in l. diuortio. in fin. 2. colum ff. solut. matr. & Ange. de Aret. in tract. malefic. in verbo, fecit insultum. in 1. char. in versic. aduertas tu iudex. & ibi in addit. & in d. tracta. in verbo, admonuit. in princ. de quo etiam per Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de homi. in rubr. versi. vulgata est quæstio &c. & per Barto. in l. 4. C. ad legem Iul. de vi public. & per Alberi. de Rosa. in secunda parte statu. quæstion. 26. & quæstio. 34. & per Abb. in c. 1. de pœnis & per Gãdy. in tracta. suo maleficio. in titul. de pœnis reorum. in 19. colum. versicu. pone insuper. & ibi etiam in 14. colu. in fin. & per Bald. in lege quicunque. in prima colum. C. de ser. fugi. & per dom. Ludo. Bol. in consil. suo 8. in 6. colum. & per dom. Nellum in tractatu suo bannitorum. in 3. parte secundi temporis quæstio. 58. incip. sciendum est &c. de quo etiam dixi supra in §. pro complemento. nume. 38. Et scias circa prædictam quæstionem præcedentem, quòd si contra me vulnerantem deponit testis, & dicit quod ego insultaui, & mox vulneraui: an hoc casu debeam puniri de insultu, & de vulnere? dic q̃ de vno delicto tantum debeo puniri, propter dictionẽ
39 Mox,† quæ exponitur, scilicet, Incontinenti. ita voluit Bald. Ioan. de Imol. & Ludoui. Roma. in l. diuortio. in princ ff. solut. matrim. & Imol. in l. quoties. §. si quis ita. ff. de hære. Instit. & Bald. in l. aduersus. C. de fur. & in authen. sed nouo iure. in 3. colum. C. de seruis fugiti. & Raph. in l. fructus. ff. solut. matrim. Istud tamen limita nõ procedere, si testis dixisset: primo insultauit, mox vulnerauit: quia tunc veniret puniendus de duobus delictis. ita dixit Bald. in d. l. quoties. in §. si quis ita. ff. de hæred. instit. Secũdo limita, nisi esset diuersa pœna insultus, à pœna vulneris: quia tunc vnum per aliud non confunditur. ita dixit Bart. in l. nunquam plura. in 4. colum. versicul. secundo pone. ff. de priua. delict. & Bal.

in

in d.l.cum ancillis.in 3.col.C.de inceſt.nup.Et de illa dictione Mox, vide pleniſſime per dom.Alber.Cataneum Bono.alias præceptorem meum in ſuo no.tract.violentiæ,in verbo,ex interuallo.vbi plura no.ponit circa illã dictionem Mox,&c.

Vlterius etiam dubitari poteſt,nunquid de qualitate † vulneris poſſit eſſe rogatus notarius,& de hoc confi- 40
cere inſtrumentũ:in quo dicas quod nõ, niſi notarius, vel officialis ad hoc deputatus.ita dixit Bald.in rubr.C. de fide inſtrum.in 7.col.licet videatur aliter loqui Bar. in auth.ſi quis in aliquo in 2.col.ver. hic aduerte. C.de eden.Sed iſta quæſtio depẽdet ab illo dubio, videlicet, vtrũ delictũ poſſit probari per inſtrumentũ : † de quo 41
per Bar.in l.ſenatus.ff.ad Turpillia.& per Bal.in l.fi.in 3.col.C.de probat.& in l.cõtra negantẽ.C.ad leg.Aqui. in l.obſeruare.C.quorũ ap.nõ recipiun. & Bal.in c. cũ in eccleſijs.de maio. & obe.& Ang.in l.diuus.in prin.de cuſtod.reo.&Abb.in c.tertio loco.in 5.col.de proba.per glo.in c.fi.de iureiur.in 6.per Barto. in l.nõ intelligitur in §.tacita.ff.de iure fiſci.glo.in c.2.de verb.ſignif.in 6. Ioã.Andr.in regula,ſemel malus.de regu.iur.in mercu. Tãcre.de Corneto in cõpendioſa ſua.in 1.quæſt.& facit tex.& glo.ſecundũ Ioan.de Imo.ibi in c.1. vt eccleſ. benefi.in 1.col.& vide Lud.Rom. in cõſil. 349. inc. dum quæritur &c.vbi dicit,quòd crimen excommunicationis poteſt probari per inſtrumentum.& vide quæ latius dixi circa hoc in repet.mea.l.fi.in 58.char.C.de prob. Et per iſta pro nũc ſit expedita materia vulnerũ,& vulneratorum.aliqua alia dixi in tract.meo bãnitorum in pleriſque locis &c.

SVMMARIVM.

1 Incarceratus regulariter eſt fideiuſſoribus relaxãdus,& in quibus caſibus fallat.nu. 2.3.4.5.6.7.8.

9 Conſuetudo q̃ valeat fideiuſſio,vbi agitur de pœna vitę,vel membrorũ mutilatione,an abrogãda.

10 Iudex fideiuſſores minus idoneos prõ capto acceptans,an poſſit reum iterum capere.

11 Reus fideiuſſoribus relaxandus,an datis pignoribus

bus ſolis veniat relaxandus. Et quid ſi iudex noluerit acceptare. nu. 12. 17.

13 Incarceratus indebitè ſtatim relaxandus, non expectata alia interlocutoria. Et an æquiparatur iudicis autoritas. nu. 18.

14 Incarceratus de proximo relaxandus, non detinẽdus ſub arcta cuſtodia. Et quid de ſenibus & infirmis. num. 15.

16 Incarceratus quãdo ſine fideiuſſoribus relaxãdus.

19 Incarceratus omni die dicitur grauari, ideo tanquã à nouo grauamine poteſt omni die appellare.

20 Incarceratus an poſſit citari.
Et an poſſit contrahere. nu. 22. 23.

21 Accuſatus de crimine capitali, quando poſſit per procuratorem comparere.

24 Incarceratus an dicatur, qui habet cuſtodes ne aufugiat. nu. 26.

25 Libertatem reſtituere qui tenetur, ab obligatione qualiter liberetur.

27 Actus à carcerato factus an dicatur coactus.

28 Carcer eſt ſpecies torturæ.

29 Confeſſio vt dicatur metu tormentorum facta, an ſufficiat probaſſe detentionem, licet aliter non probetur tortura.

30 Pœna perpetui carceris æquiparatur morti.

31 Carceratus poteſt iuſtum metum allegare.

32 Incarceratus pro vna cauſa, an poſſit pro alia recommendari. Et quid de delicto. nu. 33.

34 Incarceratus indebite an poſſit pro iuſta cauſa recommendari.

35 Recommendatio carcerati an poſſit fieri die feriata.

36 Fugiens de carcere aut fractor illius qua pœna puniatur. nu. 37. 38.

39 Iudici non obſtante appellatione exequenti ſententiam capitalem, an poſſit de facto reſiſti.

40 Captus iniuſte ſi aliter non poſſit euadere, an debeat cuſtodes occidere.

41 Cle-

41 Clerici an possint iniuste condemnatum à morte de facto eripere.
42 Captus iniuste si non frangit carceres, cum possit capite punitur.
43 Carceratus iniuste quando quis dicatur.
44 Carceratus aufugiens de carcere habetur pro confesso. Et in quo fallat. nu. 45. 52.
46 Carceratus an aufugiat periculo Potestatis. Et quid si nulla sit captura num. 47.
48 Pœna promittentis repræsentare carceratũ quid requirat.
49 Captum iniuste à manibus familiæ eximens, an puniatur.
50 Accusans volentem frangere carceres, an cõsequi debeat liberationem.
51 Mortuus in carcere cuius culpa præsumatur mortuus.
53 Creditor qui debitorem capere fecit an possit petere tenutam bonorum.
54 Carcer non soluit debitum, sed bursa.
55 Captura rei principalis an liberet fideiussorem.
56 Debitor priusquã capiatur quid necessariũ. nu. 57.
58 Sequestratio bonorũ in bonis alicuius, an possit fieri, quãdo offertur satisdatio de iudicio sisti. &c.
59 Captura, quæ potest fieri contra debitorem principalem, an possit fieri contra eius hæredem.
60 Hæres adiens hæreditatem cum beneficio inuentarij, an euitet executionem in personam suam.
61 Carcerari propter quas causas quis possit.
62 Personæ capi quæ possint.
63 Mulier pro debito ciuili, capi, an & quando possit. nu. 64. 65.
66 Meretrix carcerari potest.
67 Meretrix maritata an possit incarcerari.
69 Filiusfamilias an possit pro debito incarcerari.
70 Clericus an possit pro debito incarcerari.
71 Clericus an possit ex aliqua causa capi à laico, vt præsentetur iudici ecclesiastico.

72 Iudex

72 Iudex obligatus est visitare carceratos.
73 Custodes an teneantur de custodia, si vnus illorũ cum carcerato aufugerit.
74 Creditor quando teneatur debitorem in carceribus alere.
75 Carceratorum causa est summaria, sicut causa miserabilium personarum.
76 Carcerati dicuntur miserabiles.
Relicta carceratorũ, dicutur relicta ad pias causas.
77 Iudices capiendi potestatem qui habeant.
78 Iudex delegatus an possit facere capi aliquem.

§. ATtingam non immerito vltimo loco quotidianam, & practicabilem materiam capturæ, & carceratorũ: quoniam in agitatione causarum criminaliũ sæpe contingit homines carcerari, vt experientia docet: ideo pro communi vtilitate versantium in palatijs aliqua adducam circa dictam materiam capturæ, & carceratorũ. Et ideo scias primò & regulariter carcera
1 tus † est fideiussoribus relaxandus, secundum doct. in l. 1. ff. de custo. reo. & in l. nemo dubitat. ff. de regu. iur. de quo etiam per Ang. not. loquentẽ in l. 2. C. de exhi. reis. & in l. nemo carcerẽ. C. de exact. tribu. li. 10. & per Lud. Ro. in l. 1. qui satisf. cog. & per Ang. de Aret. in trac. malefic. in verbo, fama publica in materia capturæ. Istud tamẽ fallit in pluribus casibus, in quibus carceratus nõ relaxatur fideiussoribus. Et primo fallit in causis criminalibus, in quibus venit imponenda aliqua pœna corporalis, vel corporis afflictiua: nam tunc reus nõ relaxatur fideiussoribus, vt habetur per Bart. & alios in d. l. 1. ff. de custo. reo. & in l. 2. ff. de pub. iud. & latè per Ange. de Aret. in tract. malefi. in verbo, fama public. in versi. decimo quæro &c. cum versi, ibi sequen. & in eo. trac. in versi. pro quibus Antonius fideiussit. in prin. & in talibus etiã si reus daret mille fideiussores, nõ tamen debet relaxari, secundum Bal. in l. eos. in §. super his. C. de ap. imo si in criminalibus, vbi venit imponenda pœna cor-
2 poralis, interueniret † fideiussor, non valeret talis fideiussio,

iussio, secundū glo. singu. in c. cū homo. 33. q. 3. quam refert & seq. Ange de Aret. in dicto verbo, pro quibus Antonius fideiussit. in princ. versi. & ibi do. Aug. de Ari. in suis addit. Itē fallit etiā dicta regula in aliquibus casib⁹, etiam vbi tractatur de pœna pecuniaria, in quibus reus non est relaxādus fideiussoribus. Primus casus est quando reus à principio non voluit dare † fideiussores, sed potius voluit carcerari: sed postea in fine, quādo sentētia debet ferri, dicit se velle dare fideiussores: nam tūc nō debet audiri, nec debet fideiussoribus relaxari, non obstāte q⁹ pœna, q̄ venit imponenda, sit pecuniaria. ita singu. dixit Ang. in l. 2. C. de exhi. reis. ꝓ quo alleg. tex. not. in l. 2. ff. de custo. reo. quod dictū pro not. refert & seq. do. Aug. de Ari. in addit. suis ad Ang. Are. in trac. suo malefi. in ver. pro quibus Antonius fideiussit prima addit. Pro quibus iuriūt optime q̄ ego dixi in singul. meo 262. inc. quòd potui nolui &c. & in alio singu. meo 284 incip. tolle moras &c. & ista addere poteris his quæ dixi in d. singu. meo 272. Quibus adde text. in c. 1. in versi. quia si proclamare voluit cur tā diu tacuit &c. de frig. & malefi. & vide quæ dixi in l. patre vel marito. in 16. colum. ff. de quæstio. & Iaſ. in §. fuerat. in 5. colum. Instit. de actio. & in l. 1. in 6. colum. versi. item pro extensione. C. qui admit. & in singul. meo 281. incipien. socius &c. & dicta per Alexand. in consilio 115. incipiē. visa &c. in 1. colum. ad fin. in 7. volum. & per dom. Phil. Deci. consil. 129. in 3. colum. versic. nam quando episcopus &c. & Bald. in consil. 391. incip. proponitur quòd propter in 2. volum. & Soci. in consi. 81. incip. abunde &c. in 2. colum. versi. tertius & vltimus &c. & faciunt quæ dixi supra in §. diligenter nu. 203. Alius est casus, in quo etiam vbi venit imponenda pœna pecuniaria, reus non est relaxandus fideiussoribus: qui casus est quando ipse reus sponte confessus † est delictum, pro quo venit imponenda pœna pecuniaria: nā tunc non est fideiussoribus relaxandus. dixit Bal. in l. nullus. C. de exhi. reis. qd̄ dictum pro not. refert & sequitur do. Aug. de Ari. in addit. ad tract. Ang. de Are. super maleficiis. in verbo, pro

345

quibus Anto. fideiussit. in l. addi. & idē dixit ipse Ang. de Aret. in d. suo tract. in verbo, fama publica. in 9. char. versi. decimo quæro &c. de quo etiam dixi in l. vnius. in §. cogniturum. in 13. col. circa med. ff. de quæstio. pro quo etiam faciunt optime dicta per Angel. de Aret. in tracta. suo maleficio. in verbo, præsente Gayo, & appellante. in 4. char. versi. an autem iudex &c. & vide supra in §. postquam num. 30. Alius est etiam casus, in quo reus non est relaxandus fideiussoribus: licet pœna sit pe-
5 cuniaria, videlicet, quando est repertus † in flagrāti crimine, & cāptus est: nā tūc non est relaxādus fideiussoribus. ita dixit do. Augu. de Ari. in tract. Ang. de Aret. super maleficijs. in verbo, fama publica. in 11. cha. in addi. magna incip. Tu aūt in hac materia adde primo &c. post princ. vbi dicit, quod quando aliquis est inuentus
6 cum armis, † nō est fideiussoribus relaxandus, ad quod allegat Bald. in l. sed si is. ff. de in ius voc. sed Bal. in lib. meo hoc nō dicit. sed imo expresse dicit contrariū. forte illud dixit Bal. in lectura antiqua, quā nō vidi. Attñ p do. Augu. faciūt optime dicta per Inno. in c. vt famæ, de sentē. excō. & per Flor. in l. 4. ff. ad leg. Aquil. & p Ange. de Aret. in trac. suo malefi. in versi. fama publica. in 10. char. in ver. nono not. &c. & per do. Ant. & alios in c. cū nō ab homine. de iud. & do. Fely. in c. si vero. el 1. de sentē. excom. & per do. Alex. in l. si quis. ff. de fur. & faciūt optime dicta per Bal. in l. nullus. in fi. C. de exhib. reis. in versi. aut quis est plene cōuictus &c. & faciūt dicta per me in l. vnius. in §. cogniturū. in 15. colu. ff. de q̄sti. in quibus locis doct. loquuntur de reperto in flagranti crimine: de quo reperto in flagrāti crimine ego latius locutus sum in repetitio. mea l. vnicæ. C. de rapt. virg. num. 88. & num. 93. 94. & 95. vbi videas. Alius est etiam casus, in quo, vbi tractatur de pœna pecuniaria: reus tamen non est fideiussoribus relaxandus, qui casus est quando talis, qui petit relaxari fideiussoribus alias au-
7 fugit † de carceribus, quibus erat pro tali, vel simili causa. nam hoc casu non debet relaxari fideiussoribus, sed debet detineri in carceribus. ita not. dixit gloss. in l.

lege

lege Cornelia. ff. ad Sylla. quam ibi multum not. Ludo. Roma. & eam etiam ad hoc pro valde not. refert & sequitur Alex. in l. 1. ff. de custo. reo. in prima apostil. & do. Augu. de Ari. in addi. ad tract. Ange. de Aret. in maleficijs. in verbo, pro quibus Antonius fideiussit in 1. addit. vbi etiam dicit pro hoc bene facere quod not. Bart. & Bal. in l. 3. C. de episco. audien. & illam gloss. etiam refert & sequitur Ange. de Aret. in d. tract. in verbo, fama. pub. in 13. char. in versi. quarto notandũ. vbi not. loquitur. de quo etiam per dom. August. in addi. Pro quibus faciunt optime quæ ego dixi in sing. meo 74. incip. tu habes regulam &c. vbi posui plura circa materiam regulæ, semel malus. de regulis iuris. in 6. & in l. maritus in 6. colum. in versicu. modo quæri potest &c. ff. de quæsti. vbi similiter plura posui circa materiam dictæ regulæ, semel malus. Addo etiam quòd fortè posset dari alius casus, in quo reus non esset fideiussoribus relaxandus, etiam vbi tractatur de pœna pecuniaria, videlicet, in casu, quo reus esset captus pro crimine falsi, & pœna esset pecuniaria ex forma legis, vel statuti: nam tale crimẽ falsi est enorme, & propter eius enormitatẽ habet aliqua specialia vltra alia crimina: vt † ego dixi 8
in sing. meo 143. incip. crimen falsi &c. & habetur per do. Nell. in tract. bannitorũ. in 3. parte secũdi temporis. in quæst. 12. & quæ ego dixi in l. 1. §. si seruus. in 3. colũ. in fi. ff. de quæstio. Et scias quòd illud, quod dixi supra, quod non valet fideiussio facta pro aliquo, vbi agitur de pœna vitæ, vel mutilationis membrorum, est verũ: tamen hoc fallit, † nisi consuetudo esset in contrariũ: 9
quia tunc valet talis fideiussio. ita dixit glo. sing. d. c. cũ homo. 24. quæst. 5. quam refert & sequitur Lud. Roma. in sing. suo 128. inc. tu scis quòd in causa criminali &c. & do. Augu. de Ari. in trac. Ange. de Are. super maleficijs. in verbo, pro quibus Ant. fideiussit in 1. addit. Item scias etiam, quod si iudex maleficiorum pro capto acce
ptauit fideiussores non idoneos & captũ relaxauit, † q̃ 10
nihilominus poterit iterũ reũ capere, & facere qđ iterũ præstet fideiussores: quibus præstitis primi fideiuſ-

346

sores etiam sunt obligari. ita dixit Bal. in l. 1. in 1. col. ff. si quis in ius voc. nō ierit. quod dictū refert & sequitur do. Aug. de Ari. in addi. ad trac. Ang. de Are. super maleficijs. in verbo, fama publica. in 11. char. in addi. incip. tu autem in hac materia adde primo, quod licet &c. circa finē illius addi. Scias etiā quòd in casu, in quo reus potest relaxari fideiussoribus: poterit etiam relaxari sine fideiussoribus, dummodo ipse reus † det pignora, q̄ loco fideiussoris subrogantur, ita notanter dixit Bal. in l. 1. ff. qui satisd. cog. & voluit glo. & ibi Pau. de Castr. in l. more Romano. ff. de ferijs. Quinimo dixit Bart. in l. si vero. in §. qui pro rei qualitate. in 3. not. ff. qui satisd. cog. quòd si reus, qui debet relaxari datis fideiussoribus, vult dare pignora loco fideiussorum, & iudex non vult eum † relaxare, quòd poterit agere cōtra ipsum actione iniuriarum. quod est no. Adde etiā, q̄ carceratus pro debito, vel pro debito ciuili, debet statim relaxari, cū † cōstat eū non deliquisse vel debitorē nō esse, non expectata alia interlocutoria. ita probat tex. in l. 2. C. de exhib. reis. in fi. quem tex. ita intelligit, & ad hoc alleg. Ludo. Roma. in l. 2. in 4. col. ff. si quis in ius voc. non ierit. & Iac. But. Bar. & Bal. in l. sed etsi is. ff. de in ius voc. & Alex. in consil. suo 172. incip. in causa Anglorū, in penul. colu. in prin. in 2. volu. l. 1. ff. de custo. reo. in 2. apost. pro quo etiam allegat dicta per Bart. in l. qui vir. ff. de pœn. Et scias etiam circa hanc materiā, quòd carceratus, qui de proximo est relaxandus, non est detinēdus, † nec custodiendus sub tam magna & stricta custodia, prout antea. ita dixit glo. in l. si pecuniā, in §. si acceperit. in verbo, carcere, ff. de cōdi. ob causam. & ibi doc. & Lud. Ro. in l. in lege. ff. ad Sylla de quo etiam per Ias. in d. l. si pecuniam in d. §. sed si acceperit. Et idē dicas in sene, † & in infirmo carceratis qui non sunt ita stricte custodiendi, sicut iuuenes, & sani, secundum gloss. & docto. in l. si vt certo. in §. 1. ff. cōmoda. & scias etiam, & semper mēti habeas, quòd licet vbi tractatur de pœna corporali imponenda, non sit reus fideiussoribus relaxandus, vt iam satis supra dixi: attamen talis reus quandoq; est relaxā-

dus

dus ante ſententiam, etiam ſine fideiuſſoribus: & hoc
cuenit †quando ante ſententiam apparet ipſum omni- 16
no eſſe abſoluendum: vt quando eſt publicatus proceſ-
ceſſus: ita no. dixit Bal. in l. ſed etſi is. ff. de in ius voc. v-
bi dicit de hoc eſſe tex. in l. nullus. C. de exhiben. reis. in
ver. donec repererit &c. & ibi Bal. & idem dixit Bal. in
l. ſi quis poſt accuſationem. ff. de teſtam. pro quo eſt bo
nus tex. in l. qui pœnæ. §. 1. de manumiſ. & hoc etiam
firmat Lud. Rom. in ſing. ſuo 490. incip. accuſatus de
crimine capitali &c. quod eſt ſing. notan. in practica Nã
quando es aduocatus alicuius accuſati, vel inquiſiti de
crimine capitali: & patet ex proceſſu, quòd ipſe venit
abſoluendus & liberandus: vt quia plene probata eſt
innocentia ſua: certè hoc caſu tu potes petere à iudice, vt
dictum reum relaxet de carceribus, etiam antequam ſit
liberatus diffinitiue per ſententiam: & iudex tenetur
eũ relaxare ſecundũ Bal. in dictis locis. Et ego aliàs hoc
pluries practicaui, & obtinui in contingentia facti. Et
hãc partẽ tenuit do. Benedi. de plũbino. in d. l. qui pœnę
§. 1. ff. de manumiſ. quem refert & ſequitur Iaſ. in l. na-
turaliter in prin. in 22. col. in verſi. tu confirma conclu-
ſionem Bart. &c. ff. de acquiren. poſſ. vbi alia plura ad-
ducit pro hac doctrina. pro qua etiam faciunt quæ dixi
in ſing. meo 105. inc. qui de proximo eſt cingendus &c.
Et ſcias etiã quod quando reus eſt fideiuſſoribus relaxã-
dus, ſi iudex nõ vult eũ relaxare, † poteſt cõtra eũ agi a- 17
ctione iniuriarũ in ſyndicatu. ſecundũ Ang. de Aret. in
trac. malefi. in verbo, pro quibus Anto. fideiuſſit. verſi.
& not. quòd ſi aliquis &c. alleg. Bart. in l. ſi vero pro cõ-
demnato. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. de quo etiã dixi ſupra, in
§. pro cõplemento. nu. 32. ad quod etiam vide, quæ dixi
in repe. mea rub. ff. de fideiuſſor. in 31. queſt. Itẽ ſcias eti-
am, q; ſi aliquis fuit indebitè carceratus nõ ſeruata for-
ma ſtatutorũ, adeo q; debeat relaxari incõtinenti: debet
tñ hoc fieri autoritate iudicis, & nõ propria autoritate
† cuſtodis carcerũ, vel alterius, ſecundũ Pet. de Anch. in 18
conſil. ſuo 341. inc. viſo themate &c. in fi. & Ang. de A-
ret. in tract. malefi. in verbo, fama pub. in 14. char. verſi.

357

& aduertas tu iudex. & Ioan. de Ana. quem vide in cõſil. ſuo 53. inc. viſis & c. ante fi. de quo etiam dixi ſupra in §. opportune. num. 19. Vlterius ſcias, & menti habeas, q̃p
19 carceratus omni die dicitur grauari, † & ideo tanquam à nouo grauamine poteſt omni die appellare, ſecundũ Specu. in titu. de appel. in §. reſtat. verſi. & not. & verſi. & quid dices &c. & voluit glo. in ſimili & ibi doct. in l. 2. C. de ſerui. & aqua. & Bal. in l. 2. in 2. col. in fin. verſi. ſecundo quæro. C. de epiſc. aud. & in l. 1. C. ſen. reſcin. nõ poſ. & do. Philip. de Peruſio. in c. ſuper eo. in 2. colu. de appel. & in c. ex parte. eo. tit. in 1. char. de quo etiam per Bart. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. & per eundem Bart. in tract. ſuo de carceribus. in 2. col. in prin. & Bal. in addi. Spec. in tit. de app. in verſ. à grauamine &c. & in verſi. ſi iudex &c. & per Bal. in c. de teſtib. extra de teſti. & per do. Ant. & Ioan. Imo. in c. cauſam. de elect. & per Ioan. And. in c. dilectus. el 2. de rapto. & per Ang. in auth. hodie. C. de appe. & per do. Ant. in c. fi. in 4. col. de ferijs. & per Alex. ſatis late. in l. inficiando. in § infans. ff. de furt. & in l. 1. § 1. ff. de ferijs. & in l. eum qui. §. in popularib. & ibi Pau. de Caſt. poſt glo. ff. de iureiu. & per Ang. de Are. in trac. ſuo maleſi. in verbo, qui iudex dictum Gayum detineri, & carcerari iuſſit. in pen. col. in verſi. quæro aliquis captus eſt &c. & per Card. Alex. in c. ex parte tua. in 1. & 2. colum. de appel. & per Iaſo. in l. exigendi. in 3. col. de procu. & per do. Fely. in c. exceptionem. in 7. col. verſi. fallit tertio. de excep. & per eundem in c. accedens. el 2. in 7. col. vt lite nõ conteſta. vbi latiſſime loquitur in materia iſta. & adducit plura ſimilia. Dicit enim idem dicendum eſſe in exceptione loci ſuſpecti: quia habet grauamen ſucceſſiuum. & ideo talis exceptio poteſt quandocunque opponi, ita tenet ſecundum eum Specu. in titu. de citatione. in §. 1. in ver. quid ſi reus. & do. Ant. & Io. de Imo. in c. exceptione. de excep. & Ludo. Roma. in l. recuſare. in §. ſi quis alio. ff. ad Treb. & Io. Imo. in cle. 1. in 2. col. poſt Paul. ibi de ſo. compe. Item adducit etiam Ang. poſt Bal. in l. 1. in prin. ff. de ferijs, vbi dicit quòd citatus tempore feriarũ,

qui

qui in prima comparitione non oppoſuit: poteſt tamē in ſecunda opponere de ferijs.alie.etiam ipſe do. Fely. Bal.in l.eleganter in §. ſi quis poſt. in 2.col. verſi. quæritur quid ſi poſt litem ff.de condi. indeb. in apoſt. vbi dicit,quòd licet delatoria ſuperueniēs poſt litē cōteſtatā debeat incōtinenti opponi.c.inſinuāte.de offi.deleg. tamen fallit in exceptione habēte cauſam continuā, & ſucceſſiuā, vt quod nō audiatur bānitus.& dicit ibi Bal. q̄ ſunt aurea verba Iac. Butr. ibi: adducit etiā do. Felyn. in d.c.accedēs. Lapū. alleg. 88. inc. cōmune Florētiæ &c. 4.col. vbi dicit quod ſemel tractus vltra vnā dietā, qui in illo actu nō oppoſuit, poteſt in alio opponere. Itē adducit do. Anto in c. ex parte. in 12. col. de reſti. ſpo. vbi dicit, quòd quādo læſio quotidie originaī, vt in cauſa matrimoniali, in qua quotidie fit offenſio animæ, ſemper poteſt peti reſtitutio in integ. etiā poſt quadrienniū. Itē adducit Bal. in l. vis ei⁹. circa med. C. de ꝓba. vbi dicit, q̄ licet defenſio nō fiat ex interuallo: tū durante offenſione cōtinua poteſt fieri defenſio, & dicitur incōtinēti p. pter offenſionē hodie imminentē. adducit etiā Bal. in c. in literis. in 1. col. de reſtit. ſpolia. vbi dicit, qd̄ hoſtes publici, qui latrocinādo inuadūt caſtra aliena, poſſunt expelli etiā ex interuallo, cū ſint in perſeuerātia delicti. & ad hoc not. glo. ſing. ibi ad hoc, quòd dicit etiā videndū eſſe tex. & ibi Bar. in l. 3. in §. cū igitur. ff. de vi & vi arma. cū cōcordā. de quib. ibi p Alex, in apoſt. Itē adducit etiā do. Ant. in cōſi. ſuo 22. inc. viſis punctis. in 3. col. vbi propter dicta docto. in c. dilectus. de reſcrip. el 2. attentauit dicere, quòd prælatus, qui recepit penſionem rei malealienatæ ab emphyteuta, poteſt hodie deſiſtere, & priuare eum, quaſi etiam hodie res ſit conducta: & dicit videri quaſi caſum in c. potuit, de locato, vbi imponitur pœnā emphyteutę, niſi celeri ſatisfactione prouideat. ergo pœna non ſolum ſurgit ex momento alienationis, ſed etiā ex contumacia non corrigētis errorē, de quo dicit in ſpecie videndum eſſe Bal. & Imo. in l. Mevius. §. duobus. ff de leg. 2. & Imo. in d.c. potuit. in 3. col. Iſta ſupradicta omnia refert dom. Fely. in d.c. accedens

348

el 2.in 6.col. vt lite nõ conteſt. Ego autem vltra eum adduco.in ſimi.not.verbum Ang.in authẽ. de inſtru.cau. & fide.in §.in his vero.in fin.vbi dixit no. ſingulariter ex fine huius glo.quòd ſi tu produxiſti cõtra me inſtrumentũ,in quo continebatur aliquid annuũ me tibi debere dare:quòd licet vigore dicti inſtrumenti fuerim tibi cõdemnatus ad primã, vel ſecundã annuã præſtationẽ,ex eo quod non oppoſui aliud cõtra dictũ inſtrumẽtum:quod ſi vigore dicti inſtrumenti tu agis contra me ad alias præſtationes annuas,quæ in d.inſtrumento cõtinentur,quòd ego poſſum opponere contra dictum inſtrumentum,& ipſum negare publicum,& publica manu ſcriptũ:quòd eſt not.& iſta ſunt quæ præſentialiter mihi occurrunt circa iſtud grauamen ſucceſſiuum.

Modo vlterius circa hanc materiam carceratorum quæri poteſt,an carceratus poſſit citari † in quo Bart. & Saly.in l.2.ff.de in ius voc.dicunt quod talis carceratus non poteſt citari:& ſi citatur,talis citatio nõ valet. & idem tenet Paul.de Caſt.in conſi. ſuo 12. incip. viſis actis & actitatis in captura Thomaſij &c.in fi.& Barto. in conſil.ſuo 228.incip.Catharina accuſauit Ritan &c. Sed contrarium tenet Bart.& melius ſecundũ Iaſ. in d.l. 2.in l.is qui reus.in vlt.col.ff.de pub.iud.per glo.fin.ibi in fin.vbi dicit,quòd imo carceratus poteſt citari,& debet comparere per procuratorem.Item Paul. de Caſt.in d.l.2.ff.de in ius voc.& in l.quæſitum.ff.ſi quis cautio. dicit ſe vidiſſe de hoc dubitari Florentiæ, vbi multoties proceditur contra eos, qui ſunt in carcere : & tenet quod ſi ſit iuſte carceratus, & habeat facultatem comparendi per procuratorem:quia ibi ſit copia procuratorum,quod tunc ſit vera opinio Barto. in d. l.is qui reus, ſed altero iſtorum deficiente,procedit opi.Bart.& aliorũ in d.l.3.ff.de in ius voc.Et dicit Iaſon in d.l.2.in vlti. col.quòd idem punctualiter tenet.do.Franciſ. de Aret. licet non faciat mentionem de Paul.de Caſt.in cõſi.ſuo 132.inc.cõſultiſſime domine &c.& dicit Iaſon. vbi ſupra,ꝙ pro hac paate facit tex.in l.idemq;.in prin.ff.pro ſocio.per quem not.ibi Bart.quod vbicunq; lex dicit,ꝙ aliquis

aliquis debeat mittere procuratorem, debet intelligi, si erat ei facile inuenire idoneũ procuratorẽ. & dicit Iaſ. tenendũ eſſe cõtra Bart. in d.l.2.& dicẽdum eſſe, quòd ille, qui eſt in carcere, poſſit citari: & debet cõparere per ꝓcuratorem: vt eſt gl. in l.2. C.ex quib.cauſis maio.& dicit, quod ita etiam tenet Bald.& Ludo.Rom.in d.l.2. & & Bald.in c.dilecti.in 2.col.de appel.& in l.nemo carcerem.C.exac.tri.lib.10.& in l.ab eo.in 2.col.C.quõ & qñ iud.& Ang.in cõſi.66.incip.ſtatutũ ſeu ordinamentum &c.ita reſidet do.Iaſ.in d.l.2.ff.de in ius vocan.Et ſic in hac quæſti.cõmunis cõcluſio eſt, quod carceratus poteſt citari,& debet comparere per procuratorẽ, quando iuſtè eſt carceratus. Ex qua concluſione ego nouiter affirmo illud, quod dixi ſupra, in §.ſequitur.nu.31. cum pluribus numeris ibi ſequentibus, vbi dixi, quod accuſatus
† nec inquiſitus de crimine capitali, contra quem pro- 21
ceditur, ſi eſt ab aliquo alio iudice carceratus ex aliqua cauſa, poteſt tunc in cauſa criminali accuſationis, vel inquiſitiõis cõparere p ꝓcuratorẽ, ſecundũ Ang. per illũ tex.in l.eos in §.ſuper his.circa fin.C.de appell. de quo latiſſimè dixi ſupra, in d.§.ſequitur, nu.31.cũ ſequẽt.ibi.
† Vlterius quæro, an carceratus poſſit contrahere, † vel 22
ſe obligare, dum eſt in carceribus? in quo dicas remiſſiuè loquẽdo: vt per doc.in l.qui in carcerẽ.ff.quod met.cau- & per Bart.in l.qui neq;. in §.ſolutũ. ff.de verb.ſig.& p Ang.in l.nemo carcerẽ.C.de exac.tribut.lib.10. & in diſpu.ſua, incip.renouata guerra.Bal.in l.vnica.in 3. char. C.de confeſſ.Ang.de Are.in tract.maleficio.in verb.qui iudex dictũ Gayũ detineri,& carcerari fecit.in vlt.colũ. verſi.an aũt carceratus,& ibi Augu.de Arimi.in additi. & doct.communiter in dictis locis tenent, quòd nõ valeat contractus factus à carcerato regulariter.

Quod tamen fallit in aliquibus caſibus, & primo niſi contrahat cum alio, quàm cum illo, qui fecit eum carcerari: vel ſi cũm illo, non ſit indebitè carceratus: nam ſi eſt debitè carceratus, valet contractus etiam cũ illo, qui fecit eũ carcerari, ſecundũ Bart.in d.l.qui neq;. in §.ſoltum.ff.de ver.ſign.& in d.l.qui in carcerẽ, ff. quod met.

359

cau. Itē fallit, niſi in vtilitatem ipſius carcerati fieret cō-
23 tractus: vtputa pro eo excarcerando, † quia tunc valeret talis cōtractus, ſecundū Bal ſin in rub. C. de reſcin. vēd. ante fi. ver. item requiritur quòd ille &c. Item fallit, niſi contractus qui fit ab ipſo carcerato ſit iuſtus: quia tunc valet ſecundum Bald. in tracta. ſchiſmati. in 12. colū. & in l. 1. in 1. col. ad fi. verſi. reuoco igitur in dubium &c. C. ſi quis aliquē teſtar. prohibuerit, vel coegerit. Et in materia vide etiam Bart. Bald. Angel. & Ioan. de Imol. & alios in l. qui à latronib. ff. de teſtam. Bald. in l. necnon. §. 1. ff. ex quibus cau. maioribus. Bald. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cler. & vide Bald. in l. ab eo. in pen. colum. in verſi. ex his apparet. C. quomodo & quando iudex. vbi not. loquitur. Sed iuxta prædicta poteſt dubi-
24 tari, † an ille dicatur carceratus, qui per modicum ſpacium, & per modicam diſtantiam relaxatur de carceribus: ſed tamen habet penes ſe ſemper cuſtodes, vt aufugere non poſſit vt quotidie fieri videmus. In quo dicas ſecundum do. Abba. in c. accedens. extra de procu. quòd non valet contractus factus à tali carcerato qui eximitur de carcere, & ſtatim facto contractu reponitur in ipſis carceribus quia non dicitur relaxatus, ſed imo magis carceratus dicitur, & dicit ibi ipſe Abbas iſta formalia verba videlicet. Tertio nota & tene menti, quòd is qui tenetur aliquem reſtituere libertati, nō liberatur
25 † ab obligatione ſimpliciter illum relaxando in ſuo territorio: ſed debet illum facere ſecure conduci extra territorium ſuum ad locum, vbi poſſit ſecure morari. nam cum eſt in territorio aduerſarij, non dicitur eſſe in ſua libertate, cum poſſit de facili retineri. argumentum eſt optimum in c. fin. de reſtit. ſpoliat. & in l. liberationis.
26 cum l. ſequen. ff. de verb. ſigni. vbi tex. no. dicit, † quòd non dicitur liberatus, qui relaxatur à vinculis, ſed cuſtoditur in publico, & facit hoc contra practicam, quā ſolent pleriq; adhibere: nam ſi detētus in carcere vult aliquem contractum facere. faciunt ipſum extrahi à carceribus, & ibi cuſtoditur per familiam: nam certè nō poteſt dici liberatus vt hic, & in d. l. liberatiōis. cum l. ſeq.

&

& not. Bar. in d. l. q in carcerē. ita formaliter dicit Ab. in d. c. accedēs. 3. no. de ꝓcura quā doctrinā refert, & sequitur do. Fely. in c. innouamus. de treu. & pac. circa princ. ꝓ qua facit optimè tex. in l. succurritur. ff. ex quib. causis maio. vbi dicitur, quod qui aliquo modo distringitur vt euadere nō possit, dicitur carceratus. & facit quod voluit Bal. in l. fi. C. de postlimi. reuers. in vers. collige vbi dicit, quod ille dicitur detineri inuitus, qui non permittitur abire, & ad propria redire. & faciunt etiā dicta per Alex. in l. si vt certo. in §. custodiā. ff. cōmo. & per Ang. in d. l. qui in carcerē. ff. quod met. cau. Contra prædicta tamen videtur facere gl. in l. fi. C. de decurio. lib. 12. quæ dicit, ꝙ positus sub custodia, si non tenetur strictus, non dicitur carceratus. Tamen Card. Alexā. in c. super eo. in 2. col. de appel. in fi. dicit, quòd cōtra dictam gl. faciunt dicte per Ang. in d. l. qui in carcerē. & dicta per Ioan. de Imol. in l. qui à latronibus. ff. de testa. & per Ioā. And. in c. 2. de sent. excō. & sic Card. Alexā. in d. c. super eo. non tenet dictam gl. sed potius eam improbat. de qua materia vide etiā Angel. de Aret. in tract. suo maleficiorum. in verbo, qui iudex dictū Gaiū detineri, & carcerari iussit. in vlt. col. in ver. & aduertas &c. & ibi in addi. & vide etiam Ange. de Aret. in d. tract. in verbo, fama publica. in 14. char. in vers. quinto etiam aduertant &c circa fi. & Ias. in §. rursus. in 9. col. Instit. de actio. & do. Phili. Dec. in consi. 219. incip. viso puncto. in 3. col. vers. quarto benefacit &c. & Corset. in not. in verbo, custodia.

Scias vlterius quòd actus factus à carcerato † non dici 27
tur actus spontaneus, sed potius meticulosus, seu coactus: quoniā † carcer est species torturæ secundū Bald. 28
en l. si clericus. in 2. col. ver. primo quæritur. C. de episc. audi. & Bal. in l. 1. C. qui ad liber. perue. nō poss. vbi dicit, quòd mortuus in carcere, dicitur morttus in cruciatu. Et ideo dicimus quòd sufficit probare quē fuisse detentū, licèt aliter non probetur tortura, ad † hoc vt dicatur cō 29
fessio facta metu tormentorum, secundum Barba. in c. si cōstiterit, in 5. col. extra de accus. Pro quibus faciūt optimè quæ ego dixi. in l. 1. in §. diuus Seuerus. in 1. colum.

ff. de

ff.de q̃st. & dicta per Alex.in cõs.suo 275.incip. viso themate.in vl.col vbi omnino vide.& faciũt etiã quæ dixi in cõsil.meo 18.inc.requisitus vt dicam &c. in 1.char.in ver.& licet ipse Petrus.& quæ dixit do. Philip.de Perusio in c.super eo.in 1.colũ.de appella. Et vide Do.de sancto Geminia.sing.loquentẽ in cõsi.suo 15.incip.Reuerẽ. pater.in 4.col.ver.super secũdo dubio &c. vbi inter alia facientia ad hãc materiã dicit,quod detentio,q̃ fit in aliquo loco inuito detento,dicitur continere cruciatũ corporis.& vide quæ dixi supra in §.expedita.nu.11.& ibi nu.13.& nu.15.quæ omnia teneas mẽti ꝓpter cõfessiones reorũ detentorũ,seu carceratorũ: quia licẽt nõ fiãt realiter cum tortura,tamẽ nõ dicũtur spontaneæ, sed potius coactæ & meticulosæ. Nam nemo est ita simplex, & fatuus, qui confiteatur sponte & sine aliquo metu illud, quod cõducit eum ad mortẽ,vt dicit Alex. in d.cõsil.suo 275.incip.viso themate &c.ante fi.Et vide omnino quæ ego dixi in l.1.in prin.in 12.col.ver.quinimo dico. ff.de quæst.& vide Bal.in l.imperiũ.ff.de iur. om.iud. vbi di-
30 cit, ꝙ pœna † perpetui carceris æquiparatur morti.ad quod alleg.Inno.in c.qualiter & quando.de accus.quos refert & sequitur do.Aug.de Ari.in tract. Ang. de Aret. super maleficijs,in verbo, fama publica,in 14 char.in 2. addi.& vide etiã Spec.in tit.de his quæ vi met. cau. fiũt.
31 in §.in ver.actor.&c.vbi dicit, quòd carceratus † potest allegare iustum metum. quod est notandum.

Quæri etiã potest,an carceratus pro aliqua causa ciui-
32 li,vel criminali † possit pro alia causa in carceribus recõmendari? In quo dicas,ꝙ carceratus pro debito fisci, potest ꝓ debito priuati recõmendari,secundũ Bar.in tract. suo de carcerib.in vlt.col.ad quod alleg.tex.in l.quoties C.de exac.trib.& no.in l.facculariij. ff.de var.& extrao. cognit.Et ibi subdit,ꝙ carceratus pro debito, potest pro delicto recõmendari, ad quod alleg.no.in l.3. ff.de cust. reo.& idẽ dicit ecõtra,videlicet, quòd si esset carceratus pro delicto,ꝙ posset pro debito recommendari. Quærit
33 postea ipse Bart.an carceratus † pro vno delicto,possit ꝓ alio delicto recõmendari?in quo facit quandã distinctionem,

onem, de qua ibi per eum. Sed dubitari potest, an carceratus iniustè † possit pro iusta causa ibi recommendari? 34
de quo latè per Bartolū, qui arguit multū subtiliter ad partes in quæst. sua incip. Lapus carceratus. & vide Bar. & Ang. in l. cū vnus. in princi. per illū tex. ff. de bo. auto. iudi. poss. & Sali. in l. fi. C. eo. tit. in fi. & Bald. in authē. ei qui iurat. in 4. col. eod. tit. & Bald. in l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. & in l. quicunq; in prin. ff. de in ius vocā. & Alexā. in cōsi. 158. incip. circa primū dubiū, in vlt. col. & Bart. in cōs. suo incip. an positus in carcerib. & in l. fi. ff. de bo. possess. cōt. tab. & in l. 2. in §. exhibēdi. ff. de custo. reo. & in l. sed eximēdi. in §. itē si quis. ff. ne quis eū qui in ius voc. Bart. & Bald. in l. pen. §. fi. ff. quod metus caus. & per do. Alber. de Cataneis excellentissimū doct. Bononiensem. in l. 1. in 2. col. in ver. item infertur. C. de Carbo. edic. & per Ang. in l. si vacātia. C. de bo. vac. & in l. nemo carcerē. C. de exact. tributo. in penu. col. Item de hac materia vide Bart. in l. si cui. in §. fin. ff. de accu. & Raph. post alios in l. 1. ff. nil no. ap. pen. & Bald. in l. qa pleriq; ff. de in ius voc. Ang. in l. 2. in §. fi. ff. de cust. reo. Bald. in l. pen. & fina. ff. quod met. caus. Ang. de Aret. in tract. malefi. in verb. fama publ. in 10. char. in ver. septimo not. &c. An aūt talis † recōmendatio possit fieri die 35
feriata? Bal. in auth. ei qui. C. de bo. auto. iudi. possit. in 4. col. ver. quæro, dictat statutū &c. tenet quòd nō, quem refert & sequitur Alex. in cōs. suo 158. incip. circa primū &c. in 3. col. in 2. vol. vbi plura alleg. de quib. ibi per eū. Quæri etiam potest vltra præmissa, qua pœna puniatur 36
fugiens de † carcere? in quo dicas, quòd punitur pœna mortis. Ita dicit tex. in l. 1. circa prin. ff. de effract. & expila. & habetur in l. in eas. ff. de cust. reo. & est tex. in l. milites agrum. in §. cum tamen. ff. de re mili. & voluit Bart. in tract. de carcerib. in 3. col. de quo etiā per Ang. de Are. in tract. malefic. in verb. fama publi. in 9. char. & ibi in 1. addi. vbi ad hoc etiam alle. Saly. in l. 1. in 7. no. C. de fal. mo. & alia, de quibus ibi per eū. Sed prædicta intelligas in frangēte carceres, & postea fugiēte, nam talis punitur pœna capitis. Sed secus puto esse in carcerato, qui

reperit

37 reperit ostium apertum, & tunc aufugit, †quia talis mi-
tius punitur. per tex. in d. l. 1. §. 1. ff. de effrac. & expila. &
& voluit Bart. in d. tract. de carceribus. in 3. colū. de quo
etiā per Raph. in consi. suo 105. inci. casus &c. Itē intelli-
ge etiā prædicta esse vera, & locū habere in carcerato iu-
38 ste & debitè. †secus autē puto esse in incarcerato inde-
bitè & iniustè, quia si talis iniustè & indebitè carcerat⁹
frangit carceres, & aufugit, nō cadit in pœnā prædictā.
Et ad hoc dicendū moueor ex dictis & alleg. p do. Aug.
de Ari. in addi. ad tract. Ang de Are. super maleficijs. in
ver. fama publi. in 13 char. in vlt. addi. quē vide. Itē mo-
ueor etiā ex sing. doctrina Inno. in c. si quando. de offi.
delega. quā pro singul. refert & sequitur Bald. in l. addi-
39 ctos. in 2. col. C. de epis. aud. vbi dixit, quòd si reus †con-
dēnatus appellat: vel eius amici, & affines pro eo, & nō
obstāte appellatione, iudex vult exequi sententiā suam
capitalē, quòd hoc casu poterit sibi resisti de facto, cùm
iniustè procedat. de quo etiā dixi sup. in §. diligēter. nu.
53. Et dixit no. do. Paris de Puteo in tract. suo syndi. in
40 15. char. in 3. col. & ibi in 81. char. in 3. col. † quòd si iniu-
ste captus nō potest aliter euadere, licitū est sibi occidere
custodes carceris: nec tenetur de homicidio. allegat ad
hoc tex. in l. nihil. ff. de captiu. & l. capitaliū. in §. ad sta-
tuas. ff. de pœnis. & gl. in c. ius gentiū. 1. dist. & l. 1. ff. de
his qui ante sen. sibi mor. consc. vbi dicitur, quòd licet
quomodolibet redimere sanguinē suū. quod etiā dixit
Bald. in l. & si legibus. C. si cōtra ius vel vti. pub. & Old.
in cōs. suo 53. inci. cōsueuit dubitari. in vlt. col. & allegat
etiā do. Par. vbi sup. glo. in cle. 2. in verbo, violentam. de
re iudi. quæ dicit, quòd licitū est iniustè carcerato rum-
pere iuramentū quòd fecit de redeundo ad carceres. Pro
quibus etiam faciunt dicta per Alex. in consil. suo 144.
incip. post redditum primum consiliū &c. & per Alberi.
de Rosa. in l, addictos. C. de epis. audien. vbi dicit, quòd
41 etiā clerici, † si vident aliquē iniustè condemnatum ad
mortem, possunt eum de facto eripere de manib. fami-
liæ. alleg. c. hi qui. 14. quæst. 4. & Archi. in c. cum homo.
24. quæst. 5. quod etiā dicit gl. in c. nō inferēda. 23. qst. 3.

It

Et subdit d. Paris in dicto suo tract. synd. in dict. 81. char. in 4. colum. quòd capite punitur † captus iniuste, si nō frangit carceres cùm potest, ad quod allegant text. not. in l. non omnes. in §. qui captus. ff. de re militar. vbi tex. & glo. not. Pro quibus vide etiam quæ ego dixi in l. 1. in 6. colum. cum sequentib. C. de executio. rei iudica. & in l. 1. in prin. 7 colum. in versi. tamen ista possunt &c. ff. de quæstio. & supra in §. diligenter. nu. 36. & 37. Quādo autem quis dicatur iniustè † carceratus: vel quando iudex dicatur iniuste facere, dicas quod tunc, quando non fuit seruatus ordo iuris, secundum Ioan. And. & Gemi. in c. dilecto. de senten. excom. in 6. & Ang. in prima. ff. ne quis eum qui. & Angel. de Aret. Insti. de actio. in §. quadrupli. in 3. char de quo etiam dixi in d. lēi. in princ. 6. colum. ff. de quæst. 42 43

Scias vlterius, quòd iustè carceratus si aufugit de carcere vltra supradictā pœnā, † etiā habetur pro confesso. ita dicit tex. in l. in eos. ff. de custod. reor. & in l. milites agrū. in §. pen. ff. de re mili. & voluit Spec. in tit. de præsump. in §. 2. versic. violenta. & ibi Ioā. And. in addit. & Ange. de Aret. in tract. malefi. in ver. fama publica, in 13. charta. in versicu. tertio quid si quis. & ibi do. Bugust. in addit. qui hoc intelligit in iustè carcerato tantum. Item prædicta, secundum eum, intelliguntur in frangente carceres: sed secus dicit esse in illo, qui reperit ostium apertum, & ideo aufugit. ad quod alleg. Guil. de Cuneo. & Baldum in l. succurritur, ff. ex quib. causis maiores. & Bald. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & Ang. in l. 1. ff. de effra. & expilat. nam talis sic fugiens aperto carcere, † non habetur pro confesso, secundùm doctores, in dictis locis, quod etiam voluit Ang. in l. verum. la 2. ff. de furtis. & Alexand. in l. penul. vbi latè loquitur in materia. ff. de custod. reo. & habetur etiā latè per Bald. in cōsi. suo 230. incip. primus quæstionis articulus &c. in 1. vol. vbi dicit, quòd regulariter fugiens de carcere habetur pro suspecto, nō autem pro cōuicto. allegat in §. si verò in hutenti. de exhib. reis. & nota. per Cynum in l. 1. C. de rapt. virg. & dicit quòd gloss. in l. eos. ff. de cuod. reo. 44 45

quæ

quæ dicit, ꝙ fugiẽs effracto carcere, habetur pro cõfesso, debet intelligi hoc modo: videlicet, quia aut quis detinetur pro generali inquisitione: & tũc nõ habetur pro cõfesso: qnia ficta cõfessio sicut vera debet cadere super certo. & ideo debet crimen certum probari: vt in l. 1. C. vt omnes causæ tã ciuiles q̃ criminal. & §. necessitas. in authẽ. vt iudic. sine quoq. suffra. Aut detinetur pro inq. sitione specialis criminis. & tũc dicit quod aut fugit cũ effractione, vel cõspiratione, & habet locum d. l. eos. aut aliter, & tũc nõ habetur pro cõfesso: punitur tamen pro motu iudicis. vt not. Guil. de Cuneo. in l. succurrit. ff. ex quibus cau. maio. ita finaliter tenet Bald. in d. suo cõsil. de quo etiã per Bart. in tract. de carceribus. in vlt. col. An
46 aute carceratus † aufugiat periculo Potestatis? vide Bal. in l. obseruare. in §. ꝓficisci. ff. de pffi. procõ. & Flo. in. l. si bonæfidei. ff. de rei ven. Bald. multũ no. in prædicto consi. 230. incip. primus quæstiõis articulus. &c. in 1. vol.
47 Sed quæri potest qñ captura est nulla, an tũc † custos, vel Potestas teneatur: in quo Ang. in l. quoties. §. 1. ff. de cõdi. insti. tenet quod nõ, & voluit Alex. in l sed eximẽdi. in §. itẽ si quis. in fi. ff. ne quis eum qui &c. de quo etiã vide omnino Ioã. de Ana. in cõs. suo 53. incipi. visis post me. Et teneas mẽti dicta per do. Bart. Cepol. in cõsil. suo 14. incip. pro declaratione. in 4. col. vers. quia ad hoc vt illa &c. vbi dixit, quòd ad hoc, vt pœna possit imponi ei qui ꝓmisit repræsentare captũ & carceratũ pro debito,
48 nõ est necesse quod ꝓbetur † de debito: sed sufficit ꝙ fu erit captus rite ad petitionẽ asserentis se creditorẽ, licèt non sit, nec auditur eximẽs etiã si velit ꝓbare, quòd ille non erat creditor. allegat d. l. eximendi. §. 1. cum l. seq. ff. ne quis eum qui in ius voc. vbi Ang. dicit quod hoc est menti tenendũ perpetuo. Quid aũt in eximente à ma-
49 nibus familiæ † iniustè captũ, an puniatur? vide do. Nel. in tract. bannit. in 2. par. secũdi tẽp. quæst. 31. inci. quæritur visum &c. & omnino Pet. de Ancha. in cõsil. suo 341. incip. viso themate &c. vltra me. & do. Alex. in con. suo 35. incip. viso themate &c. in 2. col. in 2. volũ. vbi etiam ponit qua pœna puniatur eximẽs captum de manibus familiæ,

familiæ, vel de carcerib. de quo ibi per eũ, ad quod vide quæ dixi ſupra, in §. opportune, nu. 20. Itẽ ſcias etiã q̃ licèt frãgens carceres puniatur, vt ſupra dixi. ita ecõtrario ille, qui accuſat volẽtem †frãgere carceres cõſequitur liberationem. ita dicit tex. & gloſſ. in l. eos. ff. de cuſt. reo. de quo etiam per Bart. in tract. de carcerib. poſt med. & habetur etiam per ſcribentes in d. l. milites agrum. in §. penul. ff. de re mili. Scias etiã quod mortuus in carcere, præſumitur mortuus ab officialibus eum cuſtodientib. †niſi ipſi contrariũ probẽt, videlicet, quòd nec culpa nec dolo ſuo mortuus eſt. ita dixit gl. ſing. in l. cùm ita legatur. in §. ſpecies. ff. de leg. 2. quam glo. pro ſing. allegauit Ang. de Are. in tract. malefi. in verb. fama publica in 13. char. in ver 2. q̃ro &c. ꝑ qua videtur text. in l. fi. ff. de cuſto. reo. & illã glo. etiã pro no. refert & ſequitur Alex. in cõſ. ſuo 157. incip. n cauſa & lite vertẽte. in 2. colũ. in 2. vol. vbi dicit quòd Bald. in d. §. ſpecies. dicit quòd licèt obligato ad ſpeciẽ ſufficiat ꝓbare interitũ, licèt non ꝓbet caſum fortuitũ, per d. glo. tamen hoc fallit in eo, qui tenetur ad cuſtodiã ratione officij publici, vel priuati: quia non ſufficit ei probare interitũ, niſi probet caſum. per d. glo. quod dicit ibi Bald. eſſe in cuſtode carceris, & in argẽtario, & in caprario portãte pelles, ſeu coria animalium mortuorũ domino. nam quantuncunq; cõſtet de interitu, niſi probet caſum mortalitatis, vel ſimilem caſum, nõ releuatur. ita dicit do. Alex in d. cõſi. 157. in 2. col. Itẽ prædictã glo. in d. l. cũ ita. in §. ſpecies. ff. de leg. 2. refert & ſequitur Ioã. de Ana. in c. ad falſariorũ. in 1. col. de crim. fal. & Ang. de Are. in tract. malefi. in verſi. qui iudex dictũ Gayũ detineri, & carcerari iuſſit. in ver. quæro an quis carceratus. vbi etiã alleg. aliqua alia, de quib. ibi per eum. Et iſta dicta in materia carceratorũ magis ſpectãt ad cauſas criminales, quàm ad ciuiles, vt de ſe patet. Sed quantũ ad cauſas ciuiles, poſſent etiã aliqua adduci, quæ ſuccinctè & ſummariè tangam. Et primo poſſent aliqua adduci circa materiam capti & carcerati pro ſuſpecto de fuga: circa quàm materiam vide † quæ ego dixi in l. ſi quis ne quæſt. in 21. col. verſ. & primo quo ad

353

perſonam iudicis &c.ff.de quæſt. & vide etiam Ioan.de Ana.in conſi.53.inci.viſis &c.& ibi omnino in addi. ad conſilium 55.in 1.col.& do. Fely.in c.2.in 1.colũ.de homicid.Barb.in c.quãto.in 7.col.de conſue. & do. Fely. in c.ſi verò.el 1.in 2.col.de ſenten.excom.& Ludo.Rõ. in conſi.320.incip,hæc iſtorũ quinq; &c.in princ. Bald. in cõſi.238.incip.in 4.cauſa carcerati.in 4.vol.& in cõſ. 217.incip.iſta captura.in eod.vol.& Lud.Rom.in cõſil. 242.incip. vnum eſt &c.& do. Ioã.Bapt.de Caccialupis in tract.ſuo de debitorib.ſuſpectis & fugi. in verſi.4.in prin.& vide Iaſ.Inſti.de actio.in prin.in quibus omnib. locis,plura traduntur à doct. prædictis circa hanc materiam capti pro ſuſpecto de fuga. Quæri etiam poteſt de no.quæſtione videlicet,ſi creditor fecit capi,& carcerari
53 debitorem, vtrum ipſo exiſtente carcerato,† poſſit ipſe creditor petere mitti in tenutam bonorum ſuorum? in quo Bart. in l.conſentaneum. C. quõ & quando iudex. in vlt.col.in verſi.quæro ſecundo ſi aliquis &c.& Bald. in l.ignorare.C.de teſt.mili.& Pet.de Anch.in c.1.de eo qui mit.in poſſ. rei ſeruã. cauſa dixerũt ꝙ ſic. ſ. ꝙ debet admitti ad dictã tenutã: quia iſta duo tendũt ad eũdem effectum,& vnũ nõ eſt contrariũ alteri. & illã doctrinã Bart.in d.l.conſentaneũ. & aliorum proximè allegatorum refert & ſequitur do.Alex.in conſi.ſuo 477.incip. in cauſa ſtrazarolorum.in pen.col. vbi refert prædictos. Sed tu vltra eum dicas,quòd idem dixit Archi.in rub.de eo qui mit.in poſſ.rei ſer.cauſ.in 6.colũ. & Bal.in l.1.§. fi.in fi.pen.col.ff.ſi quis ius di.non obtem. vbi pro hoc etiam dicit fore bonũ tex.in c.quoniã frequenter.§.fin. vt lite nõ conteſt. & idem tenet Paul. de Caſtr.in l.4.in §.ait prætor.circa fi.& ibi in §.ſeq. ff.de re iudi. vbi allegat Bart.in d.l.conſentaneũ.Et idem etiã firmat Pau. de Caſt.in l.qui legati. per illum tex. C.vt in poſſ.leg. & ibi allegat quàmplura iura ad hoc,& reprobat tenentes contrarium.& idem etiam expreſſe tenet idem Pau. de Caſt.in l.ſi Stichum.in §.idem Celſus.ff.de nouatio. & Ange.in l. qui reſtituere.in vlt.col. verſi.in glo.in fi. ff.de rei vend. & Abb. in c.prout in vlt. colum. de dolo

&

& contu. & Ang. in l. aduersus. C. de actio. & oblig. & Card. Alexan. in c. dilectus. in 2. colum, versi. no. tex. ibi. propter quòd &c. de appell. & do. Alexan. in d. l. 4. in §. si ex conuentione. ff. de re iudi. pro qua opin. facit optime gloss. in authē. de fideiusso. in princ. quæ incip. quid si pignus, quam dixit sing. Bald. in l qui legati. C. vt in poss. lega. & faciunt etiam dicta per Bart. in l. sancimus. in 3. colum. C. de iud. & in l. 1. in vlt. colum. C. de prohib. seq. accu. & per Bald. in authen. quæ supplicatio. C. de preci. impe. offe. & in d. l. qui legati. & faciunt dicta per Angel. in l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. 11. circa 3. colum. Et facit quod voluit Bald. in c. dilectus. in 2. colum. de appell. vbi dixit quod carcer † non soluit 54
debitum, sed bursa, & idem dicit ibi Card. Alexand. in 2. colum. & faciunt plura alia, quæ adduxi in l. vnius facinoris. in §. custodiæ. in 6. & 7. colum. ff. de quæst. vbi circa hanc materiam latè locutus sum. Sed vltra omnia quæ ibi dixi addo no. verba Bald. in c. contingit. in 6. colum. de dolo & contum. vbi dicit, quòd captura rei principalis † non liberat fideiussorem, sed dicit, quòd 55
imo vterque potest capi. ad quod allegat l. hæres à debitore. §. quòd si seruus. & ibi Bart. ff. de fideiuss. & allegat rationem dicens, quòd licèt sit deuentum ad capturam, non tamen est satisfactum. Et idem dicit econtra, videlicet, si primo sit captus fideiussor, quod potest etiam capi reus principalis, nec iuuatur reus, si fideiussor appellat à captura: vt in l. creditor. ff. mandati. in prin. vbi gloss. sing. de quo latius ibi per eum. quem vide. Et vide etiam Angel. in l. nemo carcerem. in 2. colum. C. de exact. tribu. vbi dicit circa hanc materiam, quod vno contextu non potest pati tenuta, & carceratio: sed vnum post aliud peti potest. & dixit Bald. in l. creditor. la. 2. ff. si cert. peta, quòd quando creditor habet pignus, non potest iuuare debitorem suspectum de fuga: quod credo verum vt excludatur timor fugæ: & quia acceptando pignus, videtur eo modo approbasse personam debitoris: & sic dictū Bald. nō videtur cōtra supra dicta. ad quæ etiā vide quæ dixi in repe. mea rubr.

354

ff.de fideiuſſ.in 59.q̃ſt.Et circa hãc materiã capturę tenẽ
56 menti duo.Primo quod ad hoc,vt peruenirí poſſit † ad
capturã perſonæ debitoris, nõ ſolũ eſt neceſſaria excuſ-
ſio bonorũ illius, q̃ dicitur debitor, ſed etiã fideiuſſoris
ei⁹: cùm & fideiuſſoris facultates quo ad effectũ ſoluti-
onis iius debito, pro quo fideiuſſit facultatibus ipſius
debitoris aggregatæ cenſeãtur.tex.eſt not.in l.ſi plures.
in § præterea. el 2. de fideiuſſo. ita dicit Lud. Rom. in
conſi.ſuo 320.inci.hæc iſtorũ quinq; in princ. quod eſt
not.in practica.de quo etiã dixi in ſing.meo 3. incip. ad
hoc. Et ſi ipſe debitor habet bona in alieno territorio
57 † an illa ſint etiam excutiẽda,& releuent ipſum à captu-
ra? vide Bald.in cõſ.ſuo 248.inci.in cauſa Baptiſtæ &c.
in 4.vol.& Paul.de Caſt.in l.ſi fideicõmiſſum. §.1.ff.de
iud.Secũdo tene etiã mẽti, quod ſequeſtratio bonorum
58 † nunq̃ poteſt fieri in bonis alicuius,quãdo offertur re-
aliter ſatisdatio de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluẽdo,
& de bonis nõ dilapidãdis.ita dixit Ludo.Rom.in cõſ.
ſuo 312.incip.circa propoſitã &c.in verſi. quo ad tertiũ.
vbi plura ad hoc alleg.de quibus ibi per eum &c. Modo
iuxta prædicta quæri poteſt, an captura perſonæ, q̃ po-
59 teſt fieri cõtra debitorẽ principalẽ, † poſſit etiã fieri cõ-
tra eius hæredẽ, de quo vide Bar.in l.ſi deceſſerit. & ibi
etiã per Alex.& alios ff.qui ſatisda.cog. & per Bart.in l.
alia.in § elegãter.ff.ſolut.matrim. & per Barto.in l.po-
ſtulante.in prin.ff.ad Trebellia.& per Bal.in l.diuerſos.
in 10.quæſt.C.mãdati.& per Saly.in l.fi.§. in computa-
tione. C.de iure delib.vbi nota.loquitur.de quo etiã per
Ang.in l.3.ad fi.C.de pigno. & per Socin. not. loquentẽ
in cõſ.ſuo 120.inci.cum in præſenti &c.in 10. col. verſi.
quarto principaliter.vbi facit differentiã, an verba ſta-
tuti loquãtur in rem, an in perſonã. de quo latius ibi p
eum.vbi etiã ſubdit, quòd quando hæres adiuit hære-
ditatem cum beneficio inuẽtarij,quòd nullo modo po-
60 teſt fieri executio † in perſona ipſius hæredis, ita dicit
voluiſſe Bald.in d. l.fi §.in cõputatione.C.de iure delib-
erã.& Bald.in co nſi.ſuo 380.incip. viſis omnib. &c. de
quo ibi latius per :um. de quo etiã vide per Bald. in re-

† perto.

perto.ſuo.in verb.hæres.in vlt. col.in verſi.hæres de iure canonico &c. Quæri etiã poteſt circa hãc materiã carceris,ſeu carceratorũ de cauſis, propter quas quis carcerari poſſit, & de perſonis,quæ poſſint carcerari, & in quibus caſibus ſit licita,ſeu permiſſa carceratio,& quæ perſonæ pro cauſa ciuili carcerari poſſint? Circa primum propter quas cauſas † quis carcerari poſſit, vide Bart. 61
in l.1.de cuſto.reo. & Bald.in l.2.C.de epiſc.aud.& Bart. in d.ſuo tract.carcera.& Ange. Aret.in tract. malefi. in verb.fama publ.in materia capturæ vbi latè loquitur. Circa ſecundum quæ perſonæ capi poſſint? dicas † quòd 62
aliquæ ſunt perſonæ,quæ pro debito ciuili capi nõ poſſunt,vt eſt mulier, quæ pro debito † ciuili capi non po- 63
teſt: vt in l.1.C.de officio diuerſorum iudi. & in authẽ. ſed nouo iure.C.de cuſto.reorũ,& voluit Bart.in authẽ. matri & auiæ in 4.col. C.quãdo mulier officio tu.fung. poteſt.Bart.in l.ſi quis ſub cõditione.in 9.col.ff.de teſt. tut.Bal.in l.1.ff.qui ſatiſda.cogan.Bald.in l.1.in 4.colũ. C.qui bonis ce.poſſ.Bal.in l.etiã.in 5.colũ.C.de exec.rei iudi.Bal.in l.conſentaneũ.in pen.col. C.quõ & qñ iud. Bald.& Ioã. de Imol. in l.ſi quis poſt. ff.de teſta. Ludo. Rom.in l.aliã.in §.elegãter.in 4.col.ff.ſolut. matrimo. Matheſ.in not.ſuo 109. Et ſimiliter ipſa mulier nõ poteſt detineri ſeu carcerari ſi nõ poteſt fideiubere, † ſecũ 64
dum Bald.in l.3.C.de epiſcopali audi.& in additio.Spe. in tit.de ſent.in pen.chart.in verſi.Titius fideiuſſit &c. & Ludo.Rom.in conſi. 118. incip.quo ad primũ. Quod tamẽ limitatur,niſi cauſa tutelę & eius adminiſtratiõis quia pro tali cauſa bene poterit mulier carcerari, † ſecũ 65
dum Bart.in d.l.ſi quis ſub cõditione. ff. de teſta. tut. & in d.auth.matri & auiæ.& Ludo. Rom.in dicto cõſ.118. & in d.§.elegãter. & Aug.in l.quoniam. C.de cuſto. & Bar.in tract.de carcerib.& Matheſ.in d.not.109. Aduertas tamen tu.nam licet Bart.& alij in dictis locis teneãt hanc partẽ, q mulier tutrix pro cauſa tutelæ & eius adminiſtrationis poſſit capi & carcerari: tamen ego puto eos nõ rectè loqui, eo quia mater nõ poteſt cõueniri in plus quàm facere poteſt,vt in l.ſunt qui.in fine. ff.de re

355

iudi.ergo non potuit carcerari: quia habebit exceptionem ne conueniatur nisi inquantum facere potest, sicut videmus, quòd per cessionem bonorum quis etiam non priuilegiatus euitat carceres: vt in l.1. & fin. C. qui bon. ced. poss. ergo multo magis personæ priuilegiatæ, ne cõueniatur in plus quàm facere possint, non debebũt carcerari. ita formaliter dixit Card. Alex. in c. ex parte M. in vlt. col. de appel. vbi dicit ita voluisse Alb. de Rosa. in l. vbi adhuc. in 21. col. C. de iure doti. quæ opin. mihi placet propter dictas ratiões. ad quas miror Bart. & sequa. in dictis locis non animaduertisse. Limita etiam prædictam conclusionem non procedere, nec locũ habere in
66 muliere meretrice: † quia talis carcerari potuit pro debito, secundum Bald. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & Ang. in d. l. quoniam. C. de custo. reo. & Ludo. Roma. in d. §. eleganter. Quod tamen limita
67 nisi talis meretrix sit martiata: quia † tunc incarcerari non poterit, secundum Ioan. And. in addi. Specu in tit. de iniurijs & dam. dato. de qua materia latius loquutus
68 sum in sing meo 248. incip. conditio mulierum. vbi videas. Et similiter dicas in doctore, † qui pro debito carcerari non potest, secundùm gloss. & doct. in l. medicos. C. de profess. & me. lib. 10. & Bart. in d. tractatu. de carceribus. & domi. Alex. in l. si quis. ff. de fur. vbi dicit idẽ esse in filijs, & vxoribus doctorum. & vide Milum in reperto. suo, in verbo carcerari. in 2. versic. & omnino Mathæ. in not. suo 59. incip. nota quòd legum doctores &c.
69 Quid autem in filiofamilias † an possit pro debito carcerari? in quo Bart. in tract. de carceribus, tenet q̃ sic. in 1. col. & ibi alleg. rationes de quo etiam per Bart. & alios. in l. si filio. ff. sol. mat. la 2. & doct. in l. filius. ff. de pecu. & Bal. post Cyn. in l. alio. C. quod cum eo. gloss. tamẽ videtur tenere cõtrarium. in l. 3. in §. sed vtrum. ff. de minoribus. sed illa glo. reprobatur secundum Bart. in dicto tract. de carcerib. in 1. col. de quo etiã per Alex. in l si dubitetur. in §. filiusfam. ff. de fideiusso. & per Bald. in l. 2.
70 C. de obsequijs. Sed quid in clerico † an possit pro debito carcerari? in quo dicas q̃ sic, secundũ Bald. do. Anto.

&

& Abb.in c.dilectus. vbi etiã vide Card.Alex.in 2.not. de appel.vbi ipse Card.arguit pro contraria parte,& nõ soluit.Contrarium tamen,quod imo non possint clerici capi pro debito ciuili tenuit Ioann.And.in c.si clericos. de senten.excomm.lib.6. ad quod alleg. illum tex. in c. lator.de pign.& eum refert & sequitur Matthæ. in no. suo 60.incip.not.quod clerici. & idem etiam firmat do. Nico.Milus in reper.suo.in verbo, clericus. in 6.versic. vbi plura alleg.& idem tenet gloss.in c.dilectus. in 1.gl. de appell.vbi etiam per doct.& per Inno. in c.vt famæ. in glo.versi.prælatorum.de senten. excomm.& per do. Philip.de Perusio.in d.c.dilectus. & per Ioan.And.in c. nullus.de pigno.& per Card.in clē.1.de offic.ordi. Hanc tamen conclusionem intellige esse veram in debito ciuili tantũ:secus item in debito descendente ex delicto vel quasi : quia pro tali debito clericus potest carcerari secundũ doct.in dictis locis.An autem clericus possit ex aliqua causa † capi à laico vt præsentetur iudici eccles- 71
astico, vide latè per Alex.in l.Titij ff.de fur.in apostill. quæ incip.si quis & vide etiam Ange. de Aret.in tracta. maleficiorum.in verb.fama publica.in versi.nono not. &c.& dom.Anto.& alios in c.cùm non ab homine. de iudi.Host.in c.nuper.de senten.excom. Ioã.de Ligna.& alios in clem.1.de offi.ordi.Inno.in c.si verò.de sentẽt. excom.& Ang.in l.ictus fustium. ff.de his qui not.infa. & ibi Bart.& Bald.in c.1. §.si quis,de pace iura.firm. & Gem.post Archidi.can.de his clericis.el 2. & in can.ante omnia 25.distinct.& Gemin.in c.de his 50. dist.& Bald. in l.nec timorem.ff.quòd met.cau. Vlterius scias quòd iudex obligatus est † visitare carceratos, & curare quòd 72
habeant necessaria : vt habetur in l 3.C. de episc. au.& si iudex videt aliquem carceratum sine causa, vel sine delicto, vel ad nullius petitionem, tunc potest ex mero officio suo eum relaxare.ita dixit Ang.de Are.in suo trac. malefi.in verbo,fama public in 14.char.in versic & aduertas &c.vbi alleg. ad hoc Bart. in l.si quis vxori.in §. fugitiuum. ff de furtis.& ibi subdit, quòd si sunt duo, vel plures custodes carcerũ, & vnus ex eis aufugiat cum

356

73 carcerato, † quòd alij cuſtodes aliquo modo non tenentur. alleg tex. in l. fi. §. 1. ff. de cuſto. reo. & Bald. in l. filio exhæredato. §. eius qui. ff. de iniuſto teſt. quod dicit perpetuo eſſe notã. quia ipſe hoc habuit in facto in ciuitate Caſtelli, & illũ tex. in d. l. fi. §. 1. ff. de cuſto. reo, dixit ad hoc ſing. Lud. Rõ. in ſing. ſuo 30. inc. ſi dictat ſtatutũ &c.

Scias etiã & ſi aliquis creditor facit ſuum debitorem carcerari, qui debitor non ſit ſoluendo & adeo ſit pau-
74 per, quòd non poſſit ſe † ſuſtentare, quòd tunc creditor tenetur ipſum debitorẽ alere in carcerib. ita dixit Ray. de for. in l. iudices. C. de epiſ. aud. quẽ refert & ſequitur Bar. in d. ſuo tract. de carcerib. in vltimis verbis: de quo etiã per Ang. de Aret. in §. fi. in fin. Inſti. de acti. & vide glo. in l. fi. C. de eroga. milit. anno. lib. 12. & vide Barto. in l. ſanctũ. in prin ff. de rerũ diuiſio. & Ang. in l. minime. C. de appel. & do. Augu. de Ari. in ſuis addi. ad Ang. de Are. in tract. malefic. in verſi. fama pub. in 14. char. in pen. addi. Scias n. vlterius quòd cauſa carceratorum eſt
75 † ſummaria, ſicut cauſa miſerabilium perſonarũ. ita dicit Cyn. in l. fi. C. ſi quis alteri vel ſibi. quem refert & ſequitur Bart. in tract. ſuo carcera. in fi. vbi etiã alleg. Cyn. in l. 1. C. quãdo Impera inter pupill. & vidu. &c. & dicit quòd de hoc videtur eſſe tex. in l. fi. C. cuſto. reorum. Et
76 ſubdit quòd carcerati dicuntur miſerabiles † perſonæ, & quòd relicta carceratorũ dicũtur relicta ad pias cauſas, de quo etiam per Bald. in l. ſi id quod. C. de ſacroſa. eccleſi. & in l. fi. C. de cuſto. reo. & Spec. in tit. de ferijs. in §. 2. circa princ. verſi. poteſt autẽ. & per doct. in l. diuus. ff. de ferijs. de quo etiam dixi ſupra, in §. nunc videndum. num. 11. 12. & 13. vbi etiam alia adduxi in materia iſta. Vltimo etiam circa hanc materiam carcerum, & carceratorum ſcias & teneas perpetuo menti vnum videlicet, quòd ad hoc, vt iudex poſſit facere aliquẽ per-
77 ſonaliter capi, debet eſſe iudex ordinarius, † & debet habere imperium alias ſimplices magiſtratus habentes iuriſdictionem & non imperium, non poſſunt hoc facere, vt ſunt Conſules mercatorum, & Rectores vniuerſitatum. ita no. dixit Paul. de Caſtr. in l. cum proponas.

nas.C.de bonis auto.iudi.poſ. Et idē dicit eſſe in iudice delegato, † qui eodē modo nō poteſt facere capi aliquē, 78 & ad prædicta alle.bonū tex.iūcta gl.in auth.ei qui iurat.co.tit.& hoc ibi in d.auth.voluit etiā Bal.in 5.col.in ver.itē not.cp ſiue quis &c.& in verſ. ibi ſequēti. & idē voluit Bal.in auth.& omnino.in 3.col.verſi.circa perſonā iudicis &c.C.ne vxor p mari. quod eſt multū not.in practica.Et iſta ſunt in effectu,quę mihi occurrūt in materia carcerum,& carceratorum,licet poſſent alia plura adduci,ſed pro nunc iſtis tantum contentus ero,cum iudicio meo ſint vtiliora, & frequentiora alijs. Veniam modo ad §.vltimum præſentis operis.

SVMMARIVM.

1 Iudex cauſarū criminaliū cūcta maturè cōſideret.
2 Iudicis præcipitata volūtas eſt nouerca iuſtitiæ.
3 Defēſiōes Rei an audiēdę poſt cōcluſionē in cauſa.
4 Munerum abſtinentia commendatur.
5 Iudex in mitiorē ſemper partem inclinare debet.
6 Pars benignior in teſtibus pari numero diſcordātibus prævalere debet.
7 Iudex maiorem honorem conſequitur in abſoluendo,quam in condemnando.
8 Chriſti omnis actio eſt noſtra inſtructio.
9 Miſericordiā qui negant facere, negant Chriſtū.
10 Peccare in miſericordia melius eſt, quam in ſeueritate.
11 Scientia quæ miſericordiam vetat cauenda eſt.
12 Iudicium ſine miſericordia erit illis, qui nolunt facere miſericordiam delinquentibus.
13 Iuſtus nimis nullus eſſe debet.
14 Miſericordiam præſtans eleemoſynam facit.

§. OCcurrunt mihi lector optime, aliqua vltimo loco tibi rememorare,magis exhortationis, quam doctrinæ gratia,quę tibi inſeruient ad honorem & ſalutē animæ, & ad euitandū retia ſyndicatus,ſi ea diligenter attendes:ideo aduertas dū eris iud ex cauſarū criminaliū,cp ſi corā te agitabit aliqua cau-

357

sa in qua tractetur de re irretractabili, vel de præiudicio irreparabili, vt de dando torturã vel de pœna vitæ, vel mutilationis membrorũ, vel de alia re, vel pœna, in qua nihil operatur pœnitẽtia: vt in talibus nõ festines, nec fulmines sententiam diffinitiuam, vel interlocutoriã, quando contrarium facientibus sæpius vana & frustratoria pœnitentia est sibi comes: sed in talibus diligenter cogita, & animaduertas cũcta maturæ rimãdo, † iuxta tex. in c. indicante. 30. quæst. 5. & tex. in c. graue. 35. quæst. 9. vbi dicit tex. q̃ fructus diuinus est iustitiã sæpius recẽseri. Et memoria habeat dictũ Card. per illũ tex. in clem. pastoralis, in §. verũ. in prin. de re iudi. vbi dixit, quòd præcipitata volũtas iudicis est † nouerca iustitiæ pro quo facit illud vulgare, videlicet, repentinæ respõsionis comes est pœnitẽtia. Et si ista habẽt locũ in causis ciuilibus vt in dictis iuribus, quãto magis debent habere locũ in criminalibus: nã vbi maius est periculũ, ibi cautius est agendum, c. vbi periculũ. de elec. lib. 6. & l. 1. §. sed & si quis. §. de carbo. edict. c. quiescamus. 42. dist. & 7. quæst. 2. can. fi. & can. miramur. 61. dist. Et facit pro prædictis etiam illud, videlicet, manus nemini cito imposueris &c. vt dixit tex. in d. c. miramur circa mediũ. Et faciũt etiã plura, quæ dicuntur, de breuitate temporis, quę adduxi supra. in §. nunc videndũ, nu. 33. Et ideo his attẽtis iudex in similib. à se abijciat festinantiã, sed potius adhęreat tarditati, vt euitet omne periculum animæ & corporis. Et ista nõ profero sine causa. nam pluries vidi aliquos iudices maleficiorum iuuenes minime præuidentes futura, qui statim procedũt ad torturam reorum, & eos quandoq; reperiunt innocẽtes quo patefacto eos pœnitet tales reos torsisse, sed talis sera pœnitẽtia, nec ipsius iudicibus imprudentibus, nec etiã ipsis reis prodest. Secundo etiã menti habeas, dũ eris iudex maleficiorũ, vt facilis sis in præstando audientiam reo accusato, vel inquisito, vel agentibus pro eo: nã benigna audiẽtia iudicis videtur quodãmodo præstare tolerantiã pœnæ impositæ ipsi reo, & ecõtra: impatiẽtia iudicis & arrogantia in audiendo reũ, & agentes pro

1

2

eo

eo ſæpius reducunt ipſum reū, & affines ſuos in deſperationē, & ad effundendas querelas ſuas vbiq; tā ad ſuperiores, quàm ad quoſcunq; alios ex quo magis inclinantur & incitantur ad ſyndicatum cōtra ipſum iudicē, quod ſecus eſt quādo iudex fuit facilis in audiendo iura ipſius Rei. nā dicūt Rei inter ſe, nō defuit mihi audientia iudicis, ſed ius me cōdemnauit, & hoc quodāmodo cogit eos ad patientiā de condemnatione ſequuta. Et talis audientia debet præſtari per iudicē ipſi reo, vel agentibus pro eo nedū in principio, & in medio cauſæ, ſed etiā quocunq; tēpore reo poſtulante. l. vnius. §. cogniturū. in verſi. reo poſtulāte. & ibi dixi ff. de quæſt. Quinimo etiā poſt cōcluſum in cauſa † defenſiōes Rei 3
ſunt audiēdæ. vt dixi ſupra, in §. ſequēs quęſtio. nu. 6. & 8. & in §. vltim. quæſt. nu. 26. Quinimo etiā poſt ſentētiā debent audiri defenſiones rei, vt dixi ſupra. in §. opportune. nu. 8. & in §. ſecunda quæſtio. num. 29. & in §. vltima quæſt. nu. 14. & in §. opportune. nu. 17. Et nō ſolum iudex debet audire reum, & agentes pro eo patienter, ſed imo ipſe iudex debet ex officio ſuo, nemine petente, quærere defenſiones Rei, vt dixi ſupra, in §. nūc viden. nu. 7. & in §. ſequitur, nu. 43. Et tene menti quando eris iudex vt ſeueriter in cauſis criminalibus nō procedas, quoniā iudex ſeueriter procedens in cauſis criminalibus, debet priuari iuriſdictione, vt dixi, ſupra. in §. expedita. nu. 86. Ad quod facit illud quod Theodoſius Honorio filio præcipiens inquit, Sis pius in primis: nā cū vincamur in omni munere, ſola Deos æquat clemen tia nobis. Aſperitas enim, ſeu ſeueritas apud quemlibet prudentem damnatur: & quod tibi fieri non velles, alteri nō facias. Sis enim memor quod homo eſt factura ſeu creatura Dei, non autē hominis: & mēti quoq; habeas quod omnis homo mendax, & quod ſepties in die cadit iuſtus. & ſatis melius eſt peccare in pietate, quam in ſeueritate: vt dicit tex. in c. allegant. 36. quæſt. 7. Tertio ſi vis aſſumere officiū iudicis maleficiorū, diligēter aduertas vt habeas doctrinam, & ſcientiam ad tale officiū exercendum, cum ſæpius iudex ignoratēr procedēs

pluribus

pluribus modis faciat litē ſuā: vt patet in toto titulo. C. de pœna iudi. qui male iudica. & dixi, ſupra in pluribus locis. Iudex enim, qui nō habet ſcientiā, nec intelligentiam eorū, quæ facturus eſt, ſæpius vituperatur, & ſumme damnificatur, & quandoq; efficitur fabula vulgi: & de hoc expertus loquor. Nā licet ego minimus ſim, attū multis & quampluribus vicibus ad me venerunt cauſarū ciuilium, & criminaliū iudices petentes quid facturi eſſent in aliquibus cauſis, & proceſſibus corā eis pendētibus: de quo ego magis quā ipſi erubui, tñ dixi illud, q̄ mihi in iure occurrebat circa tales cauſas & proceſſus. Sed vere periculoſum, & turpiſſimū eſt ſe alere manu alterius, & nō propria: ideo ſi nō ſentis in te ſcientiā & ſufficientiā, noli acceptare officia, maxime criminalia, in quibus cōſiſtit pondus diei & æſtus: vt dixit Bal. in addi. Spec. in tit. de cōfeſ. in verſ. iſta cōfeſſio nō debet &c, de quo dixi in rubr. ff. de fica. aliter aūt faciēdo, & acceptādo officia ſine ſciētia, & ſufficiētia, cōſumis tēpus in vanū, & amittis honorē, & lucrū cum dedecore tuo: & iſta bene nota, & erige aures tu, qui cupis habere officia, maxime criminalia, & ea nō poſtponas, & ſæpius repetas illud tritū & vulgatū, videlicet, q̄ omnis ignorās malus, & plus ſibijpſi quā alijs, malus. Et qui habet aures audiēdi audiat. Quarto ſi eris iudex cauſarū ciuiliū vel criminaliū, abſtineas te à muneribus ſi vis eſſe
4 iuſtus, & recte procedere. Nā ſæpiſſime † munera euertunt iuſtitiā & excecant oculos ſapiētum, & mutant verba iuſtorū. ita ſcribitur Deutero. cap. 15. Pro quo facit tex. in c. qui recte. 11. quæſt. 3. vbi dicitur, quo acceptio munerum præuaricatio veritatis eſt. & iſta dicta refert Ange. & poſt eum Iaſ. in l. nō dubiū, in princ. C. de teſt. Pro quibus faciunt not. verba tex. in d. c. qui recte. in fi. vbi dicit, qui excutit manus ſuas ab omni munere, habitabit in cœlis. Et facit optime tex. in c. pauper. 11. q̄ſt. 3. in verſi. cito violatur auro iuſtitia &c. Sæpe etiā iudex quicunq;, & legat & ante oculos habeat tex. in c. cū æterni. in prin. de re iudi. lib. 6. vbi alloquens iudicē dicit, caueant iudices & prudēter attendāt, vt in cauſarū

proceſ-

proceſſibus nil vendicet odiū, vel fauor vſurpet, timor exulet, præmiū aut expectatio præmij iuſtitiā nō euertat, ſed ſtaterā geſtent in manibus, & æquo libramine procedant, vt in omnibus, quæ in cauſis agēda fuerint præſertim in cōcipiendis, & ferēdis ſentētijs præ oculis habeant ſolū Deū &c. ad quod etiā optime facit c. quatuor. cū. c. ibi ſequent. 11. quæſtio. 3. & c. quoties. extra de teſt. Et ſimiliter apud iudicē lachrymis nullus ſit locus: quia ſolēt ſecū ferre inſidias, maxime ſi à mulieribus p-ueniūt. & ideo lachrymę nō proſint cadēti: quia iuſtitia lachrymis nō regitur, nec officia lachrymis gubernantur. Quinto & vltimo iudex ſemper inclinet in benigniorē, & humaniorē partē, & minorē pœnā amplectat ſequens iuris regulā † q̄ dixit, quod ſemper in dubijs & 5
obſcuris. de regulis iuris. in 6. & in l. ſemper in obſcuris. ff. eod. & l. factū cuiquā. §. fi. eo. titu. & in l. merito. ff. pro ſoc. & in l. Arrianus. ff. de act. & oblig. & in c. cos vero. 50. diſt. & dixit Bal. in c. duob. in 1. col. ver. quid ſi iudices. de re iudi. † q̄ in teſtibus pari numero diſcor- 6
dātibus præualet benignior pars. pro quibus faciūt dicta per do. Fely. in c. aduerſario tuo. in 3. col. de exce. de qua materia late vltra oēs loquutus ſum in repet. mea. l. fi. C. de probat. in 4. & habetur etiā per Iaſo. in l. fructus. in 3. col. verſi. 3. adde &c. cū ver. ſequē. ff. ſolu. matr. Itē peccet ſemper iudex magis in pietate & clementia, quā in crudelitate & atrocitate: in dubijs potius abſoluat, quā cōdemnet: nā † maiorē honorē cōſequitur iu- 7
dex in abſoluendo, quā in condēnando: vt dicit Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 197. inc. viſa inquiſitione &c. in vltimis verbis. Pro quo faciūt dicta per Pet. de Anch. in cōſil. 23. inc. viſa inquiſitione &c. vbi inuehit cōtra iudices maleficiorū, qui anhelant ad condemnationē, quando per viā inquiſitionis procedunt: & iſta ponit dom. Phil. Dec. in cōſi. ſuo 189. inc. letatus ſum &c. in vlt. col. poſt prin. & dixit Bal. in conſil. ſuo 403. inc. quidā fuit &c. in fi. verb. in 3. vol. quòd iuſtius peccatur in abſoluēdo, quam in condēnando. alleg. l. itē Mela. in §. ſi plures ff. ad leg. Aqui. & idem dixit do. Philip. Decius in cōſil.

175. in.

175. incip. in causa falsitatis &c. in vltim. col. Itē in condemnando minor pœna est eligenda. l. penul. & fin. ff. de pœnis, & voluit Card. Alex. in c. rursus. in in 5. colu. extra qui cle. vel vouen. & Cepo. in l. si fugitiui. in 6. & 7. col. C. de seruis fugitiuis pro quibus faciūt not. verba do. Ioan. de Neuizano in sua sylua nuptiali. in vlt. char. in prima. col. post prin. Et ideo quādo tu eris iudex maleficiorū, nō cures seueriter procedere, nec semper imponas reo pœnā mortis, etiā lege permittēte, vt pro delicto per eum cōmisso debeat mortē pati. Sis. n. memor illius carminis. Si quoties peccant homines sua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tēpore nullus erit. Sequere legē humanā, & diuinā, q̄ magis vtuntur pietate & misericordia, quā asperitate & crudelitate. & considera q̄
8 omnis Christi actio, nostra est instructio † ca. significasti. de elec. pro quo facit. c. cū pastoris. 2. quæst. 7. & probat tex. in c. exemplū. 12. quæst. 1. & voluit Spec. in titu. de teste. §. primo. in 2ᵉ col. vers. Christi enim actio &c. & probat tex. 2. quæst. 1. & in c. 1. de sepul. & dixit Card. in cle. 1. in prin. de magist. & text. in l. imperialis. C. de nupt. Sed Christus dixit nolo mortē peccatoris, sed vt cōuertatur & viuat. q̄ verba refert tex. in c. quia diuinitatis. de pœnitē. distin. 1. & tex. in c. admonere. 32. q̄st. 2. & facit tex. in auth. vt nō luxur. cōtra natu. post princ. vbi dicit tex. misericordia Dei: nō perditionē, sed cōuersionē & salutē vult. Et facit quod per ecclesiā post celebrationē missæ dicitur in quadā oratione, videlicet. Deus viuorū saluator omniū, qui non vis mortem peccatorū, nec lætaris in perditione morientiū &c. Pro qua opi. facit tex. in c. omnis qui 7. quæst. 1. vbi dicit, qui ne-
9 gant misericordiā facere, ipsum † Christū negāt, qui est misericordia & veritas. Et facit illud, videlicet. Deus cui propriū est misereri semper & parcere &c. Et facit illud quod dicitur. Melius est peccare in misericordia
10 † quā in seueritate. c. allegant 36. quæst. 7. & ibi subdit tex. si Deus est benignus in misericordia eius, minister non debet esse tenax. pro quo facit. c. nō satis. 76. distin. & facit tex. in c. licet. 45. distin. vbi dicit text. plus erga

corri-

corrigendos agat beneuolentia, quã ſeueritas: plus cohortatio quam comminatio: plus charitas quam poteſtas. cum nemo noſtrũ ſine reprehenſione, aut ſine peccato viuat. Et dicit glo. in d. c. licet. † quòd ſcientia quæ 11
miſericordiam vetat, fugiẽda eſt. Et facit tex. in c. vera iuſtitia. 45. diſtin. vbi dicit tex. quòd vera iuſtitia eſt miſereri delinquentibus: quẽ tex. ad hoc allegat do. Franciſ. de Aret. in conſil. ſuo 145. inc. ſicut Ioan. in vlti. colu. & facit tex. in c. ſingulis in 86. diſtin. vbi dicit tex. quod plenitudo virtutum eſt miſericordia. Item facit ad prędicta. Nam boni rectores ex ſua infirmitate aliorum infirmitates penſantes magis per humilitatis & manſuetudinis leuamentũ vident peccantes ab erroris laqueo eruere, quã per auſteritatem in foueam perditionis mutantes propellere. ita dicit tex. in c. recedite. 45. diſtin. & facit c. conſiderandũ. 50. diſtin. Et facit text. in c. plerunq; in §. his ita reſpondetur. 2. quæſt. 7. vbi dicit tex. qui putant miſericordiam negandam eſſe peccantibus, & de iuſtitia ſua præſumunt, à domino percuſſi interẽunt: quia iudicium ſine miſericordia erit illis, qui nolũt 12
† facere miſericordiã delinquẽtibus. quibus dicitur per Salomonem. noli eſſe nimis iuſtus. Et facit rex. in c. denique 4. diſtin. vbi dicit tex. quòd qui nimium emũgit, elicit ſanguinem. quod etiam dixit glo. in c. ſerpens de pœnitẽ. diſtin. 1. & ibi dicit text. quod quis nõ debet eſſe nimis iuſtus. † & idem dicit text. in c. niſi cum pridem. 13
ante medium. de renũn. & ibi glo. dicit quod nimis iuſtus quandoque in ſua iuſtitia perit. allega. c. de his. 2. quæſt. 7. & d. c. ſerpens. ad quæ etiam vide Pet. Ancha. in conſi. ſuo 244. incip. chriſtianiſſime &c. circa mediũ. Et pro ſupradictis facit. c. libenter ignoſco. de pœniten. diſtin. 1. & c. diſciplina. 45. diſtin. in pluribus verſi. illius. c. & facit c. & qui emendat eadẽ diſtin. vbi dicit text. quod eleemoſynam facit qui miſericordiam † præſtat 14
& facit gloſſ. in c. fina. in verbo. in humaniorem. extra de tranſactio. Ex quibus omnibus ſatis puto conſtare, quod non ſemper iudex debet reum morti tradere, ſed mitiꝰ ſecũ agere, licet de iure eſſet puniẽdus pœna mortis,

360

tis, & ſequēdo actiōes Chriſti, nō debet velle mortē peccatoris: ſed vt cōuertatur, & viuat. Fateor tñ q̄ iſta nō debent habere locū in reo cōmittente enorme delictū: nec in famoſo delinquente: ſed in alijs inhæreo prædictæ opinioni, quod iudex miſereatur eius, per iura ſuperius allegata: & recordetur ſępe iudex quod ipſe fuit, & eſt homo humanus: & non ſanctus: & habeat ante oculos iuſtitiā mixtā cū charitate, & miſericordia, & reminiſcatur ſe moriturū: & conetur inquantū poteſt animam ſibi à Deo cōmodatam nitidā & innocentē eidē omnipotenti Deo reddere cū minori ſumma peccatorū quam poſſit: & ſit ei poſſibile, & cogitet ſe moriturū, ſi vult recte viuere iuxta illud, Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Et per hæc ſit expeditum præſens opus huius practicæ criminalis, in qua ſi aliquid boni dixi, gloria, laus, & honor ſit omnipotenti & clementiſſimo Deo, nec non beatiſſimæ Mariæ ſemper virgini, eius matri glorioſæ, qui linguam calamumq̄ue meum gubernarunt, & rexerunt. Si autem aliquid male dictum eſt ignorantiæ, meæ imputandum venit:

omnia tamen bono animo, & corde protuli, credens bene, & recte loqui.

FINIS.

DE IVRE SISTENDI, ET MANVVM INIECTIONE, QVAM VVLGO ARRESTATIONEM VOcant, Succincta Explicatio.

Auctore D. PETRO PECKIO Ziricæo, I.C. & ordinario Iuris professore.

Editio tertia multis capitibus & locis aucta.



COLONIAE AGRIPPINAE, Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote, Anno M. D. LXXXI.

361

Auctor ad Lectorem.

Hæ sunt pie Lector, quæ de Arrestis & Iure sistendi, dilucidè ac succinctè scribenda existimaui. Meminisse te velim, me & hominem esse, & vnum hominem, nec omnia vel amplius per me assequi, quàm ab homine mediocris ingenij atque institutionis. Itaque si quid inueneris in hoc opere, quod animi tui expectationi non satis respondeat, existimabis non esse hoc laboris vitium, sed tenebrarum humanæ mentis. Dicam cum Lactantio, Quod si vita optanda est sapienti, profectò nullam aliâ ob causam viuere optarim, quàm vt aliquid efficiam, quod vita dignum sit, & quod vtilitatem legentibus, si non ad eloquentiam, quia tenuis in nobis facundiæ riuus est, ad iuuandum tamen proximum, & viuendum adferat, quod est maximè necessarium. Gloria, honor, decus potestas & imperium Deo in secula seculorum. Amen.

CLARISSIMO VIRO
D. IOANNI RICHARDOTO I.V.
DOCTORI, REGIAE CATHOLICAE
Maiestatis in priuato Senatu Consiliario,
Suo Domino Petrus Peckius Ziri-
cæus I. C. S. P.

ANTE annos tredecim Vir clarissime, tractatum de Iure sistendi, siue de arrestis, vti nosti, edidi. Sed cùm ex varijs indicijs animaduerterem, & ex fideli multorũ relatione intelligerem, eum viris magnis, bonis & doctis, plurimũ placuisse, & tã ab ijs qui pro tribunali Ius populo dicũt, quàm ijs qui litigantium patrocinia recipiũt, gratum ac vtilem fuisse; sedulò ac seriò iterum animũ adieci meum, vt quatenus professio publica, læsaq; valetudo permitteret, ea quæ ex vsu forensi, succedentibus annis deesse illi cognoueram, bono publico, quo nos labores nostros omnes referre cõuenit, paulatim supplerem, & ea quæ fortè paulò obscurius prius dicta fuerãt, clarius explicarem. Eundem igitur tractatum, multis decisionibus locupletatum, plurimisq; in locis auctũ, pro mutua priuataq; nostra amicitia ad te mitto; quẽ vt & benignè foueas, & aduersus ingratorum inuidorumq; hominum calũnias patrocinio tuo defendas, oro. Louanij, anno à nato Redemptore nostro 1577. Idibus Septembris.

362

SVMMA CAPITVM
HVIVS OPERIS.

Arreſtum quid ſit, & vnde dicatur. Cap. 1. fol. 8

Quo iure arreſtum introductum ſit & qua ratione ſuſtineatur. Caput 2. 11

Quis res vel bona alterius ſiſtere ſeu arreſtare poſſit. Caput 3. 16

Quis aut quorum bona legitimè arreſtentur. Caput 4 33

Qui aut quorum bona ſeu res arreſtari nõ poſſint. Caput 5. 68

Quo in loco arreſtatio fieri vel non fieri poſſit. Caput 6. 89

Debitor an eo loco arreſtari poſſit, ad quem à creditore tranſigendi cauſa vocatus eſt. Caput 7. 98

De priuilegio Bullæ aureæ. Caput 8. 99

Vtrum reditus hypothecatus in vno loco, ſi decurſus eſt, poſſit à creditore eius cui debetur, arreſtari in loco domicilij debitoris qui illum debet. Caput 9. 102

Quo tempore arreſtum fieri poſſit vel non poſſit. Caput 10. 104

Cuius loci ſtatutum ad faciendum arreſtũ, ſpectandum ſit, & quæ conſuetudo ſi in diuerſis locis alia atq; alia ſit ſpectetur. Cap. 11. 114

De renunciatione immunitatis & priuilegij de non arreſtando. Caput 12. 117

Renunciatio immunitatis an porrigatur ad hæredem debitoris. Caput 13. 120

Quan-

Quando arrestatus videtur priuilegio fori tacitè renunciasse. Caput 14. 123
An arrestatus præstando cautionem de iudicio sisti, priuilegio fori renunciasse videtur. Caput 15. 128
Quæ sint necessaria vt debitor, vel quis alius arrestari possit. Caput 16. 130
Vtrum arrestum indebitè factum, ex alia iusta causa confirmari possit. Caput 17. 137
Qua actione teneatur qui personam aut res alterius indebitè arrestari fecit. Cap. 18. 144
Arrestatio per quem fieri debeat. Cap. 19. 147
Vtrum Iudex per extraneum Apparitorem arrestare possit. Caput 20. 150
Vtrum Apparitores magni Senatus vbique arrestare possint. Caput 21. 151
De pœna Apparitoris extra territorium arrestantis. Caput 22. 154
Quæ sit pœna eius qui se apparitorem esse simulat, cum non sit. Caput 23. 156
De Apparitore metu, precibus vel sordibus corrupto, & arrestũ non faciente. Ca. 24. 159
Arrestatus an credere apparitori debeat. Caput 25. 163
Apparitori referenti se aliquem arrestasse, an sit credendum. Caput 26. 166
Quis salarium apparitoris soluere ei debeat. Caput 27. 169
De eo qui arrestum violat. Caput 28. 172
Quantam mulctam seu pœnam Satelles violationi arresti apponere possit. Cap. 29. 177

363

Vtrùm aduerſus mulctam ſeu pœnam violati arreſti præſcribatur. Caput 30. 180
Arreſtáti apparitori an ſiſtere liceat. Ca.31. 182
Arreſtanti reſiſtens, eundemque verberãs quo pacto puniatur. Caput 32. 186
De his qui arreſtatos eximunt, aut in prę iudicium creditorum occultant. Caput 33. 189
An ab arreſtatione appellari poſſit. Ca.34. 195
Quæ ſit vis, & quis effectus arreſti. Ca.35. 197
In cauſa arreſti quis ſit actor aut reus. Ca.36. 201
Statutum quo cauetur, quòd in cauſa arreſti, de triduo in triduum procedi debeat, quomodo intelligatur. Caput 37. 203
De ſtatuto quo cauetur, quod arreſtans prima die iuridica debet exhibere cauſas arreſti. Caput 38. 207
De inſinuatione arreſti ſuper bonis abſentis facti. Caput 39. 209
Inter plures creditores vnius debitoris res ſeu bona arreſtantes, qui præferendi ſint. Caput 40. 212
Debitore fugiente, quomodo Commentarien ſis teneatur. Caput 41. 217
Debitor arreſtatus quomodo ali, & tractari debeat. Caput 42. 220
Contractus cum arreſtato factus an infirmari poſſit. Caput 43. 222
De cuſtodia & periculo rerum quæ arreſtatæ fuerunt. Caput 44. 227
Arreſtum qua ratione relaxetur. Ca.45. 230
Arreſti reſolutio cuius auctoritate fiat. Ca.46.

Arreſtatus ex duabus cauſis, quarum altera tã-
tũ probata eſt, an relaxari debeat. Ca. 37. 243
An debitor inuitus in quacunq; Iudicij parte,
oblatam relaxationem arreſtari procurantis
acceptare debeat. Caput 48. 249
Debitor an poſſit ab alijs recommendari in ar-
reſto. Caput 49 251
Debitor an poſſit pro expenſis carceris à Com-
mentarienſi retineri. Caput 50. 254
De modo & ratione expenſarum, quas indebi-
tè arreſtatus facere atque ab arreſtante repe-
tere poteſt. Caput 51. 258
De pacto quo alius debitum arreſtati in ſe ſuſci
pit, & non ſoluit. Caput 52. 260

364.

DE IVRE SISTENDI, ET MANVVM INIECTIONE,

QVAM VVLGVS ARRESTATIONEM vocat:

PETRI PECKII ZIRICAEI I.C.

Liber vnus.

Arreſtum quid ſit, & vnde dicatur. *Caput 1.*

ARGVMENTA.

1 Sententia ſupremarum Curiarum cur Arreſta dicta ſint.
2 A ſententijs ſupremæ Curiæ non appellatur.
3 Clauſula hæc, Quia tale eſt noſtrum placitū, quid ſignificet.
4 Arreſtum, arreſtatio, arreſtare quid ſit.
5 Arreſtare & prehendere, quomodo differant.
6 Arreſtorum duo genera.

1 VARIA eſt Arreſti appellatio, Supremorum enim Tribunalium ſententiæ vulgo Arreſta appellantur, fortè a Græco verbo ἄῤῥᾳκτος, quod ſignificat incorruptum, inuiolatumque, quod in illis ſupremis Curijs ſententiæ incorruptæ, & iuſtiſſimæ exeāt, aut certè exire deberent, quæ inuiolatæ manent, nullaque prouocatione, ſeu appellatione infringi aut ſuſpendi poſſunt. l. 1. ff. à quib. appel.
2 non lic. Credit enim Princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide ac grauitate, ad huius officij magnitudinem aſſumuntur, non aliter iudicatu-

dicaturos esse, pro sapientia & luce dignitatis suæ, quâ ipse foret iudicaturus. l. 1. C. de offic. præfect. Præfor. Id. eoque Arrestum eiusmodi prætextu iniquitatis damnari non potest. l. si quis. vbi id notant Cynus & Salycetus, C. de precibus Imperator. offer. Budæus verò ad l. final. ff. de Sena. & Budæum secutus Franciscus Conanus libro 1. Comment. Iuris Ciuil. c. vltimo, numero 9. & Ioannes Imbertus Institutio. Forens. libro 2. c. 16. ad verbum, adimitur. ἄρεσμον Græcè, Latinè Placitum & decretum dici existimat; sicut & Regijs diplomatibus, post declaratas breuiter rationes, quibus adductus est Princeps vt quid iubeat, vetet, aut permittat, postrema hæc tanquam omnium rationum clausula subijcitur; *Et quia tale est nostrum placitum.* Quibus verbis 3
voluntatem pro iusto imperio & ratione habendam esse non censet Princeps; sed vult intelligi rem illam se, de suorum Procerum consilio, statuisse. Quamobrem placere Principi putauit Vlpianus, quod ratione & consilio ab eo factum esset; Nam Ciuilibus legibus, & vt ait Dion, scripto iure solutus est: cæterum Naturali lege tam est astrictus, quam quiuis nostrum, aut etiam multò magis. Prior explicatio magis placet multis. Nam vt Rebuffus in constitution. Reg. tomo 2. titulo, vt contract. test. sentent. & alij omnes ac gallic. concip. verb. gloss. 2. ait, Placitum non magis conuenit Parlamentis, supremisq; Curijs, quàm inferioribus, quia etiam sententiæ inferiorum iudicum Arresta, id est, placita, dici possent, nisi per Antonomasiam dicas. Sed ita, inquit, de omnibus rebus dici posset, quod Citatio, Litis contestatio, & omnia quæ Parlamentis & Curijs conueniunt per Antonomasiam, de Parlamentis intelligerentur. Et iterum hoc probat tomo tertio, in tractat. de arrest. & opponentibus contra ea, in principio.

Alio modo Arrestum, prout nec Græca, nec Latina, 4
sed merè Gallica vox est, significat impedimentum, siue interdictum, ne res, aut persona, loco aut statu suo moueatur.

365

Estque Arrestatio, iniectio manuum, cum alicui à magistratu interdicitur, ne excedat ex eo loco, in quo inuentus est, nisi rebus cum eo compositis, qui de illo apud Iudicem quæstus est. c. clerici. de immunit. eccles. libro sexto, Pyrrhus ad consuetudin. Aurelian. Rubr. de execut. instrument. c. 9. Lagus in sua Method. c. de execut. rei iudic. Vel etiam cùm res alicuius quacunque ex causa pro securitate nostra, auctoritate publica detinetur, ita vt nobis inuitis ex loco illo, negocio nõdum sopito auferri non possit. Qua ratione sunt qui Arrestare, idem esse dixerunt, quod gradũ sistere: quia postquam arrestum factum est, ibi sistendum est. idem Pyrrhus, dicto loco, titulo de execution. ex locat. c. septimo. versiculo, Habes casum. & Ioannes de Athon ad constitution. Angliæ, titulo de decimis, in c. erroris. ad verbum. arrestari. dicit Arrestationem esse citationem quæ fit verbo & facto. Porrò autem Cardinalis ad clem. prim. de hæretic. existimat arrestationem absque manuum iniectione fieri: Prehensionem verò sine manuum iniectione fieri non posse. quod verum esse asserit Molinæus ad consuetu. Parisien. titulo secundo glossa. 1. ad verbum, arrester. numero tertio. versiculo, & dicendum. quia sicut plus est, rem aliquam prehendere, quàm impedire; ita plus est personam capere, quàm impedire vel interdicere, seu, vt vulgo dicunt, arrestare Plerunque tamen promiscuè accipiuntur, vt ait Imola ad dictam clem. 1. numero vndecimo Et hac de re loquens Quintilianus Mendosius in tractat. de monitorijs. quæstione octaua. Arresti formula in Curia Romana, inquit, in monitorio est hæc. Et interim donec soluat, vel donec respondeat positionibus vel articulis vel præparatorijs, puta an sit hæres, pro quota parte, &c. vel donec quid aliud, super quo monetur, faciat, arrestetur; ne à Curia absque ipsius Iudicis monentis expressa licentia discedat, sub pœna & censuris. Rota decis. 394. incipien. si suspensio. in no. & Ioannes Milis in suo repertorio, ad verbum arrestare. Eodem etiam loco numero vndecimo, & sequent. latius explicat Molinæus, quid

quid arrestum cum sequestratione & missione in possessionem bonorum, commune habet, & quatenus ab vtraque distinguitur; quod & Paulum Parisium quoque consilio 107. numero 72. libro tertio, fecisse video; quæ omnia nos hoc vno loco referre non existimamus esse necessarium. De hoc autem arresto dicere instituimus.

Illud quoque obseruatione dignum est, quod in dicto c. octauo. in tractat. de monitor. scribit Mendosius, quod arrestorum duo sunt genera, quorum alterum est hominis, alterum legis. De arresto hominis, hoc est Iudicis hic loquimur. De arresto autem legis est textus in l. vnica. C. vt omnes iudic. tam ciuil. vbi cauetur, quod omnes Iudices tam ciuiles, quàm militares debeant per quinquaginta dies post depositam administrationem remanere in locis vbi administrauerunt, nec inde interim recedere. & vtrumque arrestum comparat atque æquiparat Oldradus consilio 65. incip. hic agitur. 6

Quo iure arrestum introductum sit, & qua ratione sustineatur. Cap. 2.

ARGVMENTA.

1 Debitor fugitiu⁹ propria auctoritate capi potest.
2 Animal in agro alieno repertũ an retineri queat.
3 Debitoris non soluentis, quod olim supplicium fuerit.
4 Incipere ab executione non licet.
5 Arrestatio quatenus iure sit permissa.
6 Arresti introducendi quæ fuerit ratio.
7 Arresti vsus an sit fauorabilis.

ILLVD inprimis quæri potest, quo iure istiusmodi Arrestum sustineatur? Sunt qui existimant ex l. final. C. vbi in rem act. exerc. deb. probari, quod si quis equum, vel aliam rem debitoris sui forensis hic inuenerit, sistere, & arrestare eam possit. verba legis hæc sunt.

Actor

Actor Rei forum. siue in rem, siue in personam sit actio, sequatur. Sed & in locis, in quibus res, propter quas contenditur, constitutæ sunt, iubemus in rem actionem aduersus possidentem moueri. In cuius legis explicatione disputant Interpretes, an forensis cum equo alieno per hanc ciuitatem transiens, conueniri possit. Quæ quæstio propriè huc non pertinet, quia de sola vindicatione non quærimus, in qua propter præsentem possessionem, aliquid amplius domino rei tribuendum esse, videri posset: Ipseque Accursius ibi. res mobiles, non nisi suspicione aduersus debentem militante, detineri posse respondit: ad quam suspicionis existentiam, vsum arre
1 storum non restringi constat. Sic cum æquitas postulat, lex concedit, debitorem fugitiuum, vel de fuga suspectum capi & detineri. leg ait Prætor. §. si debito-
2 rem. ff. Quæ in fraud. creditor. Permittit etiam, si periculum sit, damnum datum non recuperari, & si dominus ignoretur, animal à quo damnum acceptum est, retineri, & non aliter. Nam Alioqui, quamuis alienum pecus in agro suo quis deprehenderit, inquit Pomponius, sic illud expellere debet, quo modo si suum deprehendisset: quia si quid ex ea re damni acceperit, habet propriasactiones. Itaque qui pecus alienum in agro suo deprehendit, non iure id includit, nec agere illud aliter debet quàm supra diximus, quasi suum: sed vel abigere debet sine damno, vel admonere dominum suum vt recipiat. l. quamuis. ff. ad l. Aquil. l. qui seruandarum. § final ff. de præscript. verbis. Bartolus, Baldus, Paulus Castrens. in l. hoc amplius. § his autem. ff. de damno infecto. Speculator in titulo de act. versiculo, sed pone inuenio pecudem. Idem Baldus ad l. 2. C. de seru. fugitiu. Panormitanus ad c. si læserit. de iniur. Angelus ad l. ratis. ff. de incend. ruin. naufrag. Et consuetudinem si quæ huic contraria sit, à scripto iure discrepare testatur Petrus Rat. ad consuetud. Picta. titulo de la distin. des iurisdiction. articulo 57. & Pyrrhus ad consuetud. Aurelian. titulo de execut. ex locat. c. 9. & Domin. Henningus Goden,

Goden, consilio 34. numero trigesimosexto. Arrestum verò quo hodie nihil vsitatius est, tam arctis finibus non concluditur, latiusque patet, & ad necessitatem aliquam semper non restringitur, eiusque vsus etiam ex sola vtilitate agentis consistit. Qua ratione permoti alij, asserunt leges nusquam huius cohibitionis mentionem facere, cuius exemplum olim in ll. duodecim tabularum extitisse videtur: Quia vt libro vigesimo, c. primo testatur Gellius, confessis, conuictisque debitoribus, decem dies ad quærendam pecuniam dati fuerunt, intra quos si non feciſſent solutionem contracti æris alieni, facta est manuum iniectio, & neruo, ac compedibus vincti sunt. Quam legis duodecim tabularum duritiem Ius nostrum non patitur, sed econtra prohibet, ne homines priuati, debitores suos, tanquam iumenta, ergastulis includant: præterquam quod admittit debitorem qui decoxit, & obæratus est, (modo de fuga suspicio sit) prehendi, & custodiæ detineri posse. l. j. & alijs ll. C. qui bo. ced. pos. Constat sanè omnium actionum instituendarum principiũ, ab ea parte edicti proficisci, qua Prætor edicit de in Ius vocando. §. fin. Instituti. de pœn. tẽp. litig. & notissimam iuris regulam esse reos omnes domũ reuocandi ius habere, si non ibi cõtraxerint, vbi cõueniuntur. l. 2. ff. de iudic. Ideoque creditorẽ ab executione, cuius species est arrestatio, teste Molinæo ad consuet. Paris. part. 2. tit. 2. glo. 1. nu. 2. inuerso iuris ordine incipere non posse. l. 1. C. de execut. rei iudic. l. si nulla. ff. de re iudi. Oportet enim debitorẽ primo conuinci, & sic deinde ad solutionẽ pulsari. l. vnic. C. de seq. pecu. ne commoditate possessionis, & veluti fruitione libertatis suæ, quæ maxima est, priuetur: adeo vt Iudex à præcepto incipiens, partiq; aduersæ deliberationis tẽpora denegãs, nulliter agit, nulloq; iure mandatũ suũ defendere potest. l. prolatam. C. de sent. & interloc. Bal. ad l. nec quicquam. §. vbi. col. 2. ff. de offi. proconsl. l. hæres. in fi. ff. de indic. latè Rebuffus ad ord. reg. tomo 1. in tract. de lit. obli. art. 6. gloss. 1. & 2. ad verb. *nauront, commence par exec-*

3

execution, quia executio fit officio Iudicis mercenario, quod ſententiæ deſeruit, neque prius naſcitur, quã ſententia tranſeat in rem iudicatam, licèt actio iudicati ex quaſi contractu in ipſa ſententia oriatur, Bald. ad d.l.1. Sunt quidem caſus, in quibus rerum neceſſitas efficit, vt ab executione incipiatur, & etiam ante iudicatũ
5 æquitatis intuitu, permittatur manuũ iniectio ſeu detentio, Felyn. ad c.2. de offi. iud. deleg. in fi. Alberi. & alij ad d.l.1. In quos ſi reſpicias, fatendum erit arreſtationẽ iuri cõmuni eſſe conformẽ, ſeu potius ex eo naſci & prodire: id quod tenet, & ſequitur Benedictus Curtius in lib. de arreſt. amor. c.8. inc. par vertu. verſic. poteſt enim qui, &c. Quatenus verò vlterius egreditur, & ad quamcunq; penè perſonam, ſeu cauſam ſe porrigit, ſcriptis legibus aduerſatur, Zaſius nu.9. Iaſon in 12. limit. l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. & facit ad hoc elegans conſilium Romani 224. inc. Iſta raptura. verſi. inci. vltimo ponderandum. Veluti ſi ciuẽ Mechlinienſem præpotẽtem & diuitem, qui in ſuo tam propinquo foro facilè conueniri poſſet, hic Louanij arreſtari curem: nulla hic neceſſitas ſubeſt, nullum fugę periculum, ſola conueniendi in meo foro vtilitas & commoditas ſpectatur, aduerſus cõmunes iuris regulas, quibus cautum eſt, actorẽ Rei forum ſequi debere. l.2. C. de iuriſd. om. iudi. c. cum ſit. de for. comp. Et ita in terminis de arreſto diſtinguit Quintilianus Mendoſius, in tract. de monitor. quæſt. 8. quem non videram in priore editione, ſed ſolum nunc in hac poſteriore: & ſic etiam intelligendum eſſe exiſtimo, quod loco mox citato voluit Molinæus, dum ait, quod regulariter prohibita eſt arreſtatio, niſi quatenus iure, cõſuetudine, aut priuilegio apparet eſſe permiſſa. l. negantes. C. de act. & obligat. Vnde fit quod dubitem vtrum Abbas conſilio 42. libro ſecundo, & Abbatem ſecutus Caſtrenſis conſilio 56. bene dixerit, nullius momenti ſtatutum eſſe, quo nulla verbali citatione præcedente, captura permittitur; qua de re plura apud Boërium ad conſuetud. Bituricenſ. titulo 1. §. 13. videre licet.
6 Ratio autem huius conſuetudinis eſt generalis, ad vitandum

tàndum sumptus & expensas quæ fieri possent, ad prosequendum debitorem, alibi commorantem : nempe quod aliquando plus in persecutionem solutionis debiti expenderetur, quàm valeret, cõtra leg. mediterraneæ. C. de annon. & tribut. libro 10. & difficultas longinquum adeundi iudicem de summa modica, quam præstaret perdere, quam prosequi, actionem subuertit. arg. l. nam is. ff. de dolo. gloss. ad l. hæres absens. §. at si quis. in verb. debit. ff de iudic. meliusque est in tempore occurrere, quam post recessum, rem persequi. l. 1. C. quand. lic. vnicuiq. sine iudic. Rebuffus ad constit. reg. tomo 1. tracta. de liter. obl. artic. 6. glo. 3. num. 41. Ex quibus omnibus facile intelligi potest, an vsus arrestorum tanquam fauorabilis extendendus; an potius veluti odiosus restringendus, & coarctandus sit : quod non modicam in se vtilitatem habet. Augustinus Boërius q. 57. inci. Statuto. nu. 3. Huiusmodi statuta (inquit) cõtra ius commune, & exorbitantia dicuntur, vt colligitur ex ijs quæ voluit Angel. Ioan. de Imol. & Alex. ad l. si cũ dotẽ. col. 3. §. eo tempore. ff. solut. matrim. ergo restringenda sunt, vt minus derogent iuri communi, quàm possunt. c. quæ contra. de reg. iur. & ita sunt intelligenda, vt in cæteris cum iure communi concordent, & propriè ac verè in casu in quo loquuntur, duntaxat locum habeãt, non autem ad alium, sub illorum verbis non cõprehensum, trahantur. Antho. in c. cum dilectus. de consuet. c. dudũ. de priuileg. quia hoc cõmune & vulgare est, qd si statutũ est contra ius commune, certè est strictè interpretandum. l. quod vero. ff. de legib. & quicquid est contra ius commune, simul etiam stricti iuris est, teste Bar. ad l. Cæsar. versi. secundò quæro. ff. de publi. simulque etiam odiosum. Panor. in c. quia. in 3. not. de priuileg. & ad c. olim de verb. signifi. & consil. 1. libr. 1. Cornæus consil. 89 lib. 3. & consil. 27. libro 4. In quibus locis hoc veluti axioma ascribunt, omnis recessus à iure communi est odiosus. l. eum quidã. ff. de libe. & posthu. & odiosa omnia sunt strictì iuris. Bald. ad l. non possunt. in 2. lectur. ff. de legibus. qua de re pulchrè Tiraquellus 7

de

de vtroque retract. in præfati. nume. 62. cum multis sequentibus.

Quis res vel bona alterius fistere, seu arrestare possit.

Caput 3.

ARGVMENTA.

1 Creditor excommunicatus an arrestare possit.
2 Hospites an arrestare viatorē pro expensis queāt.
3 Legatarij an & quādo hæredē arrestare possint.
4 Procurator creditoris quo arrestū impetret.
5 Generalis commissio de arrestando quoscunque ad petitionem partis non valet.
6 Cessionarius vtrum arresti iure vtatur.
7 Portator literarū cū clausula eius qui hāc feret, an rectè arrestū aduersus debitorem petat.
8 Consors litis quo casu licitè arrestari faciat.
9 Quid de socio dicendum sit.
10 Coniuncta persona an hoc iure vtatur.
11 Hæres creditoris an rectè arrestum petat.
12 Scholaris creditor vtrum recte sistat debitorem.
13 Suburbani homines iure ciuium gaudent.

HIS ita præmissis, quis vel res, vel personā alterius arrestare vel detinere possit, dispiciēdū est. Et principio quidē de creditore, cui quid, quacunq; ex causa legitima debetur, non dubium est. Ipsius enim causa & ratione vsus arrestorū potissimum introductus est: adeo vt etiam excommunicatus, quantūuis Canonibus & Legibus exosus, à fruitione eorum non repellatur. Francis. Ripa ad c. 1. nu. 88. de iud Panor. ad c. cum inter. de excep. Siquidem regula generalis est, quod excommunicatus agens aduersus debitorem suum, à limine iudiciorum repelli possit. c. intelleximus. de iudi. etiam si per procuratorem suum, actionem suam intendere velit. c. cum inter. & ibi Felyn. & alij de except. quia procuratoris personam ex persona constituentis metimur. cle. penult. de procur. quo modo neque accusare. c. 1. quæst. 1. neque suam, aut suorum iniuriā prosequi, gl.

ad

ad c. omnibus. 4. quæst. vlt. Fred. consil. 116. Anchar. ad c. 1. de rescrip. in 6. neque spoliatus restitutionem petere potest. c. ex insinuatione. de procur. ca. 1. 23. dist. estque infamis. ca. infames. 6. quæst. 1. Roman. sing. 675. & vir non bonus esse præsumitur. Anton. de Butrio ad c. cum dilectis. de purg. cano. Socin. consil. 45. incip. Visa appellatione. colum. 2. versic. quis autem dubitat. lib. 1. Ea tamen regula, vt omnes fere solent, restringitur, vt deficiat quando debitor excommunicati de fuga suspectus est. Abbas ad cap. 2. de except. Lex enim actionis exercitium ipsi aufert ad tempus, quia sine scandalo inter Christi fideles versari non potest: actionem tamen ipsi non adimit, præterquam quod præscriptionis rigorem aduersus eum currere finit, si absolutionis beneficium impetrare potuit, & tanto tempore neglexit. Bald. à c. 1. in fin. de præscript. gloss. ad cap. quia diuersitatem. ad verbum suspēsionis, de concess. prēb. quia qui potest facere vt possit, iam posse videtur. l. qui potest. ff. de regu. iur. Eaque ratione Felyn. ad d. c. 2. nume. 16. non aliter creditori excommunicato debitoris fugitiui prehensionem & arrestationem concedit, quam si periculum sit in mora; ita vt interim à iudice, vel à superiore absolutionem impetrare possit. Cui non refragatur d. c. quia diuersitatem, vbi non currit tempus præscriptionis impedite, licèt impedimentum culpa eius euenerit: Ita enim illud accipi & intelligi debet, si in petenda absolutione negligens non fuit. Bald. in tractat. præscript. 4. part. 4. partis principalis. quæst. 3. num. 6. colum. versic. Sed puto quod ista decisio. Ex quibus satis colligi posse existimo, nō indistinctè concessam esse facultatem excommunicato, vt suum debitorem extraneum sistere & arrestare posset; sed suspectum de fuga, vagabundū, & nullo certo loco domicilium fouentem duntaxat; nō etiam illum, qui facultatibus idoneus est, & in suo foro, atque domicilio facilè conueniri potest: Hoc enim aliquali præiudicio facilius inducetur ad veri æternique luminis agnitionem. Et cum prehensionis, arrestationisque eiusmodi vsus, quatenus de fuga suspecti de-

bitoris limites excedit, iuri communi aduersetur, quod superiore capite diximus, stricte accipi atque interpretari, non etiam ampliari, & ad homines legibus odibiles prorogari debet. c. odia. de reg. iur. in 6

2 Hinc etiam intelligimus, hospites, & caupones, cùm creditores sint, pro consumptis ius detentionis ac arrestationis habere. Cum enim publicè interfit caupones esse, apud quos extranei & aduenæ recipiantur. l. nauta ff. naut. caup. stab. publica vtilitas exigit, vt ijs citissimè soluatur, ne tædio affecti ab instituto desistãt; quod ad rẽ subiectã not. Pyrrhus ad cõsuetu. Aurelia. titu. de execut. ex locato. cap. 7. & sequi videtur Ioã. Papon. ad cõsuet. Burbon. tit. des renuoys. §. 12. nã inquit, cùm his quos admiserũt caupones necessaria ministrare teneantur. l. debet. ff. naut. caut. caup. stab. & custodiã omniũ q̃ in cauponam illata sunt, tacitè suscipiant, factumque etiam aliorum præstent. l. j. §. fin. l. 2. & 3. eod. titu. adeo vt diuertenti bonæ famæ homini iurato credatur, asserenti se quippiam perdidisse, si præsumptione non deseritur, vt not. Bartol. ad l. 2. §. 1. ff. furt. aduers. naut. & Cyn. ad l. certi. C. locat. vtique æquum fuit, eos etiam hac ratione subleuari, vt damnum facilius effugiant, sicut & super rebus per hospites consumptis eorum iuramento idcirco creditur. & in titulo des executions. §. 134. & 135. multa alia priuilegia cauponum adducit, per quæ propter eandem causam reliquis creditoribus præferuntur, quem vide. & latè explicat Ioannes Desmianus ad consuetud. Auer. titu. des seruiens. c. 3. art. 2. incip. plaroque possent scribi.

3 Sed quid dicemus de Legatarijs, quibus legatum testamento relictum est? sanè si solum creditoribus permittitur licentia arrestandi suum debitorẽ, legatarij hæredem, saltem ante aditã hæreditatẽ, arrestare non possent, vt ait Ludo. Rom. consil. 214. inci. Ista captura. quia legatarij propriè creditorũ appellatione nõ continentur. l. fin. §. licentia. C. de iure delib. vbi text. ponit inter creditores & legatarios dictionem denotatiuam diuersitatis: & id quod ex legato debetur, nõ dicitur propriè credi-

creditum, vt decidit Bart. ad l. j ff. si cert. petat. & tex. in l. si is cui. §. Fauius ff. de solut. Consuetudo autem quæ est contra ius, debet strictè accipi & propriè. l. quæ à iure. ff. de legib. Deinde verò nõ est legatarijs ius petendi legatum ante aditam hæreditatem. l. eam quam. C. de fideicom. & à die hæreditatis aditæ, non autem à die mortis intelligitur dominium legati verè in legatariũ transire. l. si tibi homo. §. cum seruis. ff. de leg. 2. l. à. Titio. ff. de furt. Sed quoniam in hac patria arresti, creditoris appellatio accipitur latissimè, & non tãtum creditoribus, sed alijs quorum interest datur licentia arrestandi, ego puto etiam legatarios habere potestatem arrestãdi hæredem, si modò adierit hæreditatem, & non ante, nisi dum adhuc deliberet, sit fortè in possessione rerum legatarum, & periculum sit ne illas prodigat vel euertat. Etenim omnibus modis voluerunt legislatores legata esse salua, ne fraudentur voluntates defunctorum. l. 1. & toto tit. vt in possess. legat. C. & ff. Deinde verò And. Barb. ad rubr. tit. de testam. recitat 21. casus, in quibus legata, etiam non adita hæreditate, peti possunt. & adhuc vnum alium addit Ioan. Bernard. Diaz à Luco in suis reg. regula 411. in quibus casibus non est dubitandum, quin arrestatio fieri possit.

Secundò, & is arresti ac prehensionis iure vtitur, qui creditoris procurator est, Ripa ad c. 1. num. 88. de iudic. Iason ad §. 1. Instit. de act. Hippol. ad l. 1. nu. 102. ff. ad l. Corne. de sicar. gloss. vnica, & singularis ad l. 1. iuncto textu C. vbi quis de curial. facit ad hoc l. refectionis. versic. ego. & ibi Cast. ff. commu. præd. vbi dicitur, quod illud, quod possum facere per me, possum etiã facere per ministros meos ad hoc necessarios, cuiusmodi sunt procuratores. l. 1. ff. de procurat. & concesso vno, omnia videntur esse concessa, per quæ peruenitur ad illud l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. Rom. singu. 175. incip. Cõcesso. Rebuff. expressè hoc de arresto affirmat, ad ordi. reg. tomo 1. art. 6. glo. 3. num. 59. versi. & nõ solũ. Quid enim si Titio mãdatum dedero, vt meo nomine aduersus Sempronium debitorem agat? vtiq; & hæc mea videt fuisse 4

380

cogitatio, vt inuentum alibi arreſtari faciat, & contra arreſtatum actionem intendat. Et in ſimili eleganter decidit Rodericus Zuarez ad l. poſt rem. cap. inc. Quia ſupra viſum eſt. ff. de re iudi. quod procurator ſimpliciter conſtitutus ad agendum, poteſt petere executionem inſtrumenti, habentis paratam executionem. & nu. 32. quod vbicunque debitor per inſtrumentum habēs executionem paratam cogitur ad ſoluendum, procurator etiam ſi non habeat mandatum ad recipiendam ſolutionem, poteſt petere, vt res extrahatur de poteſtate debitoris ſuſpecti, & deponatur apud idoneas perſonas, ſi mandanti & domino ipſius ſit vtile. l. ſi reus paratus. ff. de procur. Sed quod ſpeciale mandatum requiratur, videri poſſet ex eo, quod notat idem Rebuff. ad concordata inter Leonem 10. & Franciſcum regem Galliæ, in tit. de elect. derogat. ad verbum. ſpeciale mandatū. verſic. incip. Trigeſimus octauus. vbi inter 48. caſus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum, recenſet etiam hūc, quod procurator non debet aliquem capere, ſine ſpeciali mandato domini, allegans l. non ſolum. §. fin. ff. de proc. Socin. conſil. 129. incip. Cum in præſenti. colum. 3. in princ. lib. 1. cum ad relaxationem eius, qui detentus eſt poſtulandam, ſpeciale mandatum requiratur. Bart. conſi. 84. incip. In cauſa Statij. lib. 1. Fauorabilior autem eſt relaxatio, quàm apprehenſio, & detētio. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. l. abſentem. ff. de pœn. tum verò quando agitur de graui præiudicio afficiente perſonam, requiritur mandatum ſpeciatim, & nominatim eſſe datū ad illum actum. d. l. non ſolū. §. fin. ff. de procur. atqui graue præiudicium ex arreſto eſt, & ſpeciem quandam ſeruitutis continet. argu. l. 1. & 2. ff. de lib. hom. exhib. & expreſsè Roman. conſi. 60. incip. Mandatum, ait, ad capiendam alicuius debitoris perſonam, mandatum ſpeciale requiri: quia certum eſt, quod ſine ſpeciali mandato non poteſt procurator admitti ad faciendum ea, per quæ dominus in pœnam incidere poſſet. l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dicent. non obtem. l. ſi procurator. ff. quod quiſque iur. Sed per capturam, vel arreſtationem iniu-

iniuſtam, poſſet dominus in pœnam incidere. Igitur ſine ſpeciali mãdato hoc procurator non poteſt, ne quãdo iniuſtè detentus contra creditorem agat, vel ad pœnam ex forma ſtatuti, vel ad id quod intereſt, ex iure communi, neget ſe de capiendo & arreſtando mandaſſe. Adde quod Vlpianus non omnes actiones per procuratorem inſtitui poſſe reſpondit: & ſpeciale mandatum requiri ait, vt liberi qui in poteſtate abſentis eſſe dicuntur, ducantur. l. Pomponius. in princ. ff. de procu. qua ratione & Felynum quoque ad c. 1. num. 11. verſic. primũ, itaque. de iudic. Bartolum ſecutum eſſe video. Contra tamen Alex. conſil. 135. incip. Circa executionem inſtrumenti. lib. 6. reſpondit, ſpeciale mandatum non requiri: quia regulæ, qua traditur, tantum operari generale mandatum, quoad genus; quantum ſpeciale, quo ad ſpeciem l. 1. §. 1. ff. quod iuſſu. certis tantum caſibus derogatur, inter quos iſte non reperitur; adeoque incluſio expreſſioq; aliquorum excluſionem aliorum operatur, c. nonne. de præſumpt. Sic & Ange. ad l. generali. C. de decur. lib. 10. ait, procuratorem conſtitutum, ad petendam pecuniam à debitore, poſſe eundem debitorem fugientem capere, ſicut creditor ipſe potuiſſet. Sed & Ioannes Baptiſt. Caccialupi in tract. de debitor. ſuſpect. 2. quæſt. princip. al. hanc eandem ſententiam ſecutus, ait, quod cum talis procurator habet mandatum ad cauſas, lites, ſeu ad agendũ mandato conſequenti, videtur mandatum eſſe, & omne neceſſarium antecedens. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procur. l. quamuis. C. de fideiuſſ. & procurator omnia facere poteſt, quæ non inueniuntur prohibita. l. 1. §. vſus. ff. de procur. Neque mouet quod in aduerſantis opinionis confirmationem allegant nonnulli, procuratorem ad lites ſeu cauſas, & ad agendum, executionem ſententiæ poſtulare non poſſe. Bart. & alij ad l ex hoc iure. ff. de ſolut. quia hic nulla petitur executio ſententiæ iam latæ, vel iudicij finiti, ſed futurum iudicium per arreſtum præparatur, vnde poteſtas procuratoris non eſt finita. Caſtrenſ. ad d. l. hoc iure. Ioan. Baptiſt. d. loco. num. 3. Sic & quod Bartol. de

371

exemptione & relaxatione incarcerati ſcriptũ reliquit, pleriſque diſplicet: etenim d.l. Pomponius. & l.2. §.1. ff. de lib.hom.exhib. quibus nititur ſuam ſententiam Bartolus confirmare, alio, & diuerſo caſu intelliguntur: ſcilicet, quando ille, qui petẽbat detentum eximi, non cõparebat tanquam procurator detenti, ſed tanquam procurator alterius, cuius detentum eximi intererat, Alexand.d.conſi.num.11.verſicu.non obſtat.Roman.quoque cõſi.241.inc.Spectabiles domini.verſi.primũ quod aduerſarij.col.fi. falſiſſimam eſſe ait Bartol.opinionẽ, ex eo quod coniuncta perſona ad agendum non admittitur pro coniuncta perſona in his caſibus, qui ſpeciale mandatum requirunt.l.2.ff.vt legat. no.cau.gl. ad l.exigendi.C.de procur. Ideoq; cum conſtet coniunctã perſonam admitti ad petendã incarcerati relaxationẽ, abſque mandato.l.3.§ quod ſi mulier.ff. de lib. hom. exhib.ſequitur ſpeciale mandatum minimè eſſe neceſſarium. Nec vim facit (inquit) d.l. Pomponius; quia loquitur in petitione exemptionis eius perſonæ, quæ eſt ſub poteſtate paterna: nos autẽ loquimur in exemptione eius, qui eſt ſui iuris: & de vno ad alium non procedit argumentũ.d.l.1.§.in hoc. ff.de lib.hom.exhib. Quę ſolutio etſi nõ ſit ſatis exacta, & peremptoria, diligentius tamen inſpecta, facilè ſatisfacit doctis. Porrò autẽ exiſtimo vtramq; opinionem iuſta diſtinctione iuuari poſſe; ſcilicet, vt liceat procuratori ad agendum cõſtituto debitorẽ arreſtare, & detinere, niſi illius ſit dignitatis, ſplendoris & eminentiæ, vt veroſimile ſit, creditorẽ ipſum eiuſmodi debitorẽ arreſtare noluiſſe. arg d.l. nõ ſolum. §. fin. Procuratoris enim poteſtas ad rationẽ, & conſuetudinẽ agendi creditoris, à quo conſtituitur, formari, regulari, extendi & ampliari ſolet.l.j. & aliæ plures.ff.mand. Nã & ſatelles, ſeu ſeruiẽs, qui generalẽ habet ex more poteſtatẽ citandi, ſeu detinendi perſonas debitorũ, citra ſpeciale mandãtũ, officiũ ſuum nõ extẽdit ad egregias perſonas, quia non eſt veriſimile hoc p. mittere voluiſſe eos, qui eum cõſtituerũt ad actus eiuſmodi exercendos. Felyn.in d. c.1. col. 5. qua de re latius

infe-

inferius dicetur. Et rursum Rebuffus ad ord. reg. tom. 2. tit. de resti. glo. 13. nu. 9. dicit, quod nō valent cōmissiones generales de sistendo, seu arrestando oēs & quoscūque ad requisitionē partis: quia in illis requiritur causę cognitio & iudicis præceptū; & alioqui posset arrestari ille, qui non potest, vt docet Iacob. de Beluis. in prac. sua in rub. de inquisi. nu. 30 & Iason ad §. quadrupli. Instit. de actio.

Sed vt omnis ambiguitas cesset, ratihabitio sufficiet, etiā in his q̄ requirūt speciale mandatū. l quod si de speciali. §. 1. ff. de minor. Bal. ad l si maritus. C. mand. Ang. ad l. licèt. ff. de iudi. & ideo si prehēsio sine mādato speciali facta est, existimat Alex. d. cōsi. 133. nu. 8. versi. posset etiā sufficere, si creditor id q̄d factū est à procuratore, ratū habēdo cōfirmet. & Rebuff. in d. versi. 38. Qua de re admodū dubito, propterea q̄d id quod nullū est cōfirmari non posset, quia caret fundamento; Ad hoc tñ responderi posset, quod licèt id quod nullū est, solo tractu temporis cōfirmari non possit. c. auditis. de elect. tamen bene confirmatur nouo cōsensu, tacito vel expresso. Ioan. And. ad c. non firmatur. de reg. iur. in 6. Rota decis. 31. in no. Ioan. de Imol. ad c. cum vos. de his quæ fiunt à præla. & probatur in l. 1. C. si maior fact. rat. hab. Sed tu vide ea quæ dixi latè ad c. non firmatur. d. titu. de reg. iur. & Sebast Vantium de nullitate. tit. quib. mod. sent. nul. def. poss. num. 101. & 105. Vbi post magnā disputationem decidit, quod superueniens ratihabitio cōfirmat actum retro nullum, nomine ratum habentis factum, etiā in eius fauorē. Vnde aūt colligi possit ista ratihabitio, facilè poterim⁹ cognoscere ex his q̄ scribit Tiraquel. in lib. de cōsti. parte 3. limita 30. nu. 20. cū seq. & ex illis q̄ scripsi ad c. ratihabitionē. d. tit. de reg. iur. vbi ea q̄ ad huius loci explicationē adferri possent dixi fusissimè. Et ecōtra non est hoc loco omittēda decisio Rotæ 80 incip. nota quod procurator. in antiqu. quod procurator datus ad impetrandū & contradicendū, vel ad impediendum, si literæ suæ arrestētur per auditorē Palacij potest impedire, quod causa non deuoluatur, & potest

372

admitti vsque ad deuolutionem causę, quia sua interest quod causa non deuoluatur, sed quod literas posset impetrare, & ad partes mittere, aliàs non admitteretur, vt not. per Archid. ad cap. statutum. de rescript. in gl. super verb. appelletur. lib. 6.

6 Tertiò, qui ius sibi à creditore cessum habet, arrestare potest, Roma. consi. 142. incip Quia cessionarius. Rebuff. ad ord. reg. tom. 1. arti. 6 gloss. 3. num. 42. versicu. & quia melius est. Bald. ad l. per diuersas. quęst. 10. C. mād. Nam cum in eum translatæ sint actiones, repræsentat iuris interpretatione, primum crrditorem. l. 2. C. de donat. diciturq; in qualibet dispositione creditor. l. ab Anastasio, in verb. alium creditorem. C. mand. & in libello se creditorem appellare potest. Bald. ad l. 1. quæst. vlt. C. de act. & obli. nisi diuersa aut legislatoris, aut statuentium mens argueretur: vt quia eius rei facta esset cessio, quæ iure cedi non posset. l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dot. E contrà verò, reus propriè cessionarij debitor appellatur, quia ab eo inuito extorqueri pecunia potest. l. debitor. ff. de verb. signific. & sine exceptionis ope actio aduersus eum competit. l. postquam. C. de hæred. vend. l. emptori. ff. illo titu. & generale est, quod in fauorem cessionarij executio fieri potest, dummodo (vt quidam aiunt) fiat ex persona cedentis; quod cessionarius dicere tenetur, licet fiat ad ipsius vtilitatem l. seruo. §. fi. ff. ad Trebell. Ang. & Imol. ad l. ille à quo. §. vtrum, eo titu. & maximè quando adposita esset illa clausula, in instrumento cessionis, quod cedens ponit cessionarium in locum suum. Barto. in l. in prouinciali. ff. de no. oper. nunc. Vnde cum cessionarius dicatur creditor, fiet & permittetur ei sicut creditori executio & arrestatio. Bald. ad l. 1. in fi. C. de act. & oblig. & ad d. l. per diuersas. quæst. 10. C. mand. vt lites breuiores existant, & sumptus litium vitetur. Verum Rebuffus d. loco, & art. glo. 2. num. 18. in fin. asserit, in foro nō obseruari istud: sed sufficere quod cessionarius petat executionem nomine suo proprio, cum vtiles actiones habeat, neque seruiens vel apparitor ista curat. Quod si opponatur coram Iudice,

dice, executionem seu arrestationem nomine cessionarij esse factam, probabit cessionem præcessisse, & ita seruari ait. Quamuis verò lex, vel statutum permittat petente creditore debitorem in carcerem duci, non ducet tamen cessionarius, nisi cessione demonstrata, & nisi denunciauerit debitori cessionem sibi esse factam: cùm propter ignorantiam nihil possit imputari ei, qui non soluit. Alcia. ad l. j. num. 74. ff. si cer. pet. & ad l. quoties. nu. 69. ff. de no. ope. nunc. dicens se vidisse sæpissimè à carceribus dimitti obæratos viros ob id, ceu non legitimè detentos, & probat Bald. d. quæst. 10. Hyppol. sing. 26. Boerius quæst. 10. Innoc. ad c. quia. de iud. quod & Imbert. lib. 1. Instit. forens. ca. 4. probat his verbis. Verũ nec cessionarius, ex forma statuti aut instrumenti, potest prehendendum curare debitorem, nisi eo prius vocato, de cessione idem faciat, atque (vt forensi vocabulo vtar) in creditoris locum surrogetur. Itaque cum debitoris pignora curasset per apparitorem auferenda, is cui nominis ius cessum fuerat, atque id ex authenticis vtriusque, videlicet cessionis & nominis instrumentis; debitor aut prouocasset ad supremam Curiam, ac eam duntaxat questus esset iniuriam, se pignoratori nõ fuisse obligatum, appellatio in oppositionis vicem est commutata: hæc ille. Vsu tamen in plerisque locis receptũ esse asserit idem Rebuffus non ostensa aliqua cessione, eiusmodi quid fieri posse, nisi peteretur: quemadmodũ & in cessionario denunciante debitori ne soluat creditori, non est ei necesse instrumentum cessionis ostendere, ac nec causam quidem huius denunciationis exprimere, nisi petatur: quod pluribus & diuersis auctoritatibus, legibus ac responsis confirmat Tiraquel. in lib. de vtroque retract. §. 1. gloss. 10. num. 105. versic. sed consequenter. sufficitque in progressu causæ hæc producere. Quidam verò, quod cessionarius in initio teneatur fidē cessionis facere, ita verum esse intelligunt, si nomine cedentis agat, secus si suo, & vtili actione, quia tũc sufficit id fieri post litem contestatam. Specula. in titul. de cess. §. 1. & in tit. de instrum. edit. §. nunc dicamus. vers.

373

sed quid ecce. Aufrer. decis. Capel. Tholos. q̃st. 294. Dec. consil. 302. Rota decis. 34 in no. Doct. in auth. si quis in aliquo. C. de edend. Nos de ea re latius sub eo capite dicemus, quo quæ necessaria sunt ad arrestum impetrandum explicabimus: egregiamque operam in hunc articuli explicatione posuit D. Rodericus ad l. post rem, in 7. extensione. ff. de re iudic. fol. 571.

7 Quartò, huc etiam pertinere existimo portatorem seu latorem literarum. Solet enim Titio creditori vel portatori literarum debitor promittere, & ideo iuxta suam obligationem tenetur. l. iurisgentium. §. ait prætor. ff. de pac. Rebuff. d. loco, tomo 1. art 1 glo. 9. num. 33. versic. poterit tamen executionem. Ita tamen vt portator ille reddat literas obligatorias, & cautionem indemnitatis præstet. l. dissolutæ, & ibi Bald. C. de condict. ob caus. quod idem Rebuffus artic. 2. glo. 1. num. 71. versic. præterea si quis. per Senatum iudicatum fuisse ait. Nihilominus tamen loco prius citato. num 34. respondit nō requiri, quod is qui defert literas, seu instrumentum, probet sibi à creditore illud esse traditum: quia postquā illud habet, præsumitur sibi ab eo, vel eius volūtate traditum esse. Ioannes Gallus, in quæstione per arresta. quæst. 4. Boërius decis. 154. incip. Aliud ortum. per l. Labeo. & l. sequent. ff. de pact. alioquin enim præsumeretur subtractio & delictum, contra l. merito. ff pro socio. Quod si tamen constare posset de non iusto illius titulo, qui illas literas defert, exceptio iusta non denegaretur debitori, etiā si alter cauere vellet, quia nemo ex improbitate sua actionē cōsequi potest. l. itaq; fullo. ff. de furt. Et quāuis clausula portatoris literarū ad solutionē faciat, & vigore illius ius exercendæ actionis, etiā absq; cessione, in latorē literarum transeat; tamen quemadmodum de iure communi in cessione nominis requiritur titulus, seu iusta causa ad translationem dominij sufficiens. l. final. C. mand. ita etiam literæ, vel nomina huiusmodi per traditionem virtute clausulæ prædictæ non acquiruntur accipienti sine iusta causa. vt per Bald. in l. 2. C. ne lit. pend. & ad d. l. per diuersas. C. mād.

Et

Et non ſolum de iure, ſed etiam de conſuetudine latori literarum obijci poteſt hoc vitium, quod ipſi creditori obijci potuiſſet. argum. l. ſi quis in rem. & ibi gloſſ. ff. de procur. Et ideo quod vulgo dicitur, non inſpici quis in literis iſtiuſmodi creditor deſignatus eſt, ſed quis eas adferat, ciuili modo accipiendum eſt, ſi de malo & iniuſto illius titulo non appareat; nam veritate detecta, & vitio tituli latoris literarum patefacto, omnia iura dictant, & recta ratio ſuadet, vero creditori non præiudicari, eundemque ſi cum iſto literarum latore concurrat, præferri. Conſuetudines enim rediguntur ad limites rectæ rationis. l. quod non ratione. ff. de legib. l. 2. C. de noxal. act.

Quintò, arreſtum poſtulare poteſt conſors litis, qui pro conſorte agere, & excipere poteſt. l. 2. C. de conſor. lit. Bello conſilio 26. numero 5. quia negocium eſt commune. Sed hoc reſtringitur vt verum ſit, dummodò aliàs habilis ſit ad agendum; quia conſortium non poteſt duos ſupplere defectus, videlicet, defectum mandati, & defectum perſonæ. cum duo ſpecialia concurrere nō poſſint. l. 1. C. de dot. promiſ. Dd. ad cle. religioſus, de procur. Franciſ. verò Ripa, ad c. cum omnes. de conſtit. num. 59. verſicu. ex præmiſſis. latius hæc ſuo more expendens, variaque & multa hinc inde diſputans, limitans & diſtinguens, tandem nouem eſſe neceſſaria ait, vt conſors litis pro conſorte agere poſſit; quod & ego ad arreſtum antecedens trahendum reor. Primò, q causa ſit ciuilis: Secundò, quod lis ſimul ſit ab omnibus conteſtata; quid enim ſi lite conteſtata ſuſpectus fiat de fuga debitor? Tertiò quod conſortes non prohibuerint. Quartò, quod cauſa non exigat ſpeciale mandatū. Sextò, quod conſors ſit perſona habilis ad agendum. Septimò, quod negocium ſit commune. Octauò, quod ſit eadem cauſa, & idem ius agēdi. Nonò, quod conſors caueat de rato. Sed an omnia iſta indiſtinctè neceſſaria ſint, & quæ cuiuſq; rei propria cauſa ſit, latè cum eo explicat d. loc. Felynus. Nos ne commentatio hæc noſtra in immenſum excreſcat, ſola ratione erimus contenti,

vt

vt qui illius articuli tractationem ex professo non assumimus.

9 Sextò, eadem est ratio in socio: quia socij inter se dicuntur aliquod habere tacitum mandatum, ad ea quæ sunt vtilia societati. Bald. & alij ad l. nemo. ff. pro socio, cuiusmodi & arrestum esse, superius est ostensum: quēadmodum & missionem in possessionem rei communis, pro debito socij reuocare. l. si is cui. §. si ex duobus, & ibi Bart. ff. vt in possess. legato. & ex facto socij agere. Bald. ad l. cum te. C. si cert. pet. & pro socio conueniri. l. iustissimè. ff. de edil. edict. possunt & si diuersis in locis negocientur, inuicem præpositi esse videntur. l. si hac. §. penult. versic. si libera. ff. de in ius voc. l. traditio. in fin. ff. de acquir rer. dom. quemadmodum cum in eodem quidem loco, sed diuerso negocij genere; vel eodē negocio, sed alternis vicibus, & alter altero absente, mercantur. Satis enim est socios esse, & communi ex vtilitate agere. l. si tñ. & ibi Bart. ff. de exerc. act. Castren. Alciat Bart. Iason, Roman. Zas. & alij ad l. eius qui in prouincia. circa finem illius legis. ff. si certum pet. quāuis extra illos casus, communiter in viriles portiones solum obligentur, neque inuicem præpositi censeātur. l. final. §. si plures. ff. naut. caup. stabul. Alexand. consil. vlt. libro 7

10 Septimò, vt coniuncta persona, pro coniuncta persona etiam sine mandato agere. l. non solum. ff. solut. matri. l. manifestissimi. §. fin. C. de furt. curatorem bonis absentis postulare. l. 3. C. de capt. & postl. reuer. procuratorem constituere. l. exigendi, & ibi latè Ias. C. de procur. rescriptum in plerisque casibus impetrare, Felyn. ad c. nonnulli. §. sunt & alij. colum. 16. de rescript. tutorem petere. l. quod dicis. & ibi Bart. C. qui dar. tut. & denique appellationem interponere potest. Dd. ad c. auditis. de elect. Ita quoque & arrestare coniunctæ personæ debitorem non prohibetur, vt facultate sibi à lege concessa vtatur, & agat, dummodo caueat, eum pro quo id facit ratum habiturum. l. sed & hæ. ff. de procurat. Roman. singular. 613. incip. Tu audisti, &c. quia cum quid

conce-

conceditur, vt hic conceditur facultas agendi, omnia censentur esse concessa, per quæ ad id quod concessum est, peruenire potest. d. ad rem. d. l. ad legatum. & exactè Præses Euerardi in loco à concessione consequentis. colum. 1. Cauere autem de rato debet, quia eius factum cõiuncto non præiudicat, l. 3. §. 1. ff. iudica. sol. non enim cogitur, sed potest habere ratum, nisi omnino vtiliter nomine illius actum ostendatur, vt notat Romanus & alij ad d. l. non solum. Et quemadmodum Ioan. Bessianus mulierem ad similia faciẽdum admittere videtur, si coniuncta persona est, ad consuetu. Aluern. titu. 1. artic. 9. Ita quoque sunt qui filiofamilias sine mãdato patris, hanc arrestandi licentiam nomine patris, & proprio, permittunt. quorum sententiam multis rationib. & argumentis confirmat Andreas Barbat. consilio. 86. incip. Illud referam lib. 3. & quidem potissimum si agitur de causa, aut in foro mercatorum, in quibus, & inter quos, omissis iuris solemnitatibus & apicibus, ex æquo & bono omnia statuuntur. Sed quibus casibus agere non potest coniuncta persona, ijs quoque neque arrestare eam posse existimo: eiusmodi sunt. Primò, si sanguine quidem coniunctus est, sed ex damnato coitu natus; quia ne filius quidem ex nefario congressu genitus, pro patre, sine mandato patris, agere potest. Iason in d. l. exigendi. num. 8. Ego de hac restrictione vehementer dubito, propterea quod eum qui magna amicitia iũctus est, agendi potestatem pro amico habere, grauissimis argumentis tradidit Iason d. loc. num. 4. Maior autem est amicitia patris & filij quantumuis naturalis ob nexum sanguinis, quàm extranei. Verum quidem est, quod quo ad dignitates familiæ adipiscendas, quæ ad instar successionum deferuntur, non censentur esse in domo, familia, vel cognatione, Innocen. ad d. c. nõnulli. latè Guil. Benedict. ad c. Raynutius, circa medium. de testam. sed quod in his, quæ sanguinis coniunctioni tribuuntur, & nullo eius lucro sunt, excludantur, admodum durum est: nisi dicas patrem naturalẽ ex nefario illo congressu, eo commodo dignum non esse. Felynus

quoque

quoque consuetudinis patriæ rationem habendam esse ostendit, multaque accumulat ex quibus ea finitio restringi posset. ad d.c. nonnulli. versicu. prædictis obstat. Secundò, non habet locum, quando coniuncta persona habet tutores, vel curatores, vel etiam procuratores ad illum actum directè, aut indirectè constitutos. Iason ad d.l. exigendi. Bald. ad l. senatusconsulto. C. qui accusa. tum quia mãdatum expressum facit cessare tacitum. d. l. 3. l. fin. C. de pact. conuent. tum quia qui veniunt ex iure speciali, nunquam admittuntur, donec illi qui veniunt de iure communi, sint in mora constituti. l. sepulchri violati. ff. de sepul. violat. tum quia coniunctus procuratorem dimittendo, censetur alijs ne agant prohibuisse, nisi procuratore illo existente negligente. l. cũ prætor. & ibi doct. ff. de iudic. Existimant etiam omnes, non admitti coniunctum in his, quæ requirunt speciale mandatum. l patri. l. illud. ff de minor. Sed solus Decius reclamat, propterea quod ad impetrandum rescriptum speciale mandatum requiratur, & tamen coniunctus admittitur ad impetrandum illud pro coniuncto. d. c. nonnulli. agiturque de modico præiudicio, quia coniunctus coniuncto non præiudicat, nisi ratificet. Sed reiectis istis rationibus, ad d.c. cum omnes. Francis. Ripa num. 59. versicu. Sed istis non obstantibus, communem opinionem sequendam docet, quia lex non tantum respicit præiudicium cõiuncti, pro quo agitur, quàm considerat præiudicium eius, contra quẽ agitur. c. fin. de procur. lib. 6. neque mouet. d.c. nonnulli, quia vt Felynus colum. 14. numero 52. Abbas & alij ibi annotant, speciali iure recipitur, quod coniuncta persona, quæ in casibus speciale mandatum exigentibus nihil potest, admittatur ad impetrationem rescripti, propter modicum præiudicium quod in ea re versatur, nisi tamen peteret tanquam procurator, quia allegando mandatum, fecit se alienum à legis prouisione. l. maritus. C. de procu. Adde quod coniunctus pro coniuncto præsente non agat. Imol. ad d. c. cũ omnes. nu. 40. Alijque casus inueniuntur plurimi quibus potestas

à lege

lege coniunctæ personæ tributa deficit, quos partim Alex. & Iaſ. ad d. l. exigendi. partim Felyn. & alij ad c. coram. de offi. deleg. partim etiã Petrus à Duennas reg. 122 tradiderunt. Tũ de his latius vide Guido. Papæ cõſil. 68. incip. circa proceſſum. nu. 2. lib. 1. Panor. ad c. accedens. de præbend. Barbat ad c. ex parte Decani. nu. 135. de reſcript. Caſtrenſ. ad d. l. 1. ver. ſic. ex prima parte not. Socin. conſi. 110 & conſi. 231. libr. 2. latè Didacum lib. 1. variar. reſolut. c. 6. in quibus locis amplè tractatur, quo modo pater pro filio, filius pro patre, coniuncta perſona pro cõiuncta perſonã agere, & in iudicio eſſe poteſt, & quidem potiſſimum in his quæ requirunt ſpeciale mandatum. Sed quoniam hic articulus dependet ex eo, quem latè ſuperius diſcuſſimus, vtrum ad faciendum arreſtum debeat procurator habere ſpeciale mandatũ, nec ne, remitto ad ea quæ ibi diximus.

Porrò autem quamuis coniuncta perſona, perſonã debitoris detinere & arreſtare poſſit, ſolutionem tamẽ ab eo recipere non poteſt, ſoluens enim non liberatur. d. l. non ſolum. l. 2. ff. vt in poſſeſſ. leg. l. qui hominem. §. gener. ff. de ſolut. l. qui aliena §. quanquam. ff. de nego. geſt. Alex. conſi. 4. lib. 2. quia non magis debet operari tacitum mandatum ex diſpoſitione legis proueniens, quale eſt penes coniunctam perſonam, quam mandatum expreſſum: Sed habenti mandatum expreſſum ad agendum, non poteſt ſolutio fieri. l. ſed tantum. ff. de pact. l. hoc iure. ff. de ſolut. ergo nec habenti tacitum. Verior ratio eſt, quod ſi coniuncta perſona poſſet recipere ſolutionem, ſæpe conſumeret pecuniam, & coniunctæ perſonæ creditoris præiudicaret, quæ ratio ceſſat in agendo: quia cum agit, cogit tantum debitorem ad deponendam pecuniam debitam, apud Iudicẽ. Bald. ad leg. ſin autem. ff. de negot geſt. Iaſon verò limitat hanc cõcluſionem ad dictam l. non ſolum, vt locũ habeat, præterquam ſi coniuncta perſona ſit aliàs legitimus adminiſtrator, vel ſi ſoluatur coniunctæ perſonæ ex cõtractu cum ea celebrato. De quo latius ibi Roman. num. 7. colum. 2. verſi. tamen dicta communis opinio.

Octa-

11 Octauò, & hęres quoque creditoris hoc iure vtitur, qui etiam debitorem ſuſpectum capere poteſt, quantũuis intra tempora conficiendi inuentarij exiſtat : & ſi ex inſtrumento agendum ſit, nõ poſſet illi obijci, quod in illo inſtrumento non eſt nominatus; quia nominato creditore, cenſetur nominatus & eius hęres. Bald. ad l. 1. C. quor. leg. Bartol. ad l. poſtulãte. ff. ad Trebel. Ioan. Crotus ad l. nemo. colum. 4. & ſequent. ff. de leg. 1. & expreſsè in hac arreſti materia Rebuffus ad ordin. reg. tomo 1. artic. 6. glo. 3. num. 14. verſic. tertiò amplia. & verſic. ſeq. Ang. ad l. 1. §. 1. ff. ſi cui plus quàm per Falc. Ripa ad d. cap. 1. num 88. de Iudic. Iaſon ad l. vinum. ff. ſi cert. petat. Decius conſil. 262. Socin. conſil. 141. libr. 2. Cotta in memorabil. ad verb. heres cenſetur. Ioannes Imbertus inſtit. Forenſ. libr. 1. cap. 1. dicens quod creditoris herede poſtulante, executio inſtrumenti fit aduerſus obligatum, & ſequitur in terminis præmiſſis Rodericus Zuarez ad l. poſt rem. ff. de re iudica. cap. incip. extenſio prima. num. 10. Bald. in l. vnic. §. videamus. C. de rei vx. act. Ioan. Andr. in titu. de ceſſ. act. in addi. ad Speculum. Nam ſi id concedatur legatario, vt ait Rodericus d. loco, num. 11. & Bald. ad l. ex legato. C. de lega. multo magis heredi hoc concedendum eſt, qui defunctum reprehendat. Et in ea quoque ſententia eſt Boërius queſt. 10. incip. ceſſionarius. in fin. dicens tamen quod poſtea oportet quod doceat ſe heredem eſſe, cum alioqui nullum ius haberet ad debitum. Sed Rebuffus d. libro, art. 3. gloſſ. 2. num. 14. exiſtimat hoc tunc tantum verum, & neceſſarium eſſe, quando aduerſarius excipit, non aliàs. Ego Boërium ſequi malim, quia titulum ſuum nominare, & demonſtrare debet qui agit, ſecundum Rodericum loco proximo citato, hoc in ſpecie propoſita decidentem & allegantẽ Bald. ad d. l. per diuerſas. C. mãd. & Ang. ad d. l. creditores. C. de pignor. Sed quod diximus hoc habere locum, etiamſi heres intra tempora cõficiendi inuentarij exiſtat, intelligit Iaſon in d. l. vinũ. num. 13. quando debitor eſt ſuſpectus de fuga, quia aliàs regula eſt, quod heres exiſtens intra tempora confi-

ciendi

ciendi inuentarij, neque debitores hæreditarios conue-
nire, neque à creditoribus hæreditarijs cõueniri potest.
l.fin.§.donec.C.de iur.delib. quod tamen falsum esse
respondit Castren.ibi in fin.d.§.donec. quia hoc indu-
ctum est in fauorem hæredis, vt conueniri interim nõ
possit. Sed quia hæres post mortem defuncti continuò
ipso iure hæres est, præcipuè attenta consuetudine ge-
nerali legem explicante, ideo interim non prohibetur
dum conficit inuentarium, debitores conuenire hæ-
reditarios, Tiraquel.latè in tract. Le mort saisit le vif. 2.
part.declar.11.num.14.versi.quòd autem postea. Boëri-
us quæst.53.incip.Insuper in audientia. circa medium.
Angel.& Imol.ad d.l.1.§.1.ff.si cui plus.Bart.ad l.vltim.
C.de fruct.& lit.expens.& ad d.§.donec.

Nonò, quod si versemur in patria iuris scripti, & in 12
eo loco in quo arrestorum non nisi aduersus suspectos,
nullus est vsus, nisi fortè ex priuilegio speciali certo ali
cui loco à Principe concesso, existimo etiam studiosos
scholasticos hoc priuilegio gaudere: quoniam scholares
gaudent priuilegijs ciuium illius ciuitatis in qua agũt.
Ioan.de Platea, & alij ad l.ciues.C.de incol.lib.10.Ecõ-
trà verò, si quæ sunt grauamina ciuibus imposita, illa
ad scholares non extenduntur. Qua de re plurima cu-
mulat Rebuf.in tract.de priuil.scholar.c.125.cũ ca.seq.

Eodem modo gaudebunt hoc ptiuilegio homines 13
suburbani, Rebuff.d.art.6.glos.3.nu.42.versi. idem di-
cerem. quia suburbani in fauorabilibus appellatione ci
uium veniunt.l.ædificia.ff.de verb signifi. quod latius
Alciat.Cepol.& alij, tum ibi, tum ad l.2.tum ad l.Alphe-
nus.ff.d.tit.explicant.

Qui, aut quorum bona legitimè arrestentur.
Caput 4.

ARGVMENTA.

1 Debitor manifestè inops, vtrum arrestari possit.
2 Cedere bonis qui non possint.
3 Debitor qui bonis cedere non vult, aut nõ potest,

377

ad hoc damnari, vel se obligare potest, vt creditori ex operis suis satisfaciat.

4 Arrestari an possit aduena quem quis statim recessurum sciuit.

5 Citatio ante arrestationem non requiritur.

6 Debitor in diem, vel sub conditione an sisti possit.

7 Debitor etiam facti arrestari potest.

8 Diffamans à diffamato arrestari an queat.

9 Fideiussor an arrestari possit.

10 Hæres debitoris an rectè arrestetur.

11 Pecunia debitori debita vtrum arrestari queat.

12 Factores & Institores mercatorum arrestari possunt.

13 Procurator, qui alieno nomine contraxit, rectè sistitur.

14 Clericus debitor, an & à quo arrestetur.

15 Testimonij dicendi causa arrestare licèt, etiã executores.

16 Reus ab actore, item actor à reo arrestari possunt, vt respondeant positionibus & articulis.

17 Ciuis an pro debito ciuitatis arrestetur.

18 Res quæ pro parte est debitoris, an tota arrestari possit.

19 Creditor an rectè petat debitorem arrestari in cuius bona missus fuit.

20 Apparitor cui mandatum arrestandi datum est, an possit arrestare, si iudex mandans moriatur.

21 Defructuatores bonorum obligatorum rectè arrestantur.

22 Vectigalia non soluentes detineri possunt.

23 Contumax quoque rectè sistitur.

24 Animalia pro damno dato licitè detinentur.

25 Res propriæ an arrestari possint.

26 Fructus in fundo meo ab alio possessio iacentes, vel existentes, arrestare possum.

PRoxima huic quæstio est, quis, & cuius res arrestari possunt. Et regulariter quidem constat debitorē cuiusque, quacunque legitima ex causa sisti & detineri posse, teste Mansuerio, in sua praxi. tit. de execut. & subhast. circa initium: sicut ex legis dispositione, cū periculum fugæ subest, capi & apprehendi potest. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credito. l. generali. C. de decur. lib. 10. adeo vt plerique existiment nihil referre, etiam si cōstet debitorem illum propter manifestam inopiam soluere non posse, cum & ex operis suis, & mercede diurna, deductis tamen prius alimētis, tātum corradere posset, vnde creditori fiat satis. Rom. num. 8. & Ange. cum alijs ad l. pro hærede. §. si quid tamen. ff. de acqui. hæred. nō multo aliter, quā is qui ab alio redemptus est, donec precium redemptionis soluerit, detinetur. l. tenatus. §. fin. ff. de legat. 1. l. qui testamēto. §. potestatis ff. de testa. Quid igitur, si nec ex eo vllà vtilitas sperari possit? Quid si nihil penitus artis sciat? Ange. citato loco. & Angelum ibi num. 7. secutus Roman. in simili respondent, quod creditor non potest pe tere se immitti in ius, vel rem debitoris, si ea immissiō nullum ipsi lucrum adferret. Atqui mores nostri acerbiores sunt, etiamque hi aut carceri mancipantur, aut bonis cedunt. Cedere verò non possunt, si nequitia, profusione, culpave sua in paupertatem inciderint, dolove malo, cum se soluendo non esse scirent, contraxerint. l. sunt. ff. de re iudic. doct. ad l. 2. & vltim. C. qui bo. ced. poss. Sunt etiam interdum, qui in carcere manere, quàm aut creditori seruire, aut bonis cedere mallent. Sed ad seruitium præstandum quod attinet, audiendos non esse respondit Rodericus decl. l. 2. foro ll. li. 3. c. incip. Quæro tertiò, existimatque præcedenti capite, statutum valere, quo cautum est, debitorem operari debere creditori, donec debitum fuerit satisfactū, cùm secundum l. 12. tab. etiam dilaniandus creditoribus datus fuerit. Videtur itaque aduersus Bartol. & Romanum sentire, ex iuris communis dispositione illud non licere: quia ob æs alienum seruire liberos creditoribus

toribus, iura compelli non patiuntur respondit Imperat. in l. obæs C. de actio. & obliga. tum quia hoc valde extraneum & diuersum est ab obligatione contracta, vt ibi ait Baldus, tum quia hæc seruitus est contraria libertati, cui debitum pecuniarium æquari non potest. l. planè. 2. de leg. 2. Sed hoc intelligunt alij, si vellet creditor debitorem vel in perpetuam seruitutem trahere, vel ad sordidissima quęque obeunda vrgere. Salyc & Fulg. ibi. tum verò constitutio illa de liberis debitoris loquitur: de debitore verò qui promissum facere non potest, & cedere bonis non vult, non loquitur: aliasque qui soluendo non sunt, carceri de iure mancipari possunt. l. 2. §. tutores. ff. de suspect. tutor. Quapropter in ea opinione versor, vt existimem, debitorem si aliud non habet, & bonis cedere nō velit, aut non possit in hoc damnari posse, vt deductis alimentis, ex operis suis satisfaciat, aut creditori liberaliter, moreque aliorum inseruiat: iuxta ea quæ notat Bald. ad d. l. ob æs. in versicu. extra glossam. & alij ad d §. tutores. & ad l. nemo de exact. trib. C. lib. 10. Certum est enim, quod posset quis alicui creditori se obligare ad operas suas tamdiu, quousque per precium operarum pecunia debita solueretur: quia ista non est species seruitutis, sed quidam modus soluēdi debitum, adhibita moderatione & miseratione. Bal. ad l. 1 colum. penult. versic. tu concorda. C. qui bo. ced. poss. leges autem & statuta potissimum considerant ne creditores credito suo fraudentur, vt ait Paris. consi. 99. incip. Iste Ioann. num. 2. libr. 3. Vnde non malè dixisse videtur D. Præses Nicol. Euer. in loco à seruo ad monachum. colum. 3. quod etiam seruus potest arrestari, & pro debito detineri.

Quid autem si quis cum eo cōtraxerit, quem statim recessurum esse sciuit? cuiusmodi esse solent aduenæ & peregrini? hunc non posse arrestare videtur; nam licèt Bald. ad rubric. C. de his quæ in fraud. cred. contrarium decidens ait, quod licèt creditor sciat illum recessurum ilico, non tamen credere debuit eum recessurum antequam satisfaceret. Communis tamē sententia est, quod is, qui

is, qui cum forensi, vel aduena contrahit, sciens eum statim recessurum, conuenire eum ibi non potest. l. hæres absens. §. proinde. ff. de iud. semperq; præsumitur forensis statim recessurus: & qui sic cum eo contrahit, fidem illius secutus videtur, suspectusque (vt ibi dicunt interpretes) dici non potest, & ad cautionem de iudicio sisti præstandam minimè compellitur. Bartol. ibi. glo. ad l. 2. §. sed & si dubitetur. eod. titul. & sequitur Lanfranc. ad c. quoniam contra. ad verb. recusationes. nu. 15. his verbis. Et ideo si quis contraxerit cum forensi, & dicat, Domine Iudex, habeo debitorem hic quem vellem detineri: non poterit, quia hoc imputet sibi quod contraxit cum forensi. Hactenus ille. & posset dicere Iudex, Tu vidisti quod habebat pileum in capite, & calcaria in pedibus, debebas esse cautus, & exigere solutionem, aut eam ilico stipulari. Sed hoc ita accipiendum existimat post Bart. Bal. Costalium, & alios, Rodericus d. loc. cap. incip. Sed attende. num. 57. nisi aliqua essent expedienda tempore côtractus, vt traditio rei emptæ. Quid enim si ab eo equum emi, & illius equi traditionem habere velim, id quod in sua potestate est? Finge etiam me equum peregrino vendidisse; nam nisi extemplo pecuniam soluat, possum cum eo lege agere, ne detur illi fugæ occasio, cum re mea, quia fidem illius hoc casu non videor esse secutus, & si non dat, videtur delinquere & me decipere. l. 3. ff. de pignor. act. & sic etiam qualicunque modo, ratione delicti conueniri & arrestari posse videtur. Nam & in simili, qui in nundinis mercantur, eius contractus ratione, nundinis non obstantibus, conueniri possunt, licet aliàs pro alijs contractibus arrestari vel conueniri ibi non possent. l vnic. C. de nund. & ibi Dd. Et sic intelligi posset id quod dicit his verbis Ias son ad l. si ab arbitro. in 4. limitatione. Quando, inquit quis contrahit cum aduena, & sic cum eo quem sciuit verisimiliter esse recessurum, licèt nulla causa superueniat post debitum contractum, tamen eum volentem recedere absque satisfactione, potest facere personaliter capi. Et quod Bartol. Lanfranc. & alij dicunt eum ca

379

pi non posse, intelligendum est, quando verisimile est quod fidem eius secutus est; aut saltem quando non apparet quod fidem eius exceptis prædictis casibus, secutus non est. De quo Barbat. ad c. fi. num. 85. de for. comp. Ego autem puto, nisi appareat fidem de precio esse habitam, aduenam arrestari posse vt soluat, aut caueat, si solutio ibi fieri debeat Angel. ad d. l. hæres absens. §. 1. num. 8. iuxta dictum Bal. Iason. & qui eos sequitur Romani, ad l. 2 ff. sol. mat. At in his quæ non cùm ipso contractu, sed postea ex interuallo facienda sunt, aliorum sententia locum habere posset, quod & Costalius ad eundem §. 1. notat.

5 Ex quibus etiam non difficulter intelligi potest, nulla hic citatione præuia opus esse, sed ab ipsa arrestatione incipiendum esse, alioqui enim fugam facile adornaret debitor, Castrens. consil. vlti. libro 1. versic. Secundus articulus. Felyn. in c. cum non ab homine. de iudi. Bald. ad l. cum fratrem. C. de his quib. vt indig. & vbi periculum est in mora, ibi partis citatio nō requiritur, Alex. & Iason ad l. fideiussor. §. satisdatum. ff. qui satisda. cog. Iason ad §. 1. nu. 89. Instit. de act.

Quinimò, quod amplius est, etiam pendente lite arrestari posset in eiusmodi casu. Quia licèt pendente lite nihil sit innouandum. l. 1. ff. nihil no. app pend. tamē si periculum fugæ immineat, vel aliàs æquum iudici visum fuerit, vrgebitur arrestatus, vt caueat de iudicato soluendo, quia litis contestatio damnum creditori adferre non debet. l. non solet. ff. de reg. iur. & remedium extraiudiciale non impeditur per litis pendentiam ex noua causa, teste Ripa, ad c. 1. num. 88. de iud. Decius cō. silio 562. num 8 Iason ad l. vinum. num 3. ff. si cert. pet. & ad l. 2. ff. de iurisd. om. iud. Alex. consil. 105. lib. 3. Angel. ad l. neminem. C. de exact. tribut. & sequitur Iason. in d. l. si ab arbitro. num. 6. versi. Quid si lite pendente. his verbis. Quid si lite pendente contra debitorem, incipiat debitor esse non soluendo; an pendente lite poterit tanquam cōtra suspectum impetrari captura personæ à iudice? videtur quod non, quia lite pendente nihil

hil est innouandum.l.1.& 2. C.vt lite pendent.facit qđ notanter dicit Bald.ad l.2.C.de seruit.& aqua.quod pẽdente iudicio super re quam peto, non debeo propria auctoritate ingredi possessionem talis rei: quia via quã elegi,hæc mihi pateat.l. si mulier. §. fin. ff. quod met. cauſ.Contrarium est verum,quia licita est captura personæ ante iudicium,ergo etiam eo pendente; quia litis contestatio non debet creditori damnum adferre, neq; debet esse deterior conditio creditoris,qui litem contestatus est.l.non solet.ff.de reg.iur. hactenus Iason: & plura ad istius confirmationem adducit Pariſ.conſi.99. num.3.lib.3.

Et hæc non solum in debito puro, verùm etiam in debito in diem,locum habent: quia licèt ante diem agens non solum exceptione repellatur, l. cedere diem. ff.de verb.sign. l.vnic.C.vt act.ab hæred.l.quod in diẽ. ff.de compens.Bart.ad l.ita stipulatus.ff.de verb.oblig. l.1.§.fin.ff.quando dies vsusfr.leg. ced. verum etiam à Iudice ex officio repelli possit,glo.ad l. vbi pactum. C. de transact.Bartol.ad l.lecta.ff. si cert.peta.nihilominus tamen,debitor in diem,si periculum est de fuga, & nõ aliter sistat arrestarique; potest,teste Bart. Bald.Roman.& alijs ad l.si debitori.ff.de Iud. In omnibus enim bonæ fidei iudicijs(inquit Papinian.)cum nondum dies præstandæ pecuniæ venit, si agat aliquis ad interponendam cautionem, ex iusta causa condemnatio fit. l. in omnibus.eo.tit.& est elegans textus,& ibi gl.ad l.quæsitum.ff.de pignor.vbi ita loquitur Vlpianus, Quæsitũ est,si nondum dies pensionis veniat, an & medio tempore persequi pignora permittendum sit? & puto dandam pignoris persecutionem, quia interest mea, & ita Celsus scribit. Quod & in stricti iuris actionibus, vel iudicijs locum habet,l.2.& 3.de condict.cau. dat.l. si creditores.ff.de priuileg. credito. etiam vt quis chirographum suũ agnoscat, vt censuit Senatus Pariſienſis teste Costalio ad d.l.in omnibus; quia interea aut mori posset, aut fugere; sed interim sustinetur executio, donec dies aduenerit. l. in lege Aquil. ff. ad leg. Aquil. Sic si 6

380

commodato dedi alicui rem meam, possum repetere, non statim, sed aliquo tempore transacto, quod ex iudicis arbitrio decernetur: quia ex quo dedi commodato, tempus aliquod transire debet, ne alioqui inutile esset commodatum. l. 3. C. commod. Si tamen commodato dedi alicui, de quo suspicio est ne fugiat, etiam ante tempus repetere possum. Bald. & Dd. ibi. Sic si est pactum factum inter creditorem & debitorem, vt liceat creditori ingredi propria auctoritate possessionem rei hypothecatæ, non poterit creditor pacti illius vtilitate vti, nisi præcedente mora super obligatione principali. l. debitores, & ibi Barto. C. de pigno. l. soluitur. §. l. ff. quibus mod. pignus vel hypot. sol. sed hoc verum est, nisi subsit iusta causa, quia fortè dubitat probabiliter debitorem decessurum: eo enim casu, etiam ante moram, ingredi potest. teste Barto. ad l. 3. versi. Item quæro quãdo. quia ius executionum ex pacto competens potest ex causa exerceri ante tempus. d. l. quæsitum. Et hanc sententiam quod debitor in diem suspectus, conueniri potest vt caueat de soluendo die aduenient, latè confirmat Paulus Parisius d. consil. 99. incip. Iste Ioannes. lib. 3. per d. l. in omnibus; & quia mora periculum creditori posset adducere, si fortè debitor postea aufugeret, & inanem faceret creditoris actionem. Anchar. consil. 192 Decius consi. 75

Quibus rationibus motus vir eruditus Rodericus Zuarez Hispanus, ad l. post rem iudicatam. ff. de re iudi. in declar. legis regni. in 7. limit. ostendit creditorem tẽpore priorem, sed in diem prẽferri alijs creditoribus posterioribus, quorum dies iam cesserat, quando est periculum in mo. Quæ decisio Roderici, cum sit elegans foroque seruiens, subijciam eius verba. Quidam mercator dies (inquit) rupit & fugit, vt multoties faciunt eiusmodi, quando vident se diuites esse, & dimisit iste mercator aliqua bona, non tamen tanta vt sufficerent omnibus: statim fuga arrepta, venerunt multi mercatores, & inter omnes erat vnus, qui habebat obligationẽ cum hypotheca bonorum, qui erat prior tempore omnibus

bus alijs aliorum obligationibus: attamen dictæ obligationis solutio erat in diem, quæ dies adhuc non venerat: petebant omnes executionem obligationum suarum: iste cuius obligatio erat prior tempore, petebat etiam executionem, & dicebat se præferendum ex regula, qui prior est tempore, potior est in iure. Opponebatur verò ei, quod non erat audiendus, quia nihil poterat petere, ex quo dies destinata solutioni nondum venerat: & etiam quidam Iudex dimisit eum ex hac causa desperatum, qui venit ad me pro remedio, & alijs duabus vicibus habui de facto, & consului in fauorem istius mercatoris, illum esse alijs præferendum, dato quod dies solutionis nondum venerat, ex eo quia debitor fugerat, & motus fui per text. singularem, in d. l. quæ situm. vbi est casus, iuncta glo. quod etiam si dies pensionis, & sic solutionis nondum venisset, tamen ex iusta causa potest creditor persequi pignora, & agere hypothecaria pro debito, vt quia recessurus putabatur. Hinc est quod Bart. ad l. 1. C. de condict. ex leg. commendat illum textum, dicēs esse ad hoc singularem, quod omnis debitor fugitiuus potest capi & detineri ante diem. Hactenus Rodericus. Et idem decidit Bald. in l. vbi. C. de iur. dot. Math. de afflict. decis. 108. incip. Procurator. & Benenutus in tract. de decoctorib. parte 3. in fi. Et quānis pro debito in diem vel sub conditione nulla adiudicatio fieri possit, vt ait Bald. in consi. 135. incip. in causa. lib. 2. per l. Fulcinius. §. si in diē. ff. quib. ex caus. in poss. eat. potest tamen bene peti, vt caueatur ex causa, secundum prædictos Doctores.

Quod autem de debito in diem diximus, idem & in debito sub conditione locum habet, arg. l. omne æs. ff. pro socio. vbi ante conditionis euentum, si imminet periculum suspicionis, potest creditor petere, sibi caueri per fideiussoris dationem; quod & ibi contra debitores suspectos, & pro eorum creditoribus annotat Bald. qua in re, & dictum Rodericum iam d. loc. nume. 4. in fin. versi. Accedat text. & latius in quinta limitatione dicto loc. & Iasonem ad l. vinum, num. 3. ff. si cert. pet. & Frā-

381

ciſcum à Ripa, ad c. 1. num. 88. de Iudic. ſequaces habet; & ante hos quidem Ang. & alij plerique ex vetuſtioribus, ad d. l. quæſitum, priores tradiderunt. Nam quod Albericus contrarium exiſtimat, ex eo quod d. l. quæſitum, de debitore in diem loquitur, non de debitore ſub conditione; & quod quando debitum eſt in diem, eſt nata actio & obligatio, ſecus quando eſt ſub conditione. d. l. cedere diem. nihil mouet: eadem enim eſt ratio, eadem eſt æquitas, eadem ergo debet eſſe iuris diſpoſitio. l. adigere. ff. de iur. patro. Alioqui enim creditor ſub cõditione debito ſuo facile fruſtrari poſſet, adeo vt his Alberici rationibus, quæ in fronte aliquid habent, in receſſu verò nihil, nimis facile motum fuiſſe Iaſonem arbitror, ad l. pecuniam. num. 9. ff. ſi cer. pet. Ideoque etiã alibi de veritate huius ampliationis, quam ante animo-sè tutatus erat, cepit dubitare. Porro autẽ vniuerſa hæc cautionis interponendæ ratio, per quam arreſtum euitari poſſet, ex diſcretione & arbitrio eius qui iuriſdictioni præeſt, dependet. d. l. in omnibus. quod & apud Tiraquel. in tract. de vtroque retract. §. 1. glo. 18. nu. 44. cũ ſeq. multis videre licet.

7 Et hæc quidem de debitore, tam quantitatis quàm facti; memini enim quendam fuiſſe arreſtatum Louanij à ſuo domino, cui promiſerat ſe ſeruiturum Antuerpiæ, in arte conficiendorum vitreorum, ad aliquot annos, eoque inſcio aufugerat, vt aut factum promiſſum præſtaret, aut ad id quod intererat damnaretur.

8 Idem dici poſſe puto de eo qui alium diffamat, aut illum iactitat ſuum eſſe debitorem; Nam vt ait Bartholomeus Blarerus ad l. diffamari. cap 1. num. 21. C. de inge manumiſſ. diffamatus vbicunq; locorũ diffamatorẽ ſuum deprehenderit, protinus contra eum apud eius loci iudicem experiri, ac eius iudicis officium inuocare poteſt.

9 Eadem etiam ratio eſt fideiuſſoris: quia omnis fideiuſſor, fugitiuus & ſuſpectus, ante diem eadem illa ratione iſti, capi, & detineri poteſt, teſte Ioan. Conſtã. ad conſtit. reg. art. 66. inc. Et quanta celles. col. fi. verſi. nota

præ

præterea. Baldus tamen quem allegat ad d.l.j.C.de cõd. ex lege, de debitore, non etiam de fideiussore loquitur. Quinimò vt Bal. voluit ad c.cum contingat.colum.5.de dolo.quando reus & fideiussor obligarunt personam suam & renunciatio facta est, reo capto seu detento, detineri etiam potest fideiussor, & non captura seu prehẽsio, sed solutio Rei liberat fideiussorem, sicut pendẽte lite contra reum, non impeditur executio contra fideiussorem. Bal. ad l fin. C. de fideiuss. Quod quo pacto intelligendum & restringendum sit, latius tomo 1. art. 11. gl. 3. nu. 25. cum seq. explicat Rebuffus, & hunc secutus Petrus à Duennas ad reg. iur 276. incip. executio potest fieri. Quo in loco quatuor limitationes, & restrictiones recensẽt, ad illam regulam pertinentes. Quid igitur de eo constituemus, qui tanquam principalis alterius obligationi suoscripsit? Vnus ex multis Zasius respõdet ad l. si ita. §. Chrysogonus. ff. de verbo. oblig. num. 3. eodem modo hunc conueniri posse, atque si principaliter scripsisset. l. fideiussor. §. 1. ff de pignor.

Idem quoque iuris est in hærede debitoris, quia ad id, ad quod potest compelli defunctus, potest compelli & eius hæres. l. postulante. ff. ad S C. Trebellian. Crotus in repetit. l. nemo. ff. de leg. 1. Rebuff d. loc. num 74. Iason ad l. diuortio. §. interd. num. 6. ff. solut. matrimo. & ex persona hæredis, qualitas, seu natura debiti non alteratur. l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. Ideoque etiam instrumentum executorium, non solum contra principalem, verum etiam aduersus hæredes illius, executioni mandari potest, licèt verbis legis, vel statuti id non exprimatur. Et si ex forma statuti debitor possit carcerari pro debito, hæres etiam illius carceri mancipari potest, teste Barto. & Ang. ibi. quia licèt loquatur statutum de dẽbitore, tamen hæres debitoris etiam debitor dicitur, cum ille propriè debitor sit, à quo inuito debitum exigi potest. l. debitor. ff. de verb. sign. cuiusmodi hæredẽ esse cõstat. In qua sentẽtia reperio etiam fuisse Bal. ad l. per diuersas. C. mandati. Castrens. ad l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. Roman. ad l. alia. §. eleganter. ff. solut. matri.

10

Imol.

Imol. & Angel. ad l. 1. ff. de his quæ in testa. del. quia ex quo debitor est obligatus in instrumẽto, obligatio suorum hæredum etiam virtualiter continetur, licèt hoc in instrumento non exprimatur. arg. l. 1. C si cert. pet. l. si pactum. ff de proba. Et exceptio quæ quotidie versatur in foro, de eo quod aduersarius non est nominatus in instrumento, hic cessat: & nominato Titio, videtur in eodem instrumento eius hæres nominatus. Angel. ad l. creditores. C. de pignor. Alexand. ad l. in ratione. 1. ff. ad l. Falcid. Vnde & Castrens. ad d. l. postulante. respondit, quod etiam si statutum dicat, instrumentum esse mandandum executioni, contra debitorem in ipso instrumento comprehensum vel descriptum, mãdabitur nihilominus executioni contra hæredem eius, quamuis aliàs statuta de persona, ad personam non extendãtur. l. si verò. §. de viro. ff. sol. matrim. quia talis dispositio statuti intelligitur repellere illam personam, quæ non est, & non reputatur eadem persona, secus si reputatur eadem. vt in auth. de iureiur. à mor. præst. Quo casu verè nulla extensio, sed potius inclusio & interpretatio fieri dicitur, l. non erit. §. de eo. ff de iureiur. neque enim hæres noua persona est, sed vna & eadem cum defuncto, l. hæredem ff. de regu. iur. & quæ eidem defuncto cum sua causa & vitijs succedit. l. vitia. C. de acquir. poss. adeundoque hæreditatem, & sic cum debitoribus hæreditarijs quasi contrahendo debitor constituitur, §. hæres. Instit. de oblig. quæ ex quasi cõtrac. Chassan. ad consuet. Burg. tit. des censes. §. 6. glo. vlt. l quod ipsis. ff. de reg. iur. adeo vt priuilegium hæredis succedentis sæpe non extinguat, aut impediat ius executionis. Bartol. & Iason ad auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Salyc ad l. 3. quæst. 5. & 7. C de pig. Dec. consi. 536. Gomes. ad § fuerat. Institu. de act. Rebuffus d. tomo 1. de liter. obli. art. 3. glo. 3. nu. 9. 10. & seq. Multa quoque de his li. 1 c. 1. Institut. forens scripsit Ioan. Imbert. excutiens illam quæstionem, an hæres defuncti debitoris, in vim instrumenti habentis executionem paratam, possit prehendi, & in carcerem mitti. Et quamuis distinguat hoc

pacto,

pacto, quod si ex statuto debitor possit prehendi, statutum æquè hæredem ac debitorem obligat, si verò cõsensum & promissionem consideremus, non; quia hæres à defuncto bona accipit, non personam: tamẽ postea addit constitutionibus in Gallia editis, etiam aduersus hæredem, & in bonis illius proprijs executionem dari. Sed hæc latius explicare opus non est, cum ad faciendum arrestum nobis sufficiat, hæredem debitorem esse, aut pro debitore reputari. d. §. hæres. nõ obstantibus etiam illis quæ scribit Ioan. Papon. ad consuetudines Bourbon. tit. des executions. §. 106. Ex quo nata est quæstio vtrum clericus hæres laici coram iudice ecclesiastico cõueniri possit: qua de re latissimè disputat Didacus Couar. lib. practi. quæst. cap. 8. & Rodericus Zuarez d. loco, nu. 4. quem, si libet, vide.

Quinimò etiamsi hæres minor sit 25. annis, nihilominus (vt existimo) arrestari bona eius possunt: sed an ipsemet arrestari possit, inferius dicemus. Ratio autem quæ me mouet, hæc est, quod executio potest mortuo testatore fieri in hæredem, & si iste hæres fuit minor, potest nihilominus fieri executio in bonis quæ à defuncto ad eum peruenerunt. l. pupillus. iuncta glo. in §. sed & si creditor. ff. de auctor. tut. l. 1. C. quand. decret. non est op. Et cùm minor curatorem non habens, ipso iure ex contractibus suis obligetur. l. si curatorem. C. de in integr. restit. & nisi soluat, aut bonis cedat, in carcerem conijciatur. l. cum & filij. C. qui bon. cede. poss. & quæ ibi notant Dd. nihil dubito quin etiam arrestari & detineri possit, iuuante creditorem communi iuris regula, quod cui licet quod plus est, vtique ei id quod minus est, licere debet, c. cui licet. de regul. iur. in 6. Et quod amplius est, arbitratur Iason consil. 88. incip. In præsenti. volum. 3 nec Fiscum quidem, & eum qui à Fisco causam habet successionis, immunem esse. Sed cum de executione effusè & generaliter loquatur, dubito an in materia arresti eo iure vtatur Fiscus, de quo etiã paulò inferius latius dicemus.

Porrò autem successorem debitoris sisti, vel arrestari pos-

ri posse, non est indistinctè & semper verum. Sunt enim plerique casus, quibus id non licet. Principio enim locū non habet infra tempus conficiendi inuentarij de bonis defuncti: quia intra illa tempora à creditoribus vel legatarijs conueniri non potest, etiamsi aduersus defunctum sententia lata fuerit. l. fin. §. donec. & §. & si præfatam. C. de iur. delib. Baldus ad l. ait prætor. §. si quis. ff. de procur. Iason ad §. fuerat. num. 61. Instit. de act. Boerius decis. 10 num. 3. Chassan. ad cōsuet. Bourg. rubr. des successions. rubr. 7. §. 14. num. 9. Bald. ad l. per diuersas. quæst. 10 C. mand. Corneus consil. 221. libr. 4. Præses in loco à ratiōe legis scrip. col. 4. Rebuff. ad ord. Reg. tomo 1. articu. 9. gloss. 2. num. 8. etiam si hæreditas sit locupletissima, & notoriè sit soluendo. Bald. ad d. §. donec. & § cum igitur. Idq; propter occupationē quam habet in inuentario conficiendo, teste Roder. d. loc. nu. 5. in fi. latius verò Augustin. Beroius, quæst. 57. inci. statuto. respondet, statutum de arrestando & capiēdo debitorē, contra hæredem, sub beneficio legis & inuentarij, locum non habere, sed via ordinaria contra eundē procedendum esse, vt per Imo. ad. l. 4. §. si prætor. ff. de dam no infect. Et si contra hæredem tale quid tētatum esset, processus, sententia, & omnia acta essent ipso iure nulla vt idem Beroius ait. Sed hoc non procedit in hærede conuēto vt restituat vsuras, quando defunctus iussit eas restitui, vel cauit secundum formam text. in c. quamuis de vsur. lib. 6. nam tunc propter periculum animæ, quæ rebus omnibus longè præferenda est, restitutio non debet differri, vt in l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. c. cū infirmitas. de pœnit. & remis. & hanc limitationem ponunt Dd. in d. §. donec. præcipuè Iacobus de sanc. Geor. num. 2. Philipp Corne. num. 1. Zuarez in d. l. post rem iudicatam. in 1. extensione. num. 6. folio 132. colum. 1. ff de re iudic. & ideo datur dilatio, quia omnibus remanet ius suum saluum: quod in isto casu non esset, cum animæ detrimentum iam illatum, non per hoc postea tollatur. arg. l. tutor qui repertorium, in princ. ibi, vel si id quod dilationem modicam expectare non posset. ff

de

de administ. tuto. & pium defuncti propositum sine vlla cunctatione adimpleri conuenit. l. nulli. C. de episc. & cler.

Secundò non procedit, quoties hæres inquietaret alios ex causa hæreditatis; nam tunc potest reconueniri ab eo, quem ipse prior conuenit arg. tex. in l. 2. in §. sed si agant. ff. de iudic. & in authen. consequeter. C. de sen. nisi illos conueniat hæres necessitate compulsus, puta quia debitores hæreditarij cum pecunia fugiebāt, quos fecit capi, vel domus vicini minabatur ruinam super domum hæreditariam, vnde petat cautionem damni infecti. vt in d. l. 2. §. sed si agant. Ita expresse tenet Angel. in eodem §. sed si agant. num. 3. & idē Ang. vbi dicit ita se vidisse de facto practicari, & iudicari, in l. 1. §. hæc stipulatio. versic. tertiò fallit. ff. si cui plus quā per l. Falci. quem sequitur ibi Ioan. de Imo. num. 10. Philip. Corn. in d. §. donec. nu. 2. & Rodericus loco mox citato, num. 8.

Tertiò locum non habet, quoties petitur aliquid ab hærede pro impensa funeris; tunc enim non opponit de inuentario. Ita expresse tenet Angel. in d. l. 1. §. hæc stipulatio, numero 16. quem seq. Philip. Corne. in d. §. donec. num. 2. quod & ibi Iac. de sanct. Georg. nu. 1. probat.

Quartò fallit quando conuenitur hæres pro legatis pijs, non ferentibus dilationem; vt sunt alimenta pauperum, qui interim fame perirēt, vt expresse tenet Angel. in d §. hæc stipulatio. num. 16. versic. secundò fallit. quod dictum sequitur ibi Ioan. de Imol. num. 10. vbi dicit se ita vidisse practicari. Eandem opinionem tenet Philip. Corn. in d. §. donec. nu. 2. Iacob. de sanct. Georg. num. 1. Bar. de Chassa. in consuet. Burg. in titu. des successions. §. 14, colum. 1. num. 9. fol. 281. In his enim in quibus ius suum cuique saluum & integrum esse, ac manere potest, non in his quæ moram non admittunt, concessa est dilatio. l. tutor. ff. de auct. tutor. Roderic. d. loco in 1. extensione.

Postremò restringitur, quoties conuenitur hæres

rei

rei vendicatione, quia tunc conuenitur vt quilibet poſ. ſeſſor, non vt hæres, vt in d.l.de eo. §. penult. ff. ad exhiben. Ita expreſsè tenet Odofre. Guil. de Cuneo, Bald. Salyc. Paul. de Caſt. & ibi Philip. Corn. num. 1. Iacobus de ſanct. Georg. num. 1. Ang. in d. §. hæc ſtipulatio. nu. 16. & ibi Ioan. de Imol. num. 18. Roderic. Zuarez. in loco ſupra allegato, nu. 7. Iaſon conſi. 88. lib. 3. Socin. regu. 135. fallent.

Secundò, arreſtari vel conueniri ſucceſſor nō poteſt, quando eſt ſucceſſor ex conuentione. Nam quamuis regulariter hæreditas pacto dari non poſſit. l. ſtipulatio hoc modo. ff. verb. oblig. excipiuntur tamen caſus nonnulli, vel fauore militum, l. licet. C. de pact. vel in gratiam matrimonij contrahendi. Zaſ. & alij ad d.l. ſtipulatio; & his ijſdem caſibus, hæres eiuſmodi in debitum hæreditarium non ſuccedit: quandoquidem non iure hæreditario, ſed ex pacto & conuentione ſuccedit. Manſ. in ſua prax. rub. de execu. §. item quæro. colum. 2. Ego verò hic ſubſiſto, & de ea reſtrictione admodum dubito; quia pactio huiuſmodi, licèt ex conuentione naſcatur, facit tamen ſæpe eum qui ſic pactus eſt, hæredē eſſe. Quid enim ſi de maxima parte bonorum inita ſit, nullusque alius hæres inſtituatur minima parte bonorum legatis exhauſta? Rurſum verò aperta eſſet via fraudibus ſi hac ratione onus æris alieni liceret euitare. Memini mulierem quandam inter viuos facta donatione, ſibique rerum omnium poſſeſſione ſeruata, ita cum nepote ſuo conueniſſe, vt omnia eius bona mobilia haberet poſt eius mortem, nullique creditorum obnoxius foret, cùm tamen in eo loco vbi id factum fuit, apprehenſor bonorum mobilium ad exolutionem æris alieni teneatur. Conſultus cum alijs quibuſdā, reſpondi ob præſumptam fraudis coniectionem, nepotem illum ſtipulatorem, ab æris alieni præſtatione immunem nō eſſe: quia alioqui facilè deciperentur creditores, niſi haberent hypothecam. Interim veriſſimum eſſe puto, quod ſi inter maritum & vxorem conuenerit in contractu antenuptiali, quod vxor habebit præmoriente marito medi-

mediam, vel aliquam partem bonorum, absque vllo onere æris alieni; eo casu ipsa quidem creditoribus obnoxia erit; sed cogentur hæredes mariti aduersus eosdem creditores eandem vxorem indemnem conseruare, atque defendere. In qua opinione etiam videtur fuisse Chassa. ad consuetu. Burg. Rubri. des droictz. & app. des gens maries. §. 10. Eodem modo accipiendū puto, quod dicitur, in eum qui hæreditati renunciauit executionē non dari, vt scilicet procedat, si nunquam aliàs hæreditatem adijt: nam si adijt & vendidit, certè vt à creditoribus cōueniri, ita etiam sisti poterit, iure suo aduersus emptorem hæreditatis saluo. l. ratio. C. de hæred. vel act. vend.

Singularis quoque successor, & qui hæres non est, non ex promissione seu debito defuncti, qua minimè ligatur, sed tantum vt rei mobilis alienæ possessor, arrestari potest. l. 1. §. si hæres. ff. ad S. C. Trebell. l. fin. C. de hæred. act. Et in his, in quibus singularis successor, cuiusmodi est legatarius rei alicuius, paratam executionē habet, sicut defunctus ipse haberet, prout semper habere videtur, Bald. ad l. ex legato. C. de legat. Rodericus d. loco, in 1. extensione, nu. 12. in fin. in ijs etiam casibus è cōuerso sisti potest. Dd. ad l. si debitori. C. si aduer. cred. præscript. glo. ad l. ea lege. C. de condict. ob caus. Iason ad l. quædam. §. nihil interest. num. 7. ff. de eden. & in l. ait prætor. num. 10. ff. de iureiur. & ad l. si vnus. §. ante omnia. num. 5. ff. de pact. & ad d. l. 1. §. si hæres. num. 4. Et ideo possessor bonorum hæreditatis, via executiua conueniri non potest. Barto. ad l. controuersia. num. 7. ff. de transact.

Quod de hærede debitoris diximus, idem in debito 11
debitoris nostri locum habet; Quia licèt debitor debitoris, quem creditor ex contractu vel quasi cōtractu obligatum non habet, detineri & arrestari non possit, vt notat Romanus consil. 224. incip. Ista captura, sed executio sententiæ contra debitorem latæ, subinde aduersus eum mandatur executioni. l. 2. C. quand. fisc. vel priuat. Id quod latè & eleganter explicat Rodericus Zua-

384

rez ad l. post rem cap. inc. Secundò quæro. ff. de re iud. potest tamen creditor, id quod suo debitori ab alio debetur, arrestare, vsque ad quantitatem debiti concurrentem. Rebuff. ad const. reg. tom. 1. tract. de liter. oblig. artic. 12. glo. vnica. num. 22 etiamsi de debito non constet ilico per literas, sed postea intra breue tempus, de quo mox dicemus, constare possit. Pyrrhus ad consuetud. Aurelia tit. de execut. ex locat. ca. 9. argu. d. l. 2. C. quan. fisc. vel priuat. l. hæres. in fin. ff. ad Trebell. & debitorē debitoris, auctoritate iudicis, ad certum aliquem diem citare, vt veniat si velit, & audiat rationes arresti proponi, beneque ac iustè factum esse declarari; Tum verò, vt d. art. 6 gloss. 3. nume. 64. tradidit Rebuff. vbi in iudicium venit, interrogatur an & quantum debeat, vel an res debitoris eiusmodi, & quas rēs detineat, quod & sub iuramento dicere cogitur: si se aut debere, aut detinere confitetur, præceptum ei fiet, ne cuiquam sine iudicis aut creditoris voluntate tradat, neve debitori soluat, quod deinde principali debitori significatur, dieſq; ei dicitur; quo die si compareat, & iustam causam non alleget, cur arrestum sustineri non debeat; Iudex ex ea pecunia sic arrestata creditori soluēdum esse decernet, seu aliàs rem illam distrahi, & distractæ rei precium, dicto creditori numerari præcipiet. Propius verò ad nostros mores accedens Mansuerius in sua dicta praxi, tit. de execu. col. 7. ver. Itē si creditor, asserit: quod postquā creditor pecuniam debitori suo debitam arrestauerit, sufficit vt præceptum fiat debitori debitoris sub pœna, ne debitori soluat, vel res eius dimittat. Et hic quidem si rursum debitori suo hoc significauerit, ipse à creditore suo ad soluendum, arresto prius amoto, compelli nō potest, quamuis à creditore creditoris sui arrestante vrgeri possit ad pecuniam illam debitam apud iudicem deponendam: ne alioqui eadem difficultate ab eo consequatur pecuniam arrestatam, qua debitū ab ipso debitore assequi non potuit. Gaudent enim, & sæpe etiam procurant debitores, vt, quo facilius moram soluendi trahant, pecunia quam debent, apud ipsos arrestetur.

Cum

Cum verò eam pecuniam petente creditore depoſuit, vel non petente creditori ſuo non ſoluit, etiam ſi ad certum diem ſub pœna & addito iuramento ſoluere promiſiſſet, non tenetur, quia iuſſus iudicis & à mora, & à pœna, & à periurio excuſat. l. non videtur. §. qui iuſſu. ff. de reg. iur. l. fin. ff. de leg. cõmiſſ. Rebuff. d. loco. Lucas de Penna. ad l. vnic. C. vt nullus ex vicar. lib. 11. Practicus Ferrar. in form. ſequeſt. ſeu ſaxan. colum. penult. Bart. & Dyn. ad l. creditor ff. de ſolu. Anchar. conſi. 64. Dec. conſil. 25. Iaſon conſi. 26. lib. 3. Deciſ. Neap. 150. Bar. bat. conſil. 29. lib. 3. Cumanus conſi. 185. Caſtrenſ. conſil. 285. libr. 1. præterquam ſi debitor debitoris (quod, vt dixi, ſæpe fit) ex malitia & improbitate ſua, impedimentum iſtud arreſti ſollicitauerit. Felyn. ad c. fin. de teſt. & ad c. fin. de for. compet. arg. l. & qui data. ff. ex quib. caumaior. Barb. conſil. 56. libr. 1. Hieronymus Cag. ad d. §. qui iuſſu; vel ſi tam notoriè videatur arreſtum eſſe iniquè aut perperam factum, vt nullo iure defendi, aut ſubſiſtere queat, teſte Decio ad d. §. qui iuſſu. & latius Iaſon d. conſil. 26. libro 3. Arreſtata verò hæc pecunia cum fuerit, dies dici debitori principali debet, vt compareat, & ſe ſi velit, rationibus arreſto proponendis opponat. Et quamuis ſint qui exiſtiment, cogere hunc poſſe ſuum debitorem, vt ſoluat, interpoſita cautione indemnitatis aduerſus creditorem arreſtantem, argum. l. penul. C. depoſ. l. is à quo. ff. de rei vend. Iaſ. ad l. non ſolum. §. morte. num. 28. ff. de op. no. nunciat. Contrarium tamen d. loco tenuit Rebuff. qui ea in re Paulum Pariſ. conſil. 107. libr. 3. ſequacem habere videtur, præcipuè, cum in facultate arbitrioque eius poſitum atque collocatum ſit, iuſta ſatisdatione omnem facti arreſti vim diſſoluere. Quid igitur, ſi debitor debitoris ſe verum debitorem eſſe negauerit? Sanè nõ poteſt creditor plus iuris aduerſus debitorem ſui debitoris habere, quam haberet ipſe primus debitor, idemque debitoris ſui creditor. Ideoque in primis probare debitũ oportebit. l. ſi debitũ. C. quand. fiſc. vel priuat. gl. ad l. 2. co. tit. Roder. d. l. poſt rẽ. cap. inc. Secũdò q̃ro. fol. 675

Doct. ad l. Diuo Pio. §. sic quoque. ff. de re iud. Quod si verò res debitoris occultauerit, & se eas habere negauerit, iustis remedijs huiusmodi impudentia coërcebitur, legitimasq; mendacij sui pœnas feret. De quibus inferius latius dicetur.

12 Dico præterea etiam Factores & Institores mercatorum arrestari posse: quia certum est, quod ex contractibus à se etiam nomine dominorum suorum initis, conueniri possunt. l. 1. in verb ipsum tamen institorem, vel dominum eius conuenire poterit. ff. de Instit. act. & l. 1. §. est autem. ff. de exercit. act. De qua re eleganter loquens Alciat. ad l. si institorem. ff. si certũ petat. ita ait. Sed an ex re in qua præpositus est institor, ipse quoque teneatur? & durante officio traditum est, debere eum solutionem procurare, & ideo tanquam institorem teneri. l. & si quis § penul. ff. de Institut. act. Vnde finito officio conueniri non poterit. l. fin. eod. tit. Idque siue institorio nomine expressè contraxerit, siue simpliciter ex ea tamen causa, in qua appareat non eius contemplatione contractum esse. l. post mortem. ff. de admin. tu-

13 tor. Tu ea de re vide latè Docto. ad d. §. est autem. Imò eodem loco idem esse dicit de procuratore alterius, & eo, qui alieno nomine contraxit. Nam sicut à Domino arrestari & conueniri potest, vt actiones quas acquisiuit cedat ei. l. possessio quoque. §. fin. ff. de acquir. poss. l. seruum filij. ff. mandat. ita quoque subinde ab eo cum quo contraxit, rectè conuenitur, & per consequens iustè arrestatur, veluti cum se suo nomine obligauit. l. procurator qui pro euict. ff de procurat. cum illius solius fidem secutus est contrahens, aut si dominus ei satisfecit: nam cum pecunia ad eum iam peruenit, æquum est creditoribus eum soluere, & directas actiones aduersus eum intendi posse, secundum notat. in l. 1. C. de act. & oblig. & vide Socin. consil. 18. lib. 1. & Castren. Costali um & alios ad l. Plautius. ff. de procur. & ad d. §. est autem.

Quid autem dicẽdum sit de tutore aut curatore proximo cap. declarabimus.

Cleri-

Clericos quoque debitores arrestari posse existimo; 14
Nam in his quæ pertinent ad processum, etiam in foro ecclesiastico seruatur consuetudo laicorum. c. cum venisset. in verb. vellent procedere. de eo qui mit. in poss. Et cum eiusmodi statutum vel consuetudo nihil turpitudinis habeat, pertineatque ad abbreuiandas lites bono publico, etiam à clericis seruari conuenit, c. constitutus. de in integr. rest. gl. in l. ex ea. ff. de postul. Raphael Cuma. consil. 41. & 83. & Philip. Franc. ad c. seculares. num. 3. de for. compet. lib. 6. vbi dicit, quod licèt consuetudo non porrigatur extra territorium, cum sit localis. c. 1. de constit. eod. lib. porrigitur tamen bene ad aliud forum in eodem territorio, & sic (inquit) consuetudo laicorum probat contra clericos in omni foro, dummodo detur competentia iudicis Ideoque Bartol. ad l. cunctos populos. colum. 8. versi. hoc præmisso. C. de summa trinit respondet. quod cum ex statuto ciuitatis, instrumentum meretur paratam executionem, poterit laicus in foro ecclesiastico, eiusmodi instrumenti executionē aduersus clericum postulare: quod & Rodericus quoq; voluit d. loco, in 8. ampliat, quantumuis ad d. l, cunctos. dissentiat Baldus. Sanè in clerico de fuga suspecto, dubium non est, quin ex mandato iudicis ecclesiastici detineri possit, teste Francis. Ripa. lib. 1. de leg. respons. 13. & ad c. 1. de iud. cum etiam quod amplius est, à laico si fugitiuus iam sit, rectè capiatur. Panor. & alij in c. cum non ab homine. eod. tit. Bart. ad l. si quis in seruitute. ff. de furt. Hippol. singul. 43. incip. Debitor. Iason in §. 1. de act. & in materia arresti. Rebuffus d. arti. 6. glo. 3. circa fin. vers. Quintò amplia. Rodericus d. loco, in titu. de emplagamientos. num. 48. & 49. nullaque fori præscriptio in huiusmodi necessitate opponi seu allegari potest. Iason ad l. 2. num. 15. 16 & 17. ff. de iurisd. omn. iud. & ad l. si arbitro. num. 9. ff. qui satisdar. cog. Idē in prouisionalibus executionibus & namptizationibus dici solet, quia vt laicis, ita etiam clericis, ad prouisionem, seu (vt vocant) namptizationem cōdemnatur, teste Rebuffo d. tomo 1. in proœmio, gloss. 1. num. 69. præcipuè

quod huiusmodi prouisio, non tam decisionem causæ, quàm ordinem procedendi sapiat; qua de re, etiam Imbert. Instit forens. libr. 1 ca. 24. & libr. 3. c. 7. quædam annotauit. & etiam Ioannes Bessian. ad consuet. Auer. titu. 1. artic. 8. dicens quod secundum stilum Curiæ Parlamenti, si clericus est obligatus per literam manu sua signatam & sigillo suo sigillatam, potest conueniri coram Iudice seculari, & tenebitur cognoscere vel negare, & ad vlteriora in causa procedere, quamuis actio sit merè personalis; & si condemnetur executio fiet in bona temporalia eiusdem. Quam tamen consuetudinem, & multas alias similes, non posse iure satis defendi puto, vt quæ libertati ecclesiasticę plurimum aduersantur, & proinde non valent apud iustos & Catholicos Iudices qui timorem Domini habent, aut cassa & irrita. C. de summa trinit. licèt valeant apud eos, apud quos quicquid libet licet, & qui ecclesiā oderunt, eamq; principibus secularibus libenter in omnibus subijcerent, cōfusionē passuri in magno illo die, cum ad iudicandum eos veniet, cuius sponsam nunc contempserunt, & iniuria affecerunt. Et quamuis statuta & consuetudines laicorum debeant etiam in Curia episcoporum obseruari, intelligitur tamen quod seruantur, non à Iudice laico contra clericos, sed ab episcopo contra clericos, & si libertati ecclesiasticæ non repugnent, sed iustitiæ & æquitatis rationem habeant, vt notat Boërius ad cōsuetu. Biturices. titul. des iuges & leur iurisdict. §. 11. in princ. sicut & contra clericos tunc à Iudice seculari seruari possunt, quando clerici tanquam actores in iudicio seculari contra laicum procedunt, iuxta notata per Rebuffum in tomo 1. in præfat. nu. 62. cum seq. & Guil. Bened. ad ca. Raynutius. ad verb. & vxorem. decis. 2. nu. 125. cum seq. de testam. His rectè adijcias, quod Ioan. Fabri ad §. is quoque. num. 3. versi. quid si sit clericus, Instit. de act. respondet, quod si clericus se obligauit ad arrestum pro debito ciuili, valet obligatio, arrestumq; tenet; Ita tamen vt in Curia ecclesiastica, non in seculari detineatur: detentus verò, neque carceri mancipetur,

neque

neque vinculis alligetur. Quam Fabri opinionem & Guido quoque quæſt. 81, ſecutus videtur, quod & Boerius quæſt. 349. num. 11. col. antepenult. probat. Et licèt Rebuffus ad ord. reg. tomo 1. tit. de liter. oblig. art. 2. glo. 1. num. 11. dicat, quod hodie ſi clericus fuerit in perſonã obligatus, poteſt à Iud ce ſeculari comprehendi, & ad carceres epiſcopi duci, & ibi detineri, non video tamen id vlla lege aut ratione probari poſſe, niſi Iudicis eccleſiaſtici copia haberi non poſſit: Nam tunc, vt ſuperius dixi, ſi eſt euidens periculum fugæ, iudex alioqui incõpetens poteſt perſonam ſibi non ſubiectam detinere, vt eum ſuo Iudici deinde tradat. §. audient. in authen. de defenſ. ciuitat. Innoc. in c. vt famæ de ſentent. excom. Concludo igitur in hoc articulo, poſſe clericos detineri & arreſtari, ſed auctoritate Iudicis eccleſiaſtici duntaxat, niſi copia illius haberi non poſſit, & periculum ſit in mora. Idem dico de bonis eorum mobilibus, quia ſicut in illis à Iudice ſeculari executio ſententiæ fieri nõ poſſit, ſed bene à Iudice eccleſiaſtico, ideo quod ſequuntur perſonam, & ſic priuilegio perſonæ vti debent. c. eccleſiarum ſeruos. 12. quæſt. 2. glo. in c. fin. de vita & honeſt. cler. Rebuff. in terminis d. art. 2. glo. 1. nnm. 106. etiam ſi non haberent niſi clerici illa bona mobilia, vt ipſe ait; Ita quoq; non puto in his fieri poſſe arreſtationem. Excipit tamen idem Rebuffus aliquot caſus ibi, nu. 119. in quibus putat, bona mobilia clericorum à iudice laico pro executione capi poſſe: vt ſi non clericaliter, ſed more mercatorum in ijs bonis verſentur; ſi fructus ſint in fundo pendentes, &c. quem vide. Et in terminis noſtris, quod Iudex ſecularis bona mobilia clerici arreſtare non poteſt, tenet & conſuluit Iuſtinus Goblerus, conſil. incip. Cum ſatis conſtet.

Sed & teſtes, vt teſtimonium dicant, Tabelliones, vt 15
inſtrumenta exhibeant, Apparitores, Nuncij, & Executores, vt executionis teſtationem præbeant, ſiſti atque arreſtari poſſunt. Imbert. libro 1. Inſtitut. forenſ. c. 1. Rebuffus ad ord. reg. tomo 3. titu. de citatio. arti. 2. glo. 4. num. 19. & tradunt Doct. ad titu. de teſtib. cog.

387

Bald. & alij ad l. quibus diebus. in princ. ff. de cond. & demonstr. Quomodo & Domini de Rota decis 90. inci. Iudex. in no. decidunt, quod iudex appellationis à grauamine potest literas arrestare, & testes ab futuros recipere, propter periculum, et c. quoniam. extra. vt lit. non contest. & valebunt eiusmodi attestationes sic receptæ coram iudice à quo est appellatum, si pronuncietur per eum bene processum esse, & malè per partem appellatũ. & extat decisio 572. incip. Primò, in antiq. etiam de literarum arrestatione, quam vide.

16 Potest etiam litigans arrestari, vt respondeat libello, si personalis sua responsio desideretur, vt decidit Iacob. de Beluiso. in repetitione c. Romana. §. contrahentes. in septima & vltima oppositione. de for. compet. lib. 6. & Bald. ad l. 1. C. de lit. contest. per c. fin. & ibi gloss. & Doct. de for. comp. Id quod tamen limitant Domini de Rota decis. 31. incip. Voluerunt. in no. hoc pacto, quod reus de Curia recessurus non potest arrestari, nec compelli ad respondendum interrogationibus principale negocium tangentibus, nisi positiuè detur per modum articulorum, & in scriptis. Et ideo decisio 394. inc. Si suspenso, etiam in no. dicit quod litigans in possessorio, de Curia recessurus, arrestari potest, donec respondeat articulis super petitorio per reum datis, cuius responsio tunc possessorio non præiudicat, maximè interueniente protestatione; & idem econtrà, quod quando intentatur possessorium, potest actor per reum arrestari, vt de Curia non recedat, nisi respondeat articulis per ipsum reum productis, ne probationum copia pereat, tenet Milis in suo repertorio, ad verb. Possessorium. & D. Ant. ad ca. pastoralis. de caus. pos.

17 Adde quod ciuis pro debito ciuitatis detineri, si sti & arrestari potest, quando ciuitas se & suos, suaq; & suorum bona (sicut fieri solet) solemniter obligauit, neque solum pro rata & portione sua arrestari poterit, sed pro debito vniuerso. Ias. Fran. à Ripa & alij ad l. 4. in initio. ff. de re iud. & ad l. si is qui bona. nu. 7. ff. de pig. & hyp. Doct. ad l. sicut. ff. quod cuiusq. vni. no. Nã quòd pleriq;

exi-

existimant, vnumquemque censeri pro sua parte obligatum, nisi aliud sit expressum; respectu ciuium inter se, non respectu creditoris verum est; Scire enim creditor nunquam posset, quota cuiusque sit portio; neque etiam illud in contrahendo actum seu cogitatum fuisse dici potest, planeque vsus arresti sic tolleretur, & particularis hæc præstatio plurima secum incõmoda ferret. l. planè. ff. fami. ercisc un. Porrò autem, quod ita arrestatus vel detentus præstitit, damnique quod accepit æstimationem ac refusionem, à communitate, vel ciuitate recuperare potest, vt testatur Laurentius Syluanus consi. 35. num. 8 lib. 1. Car. & alij ad l. nam Seruius. ff. de nego. gest. & ad l. 2. §. fin. ff. de verb. oblig. Panor. consi. 21. incip. In quæstione, lib. 2. & consil. 60. libr. 1. Non me latet quod D. Henningus Goden, consil. 34. num. 33. fusè admodum sustinet, ciues alicuius ciuitatis, pro debito eiusdem capi, detineri, vel incarcerari à creditoribus ciuitatis non posse; sed opinionis illius in hoc articulo, iusta defensio esse non potest, tum quod moribus nostris contrarium seruetur: tum quod non videatur loqui, quando res & bona singulornm nominatim creditoribus obligata & suppositа fuerunt. Porrò autẽ quẽadmodum res ista vtilis est & quotidiana, maiorem desiderat explicationem. In eo enim conueniunt pleriq;, quod si villa aut communitas alicuius loci non habeat bursam communem, potest talis communitas imponere collectam, & soluere illis, quibus tenetur, secundum Doctor. ad l. 1. ff. quod cuiusq. vniuer. no. & Specul. de execut. sent. §. sequitur. versi. Quid si vniuersitas. Et executores deputati ad talem collectam seu talliã (ita enim loquuntur interpretes) possunt capi & conueniri, lapso termino eis dato ad exigendum & soluendum. vt l. 1. ff. de munerib. & hon. Id quod sequitur Guido Papon. quæst. 87. incip. Si villa. limitans hoc tamen sic, quod licet disputari posset, an villa, ciuitas vel communitas hoc posset sine auctoritate sui superioris, de quo per Bart. in l. 1. C. de mulier. tamen sepositа iuris disputatione, de consuetudine & de facto, ciuitates, villæ, aut cõ-

389

munitates, non possunt indicere collectam, siue pro eorum necessitatibus, siue pro publica collecta, siue auctoritate Curiæ, Parlamenti, aut superioris, & si contrarium faciunt (inquit) inquæstantur, & arbitrio iudicantis puniuntur, & dicit se semper vidisse ita obseruari in praxi. Rectè dicit de consuetudine aut facto, quia iuris decisio in eo articulo est anceps & varia, vt licet videre ex decis. Capell. Tholos. quæst. 347. Bellono. consi. 18. num. 11. Aymo de antiq. tempo. parte 4. cap. inci. Circa præmissa. Capitio. Decis. Neapol. noua. 148. & latissimè ex Egid. Thomate, in lib. de collectis. cap inc. Retenta proxima discussione. vbi dicit hoc onus imponi posse, vt exoluantur debita, pro vtilitate & necessitate publica contracta, & in cap. præcedenti, num. 33. dicit sufficere, si hoc postea notificetur Principi, & ab eo impositio, aut onus hoc confirmetur, si fortè illius consensus antea haberi non potuit: Sicut hoc Louanij habere non potuit, cum Princeps Auraicus valido exercitu Louanium obsideret, & ciues ad sedecim millia florenorum, pro compositione & redemptione cogeret, Anno domini 1572. mense Septembri. Sed hanc quæstionem ita hoc loco delibasse satis est; illud verò propius huc spectat; An is qui desijt esse ciuis, & aliò domicilium suum transtulit, pro debito suo tempore contracto arrestari & conueniri possit, vel ecõtrà, an is qui tẽpore contractus non fuit ciuis, sed postea incipit esse ciuis, possit cõueniri & arrestari pro debito ante sua tẽpora cõtracto? In tractatu meo de reparãdis ecclesijs. ca. 10. aliquid de hac re dixi. Sed ibi locutus sum non propriè de istiusmodi debito, per ciuitatem, aut communitatem contracto, sed de collecta vel gabella subditis imposita. Ad propositam tamen quæstionem existimo esse respondendũ cũ D. Henningo Goden, consi. 34. inci. Consules duodecim. nu. 32. versi. inci. circa hanc cõpositionẽ, quòd si ciuis, qui fuit ciuis tẽpore debiti contracti à ciuitate recedat, potest nõ obstante recessu, pro debito suo tempore legitimè contracto arrestari, aut detineri. Sufficit enim quòd causa, propter quam debitum con-

tra-

contractum fuit, habuit originem illo tempore, quo ille erat ciuis, & quod tunc contractum fuit. Bartol. ad l. incola. ff. ad municip. Speculat. in titu. de cens. §. nunc dicendum. versicul. sed quid erit. Econtra (inquit ille) si quis tempore debiti contracti, ciuis non erat, detineri non potest, nisi tunc illic habuerit bona, ex quibus debitum soluendum quoque fuerat, quia de illis indifferenter tenetur tam veniens quam recedens. argum. l. 2. & authentic. ibi posita. C. de censu vel reliq. Id quod plurimum obseruandum & notandum est, si in praxi obtineri posset; Vsus enim arrestorum latè nunc passim extenditur, videmusque passim etiam eos arrestari pro debito ciuitatum, qui tempore contracti debiti in ijsdem non habitauerunt; quod an consensu populi receptum sit, an potius ignoratione iuris ab arrestatis non propositi fiat, dubito. Et pro hoc vsu facit consil. Castrens. 455. incip. Visis. libr. 1. vbi dicit, quod iuris est de ipsa communitate, idem esse debet de hominibus, qui postea dictæ communitati adijciuntur, quodq; communitas est quædam vniuersitas iuris quæ recipit augmentum & diminutionem, & ideo pacta cū ea facta extenduntur ad illos, qui de ipsa postea efficiuntur, cum semper eadem esse dicatur; videnturque ea conditione esse recepti, vt pari iure vtantur: & puto quod ita in dubio pro hoc vsu iudicaretur. Pro priore tamen opinione facit id quod not. Bald consil. 47. incipiē. ad euidentiam. libr. 3. num. 4. quod syndicus siue administrator ciuitatis non potest obligare eos, qui tēpore contractus non sunt de ipsa vniuersitate. vt C. de decurio. l. prouidendum libro 10. & hoc est verum, inquit, quod non potest eos obligare tanquam singulares personas, quia cum inspiciatur tempus contractus. l. si filius. ff. de verbor. oblig & tempore contractus, isti non erant de vniuersitate, obligari non potuerunt tanquam particulares personæ. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact.

Quid igitur si posteaquam ciuitas aliqua, ſc. pro debito aliquo obligauit sola, postea Status patriæ, aut

aut tota prouincia se obligat pro eodem debito? Respõ-deo nihilominus adhuc posse pro illo debito ciues illius ciuitatis conueniri, nisi nouatio intercedat, quia & ipsa quoque in prouincia est. Et in simili decidit Bald. ad l. si tibi homo. §. si testamento. ff. de leg. 1. quod si pro aliquo debito ecclesiæ soluendo Papa imponit collectã vni communitati, deinde verò generaliter toti Prouinciæ, est in potestate creditoris, vtrum speciali, an generali impositione vtatur, quia neutra derogat alteri, argu. d. §. si testamento. vbi grauamen generale non liberat grauatum singulare, nisi solutione legati secuta, & sequitur ibi Iason num. 14. & alij cum eo.

18 Sed de eo dubitari posset, quid agendum sit, si debitor & is qui arrestatur in re quæ arrestari debet, portionem aliquam indiuisibilem duntaxat habuerit? nihil referre asserit Rebuffus, d. art. 6. glos. 3. num. 33. nihilq; impedire existimat, quò minus ratione partis tota arrestetur: ita tamen vt arbitror, quod istiusmodi debitor suo socio de damno ipsius in altera parte accepto teneatur. In simili enim receptum est, animal alterius publicari, & fisco ascribi, subinde posse, sed succurritur eo casu domino animalis, vt contra eum, cuius culpa cõmissum incidit, pro damno accepto experiatur. Roman. & alij ad l. dotem. §. dominis. ff. de pub. & vectig. & ad l. fin. ff. de pign. act. Præsumitur tamen, inquit Rebuffus, res apud debitorem inuenta esse eius. arg. l. fin. C. de rei vend. & c. ecclesia. de cauf. possess. quo modo aduersus generum quendam iudicatum fuisse ait, qui arrèsto se opposuit, & equum apud socerum repertum suum esse dixit, nec aliter probauit. Ideoque debitor rem eiusmodi alterius esse incontinenti probare debet, si arrestum euitare velit, Alberic. ad l. 2. C. ne vxor pro mar. quemadmodum vxor, si eo tempore quo aduersus maritum sententia mandatur executioni, se opponat, & res quas apprehendit executor, suas esse contendat, hoc probare debet, quia mariti esse præsumuntur, teste Bal. & Petro de Bella pert. ad eandem l. 2.

19 Imò quod amplius est, si creditor petijt se mitti in posses-

possessionem bonorum sui debitoris, & missus fuit, nihilominus tamen debitor sisti & arrestari potest. Decius consi. 460. num. 9. nam & Bart. ad l. consentaneum, colum. fin. versi. 2. quæro. C. quo. & quand. iud. & Bart. secutus Baldus ad l. ignorare. C. de restitu. mil. & ad l. 1. §. fi. ff. si quis in ius dicēt. nō obtēp. respōderunt, quod creditor immissus in possessionem bonorum debitoris sui, curare nihilominus potest eundem debitorem apprehendi, quia scilicet hæc remedia cumulatiuè competunt ad eundem effectum, & per electionem vnius alterum non tollitur. Et hoc idem sequitur Ioan. Papon. ad consuet. Bourbon. tit. des executions. § 104. His verbis. Melius est statutum quàm iuris communis dispositio, quo etiam si debitor simpliciter nexus sit, vtroque remedio creditor liberè vti potest : & ita arresto sæpius sanctum est; Nam post acceptum pignus creditori vt satisfiat, Iudex aditus prouidere debet. verba sunt text. in l. qui legati. C. vt in poss. leg. Bald. ibidem, & in authen. quæ supplicatio. C. de precib. Imper. off & in l. fin. versicu. sed si cum. ff. si cert. pet. & Iason consil. 9. nu. 1. libr. 1. resoluunt, quod etiam si creditor pignoribus captis debitorem teneat, nihilominus eum prehendi, & personaliter detineri curare potest, & econtrà. c. fin. de eo qui mit. in poss. rei seruand. caus. libr. 6. & expres. sè Barto. in l. consentaneum. in vlti. colū. C. quomo. & quand. iud. Hactenus ille. Et idem rursus ibidem. §. 130. his verbis. Excipio autem personales executiones, quia is cuius pignora capta sunt & distrahuntur, prehendi & detineri potest, & econtrà, vt tenet Iason consil. 9. in tertio themate lib. 1. & videtur sequi Marian. Socin. nepos, consil. 17. libro 2. Neque mouet quod dicitur, eum qui viam iuris elegit, amplius ad viam facti redire non posse. l. si mulier. in fin. ff. quod met. caus. Salyc. ad l. 2. in 10. quæst. C. de seruit. & ad l. 1. in princ. C. de execut. rei iudic. tum quia via arresti est vera via iuris : tum quia regulæ illi nullus est locus, quando plura remedia ordinata sunt ad eundem effectum, in fauorem actoris. teste Decio d. loco. num. 12. Quo modo Boërius quæst. 306. resol.

306. respõdet, eum creditorem qui pignus accepit, posse nihilominus personali actione debitorem vrgere: neque audiendum esse debitorem si dicat, Tu habes pignus, & es securus, quod & Cornæum consil. 108. libr. 4. voluisse ait. Et si quis in possessionem legati seu fideicommissi seruandi causa missus est, contra hæredem adhuc agere potest, l. qui legati. C. vt in possess. legat. Rursum qui ad petitionem creditoris excommunicatus est, nihilominus ad soluendum vrgetur, non multo aliter, quam is qui hostagia (vt nostri dicunt) seruare promisit. Guido Papæ consilio 99. incip. Ioannes Borelli. libro 2. Bartol. ad l. 1. ff. de leg. commiss. Sed paulò apertius idem Guido consil. 117. incip. Ex actis. versicu. vlterius non obst. & consilio 114. num. 4. libr. 2. ait, quod si quis est incarceratus ad instãtiam sui creditoris, potest nihilominus creditor bona illius persequi, & econuerso, si primò conuolauit ad bona debitoris, potest postea pro residuo adhuc facere capi personam debitoris. Angel. ad l. 4. §. si ex conuentione. & ibi Zasius nume. 10 8 ff. de re. iudic. tum quia carcer qui ad custodiam deputatus & constitutus est, l. 1. C. de custod. reor. l. aut facta. §. solent. ff. de pœnis. neque debitum soluit, neque permittit aut extinguit obligationem: tum quia illa remedia ad vnum effectum tendunt; tum quia æquum est, illi vlterius succurrere, cui vnum remedium non sufficit. Corne. d. consilio 108. libr. 4. Rebuffus d. tomo 1. artic. 11. gloss. 3. num. 12. Quæ omnia dubium nõ habent, vt videtur, si persona & bona debitoris simul erant obligata, quod fieri curant cauti creditores, vt d. loco num. 8. ait Rebuff. non ignorantes quod abundãs cautela non nocet. l. penul. C. de euict. Et quidem præcipuè hoc tempore, quo fides atq; charitas, friget, & aduersarius noster diabolus, mille artifex nouas atq; inusitatas decipiendi formas quotidie suggerit debitoribus ad fraudandum propensioribus. Alioqui verò difficilè esset in vsum forensem quæ dicta sunt adferre, & rẽ ac personam debitoris sistere, vel arrestare, quod multarum prouinciarum mores non admittunt.

Illud

Illud etiam notari potest, si Iudex qui arrestare de- 20
bitorem præcepit apparitori, ante factum arrestum, vel moriatur, vel officio defungatur, poterit nihilominus apparitor arrestum facere, & præceptū sibi factum exequi, quia præceptum Iudicis illis modis non extinguitur, licèt aliud in commissione obseruetur. Hyppol. ad l. fin. num. 185. ff. de iurisdict. omn. iudic. Rodericus ad declarat. l. 2 tit. de los emplazamientos. lib. 2. fori. num. 28. per text. in authen. vt nulli iudi. §. si verò. col. 9. & l. fundi venditor. ff. de acquir. hæred. Et licèt aliàs præceptum Iudicis regulariter non duret vltra tempus suæ iurisdictionis, l. fin. ff. de pœn. l. eum qui. §. magistratus. ff. de iurisd. omn. iud. l. 1. C. de postul. c. præsenti. de offic. leg. nume. 6. hoc tamen verum esse intelligunt nostri, nisi sit factum cum causæ cognitione. Ideoq; Ang. ad l. si per epistolam. ff. de acquir. hæred. ait, quod iussus Iudicis factus causa cognita, vt eius sententiam exequatur apparitor, non perit eius morte, ea denique ratione ibidem, quod hic dicimus, affirmat.

Dico etiam præterea defructuatores bonorum obli- 21
gatorum rectè pro debito, & redditu decurso conueniri & arrestari posse: Quia vbi bona sunt obligata pro certa annua præstatione, actio personalis competit contra possessorem pro tempore quo possedit & defructuauit. Castrens. ad l. Imperatores. in princ. ff. de publi. Hostiē. Ioann. Andre. & Panor. ad c. parochianos. de decim. & idem Panor. ad c. pastoralis. & ad c. cum homines, in fin. eod tit. Frederic de Senis. consil. 18. & oritur hic actio ex quasi contractu secundum prædictos Docto. ad d. c. parochianos, quia sicut hæres obligatur creditoribus ex quasi contractu, per additionem hæreditatis, licet aliter cum illis non contraxerit. l. 3. & 4. ff. ex quib. caus. in poss. Ita etiam obligatur ille ex quasi contractu, qui defructuauit rem alteri obligatam, vel qui fructus obligatos percipit, licèt sit singularis successor. Et qui fructus percipit, debet soluere onus reale. l. neque stipēdium. ff. de impēs. in rebus dotal. fact. & hæc est pulchra decisio D. Præsidis Euerardi consil. 147. incip. Præclarissi-

rissime D. Decane. vbi dicit. quod defructuator bonorũ super quibus est constituta pensio ecclesiastica, potest pro decursa pensione conueniri, & non obstat, inquit. si dicatur quòd hoc sit verum, si conueniatur hypothecaria, secus si actione personali: quia dicit idẽ esse etiã si conueniatur actione personali, vt est decis. Delphina. 576. quam decis, vidi, & Guido Papæ in eadem decidit quod possessor potest conueniri pro alimentis, decimis aut anniuersarijs decursis, & sequitur Hierony. Gygas, in tract. de pens. quæst. 39 Alcia. consi. 22. & 40. & dixi latiùs in lib. de reparand. eccles. Et in contrarium non mouet secundùm eundem D. Præsidem, quòd actio personalis non datur contra singularem successorem aut possessorem. l. 1. §. si hæres. ff. ad S. C. Trebel. l. fin. ff. de contrahend. empt. quia hoc est verum, quando actio est merè personalis, nõ respectiua ad rem. exempli gratia: Tu es mihi obligatus ex mutuo, vel ex causa emptionis, in decem, & vendis bona tua Titio: certum est quod ego non habeo actionem contra Titium emptorem & possessorem eiusmodi bonorum, licèt ea defructuet, sed quando actio non est merè personalis, sed respectiua ad rem, tum benè sequitur possessorem & fundum, vt ait, Ias. ad l. 1. C. de iure emphy. sicut etiam videmus. quòd actio personalis in rem scripta, datur contra eundem. l. metum. §. fin. ff. quod met. cas. & quod vbicunque res est affecta, actio personalis datur contra possessorem. Bald. ad l. 2. q. 13. C. de rescind. vend. Alex. in d. §. si hæres, Et eo cessante, inquit, officium iudicis datur contra eundem, maximè quando principalis nõ est soluendo, & defructuator sciuit rẽ esse affectam, l. in causæ ff. de minor. Et secundùm hanc sentẽtiam, quæ est, quod defructuator bonorum pro redditu obligatorum potest conueniri, & per consequens in patriam arresti arrestari, tenet generalis consuetudo patriæ Leodiensis, vt audio, & aliorum locorum. Et licèt ab alijs hac de re dubitatum fuisse memini, non video tamen ob quam rationem ab opinione eiusdem D. Præsidis & aliorum superiùs citatorum interpretũ recedere debeam: pro qua opinio.

opinione se consuluisse, & in iudicio obtinuisse asserit idem Gygas d. quæst. 39. in fin. vbi multas alias similes decisiones adducit, de charitatiuo subsidio, alioque onere præterito & non soluto à possessore & defructuatore exigendo; quæ ad istius articuli confirmationem plurimum facere videntur.

Subijcimus etiam his Nautas, aurigas, & reliquos qui vectigalia non soluunt, & cõtra quos multo magis quàm contra alios, via executiua & detentio permittitur, vt ait Castrensis consi. 455. lib. 1. Baldus consilio 238. libro 1. 22

Omnis præterea contumax arrestari potest, & sicut prouidetur contra contumaciam per pignorum captionem. l. cum eo. ff. ad l. iul. pecul. Institu. de iatisd. tutor. §. si verò reus. ita etiam per arrestationem personæ, vt ait Rebuffus ad ord. reg. tomo 3. tractat. de contum. art. 13 glo. vni. nu. 8. & allegat Florianum ad l. si is cũ quo. ff. commu. diuid. 23

Animalia quoque in alieno prædio reperta arrestari & detineri possunt pro damno dato, vt cap. 2. latius diximus, & latius de ea re scribit Bartolus & Moderni post eum, ad leg hoc amplius. §. de his autem. ff. de dãno infect. & in c. si læserit. extra de iniur. & an stari debeat iuramento Domini agri seu prædij, super damno fusè tradit Ioannes Bessianus ad consuetud. auer. titu. des pasturages. art. 13. & 21. & Francis. Mignon ad consuetud. Anpeganen. titu. de la punition des crimes. art. 183. vbi conciliat pugnantes Bartoli & aliorum sententias. 24

Nihil etiam dubito, quin & res propriæ sisti & arrestari quoque possint: quia licet arrestum naturam pignoris prætorij, aut iudicialis habere videatur, vt supra dictum est, pignus autem rei propriæ esse non possit. l. neque pignus. ff. de reg. iur. l. si rem alienam. ff. de pign. act. Arrestatio tamen rei propriæ non prohibetur: quæ non ideo fit vt ex ea dominus aliquid consequatur, vel vt aliquod ius nouum sibi in ea acquiratur; sed ne res illa sua, quæ furto fortè ei sublata, aut vi erepta est, alio 25

transferatur, vt vendicari postea nō possit. Quid enim si exterus aliquis, qui rem meam à fure, aut à non domino emptam habet, hac transeat? quid si fur apud tertium aliquem eam deposuit? Quid si eam in naui vel curru inuenio. argumen. l. cum ex eo. ff. ad l. Iul. peculat. Et hoc in terminis decidit Rebuffus ad ord. reg. tomo 1. articu. 6. glos. 3. numero 562. his verbis. Iam hoc arresto vtimur, contra forensem, rem meam habentem, & hac transeuntem, vt etiam rem meam sistere & arrestare possim. Et hæc fuit prima opinio posita in l. fina. C. vbi in rem act. Vbi possum conuenire deferentem rem meam, vbi repertus fuerit, tum quia ratione rei suæ potest conueniri quis vbi res est. d. l. fin. qui loquitur generaliter, ergo de quacunque re mobili vel se mouente intelligi debet, tum quia actio rei vendicationis procedit ex possessione. l. non aliàs. §. 1. ff. de iudic. ergo habebit locum contra hunc forensem possidentem. Et hanc opinionem sequitur glos. in l. sed & si susceperit. §. vltim. ff. de iudic. & glos. in c. fina. de foro compet. & Com. post. in c. dilectis 2. de rescrip. Hostiens. & Socin. in c. sanè. de for. compet. Et ista opinio communiter in iudicijs seruatur, teste Alberi. in d. l. fin. & est magis communis secundum Ioannem de Plat. ad l. cum neque. C. de incol. libro 10. & in hoc regno seruatur, teste Pyrrho ad consuet. Aurel. in eo titu. c. 19. sequitur Ang. & Iason in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cog. Ioann. Lupi in repetit. c. per vestras. §. 19. fol. 51. colum. 4. de dona. inter vir. & vxor. & secundum istam opinionem fuit iudicatum Burdegalæ, vt refert Boërius in decis. suis. quæstio. 218. incip. si quis transiens. Hactenus ille. Ex quibus verbis intelligimus, quod huiusmodi arrestatio, secundū eum, eo casu non pertinet ad ius aliquod pignoris, sed potius ad præparandam vendicationem, & recuperandam possessionem. Quomodo & Decius & Mansuerius & Cagnolus, & alij ad d. l. neque pignus, docent quod licet dominium rei acquirere dominus non possit tūc cum iam illud intus habeat, nihil tamen eidem regulæ obstat, si ad possessionem assequendam, aut recuperandam

randam alium titulum adijciat. De quo vide eleganter loquentem Tiraquel.de retract.conuent.§.2.gloss.1.& vnica.nume.42.vbi latè docet,quod licet quis non possit habere pignus in re propria aut eam emere,hoc tamē est verum respectu iuris ipsius rei, sed non respectu iuris reuocandi eam, vel alterius.

Quibus ita constitutis nihil hæsitandum est, quin fructus in fundo meo quem alius possidet, iacentes & extantes arrestare possim ne alio transferantur, vnde eos repetere non possem.Sed illud maioris ponderis & momenti est,an id mihi permittendum sit, antequam fundum illum vendicem & in Iudicio vendicationis dominus illius declaratus sim : videtur enim quæstio dominij esse præiudicialis,& proinde præmittenda. l. si de hæreditate.l si status.l.si res.C.de ord.cognit.Quia si is qui arrestat fructus,in probatione dominij defecerit,arrestum ab eo factum inane est. Sed hoc me nihil planè commouet , quo minus existimem contrariam sententiam esse veriorem.Etenim licet in iudicio arresti quo is qui arrestari fecit fructus,non obtinebit, nisi in eo se probet dominum fundi & fructuum esse,aut se ad possessionem eorum restituendum esse; si de possessione agatur , nisi probet veterem suam possessionem: arrestatio tamen fructuum veluti ad iudiciū illud præparatoriè bene permittitur,periculo arrestantis,sicut & in omni arresto,causa arresti facti postea verificanda est,eaque cessante cessat illius effectus,& condemnatur arrestari procurans in expensas damna, & interesse, sicut inferius latius dicetur. Et in materia iudicij quo agitur ad exhibendum,exhibitio quidem petitur, & ad rem exhibendam reus condemnatur , quod iudicium est præparatorium.l.1 l. si res tuas. C. ad exhibendum. Sed non statim ibi vrgebitur actor ad probationem dominij,vel iuris sui: cum solùm præparatoriam actionē intendat , & satis fuerit eum postea hoc probare in vendicationis processu, satisque est, causam allegare, quare exhiberi voluerit rem ab aduersario possessam, & eam quidem probabilem.l.3. ff. dict.titulo. Olden-

26

dorpius in ſuis claſſib. claſſe 3. act. 1. de act. ad exhibend. in forma libelli, arti. 2. incip. veſtis illa, &c. ſicut etiam ſuperius diximus, & inferius adhuc dicemus quod Iudex probabilitatem cauſæ arreſti etiam ponderat.

Qui, & quorum bona ſeures, arreſtari non poſſunt. Caput 5.

ARGVMENTA.

1 Scholares & eorum bona arreſtari non poſſunt.
2 Quis probabit bona ſcholaris eſſe vel non eſſe.
3 Parentes ſcholarium an arreſtari poſſint.
4 Scholaris vnius academiæ an ſcholarem alterius academiæ arreſtare queat.
5 Quid de Bedellis miniſtris, & ſeruitoribus ſcholarium dicendum.
6 Milites an rectè arreſtentur.
7 Commeatum ferentes ad caſtra non ſiſtuntur.
8 Fructus beneficiorum an arreſtentur.
9 Quid ſeruetur in legatis Principum.
10 De Conſiliarijs & Aduocato Regio.
11 Arreſtari non poteſt qui euocatus venit ad Curiam Principis.
12 Arreſtari an poſſint qui cauſa religionis ad locũ aliquem veniunt, ſeu per eum tranſeunt.
13 De aduocatis & Medicis.
14 De muliere debitrice.
15 Obligare ſe ad carceres ſeu arreſtũ an quis poſſit.
16 De Ceſſione bonorum.
17 Literas dilatorias ſolutionis habentes, non arreſtantur.
18 De his qui exceptionem competentiæ habent.
19 De rebus alienis.
20 An pro debito minimo concedatur arreſtum.
21 Res immobilis non arreſtatur.
22 Boues, equi, & aratra an arreſtentur.
23 Cadauer hominis mortui an arreſtari poſſit.
24 Debitor qui tempore contractus non fuit ſoluendo, an

do, an possit arrestari.

25 Creditor in dubio præsumitur ignorasse debitoris cum quo contraxit conditionem.

QVamuis verò regulariter, res aut persona, legitima ex causa debitoris, sisti seu arrestari possit: recipit tamen ea regula exceptiones subsequentes;

Et principio quidem Scholares eorumque bona, arrestari non possunt, adeo vt is qui ausu temerario contrarium facere tentauerit, non solum infamiæ notam contrahat, verumetiam ad quadrupli præstationem teneatur. authen. habita. C. ne fil. pro patr. Quis enim, inquit ibi Fredericus Imperator, eorum non miseretur, qui amore scientiæ facti exules de diuitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt, & à vilissimis hominibus sæpe (quod graviter ferendum est) corporales iniurias, sine causa perferunt. Et quamuis Imbert. lib. 1. cap. 27. Institu. forens. & Ioannes Papon in lib. de arrestis Galliæ. lib. 5 titu. 14. §. 4. dicant in summo Galliarum prætorio iudicatum fuisse quod priuilegium fori, & alia similia, non tuentur scholarem, nisi sex mensibus ante in vniuersitate studuerit: Nos tamen in hac Academia aut regione, illo iure non vtimur, sed inhæremus generali legis dispositioni in d. authen. habita. & decis. Bartol. in tracta. de repræsal. quæst. 7. num. 7. dicentis in simili, quod contra scholarem non possunt concedi repræsaliæ, siue iam applicuerit ad studij locum, siue peregrinetur causa studij, id quod est conforme priuilegijs nostræ vniuersitatis Louaniensis, secundum quæ adolescens ab ea hora, qua primum suum pedem mouet à domo patris, vt huc veniat studiorum causa, est sub protectione eiusdem vniuersitatis, & ideo arrestari aut detineri non potest. Et istud quidem in hac nostra arresti materia asserit Rebuffus d. tomo 1. ad ord. reg. art 6. glo. 3. num. 68. & in tract. de priui. scho. c. 83. & Ioan. de Plat. ad l. colonos. C. de agric. lib. 10. quod etiam tunc locum habet, quãdo

antequam scholares fierent, contraxerunt, vel scholares cùm sunt, in patriam proficiscentes, ibidemque, aut alibi se obligauerunt, si modò non ob crimen aliquod atrox admissum, vel ignominiosè dimissi, vel ab Vniuersitate proscripti fuerint, teste Rebuffo d. li. de priuileg. cap. 122. Nam quamuis ob tenellam & floreſcentē ætatem, in qua plerumque existunt scholares, mitius puniantur, tum quod adoleſcentia sit veluti suapte natura proprium & peculiare vitiorum irritamentum: tum quod nondum sit huic ætati plenum rationis iudicium atque consilium: tum quod spes est eos emendatiores futuros, vitiaque vnà cum adoleſcentia deposituros. l. auxilium. §. in delictis. & ibi Docto. l. si ex causa. §. nunc. ff. de minorib. l. 1. §. impubes. ff. ad S. C. Silliani. omnino tamen impunitum delictum manere non potest. l impunitas. C. de pœn. l. 1. & 2. C. si aduers. delict. latè Tiraquel. de pœn. temper. cauſ. 7 sed nec in loco quidem studij, ob non solutam domus pēsionem, seu aliam causam, arrestari posse ait, cap. 10. nullo scilicet tacito pignoris seu hypothecæ iure, hoc casu à lege aduersus eos concesso, Iason & Ang. ad §. item Seruiana. Institut. de act. quo modo dicto loco idem Rebuffus se ad laqueum damnatos vidisse ait nonnullos, ob eam causam, quod recedentium scholarium libros detinuerāt & exussérant Tholosæ, anno 1525. Sunt etiam qui existimant id adeo esse verum, vt arrestari vel detineri nō possint, quantumuis iurassent ex academia non decedere, nisi prius soluto ære alieno; si modò iussu parentum reuocentur. Alexand. & Roman. ad l. fin. ff. qui satisda. cog. quia in omni iuramento intelligitur excepta auctoritas superioris. c. veniens. de iureiurand. Rebuffus in tract. concord. rubric. de collat. §. 1. ad verb. Onus, versicu. & hanc residentiam. Quod tamen d. tract. de priuileg. cap. 73. ita intelligit, nisi eiusmodi euocationem parentum malitiosè & studiosè procurassent & affectassent, missis literis precatorijs, vt auocarentur; quod & Fredericum à Senis consil. 191. & Benenutum Stracham, in libro de mercatura. sub tractat. de nauiga.

cap. 1.

cap.r.numero 22.secutos esse video. Quid igitur, credetne statim contrahens extraneus, qui non in loco studij cum scholare contrahit scholarem esse, & sic ipsum dimittet? rursum, credetne Publicanus nautis & nuncijs, res scholarium se portare afferentibus? Sanè Card. ad cle.1. de excess. prælat. respondet, clericum vel scholarē tantisper detineri posse, donec se scholarem esse docuerit; Id quod etiam non difficilè erit colligere ex qualitate rerum, quas secum defert, & similibus, vel ex consuetudine eundi & redeundi ad studium, vel ex alijs multis, quæ diligens Iudex qui super hoc cognoscet, poterit inuenire; vt ait Bart. in tracta. repræsal. quæst. 7. nume. 10. versicul. sed qualiter probabitur quod sit scholaris? Qua in re & alios quoque ad c. si Iudex. de sentent. excommu. idem Card. secum consentientes habet. Ad nuncios verò vel nautas & aurigas quod attinet, existimant nostri, nuncios vel nautas & aurigas, si literas testimoniales scholaritatis adolescentis studiosi habent, compellendos vlterius ad aperturam rerum non esse, sed in omnem euentum, iuramento eorum standum esse. gloss. ad clem. final. de censib. Alexand. Iason & alij ad l. cætera. §. sed si quis. ff. de leg. 1. Rebuffus. priuileg. 147. Imo Bonifacius in d.c. final. numero 35. & 74. in simili, nisi probabilis fraudis præsumptio subsit iuramento clerici (de eo enim loquitur, non de scholari) standum esse putat, quem vide. Hæc tamen omnia quæ dicta sunt, videlicet quod scholares & eorum bona, quando recedunt, arrestari non possunt, intelligunt nonnulli, si aliàs de fuga non sint suspecti, & periculum sit, ne creditor vnquam aliàs suum consequatur; Nam alioqui daretur eis potestas contra omnem æquitatem, sub hac specie alios fraudandi. l. si legationis. ff. de Iudic. quod & vsus fori recepit. Sic, si se laicos esse mentiti sunt, vel dolo malo contraxerint, promittentes alibi paratam solutionem, graue erit illis per hoc priuilegium, cum iniuria aliorum subuenire. l. sunt qui. cum ll. sequent. ff. de re iudic. Et ideo Bartholom. Blarerus in repetit. l. diffamari. quæstio. numero 92. C.

de ingenu manu. Si inquit, scholaris recessurus ex Academia, metuit ne in abitu malitiosè conueniatur, eaq; ratione suppellex & bona sua tanquam obligata sequestrentur: ne suscepta profectio impediri, & ipse grauioribus expensis in maius detrimētum suum detineri queat, ac se vltra debita præstita redimere cogatur, & ad omne periculum euitandū, futurasq; lites redimēdas, potest Iudicis officium implorare, aut publicum edictum, cum certi termini assignatione, intra quem creditores, si qui sint volentes petere, compareant, sub pœna secluſionis: sicut & præfecti militum & gubernatores reipumpublicarum (si boni & iusti sint) subinde facere solent, secundum eundem. Addit præterea eodem loco Blarerus, quod si istiusmodi scholaris esset obligatus alicui mercatori in centum, pro qua summa duos dedit fideiussores, deinde volens recedere, tradidit pecuniam vni ex illis fideiussoribus, vel post recessum suū ad vnum eorum misit, si creditor contra alium fideiussorem postea agat, ille rectè excipiet, vt primò agat contra illum qui pecuniam recepit. argu. eius quod notat gl. & Castrens. ad l. vnde quæritur. ff. commod.

3 Quod verò de scholaribus superius dictum est, etiá in parentibus eorum, eos visitantibus, locum habet, vt scilicet in loco studij arrestari non possint. gl. ad l. 2. §. legatis. ad verb. ob aliam causam. ff. de iudic. Expedit enim parentibus proprios liberos, quos plus quàm se diligunt, l. isti quidem. ff. quod met. cau. visitare, eorumque vitam & mores perquirere, & vt ibi num. 7. ait Angelus, delectantur parentes in visitatione filiorum, qui sunt baculi senectutis eorum. Tobiæ ca. 10. & in auth. de nupt. in princip. Quod tamen Rebuffus d. tract. de priuileg. ca. 77. intelligendum putat, nisi in loco studij cōtraxerint, aut ibi soluere promiserint, vel longo tempore illic in fraudē creditorum moram traxerint, aliáve quacunque ex causa ibi domicilium sortiti sint. Quæ & in nuncijs, & famulis scholarium, sine quibus esse non possunt, locum habent, c. licet. de priuileg. Rebuffus d. loco, priuileg. 166. Non me latet tamen, quá

studio-

ſtudiosè nonnulli aduersus hanc æquabilem iuris dis-
positionem, abusum contrarium inuehere conentur,
sed malè. Sed quid si scholaris Louanienſis bona scho- 4
laris Duacensis arrestare velit? Existimo eam quęstionē
eleganter in simili ab Imberto d.ca. 27.lib.1. forēſ. Insti-
tut.his verbis esse decisam. Sed ambigua est quæstio,an
si scholasticus vnius academiæ,alterius scholasticum a-
pud suæ academiæ Iudicem conueniat, reus autem ad
suæ academiæ iudicem remitti postulet,rursus actor re-
sistat;vtri morem gerendum habeat Iudex? Et sanè reo
annuendum crediderim.priuilegiatus enim non vtitur
aduersus priuilegiatum suo priuilegio,l.verū.§. vlti.ff.
de minor. Deinde fauor duplex Rei partibus inest,quia
reus est;fauorabiliores enim Rei sunt quàm actores; tū
Rei forum actor sequi debet.l.vlti.C.vbi in rem act. At-
que hanc sententiam Curia summa Parisienſis com-
probauit.

Quæcunque verò de scholaribus diximus, ea etiam 5
in Bedellis ministris & seruitoribus eorum intelligen
da esse ex Socin.in d.c. fin. prædictis Doctoribus in d.
§.legatis,ex Felyn.in ca.2.de foro compet.& ex his quę
latè dixi ad c.priuilegium personale, de reg. iur.libr.6.
abundè cognosci potest. & not.Barto. in tract.repræsal.
quæst.7.num.7.

Proximi verò his sunt milites:hos enim eorumque 6
arma,animalia,aut stipendia, quando ad bellum pro-
perant,sistere & arrestare non licet,glo.ad l.nepos Pro-
culo.& ibi Doct.ff.de verb.signific.l.stipēdia.C.de exe-
cut.rei iudic. Rebuffus d. art. 6.glo.3.num. 68. Iason ad
§. Item Seruiana. Instit. de act. Doctor.ad l. commodis.
ff.de re iudic.quia hi fauorem merentur, quòd armis
suis sanguine rutilantib. Rempublicam defendunt. l. 1.
ff.de mil.testa.& quantum ad forum attinet, priuilegi-
um habent,ne alibi, quàm apud magistrum militum
conueniantur,l.magisteria.C.de iurisd.omn. iudic.sci-
licet,ne à militia distrahantur. Quam ob causam admi-
nistratio rerum alienarum militibus interdicitur.l.mi-
lites.l.vlti.C.locat. Quod si verò ignominiosè dimis-

si sunt, adeoque pœnis potius quàm beneficijs afficiendi sunt, hoc priuilegio non gaudent, vt l. milites. C. de quæst. Quid igitur si equos, boues, aut animalia rusticorum auferant, vt sæpe fit, sisti ne poterunt? Sanè qui non tam militant, quàm latrocinantur, nullo priuilegio digni sunt, d l. milites. reatusque omnem honorem excludit, l. 1. C. vbi senator. vel clarissi. ideoque ne detur eis contra omnem æquitatem potestas sub hac specie res alienas auferendi, videtur quod ibi vbi sunt, coram magistro militum conuenientur, vel si is non adest, coram ordinario Iudice loci res vendicabitur. argum l. si legationis. ff. de iud. quia vendicatio est ex præsenti possessione, vel saltem eo nomine ibi cauebitur Baldus ad l. fi. C. de iurisd. omn. iud. Docto. ad l. vnic. C. in quib. cau. milit. for. præsc. non vtuntur.

7 Eadem est ratio eorum qui ad exercitum commeatum vel pecuniam adferunt, nusquam enim arrestari aut detineri possunt, l. semper ff. de iur. immunitat. l. 1. C. de nauicul. Qua de re Caroli V. Imperat. Augusti, olim principis nostri potentissimi & clementissimi extat constitutio, anno 1544. die 19. mensis Maij, & anno 1554. die 5. mensis Augusti, Bruxellæ edita.

8 Existimant plærique pro condemnatione clerici, fructus præbendæ, seu beneficij ecclesiastici, in executionē capi non posse, si alia bona clericus ille non habet. Bart. Alexand. & alij ad d. l. commodis. & ad l. à Diuo Pio. §. in vendi. ff. de re iudic. & ad c. peruenit. de fideiuss. quod & ad arrestum non malè trahas, vt scilicet arrestari non possit, si aliud vnde viuat, non habeat, nec cōtra dignitatem ordinis mendicare, vel nudus incedere cogatur. c. 1. de restit. spol. in 6. c. Odoard⁹. de solut. sed alio modo conuenienti Iudicis ecclesiastici cognitio aduersus eum procedet. Rebuffus d. tomo 1. artic. 2. gloss. 1. num. 108.

9 Legati quoque Principum ius reuocandi domū habent, etiam si in loco legationis, ante legationem contraxerint. l. 2. §. legatis. ff. de Iudic. c. vlti. de for. compet. ne impediatur legatio. l. de eo. illo titu. de iudi. & ne ab

officio

officio ceptæ legationis amoueantur. l. non alias. in fi. eo. tit. ob quod neque proprijs negocijs neq; alienis debent se interponere. l. Paulus. §. 1. l. legatus, ff. de lega. legatos autem hic intelligimus (inquit D. Mudæus ad d. §. legatis) non solũ à Principe missos, sed ad Principem quoq; missos à patria sua. l. legatus creatus. ff. de leg. sed & ab vna prouincia in aliam, vel ab vno municipio ad aliud missos. Ex delicto tamen suo, suorumq; tunc admisso, tenentur iudicium ferre. d. l. non alias. §. legati. quod si alios ibi conuenire velint; eodem iure aduersus eosdem vti debent. Dd. ad l. actor. §. fin. ff. de iureiuran. & ad d. l. legatis. & in actionibus tempore perituris aliquid singularitatis constitui solet, l. 2. §. sed vtrum. eod. tit. Qua de re in libr. variarum lectionum, sub tractatu iuris singularis, cap. de priuileg. reuocãdi domum, agit Oldendorpius.

Parem causam habere videntur, Consiliarij & Aduo 10
cati Principis, quos propter præiudicium publicum, nusquam sisti, aut arrestari conuenit, sicut nec alibi cõueniri possunt. l. iubemus. l. petitionum. C. de aduocat. diuersor. iudic. Rebuffus in comment. concord. rubric. de elect. derog. ad verbum, Regium aduocatum. Guido Papæ quæst. 423. circa medium. & plura de priuilegijs istorum cumulat Boërius in tracta. de auctorita. Parlamenti, vel magni Consilij.

Idemque est de rebus ad illos deferendis. Ideoq; idẽ Rebuffus ad concordata inter Pontificem & Regẽ Galliæ, in procemio ad verb. summas. versic. 34. dicit, quod Publicani vel alij non debent sistere, aut arrestare bona quæ deferuntur causa victus, ad Consiliarios, & quod in Curia ita decretum fuit anno 1374.

Sed & Mansuerius nobilis Galliæ practicus, in sua 11
praxi. titu. de execut. col. 8. versic. Item pro debito, respondet, quod pro debito non priuilegiato, is qui ad Curiam Principis venit, arrestari non possit, quoniam in Saluo conductu Principis esse videtur, maximè quidẽ, si non vltro vt literas restitutionis, aut quid aliud petat. Socin. in d. c. fina. de foro compe. sed si à Principe ob

ob publicam causam euocatus & coactus venit ; quod in simili de instrumento executiuo loquens sentire videtur Zuarez ad l. post rem. cap. incip circa iudicem. nu. 21. ff. de re iudic. his verb. Fallit hoc & secūdò. si aliquis reperiatur in hac Curia regis vel in Cancellaria : quia cum sit communis patria ibi potest cōueniri, & exequi contra eum instrumentum, nisi veniret ad Curiam necessitatus seu coactus.

Ex quo & illud quoque consequitur quod Deputati Statuum patriæ & ciuitatum, quando ad Curiam vocati veniunt, pro debito ciuitatum arrestari non debēt, quia & legatorum locum tenent, & coacti veniunt. Quomodo & glo. in d. c. fi. de fo. compe. ad verb. cōpelli ait, quod qui dicendi testimonij, vel iudicij causa vocati veniant, ius reuocandi domum habent : & sequitur Fulgo. ad d. §. legatis. num. 2 his verbis. Nota secundò, quod vocati causa testimonij dicendi ad aliquem locū, vel per locum aliquem transeuntes occasione testimonij dicendi causa in alio loco non possunt capi : quod est verum secundùm Bart. quando quis est vocatus extra iurisdictionem & forum & curiam suam. Nam vt ibi ait Castrens. non videtur illic esse postquam ibi est ex causa necessaria, durante illa causa; & sequitur ibi Curtius nume. 2. per c. fina. extra de dilat. & proinde sicut si verè ibi non essent, conueniri non possunt, ita conueniri aut detineri non possunt quando finguntur ibi nō esse, quia idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero, l. qui ad certum ff. locat.

12 Idem esse dicit glo. Romanus, Curtius, & alij in d. §. legatis. si non erat necessaria, sed probabilis causa : vt causa religionis, si veneret illuc pro aliqua indulgentia quia peregrini visitantes Sanct. Iacobum, vel Sanct. Anthonium, vel Limina Apostolorum, non possunt capi conueniri aut detineri, secundum eos & Fulgo. ibi. nu. 3. per text in authent. omnes peregrini. C. communia de succes. vbi Imperator vult, quod liberè hospitentur, & hoc ponderat ibi Bald. & latè Socin. in d. c. fin. Angelus tamen, Castrensis, & Curtius asserunt, hæc de cōsuetudine

tudine non obseruari, & quod ideo nullus sub hoc prætextu debet confidere: & ego etiam puto quod de consuetudine generali huius patriæ non seruatur, quod illi qui iudicij dicendi, vel testimonij ferendi, vel vxoris ducendæ, vel nuptias contrahendi causa veniunt, arrestari non possent, quia quotidie obseruatur contrariũ, licèt existimem eos arrestari non debere, quos constat religionis causa peregrinari, fauore religionis, ne consuetudo laicorum religioni præiudicet, & magnus est fauor, qui pro religione facit, l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. funer. & vt ait Bartolus in dicta authen. omnes. nullus debet eis inferre molestias, & ideo (inquit) in signum peregrinationis portant scatsellam, & burdonam, vel vt ait in tractatu repræsal. quæst. 7. num. 14. portant calculum & perulam, sicut legati oliuam portabant. l. sanctum. ff. de rerum diuis.

Aduocatos quoque Doctores non scholares, & in Vniuersitate non degentes, ac Medicos, plerique opinantur sisti non posse. l. medicos C. de profess. & medi. Doctor. ad l. 1. C. qui bon. ced. & ad l. miles. ff de re iudi. quod tamen Iason, Castrensis, & Abb. & alij, de facto non seruari conqueruntur. Lex hos capi & carcerari pro debito non posse ait; vt nec mulieres, nec pupillos, qua de re latissimè agit Rodericus ad declarat. l. 2. Foro ll. libro 3. ca. vlti. Doct. ad l. neque impuberes. ff. de in ius voc. auth. sed hodie. C. de of. diuer. iudi. Ias. ad l. pleriq; ff. de in ius voc. auth. hodie nouo iure. C. de cust. reo. arrestari rñ & sisti posse non nisi sub generalibus verbis vetat. Existimo tamen ex mente Legislatoris, sub titu. de profess. & med. & sub titu. de aduocat. diuers. iudic. id satis colligi posse, multumque in eo versari iudicis religionem, vt necessitatem ponderet, & facti circũstantias colligat. Nuper enim medicum arrestatum, sententia Senatus Brabantici absolutum & dimissum fuisse intelligo, propter periculum quod ægris ex longa absentia illius, qui in parua ciuitate vnicus erat, imminebat. 13

Et sicut stipendia militum arrestari non possunt, qđ supe-

superius diximus; Ita quoque neque stipendia honoraria, vel salaria Doctorum, quia stipendia istorum æquiparantur. Et ideo nescio quid velit Barbatius ad c. olim nu. 40. de rescrip dum ait, stipendia professorum sequestrari posse, quando constat de debito per publicum instrumentum; nisi id intelligat, quando talis professor habet alia bona sufficientia præter stipēdia, ex quibus posset viuere.

14 De mulieribus quoque quod dixi, non omnino expeditum est; Sunt enim qui pro debito eas capi, & carceri mancipari posse putant. Barbatius ad c. 2. de pignor. Gomes. ad c. 2. nume. 22. de iudic. libro 6. Præpositus ad c. ex parte. de appell. Hippol. in practic. criminal. §. attingam. nume. 64. Bald. ad l. 1. versic. quæro cũ in ciuitatibus. C. qui bon. ced. cum. & mulieri ad euitandum carceris squalorem, cessione succurratur. l. fin. C. qui bon. ced. poss. Mihi nouo iure videtur priuilegium sexui traditum esse, ne pro ciuili debito carceri mancipetur. d. authen. hodie. C. de custod. reor. cuius verba sunt hæc. Hodie nouo iure, nullam mulierem pro pecunia fiscali seu priuata causa, in carcerem mitti aut includi aut custodiri concedimus. Sed si pro fiscali aut priuato debito pulsetur, per virum suum, aut quem alium legitimè respondeat. Quibus verbis vsus arrestationis non est interdictus : vnde & arrestari eas posse, vt sic respondeant, & iuri ibi sistant, puto, quod & vsus probat. Tum verò quod dicitur mulierem pro debito capi, & carcerari non posse, etiam si ipsa velit, vt ait Philip. Franc. in cap. mulieres. in princ. de iudic. libro 6. in honesta muliere locum habet, non in meretrice, seu turpiter viuente : has enim vitæ vilitas dignas legum obseruatione non credidit. l. quæ adulterium. C. de adulter. sequiturque Bald. ad d. l. consentaneum col. 7. Roman. ad l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrim. l. si vxor. §. 1. ff. de adul. Quinimò vbicunque mulier esset obligata pro tutela quam administrauit, & in assumptione officij renunciauit S. C. Velleiano, omnique auxilio, capi & in carcerem mitti potest. Barto. in authen. vt matr.

&

& auiæ. C. quand. mulier. off. tut. Alex. ad d. l. plerique. Et quãuis Andreas Siculus, nouarum opinionum, pro ingenij sui dexteritate studiosissimus, contrarium opinetur. ad d. c. 2. Rodericus tamen, eius dictis non esse fidẽdum loco mox citato, numero 9. in fine, admonet. Certè Bald. ad l. etiam. colum. 4. versicu. sed nunquid Abbatissa. C. de execut. rei iudic. ait Abbatissam per Episcopum pro debito monasterij detineri seu capi non posse: Professa enim bona, quibus cedere potest, non habet, & propter bona, non quidem recta via, sed in subsidium, ad carcerem deuenitur. l. 3. §. tutores. ff. de susp. tutor. Latius verò & exactius hac de re agit Couuarruuias, libro varia. resol. 2. cap. 1. numero 3. sicut & Boerius. quæstio. 345. colum penultim. ait, de stilo & consuetudine Curiarum Franciæ, pro emenda, seu pœna pecuniaria, mulierem carceres non euitare ob suam paupertatem. Et quemadmodum mulier mercatrix obligatur & obligat maritũ suum in rebus mercantiæ vel negotiationis, atque earum occasione, vt not. Faber ad §. 1. Institut. quod cum eo. Ita quoque pro his, in iudicio agendo & defendendo esse potest. secundum Ioann. Bessianum ad consuetu. Auer. titul. des adiournemens. art. 9. incipiẽ. Sicut iure communi. & per consequens censeo eam pro ijsdem causis rectè arrestari posse. Et etiam si ex aliquo casu mulier arrestari non posset, res tamen eius arrestari possent. argum. eius quod notat Barto. in tracta. de repræsal. quæstio. vbi dicit, quod quædam sunt personæ, contra quas non possunt concedi repæsaliæ, solum ratione personæ, vt quia mulier, infans, vel furiosus, aut similis, tunc sine dubio contra res eorum poterunt exerceri. l. satis. ff. de in ius vocand. modo non capiantur res eorum taliter, vt per hoc viderentur teneri personæ: non enim posset mulier spoliari vestimentis vel alijs rebus suis, sine quibus honestè viuere non posset. l. in eadem. §. fin. ff. ex quibus cau. maior. Quædam sunt personæ, contra quas non possunt concedi repræsaliæ, ex certa causa, vt contra scholares, vel Ambassiatores, & similes, & tunc contra

tra res eorum quas portant, vel habent necessarias ad illam causam, non debent exerceri repræsaliæ. Hactenus ille.

85 Huc etiam pertinere puto eam disputationem, vtrũ quis se ad carcerem seu arrestum obligare possit? Quidã enim existimant, non valere hoc pactum, quasi libertati repugnet. Salycet. & alij ad d.l.1.C. qui bon. cede. pos. & ad l. alia. ff. solut. matrimo. Alij contrà, quod per legẽ fieri potest, posse etiam per pactum fieri arbitrantur. l. non est impossibile. ff. de pact. sed per legẽ propter debitum potest quis capi, & in carcerem deduci. d. §. tutores. ergo per pactum licere debet. Zasius libro 2. sing. intel. cap. 8. Henningus Goden cõsil. 103. num. 56. d.l. nam & Seruius. ff. de negot. gest. Bald. ad d.l.1. nam carcerari aliquem pro debito per magistratum, non est actus illicitus, à iure enim permittitur; vt not. Doctor. ad eandem l.1. & est apert. text. in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. libr. 10. Cum igitur talis actus illicitus nõ sit, in pactum venire potest. Cui assertioni plurium nationum consuetudo, vt Zasius ait, subscribit, vbi per magistratum debitores ex pacto capiuntur, potestque debitor renunciare exceptioni ex eo competenti, quod ordine iuris executio fieri deberet l.3. C. de pignor. præterquam si carcer horridus vel ruinosus esset, ex quo vitæ periculum immineret: additque permissam esse consuetudine hanc pactionem, ne debitor recedat à certo loco, debito prius creditori non soluto, licèt, an id iure fieri posset, speciemque quandam seruitutis contineat, à plerisque probabilibus argumentis in vtramque partẽ disputetur, ad c. ex rescripto. de iureiu. & pro parte affirmante est c. exposita. de arbitr.

16 Et quamuis ex his quæ dicta sunt satis intelligi possit, cessionem bonorum, quæ petitionem, actionisque exercitium differt, arrestum quoq; impedire: plurima tamen existunt, ex quibus ea cessio oppugnari, atq; reijci potest; si enim creditores renuncient iuri carcerandi debitorem, cessio non admittitur. Ratio enim squaloris carceris, quæ locũ fecit flebili cessioni d.l.1. cessat:

ideo-

ideoque eo casu, prout singulis diebus lucrabitur debitor ille, creditoribus soluere tenetur. Bald. ibi colum. 3. à quo Baldo, & si dissentiat ibi Salycetus, pluribus tamen, & quidem illustribus ingenijs probatur, quia fraudibus istiusmodi nebulonum obuiam eundum est. l. in fundo. ff. de rei vend. ne in eorum facultate sit, creditoribus quibus soluere aliqua ratione possunt, præiudicare; & ne ignaui ac desides alantur alieno labore, cum quemlibet deceat in sudore vultus sui comedere panem suum. Quam opinionem tanquam animæ illorū magis conuenientem, Reipublicæ vtilem, & piam, ad d. l. 1. commendat Cynus, & Cynum secutus Rodericus ad d. l. 2. tit. de los Gouiernos. c. 1. num. 13. Sic & is qui ea spe debita contraxit, vt bonis cedendo liberaretur, cessionis illius beneficio non gaudet. l. fi. §. fin. de his quæ in fraud. cred. Ang. ad l. is qui bonis. ff. qui bon. ced. pos. Felyn. ad c. fin. de testib. vt nec ille quoque, qui tempore contractus sciuit se soluendo non esse l. pen. in fin ff. de iure dot. aut qui ex delicto, vel quasi delicto, vel Fisci debitor existit. l. 2. C. de exact. trib. l. generaliter. ff. de pœn. Eodem loco sunt, qui inuentarium bonorum hæreditariorum non conficiunt. §. sancimus. in authē. de hæred. & falc. Bald. ad d. l. 1. versicu. quæro an hæres: qui dilationem quinquennalem habuerūt, glo. & Ang. ad l. fin. C qui bo. ced. poss. qui à principio negauerunt debitum. Iason. ad §. eum quoque. Insti. de act. quive aliàs inter eas personas numerantur, quas ad longum regula 46. fallent. suarum recensēt Socin. & quæ constitutione Principis nostri Caroli V. Imper. adijciuntur, quemadmodum & Boërius quoque respondet quæst. 215. num. 6. decoctores, quos Banca fallitos vocat, beneficio cessionis, & immunitate debita non gaudere; sicut nec quinquennali, aut annali dilatione à Principe concessa gaudent, teste eodem Boërio. quæst. 349. num. 10. Bald. consi. 11. incip. In quæstione. l. 3. cū interim fugere possent hi, quod adferret parti præiudicium non modicū, in quo princeps non intendit parti præiudicare. Iason. late ad l. quoties. C. de prec. Imper. offerend.

17 Adijcimus etiam prædictis eos qui literas dilatorias solutionis vel annales, vel quinquennales, vel aliàs similes, à Principe impetrauerunt: Hi enim durante tempore illo, pro debito arrestari non possunt. arg. d. l. quoties. & notat in terminis Ioannes Papon libr. 10. de arrest. Gall. titu. 9. de respites & quinquennales. dicens, in Senatu iudicatum fuisse quod hoc verum est, etiamsi dictæ literæ nondum fuerint interiuatæ, si modò citatio interuenit; & hoc propter reuerentiam Principis. Sed hoc, inquit, non impedit quo minus processus procedit contra impetrantem similes literas, si modò solutio non vrgeatur: & notat etiam alia quædam similia, in tit. præce. des lettres d' estat. & latissimè de his scribit Vitalis de Cambanis in suo tractatu clausular. cap. incip. nihil nouari securitate pendente, & cap. seq. inc. nihil nouari dilatione pendente. qui cum omnia resecet, tradat, & expendat, quæ huc pertinent, nolo illius verba transcribere.

18 Huc etiam trahere videntur nonnulli eos, qui nisi in quantum facere possunt, conueniuntur, quandoquidē capi non possunt. Nam si filius qui se hæreditati paternæ immiscuit, non est soluendo, mater pro dote in carcerem illum immittere non potest. Bald. ad l. liber. C. de capt. & postlim. reuers. Aret. ad l. maritum. ff. solut. matrim. Roder. d. loco, num. 3. Sed ego, quæ de carcere dicuntur, ad simplex arrestū trahi posse, nō puto: Nam & multi conueniri possunt, qui in carcerem mitti non possunt, d. auth. Hodie. tum verò an, & quantum facere possint, hic discuti potest, arrestumque iusta ex causa fiet, saltem vt debitum hic agnoscant Quid enim si corā certo iudice recognitio fieri debeat? & quidem in simili, nisi apertè constet, debitorem nulla habere bona, creditores citati ad videndam cessionem, fieri etiam lite pendente aliquando iure postulant executionem, vt testatur Aufrerius decis. Capel. Tholos. 28.

19 De rebus alienis non arrestandis vel sistendis, nullum est dubium. Vnde bona vxoris pro debito mariti arrestari non possunt. Rebuffus d. articu. 6. glos. 3. numero

mero 51. nisi in se debitum illud transtulisset', vt in tit. C. ne vxor pro marit. Ne fil. pro patr. Sed an bona præsumantur esse mariti, etiam si vxor claues habeat, partim superius dixi, partim etiam consil. 54. libr. 1. explicat Bertrandus.

Indecorum quoque esse videtur, quod quis pro minimo debito arrestari posset: quia pro debito minimo aliquis suspectus dici non potest. Roma. sing. 96. incip. Dic mihi quod non potest. Bald. ad authen. Sed iam necesse. C. de donat. ant. nupt. & statutū de debito loquēs, ad debitum minimum se non extendit, neque ex eo cogitur debitor pro debito minimo cauere. Ripa ad c. .. num. 87. de iudic. Boërius consil. 42. num. 10. latissimè verò omnium Tiraquel. in tracta. de iudic. in rebus exiguis ferendo. Quamuis enim Docto. qui hac de re verba faciunt, loquantur de captura, & carceratione, non de simplici arrestatione, quæ minus præiudicialis & ignominiosa est, Castrens. ad l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & plerisque in casibus arrestatio permissa est, in quib. captura non est permissa. Ioan. de Neuisa. consil. 52. num. 29. puto tamen in arrestatione quoque idem obtinere, vt scilicet ijs casibus non concedatur, quibus ob vilitatem rei actio non tribuitur; de qua re tractari solet ad §. gallinarum. Instit. de rer. diuis. ad l. si oleū. ff. de dolo. Zasius lib 2. sing. respon. cap. 26. In cuius rei cognitione arbitrium eius, qui iurisdictioni præest, plurimum versabitur, iuxta ea quæ notat Hippol. ad l. quæstionis. ff. de quæstion. & hanc decisionem quod arrestare pro debito minimo non licet, apud Ripam respō. 13. nu. 31. sub tit. de leg. & long consuet. Item apud Decium consil. 75. videre possumus. 20

Arrestari seu sisti similiter non poterit rerū nostrarum immobilium possessor: sed coram iudice, vbi res sita est, competenti iure conueniri debet. l. 2. C. vbi in rē act. Rebuff. tomo 1. arti. 3. glo. 2. & art. 8. glo. 2. Qui verò res nostras mobiles habet, non est in eadem cōditione; quia & hunc & eas detinere & sistere possumus: quamuis interdum quibusdam in locis, rerum immobi- 21

402

lium poſſeſſores tanquam earundem defructuatores arreſtari videamus: Regula autem eſt non niſi pro debito perſonali actione obligatum debitorem, detineri prehendique poſſe. d. l. nemo. glo. ad d. §. tutores. Bald. in margarita. in verb. Carceratus. quæſtio. 10. & in verbo. Finis. quæſt 43. Iaſon ad §. 1. num. 50. Inſtitut. de act. Socin. in tract. de citat. art. 20. quæſt. 24. Alexand. cõſil. 159. lib. 2.

22 Item arreſtari non debent boues aratorij, equi ruſticorum, ligones, aratra, aut alia animalia, vel inſtrumenta ad culturam neceſſaria, argum. l. executores. C. quæres pignor. oblig. poſ. cum Authent. ſequen. Bertach. in tractat. de Gabell. 2. part. 8. par. quæſt. 5. idque non ſolũ pro debito priuato, imò ne pro tributis quidem, & Regijs denarijs, teſte Rebuffo ad conſt. reg. tomo 1. artic. 2. gloſſ. 1. num. 101. ne abductis ſquallere contingat arua aratris. Et quamuis leges ea de re loquentes, de pignoribus & executionibus loquantur: paritas tamen rationis efficit, vt & de arreſtis, quæ executionis formã continent, intelligantur, etiamſi ruſtici nihil aliud poſſiderent, Petrus, & Alber. ad d. l. executores. Rebuffus d. loco, num 105. licet contrarium & malè, ſentiant, Hippo. ſibi contrarius ad rubr. ff. de fideiuſſor. quæſt. 27. num. 202. Ripa in tracta. de peſte. fol. 75. & ſeq. Gomeſ. ad §. Item Seruiana. Inſtit. de act. Petrus à Duennas. reg. 275. num. 2. Qui omnes tamen, non tam quid ex iure fieri conueniat, quàm quid vſu obſeruatum eſt conſiderant: qui vſus vtique peſſimus, & Reipublicæ quæ plurimũ ex agricultura pendet, pernitioſus, etiam noſtras ciuitates occupauit, contra tex. in c. fin. de treug. & pac. vbi text. ait, Ruſtici euntes & redeuntes, vel in agricultura exiſtentes, & animalia quibus arant, & ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lætentur. Qua de re multa extant apud Matthæum de Afflict. ad conſtitu. Neapol. incip. ab officialib. col. fin.

23 Quoniam verò hominem mortuum ſepeliri debere, natura, humanitas, verecundia, & ſalubritas reipubl. docet, quod etſi facilis ſit iactura ſepulchri, tamen qui ſuperſti-

perſtites ſunt, tam barbari eſſe non debent, nullam vt habeant humanitatis rationem. Meritò cautum reperitur, ne mortui corpus debitoris, ſiſti ſeu arreſtari poſſit, ſub pœna amiſſionis debiti, & alijs Diuali conſtitutione comprehenſis, l. cùm ſit. C. de ſepulchr. viol. Boërius deciſ. 287. Ripa tract. de peſte. cap. de præſeruat. remed. nu. 101. Didac. Couuar. lib 2. variar. reſol. cap. 1. nu. 10. & cum non minus expediat Reipubli. mortuos humari, quàm viuos conſeruari, vt ait Bald. ad l. fina. C. de neg. geſt. & latè Guil. Bened. ad c. Raynutius. ad verb. mortuo itaque. num. 56. de teſtam. Cadauera ſine obſtaculo, in memoriam humanæ conditionis ſunt ſepeliẽda. l. quidam in ſuo. ff. de condit. inſtit. Interdictaq; eſt omnis appellatio, ne cadauer ſepeliatur. l. fin. ff. de appel. recip. c. ex parte 1. de ſepult. Spec. ad tit. de appell. §. in quibus. etiam ſi contra defunctum, & pro debito extaret inſtrumentum guarentigiatum, Felyn. ad c. ſicut Iudæi. verſi. Item nota. de iudic. Petrus à Duennas reg. 397. verſi. & quia interdicta eſt. Licèt malè contra ſentiat Ange. in auth. vt defuncti ſeu funera. §. 1. quem rectè reprehendit Roderic. in 5. extenſione l. poſt rem. ff. de re iud. fol. 570. docens quod nullius inſtrumenti vigore poteſt fieri executio in corpus mortui pro debito, aut illius ſepultura impediri. per d. authen. defuncto. & in l. fi. C. de ſepul. viol. in verb. debitumq; exigendo ſepulturam illius impediuit. Et d. l. fin. generaliter loquens extendit ſe ad omnem actum, factum pro debito conſequendo, cuiuſmodi proculdubio eſt arreſtatio: & iſtud in ſpecie videtur decidere Panor. in c. ex parte. num. 3. de ſepu. reprobata conſuetudine Anglorum cõtraria, de qua habetur in c. qua fronte. de appel. Nam ſi affines, fideiuſſores, & hæredes defuncti, intra nouem dies à tempore mortis debitoris, pro debito moleſtari non poſſunt. d. l. cum ſit. certè nec corpus mortui detineri poteſt, quia aliàs, quod vna via denegaretur, alia concederetur, ſcilicet detinendo corpus defuncti, propter debitum defuncti, quod ab hæredibus, vel fideiuſſoribus eiuſdem ſoluendum eſſet: Qua de re & Carol.

V. Imp. cauisse memini, & inter leges Hispanicas extat similis lex, videlicet 13. tit. de las des bouras. partita. 7 & idem sequitur gl. in c. 1. in tit. de simo. ad verb. sepultura. in prouinciali Angliæ, siue Guil. Lyndeuode his verb. Sed quæro nunquid propter debitũ defuncti possit, seu debeat differri sepultura? Dicit Tancredus quod sic in Anglia, & sic hoc olim erat statutũ. ext. de app. c. qua fronte. Sed vt dicit Io. Andr. hoc tanquã iniquitatẽ continens, fuit sublatũ de text. mors namq; omnia soluit. auth. de nup. §. deinceps. Nã licet in vita possit debitor pro debito carcerari quandoq; . vt extra de solut. c. Odoardus. cadauer tamẽ à tali vinculo est solutũ, per rationẽ prædictam. vt notat. extra de sepult. c. ex parte. 1. ad fi. per Petr. de Anchar. Hactenus ille. Et ad hoc facit gl. in d. c. qua fronte. ad verbum decedat. quod non est indulgendum malitiæ creditoris, qui ex tali actu à corpore solutionẽ consequi non potest. Quid igitur dicemus de multis Pastoribus rusticanis, qui cadauer in quolibet pago, per quẽ à loco mortis, ad sepelitionis locũ defertur, pro iure quod prætendunt, curãt arrestari? multoq; his audaciores sunt custodes, & qui vix inter atriarios seu focarios numerari possent. Certum est, qđ locus destinatus tantum inspicitur, non is ad quem casualiter peruenitur. l. quæsitum. §. fi. ff. de leg. 3. Ideoque is qui natus est in aliqua ciuitate, per quam mater transibat casu, ciuis illius ciuitatis dici non potest. l. 1. C. de capt. Dd. ad l. huiusmodi. §. legatum. ff. de leg. 1 & gabella (vt nostri loquuntur) de his solui non debet, quæ casu fortuito ad eum locum, vbi soluitur petueniunt. l. interdum. §. si propter. ff. de pub. & vectig. Felyn ad c. Rodulphus. col. 8. de reser. Socin. nepos consi. 49. lib. 1. & consi. 1. lib. 2. Guid. sing. 11. 43. Bald. consi. 51. lib. 2. & consil. 61. lib. 1. Alexan. consil. 66. libr. 4. Boërius decis. 13. num. 51. Ripa in tracta. de peste. in 8. priuile. Bart. in tract. repræsal. nu. 4. in princ. versi. ad decimũ. Ratioq; funerarium quæ solum domicilium, laboresque Pastorum propriorum, & administrationem sacramentorum respicit, de quo Doctor. ad c. 1. & alia de sepult. hic cessat. nullusque

lusque nostrum ignorat, cadauera per aërem deferri nō posse ad locum sepelitionis, facileque hoc pacto libera sepulturæ electio, quæ nulla ratione cōstringi potest. c. de vxore. de sepult. impediretur ob nimios sumptus. quos hæreditas defuncti ferre nō posset. Existimo verò, hunc errorem & abusum ex pietate ortum esse : sicut semper humanarum rerum hæc vicissitudo fuit à condito mundo , quod optima quæque per abusum corrumperentur paulatim ad prauitatem : Videntur enim olim homines religione atque pietate ducti, in singulis ecclesijs pagorum, per quos cadauera deferebātur ad locum sepelitionis, mortuos deposuisse , donec Pastores illic cum clero, preces suas ad Dominum effudissent pro defunctis. Sed cum hæc pia consuetudo, tantum fuerit voluntaria , ad necessitatem vel ius trahi non potuit, eaque quæ sunt meræ facultatis non præscribuntur.

Hæc tamen limitantur & restringuntur vno casu, quem ponit Robertus Maranta in tract. de ordine iudiciario. parte 4. distinc. 11. num. 33 versi. Vigesimo quinto potest. his verb. Potest Iudex ecclesiasticus sequestrare corpus mortuum alicuius vsurarij, & facere quod nō sepeliatur, donec illius hæres caueat de vsuris restituendis, ita tenet Ang. in auth. vt defunc. seu funera. in prin. Et quamuis sicut nonnulli huius temporis Doctores etiam celebres & inter primos, qui (vt ex illorū familiari colloquio deprehendi) existimant consuetudinem patriæ eiusmodi esse, vt etiam cadauera debitorum arrestari possint ne sepeliantur, eandemque difficilè conuelli posse; Dubito tamē, vtrū consuetudo eiusmodi sit vel non sit, quod ex facto non ex iure prodit, & etiam si probata foret, defendi & sustineri eā posse nullo modo arbitror ex causis præmissis.

Postremò autem debitorem sisti non posse existi- 24
mant nostri, qui tempore contractus non fuit soluendo. Ideoque vt ad l. qui arbitro. ff. qui satisd. cog. ait Bartol. malè faciunt aduocati, qui debitorem tanquam suspectum de fuga detineri consulunt, nulla iudici prius

fide facta de eo quod debitor ille tempore contractus erat soluendo, posteaque primam in peius mutauerit conditionem. Qua Bartoli sententia Angelus gloriatur se mille capturas irritas fecisse. in §. supereſt. Instit. de act. quod ibi num. 84 retulit Iason, quasi scilicet sibi imputare debeat, quod cum tali contraxit, cuius conditionem scire debuisset. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. Bald. ad l. si is à quo. §. si semel. ff. vt in pos. leg. l. creditores. ff. de priuil. cre. Sic & idem Bart. ad l. fin. C. de spōs. ait, quod si ex statuto, à debitore suspecto cautio exigi possit, intelligi, de eo debitore, aduersus quem, post tempus contractus suspicio illa primum haberi cepit: quia non potest de paupertate conqueri, qui pauperem, vt diuitem acceptauit, d. l. si ab arbitro. §. qui ex causa l. qui bona. §. de illo. ff. de damn. infect. Ideoque cautum esse oportere aduocatum admonet Ang. & Angel. ad l. si pro ea. C. mand secutus Bald. vt causam suspicionis post cōtractum debitum euenisse alleget. Sed hæc ego ita intelligo, nisi creditor tempore contractus, conditionem debitoris probabiliter ignorasse potuisset, vtpotè si campior (vt aiunt) erat, publicè idoneus reputatus. sed latenter & occultè inops Ang. ad d. l. si creditores. per l. liberto. §. largius. ff. de ann leg. l. creditor. C. de pig. act. Alexand. ad l. 2 ff solut. matr. quo modo d. l. qui cum alio, accipi & intelligi solet, teste Hiero. Cag. ibi, nu. 15. quia quando ignorantia est probabilis, & iusta, excusatur cōtrahens etiam si aliter non inuestigauit veritatem. Alexand. consil. 60 libr. 5 Castr. consil. 34. sic etiā si probari posset, quòd debitor dolo creditorem ad contrahēdum tanquam cum diuite, induxisset: dolosus ille debitor amitteret priuilegium allegandi se diuitem tunc non fuisse cum contraheret. Cast ad l etiam. ff. solut. matrim. Alexand ad d. l. 2. Sas. ad d. l. si ab arbitro. & Roder. vtranque hanc limitationem sequēs, loco mox citato, num. 38. cum seq. asserens præterea, præsumi in dubio creditorem debitoris conditionem ignorasse, & cōtrarium probari oportere, teste Bald. ad l. fin. C. de sponsa. & ad l. si legib. C. de epis. audient. Quod si tempore contractus

ctus incepit dilapidare bona sua, non tamen tantum, quin adhuc diues esset, ad debitum dissoluendum, etiam si postea amplius deficere, minusque soluendo fieri incipiat, detineri potest. Bald. ad d. l. si pro ea. in prin. & Iaſ. ad d. §. supereſt. num. 87.

Quo in loco arreſtatio fieri, vel non fieri poſsit.
Caput 6.

ARGVMENTA.

1 Debitor an in loco sacro arreſtari poſsit.
2 Debitor an in monaſterijs hoſpitalibus, domibus Canonicorum intra ambitum eccleſiæ exiſtentibus, & in Palatio Epiſcopi arreſtari poſsit.
3 Debitor in sua vel aliena domo exiſtens, an rectè arreſtetur, & quæ ſit ratio, & 8.
4 An in molendino, apotheca, taberna, ſeu naui. & 5.
6 Exiſtens in porticu, oſtio, vel ſchalis, extra domũ, an poſsit arreſtari.
7 Debitor an in portu eius ciuitatis in qua arreſtari non poſſet, eadem immunitate gaudeat.
9 Ad publicum officium aſſumẽdus an tam ex ſua quàm ex aliena domo extrahi queat.
10 Scholaris, vel alius debitor, vtrum in ſcholis publicis alicuius Academiæ ritè arreſtetur.

NVnc verò videndum eſt quo in loco arreſtatio ciuſmodi fieri poſsit. Sanè inprimis debitor quantumcunque ſuſpectus de fuga, capi in templo non poteſt. Oldrad. conſil. 54. Panor. ad c. inter alia de immun. eccleſ. Hippol. ad l. vnic. num. 111. C. de rapt. virg. Aufrer. deciſ. Capel. Thol. 422. Boërius deciſ. 215. nu. 6. Ripa ad c. 1. nu. 88. de iudic. Didac. Couuar. lib. 2. variar. ſolut. cap. 20. nu. 14. Rodericus ad l. 2. tit. de los gouiernos. lib. 3. fori. q. 4. nu. 1. à qua opinione, ſine ratione recedit Iaſon ad l. vinum. num. 3. ff. ſi cert. pet. confutetur que eius argumenta rectè à Gomeſio, ad §. supereſt.

Inſtit. de act Ideoque nec arreſtari illic debitorem poſſe arbitror: quia hæc immunitas à Deo Opt. Max. data & inuenta eſt; quæ nullis Principum conſtitutionibus, nullis ciuitatum ſtatutis, nullis legislationibus conuelli, aut eleuari poteſt c. eccleſia S. Mariæ. de conſtit. Aufrer. d. deciſ. 422. Ioan. de turre cremata. ad c. ſacrilegiũ 17. quæſt. 4. Iniuria quippe fit Deo, & ſanctis, quando in eccleſia Dei & ſanctorum quid huiuſmodi perpetratur. c. frater. ca. miror. ibidem. Nam quamuis iuxta communem ſententiam interpretum iuris, verbalis citatio in tẽplo fieri poſſit, Bart. ad l. pleriq; Alex. & alij ad l. 2. ff. de in ius voc. idem etiam Bart. ad l. præſenti. C. de his qui ad eccle. confu. In reali tamen citatione, ac detentione cuiuſmodi eſt arreſtatio, hoc minimè permittitur. Panor. ad d. c. inter alia. Robert. Maranta in tractat. de ord. iudiciar. part. 6. c. incip. Propoſuimus. nu. 129. etiã ſi eccleſia illa nondum eſſet conſecrata. c. eccleſiæ. de immunit. eccle. Porcius ad §. ſacræ. Inſtit. de rer. diuiſ. Rebuffus ad ord reg. tom. 2 tit. de immunit. eccleſ arti. 1. glo. 1. nu. 10 Quod verò practicus Papienſis in ſua praxi, in form. inquiſit. gloſſ. 1. verſi. ex his. hãc immunitatem multum denigret, cum ſuo more faciat, conſiderandum non eſt, quia nullo bono iure nititur. Imo quod amplius eſt, exiſtimant plerique ex eo hanc immunitatem etiam extendi, vt ſi non ex propoſito, ſed velocitate fugæ eò peruenerit debitor, ab inſequentib. militibus detineri non poſſit. Bald. ad l. plerique. nullaque eſſe poteſt principij & loci ex quo fugit ratio, quãdo principij & finis, hoc eſt. loci ad quem fugit, diuerſa cauſa exiſtit. Alexand. ad d. l. plerique. Baldus ad l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler. col. 5. Sed quoniam plerique putant debitorem immunitate eccleſiæ non gaudere; vide quod tertio ab ſequẽti capite, reſolutiuè ſum dicturus. Pro quibus facit illud, quod notat D. Præſes Nicolai Euerardi in loco à ſeruo ad monachum, his verbis Imò plus voluit ſingulariter Albericus in d. rubr. C. de ijs qui ad eccleſi. confu. quod in locis, in quibus poteſt quis pro debito capi vel arreſtari ex ſtatuto vel con-

consuetudine, debitores confugientes ad ecclesiam, etiam si sint liberi homines, ex quo sunt conditionati vt serui, non debent gaudere immunitate ecclesiæ sed possunt inde extrahi, quod tene menti. Hactenus ille. Et in simili notat Rodericus Zuarez in d. declaration. l. 2. for. ll libro 3. titulo de los gouiernos. cap. incipien. Quintò quæritur; vbi dicit multos tenere, quod si statutum habet quod debitor possit compelli ad seruiendum pro debito, tunc ecclesiæ immunitas ei non prodest: quia non videtur concessa esse immunitas, cum præiudicio istius, qui est quasi dominus. argum. eius quod de seruo dicitur in d. c. inter alia, & quia iustum est ne alter priuetur iure suo, quod competit sibi contra illius personam. Sed dicit tamen quod hoc dictum non vidit obtentum in practica, sed benè contrarium illius.

Eadem est ratio monasteriorum. Alexand. consi. 145. incip. Viso themate. lib. 7. eodemque iure gaudent hospitalia, Archidi. ad ca. diffiniunt 14. quæst. 4. Bal. ad l. si quis ad declinandam. 16. col. C. de epis. & cler. Roder. d. loco, cap. incip. Quintò quæritur. & si Barbatio credimus. consil. 33. colũ. 2. libro 4. etiam domus canonicorũ intra ambitum ecclesiæ existẽtes, immunes sunt. & idẽ Didacus d. libro 2. & d. cap. 20. nu. 5. putat similiter palatium Episcopi hanc habere immunitatem. c. constituimus. 17. quæstio. 4. & hoc in praxi receptum esse ait. Quantò minus sisti posset debitor, qui corpori sacer dotis, per plateam sacrosanctum corpus Domini nostri Iesu Christi, deferentis adhæret, à quo ne ob nefandum quidem crimen abstrahi dosset. Arch. d. loco. Card. ad cle. 1. §. Institutione. de reliq. & vener. sanct. Oldrad. cõsi. 54. Nam si Adonias filius Dauidis timens Salomonem regem, fugiensque in tabernaculum Domini; & tenens cornu tantum altaris fuit immunis, vt est 3. Reg. cap. 1. & si veteres, eos qui ad Imperatorum statuas confugeruut, immunitate donauerunt, vt titul. C. de his qui ad stat. confug. quantò magis immunitas concedenda est illi, qui ad Pastorem, deferentem tam precioſum thesau-

thesaurum, cibum angelorum, Dominum cæli & terræ, Iudicem & vindicem omnium, liberatoremque nostrũ confugit, cum certè non sit minus tribuendum Pastori, in cuius manu esse dignatur Dominus, quàm secularium & subinde etiam impiorum Principum statuis, aut eiusmodi altari, in quo olim Deus colebatur, & ad quod Adonias confugiens saluatus fuit. Id quod catholicis scribo, non ijs qui primam fidem irritam fecerunt, ab ecclesia catholica defecerunt, & hanc deferēdi ad ægrotos sacrosancti corporis consuetudinem rident, à sanctissimis patribus, & vbique ab antiquis temporibus testatam. Et quãuis Didacus d. cap. 20. lib. 2. variar. resol. num. 6. de hac decis. dubitet, ideo quod immunitas istiusmodi nullibi Eucharistiæ extra ipsas ecclesias data reperitur, ratio tamen quæ prædictos Doctores permouit, videtur mihi esse verissima, & efficacissima, quam etiam sequuntur, & amplectuntur Ludoui. Gomesius ad §. pœnales. num. 50. Instit. de act. Roman. sing. 335. Cotta in dict. rationes identitatis. Abb. in c. sanè. de cel eb. miss.

3 Parem ferè immunitatem habet domus cuiusque; nam vt in domo propria aut aliena, contradicente domino capi debitor non potest. l. nemo ex domo. ff. de reg. iur. & si captus fuerit, statim relaxari debet, Roma. & Iason ad d. l. plerique. ita & vsus & identitas rationis probat, fisti & arrestari eum ibi non posse. Lex enim illa, quæ immunitatem ædibus concedit, & domum tutissimum cuiusque refugium appellãuit, quia fauorabilis est, facilè ampliari & extendi potest. Romanus d. loco. Ideoque & in minimo viliss imoque tuguriolo, & in stabulo iuncto domui, & in horto ad quem ex domo aditus est, & in molendino, quantumuis debitum magnum sit, locum habet. Bald. ad authen. ei qui. C. de bo. author. iudic. possid. & ad l. 1. §. 1. ff. naut. caup. stab. l. hoc iure. §. stabula. ff. quib. modis pign. tac. contrah. l. fi. & ibi Bald. ff. de seru. vrb. præd. & Iason latè ad d. l. plerique. Ripa ad l. quo minus. num. 25. ff. de flum. vbi ita dicit. Et hac ratione infertur, quod molēdinum dicitur præ-

prædium rusticum, & non vrbanum, quia in reditu est. d.l. vrbana. & firmat Bald. in d.l. certi iuris. & probatur in l. cum de lanionis. §. inde consultis. ff. de fund. instr. Quod credo verum, nisi quantum ad molendinarium ibi habitantem; & ideo ipse non poterit capi pro ciuili debito, in molendino; quia quantum ad eum, molendinum dicitur etiam inuentum ad habitādum. hactenus ille. Maior posset esse difficultas de apothecis aut tabernis, & hoc latè discutit Castrens. consil. 221. incip. Viso puncto. lib. 1. vbi dicit, quod si statutum sit quod quis non potest capi in aliqua domo, non habet locum in illis qui capiuntur in apothecis, vel tabernis; quia appellatione domus continentur solùm illa, quæ sunt apta, & deputata ad habitandum principaliter vel secundario, non autem illa, quæ deputata sunt ad alium vsum: vt taberna, apotheca, seu meritorium, aut stationes, vel theatrum ac balneum. l. lex Cornelia. §. domum. circa fin. ff. de iniur. Vnde de iure communi, licèt de domo propria quis inuitus pro debito extrahi non possit. d.l. plerique: tamen de theatro vel balneo proprio vel conducto, etiam si non præstet aditum, nec in conspectu appareat, potest re ipsa citari vel extrahi. gloss. & Bart. in l. sed etiam. ff. de in ius voc. Eodemque modo de statione, apotheca seu taberna, maximè si ad ipsos pateret accessus, sine aliqua fractura. l. satis. d. tit. quia talia non ad refugium, sine ad tutelam sunt inuenta, vel deputata, sed ad quæstum faciendum. Et licèt similitudinem habeant cum domo in hoc, quia constant plerumque ex fundamento tecto & parietibus, non tamen possunt dici domus: & statutum aut consuetudo non debet extendi ad ea, quæ non sunt domus, licèt participent cū domo, participatione illa, qua quælibet species participat cum suo genere. Sed postea limitando prędicta, hoc pacto idem Castrens. loquitur; Prædicta puto clarè procedere, si dicta taberna penitus esset separata ab habitatione domus, ita quod supra eam non erat habitatio, sicut videmus in multis tabernis malè tegulatis. l. eo iure. §. stabula. ff. in quib. caus. pig. vel hypoth. tac. contrah.

4

507

trah. Si verò dicta taberna erat ſubtus habitationem, tunc aut ad habitationem non erat acceſſus per tabernam, ſed aliunde ex publico, & tunc idem, quia cenſetur ſeparata; quod patet, quia vnus poteſt poſſidere partem ſuperiorem & alius inferiorem. l. ſi duo. §. item videamus. ff. vti poſſidet. Si autem ad habitationem non erat acceſſus niſi per tabernam, tunc reputatur pars inferior, & ſuperior vna & eadem, vt ibi not. & l. arbor. §. de veſtibulo. ff. commun. diuid. & ſic maius videtur dubium, tamen ego idem puto, quia tunc pars inferior trahetur potius ad ſuperiorem, quàm econtrà, cum ſuperior non poſſit poſſideri per alium, quàm per eũ qui poſſidet inferiorem, niſi in caſu qui habetur in d. §. plane. & ſic quando pars inferior eſt deputata ad tabernam, pro taberna habebitur, licèt pars ſuperior ſit deputata ad habitandum: quæ nonnihil ad ſe inferiorem, quæ eſt capacior, potiſſimum ſi ad perpetuam tabernã, &c. Hæc ille.

5 Quinimò etiam ad naues, quæ prædio vrbano æquiparantur, teſte Bald. ad l. certi iuris. colum. 2. C. locat. argum. l. 1. §. ſi quis de naui. ff. de vi & vi arm. hoc omnes trahunt ad d. l. plerique. Alberic. ad l. penult. §. fi. per illum text. ff. de his qui deie. vel effu. quamuis abſque iuſta ratione, vt mihi quidem videtur, ſolus diſſentiat Romanus ad l. 1. §. domini. ff. ad S. C. Syllan. quem imperiti iudices ſæpe ſequuntur. Quod tamen ita intelligendum exiſtimo, niſi debitor tanquam viator in naui exiſtat: quia vt vſus & experientia quotidiana docet, quando quis eſt in hoſpitio publico tanquam viator, niſi priuilegium aliquod ſingulare ciuitatis repugnet, ibi capi, & multo magis arreſtari poteſt, præterquam ſi ad annum, longumque aliquod tempus habitandi quodammodo cauſa, cubiculum ibi conduxiſſet. l. 1. §. habitare. l penult. §. in factum. ff. naut. caup. ſtab. laſ. d. loco, quo caſu non vt aduena arreſtari, ſed tanquam is qui quodammodo domicilium ibi habet, ordinario iudicio, quando nullus fugæ metus accedit, conueniri debet. Nihilominus de arreſtatione eorum

qui

qui in naui sunt, vide ea quæ inferius proximo capite subijciam.

Eum quoque qui in porticu domus hæret, non esse immunem crediderunt nostri ; non quidem indistinctè, quod tamen ex verbis Bart. Bald. & Ang. ad d.l. plerique, videri posset : sed ita demum si porticus ædibus non adhæreat. Zasius ad l. cætera. §. hoc senatus. & ibi Iason nu. 6 in verb. Quia est separata ff. de leg. 1. Castrens. ad l quod conclaue. ff. de damn. infect. quemadmodum & de apotheca, & de alijs dici solet : quia connexorum eadem est ratio, separatorum verò diuersa. c. super eo. de parochijs. Sic & quando debitor est in ostio extra clausuram domus, prehēdi potest, teste Bart. ad l. 1. §. si ab hostib ff. de cloac. quia quod fit in ostio intra clausuram domus, hoc dicitur fieri in domo, non quod extra fit. Idem Bart. ad l. 1. §. de inspiciendo. ff. de ventr. inspic. glo. in l. final. §. fina. ff. de seruitu. vrba. præd. & probat Ange. in d.l. plerique. cum seq. in fi. his verbis. Quid autem erit si in limine ostij stat? dicas idem, si sit extra clausuram, casus est melior qui sit de iure. Instit. quib. mod. patr. po. sol. §. si ab hostib. Et hoc sequitur Signorolus de Homodeis, consi. 16. inc. Statuto ciuitatis Papiæ, dum ita loquitur. Et quæritur an repertus in limine portæ domus, possit capi, nec ne? & primò videtur quod non. per l. cætera. & quod ibi notatur per Doct. ff. de leg. 1. Inoppositum videtur, quod iste non prohibetur capi, vigore supradictæ legis municipalis. Nam propriè in domo dicitur esse, quod cōprehenditur intra parietes domus; quemadmodum in ciuitate id quod comprehenditur intra parietes ciuitatis. casus est in l. cum ancillis. in fin. C. de incest. nup. & pro hoc optimè facit l. Olimpio. §. 1. ff. de seru. vrb. prēd. & ibi adducit adhuc alia argumenta, quæ vide. Et memini anno 1570. mense Augusto, Louanij fuisse quæstionem de eo, in quem satellites volebant manum inijcere, & qui fugiens versus domum, cecidit ante vestibulum ostij, & māserat iacens inter domum & canalem , qui erat ante domum in platea publica , & sub tectoriolo , quod 6

solet

ſolet ante ædes mercatorum propendere: exiſtimabat enim ille qui illic à ſatellitibus detinebatur, & inde ad carcerem deducebatur, ſe perinde atque ſi in domo fuiſſet, ibi tutum fuiſſe, maximè quod parietes & muros domus capite ſuo attingebat. Sed errabat & contra eũ, iuxta prædictas deciſiones iudicatum fuit. Cõtra quod tamen facit doctrina Bald ad rubr. ff. ſolut. matri. verſi. Et ideo ſi ſtatutum. vbi dicit quod is qui eſt in oſtio, partim eſt in domo, partim extra domum, vt no. de pœnit. diſt. 2. c. dum ſanctam. & quod ſufficit tangere partem. vt l. vulgaris. ff. de furt & facit. ff. de cloa. l. 1. §. cloacæ appellatione. Nam ſi hoc eſt verum, quod ſufficit tãgere partem, ergo ſufficiebat in prædicto caſu tangere capite oſtium, vel murum, ſiue parietem. Sed ad hæc reſponderi poteſt, quod d. l. vulgaris, non obſtat, quia in ea hoc tantum dicitur, quod is qui ex acetuo frumenti accipit vnum modium frumenti, etiam ſi reliquum totum non accepit fur eſt: quia ſufficit partem frumenti accepiſſe. & not. ibi Doct. quod tota res tangitur, quando pars eius tangitur. c. vulgaris. & ibi Ioan. de tur. cre. de pœn. diſt. 1. Sed priuilegium quod conceditur debitori, & de quo hic agimus, nõ loquitur de debitore qui attingit domum, aut oſtium domus, ſed de eo qui eſt in domo. Illud autem quod eſt extra oſtium, aut clauſurã domus, non eſt in domo. & ideo idem Bald. in l. cæteri. §. item hoc prohibetur. ff. de leg. 1. dicit enim non poſſe extrahi, qui eſt in oſtio domus; ſed non facit mentionem illius qui eſt extra oſtium domus, licèt pede vel capite ſuo attingat illud. Quo modo accipiendum erit (ni fallor) quod Bald. ad d. rubr. ff. ſolut. matr. voluit, videlicet eum qui aliquem, in oſtio domus exiſtentem inuadit, perinde teneri, atque ſi in domo ipſa eum inuaſiſſet. Eandem putant eſſe rationem eius qui in ſchalis parieti domus incumbentibus, ſeu appoſitis, extra domũ eſt: quia & is extra domum eſſe videtur. Bald. ad l. ſi fiſtulam. §. ſcalas. ff. de ſeru. vrb. prædio. à quibus tamen in explicatione d. l. plerique. Romanus diſſentire videtur: Sed Baldi ſententia moribus noſtris magis videtur eſſe

esse probata. Huc quoque pertinet illud, quod consi. 21. incip. Visis scripturis. versi. Non obstat etiã. not. D. Præses Nicolaꝰ Euerhardi, quod si ciuitas habet priuilegiũ, sicut habet ciuitas Middelburgensis, quod mercatores forenses illic declinantes cum suis nauib. bonis, & rebus, plena gaudere debeant immunitate, ita quod conueniri & molestari non poterunt, pro contractibus prius alibi celebratis; non possunt arrestari in portu dictæ ciuitatis, extra eam, sicut est Armudæ, quia cum talis portus sit de districtu & territorio ciuitatis, idem est statuendum de eo, sicut est de ipso oppido : iuxta notat. per gloss. Ioan. Andr. & Doctor. in c. vbi periculum. §. porro. de elect. lib. 6. & ad l. Cæsar. ff. de & publ. vectig. vbi est casus, quia portus insulæ sunt pars insulæ, vt ibi & in l. insulæ. ff. de iudicijs. maximè quando mercatores ad ciuitatem illam cum nauibus & rebus suis declinare non possunt, nisi per talem portum.

Porrò autem quod de immunitate ædium diximus in debito fiscali locum non habet. Bal. in lectura antiq. & Iason num. 28. d. l. plerique. Nam cum fortunas omnes nostras, corpus etiam & vitam Reipub. cui nati sumus, debeamus, bono autem publico pecunia fisci sit, quæ vna, belli, pacis, ocij, negocij, rerum denique quocunque tempore gerendarum neruus est, non iniquum videri debet, si debitor aduersus fiscum non iuuetur. 8

Non est absimile, quod potest quis capi, & ex propria vel aliena domo trahi ad officium publicum assumendum, ad quod officium deputatus vel assumptus fuit. l. ex omnibus. C. de decurio. lib. 10. Ideoque d. loc. Romanus consultum esse existimat creditoribus, vt debitorẽ ad officium publicum assumi procurent, & sic egredientem conueniant. Renunciari quoque posse huic priuilegio verius est, teste Iaſ. ad d. l. plerique. num. 29. quod (vt ipse ait) feciſſe videtur is, qui omni iuris auxilio renunciauit, quomodo quotidie ex vsu receptũ videmus, rusticos omni immunitatis auxilio renunciare; Versantur quoque nonnulli in ea opinione, & præcipuè quidem iam d. locis Bald. & Iason, vt existiment 9

debitorem omnino fugitiuum dictis locis detineri posse.

10 Postremò quemadmodum Rebuffus de priuileg. scho.cap.102.ait in scholis publicis alicuius Academiæ, capi aliquem non posse, vt scandalum & tumultus vitentur; Ita eadem ratione dici potest, quod in scholis publicis, debitor arrestari nō potest; quia scholæ in quibus Doctores profitentur, sunt veluti domus propriæ studiosorum.

Debitor an eo loco arrestari possit, ad quem à creditore transigendi causa vocatus est.

Caput 7.

ARGVMENTA.

1 Compromisso pendente nihil est innouandum.
2 Colloquio de transigendo vel componendo durante nihil creditor aduersus debitorem attentare debet.
3 Saluus conductus etiam tacitè dari potest.
4 Partes dum sunt in tractatu pacis, omnis ratio procedendi cessat.

EXistimo etiam debitorem eo loco arrestari non posse, ad quem à creditore vocatus est, vt super causa debiti petiti & prætensi transigat, vel amicabiliter cōponat, aut de transigendo, siue componēdo loquatur cum eodem, etiam si non transigat, neque cōponat; quia sicut Compromisso pendente altera pars, contra alteram partem nihil attentare debet. clem. quādiu. de appel. & regulariter in omni causa Cōpromisso pendente, nihil est innouandum. Barb. consil. 18. incip. Clementissimum. col. 5. vol. 3. Rebuff. ad ord. reg. tomo 3. tit. de appel. art. 16. glo. 1. num. 25. etiamsi compromissum illud postea corruat, aut ad effectum non perueniat, iuxta nota. in d. clem. quamdiu. Ita etiam non debet creditor aliquid attentare, contra debitorem, pendente eiusmodi colloquio, ad componendum & transigendū

1

2

desti-

destinato: Sicuti & cùm duces exercituum simul de pace componenda agunt, etiam si expressè hinc inde saluus conductus aut securitas non præstetur, intelligitur tamen hoc tacitè esse actum, quia alioqui nō veniſſent. Nam & tacitè Saluum conductum dari posse notat Sa. lycet. ad l. nullus. C. de Iudic. Alex. consi. 1. lib. 2. & consil. 8. lib. 6. Hippol. sing. 77. & alij quos citat Petr. Prenius in tract. de securit. promiſſ. quæst. 6. in fi. versicu. inc. Minimè autem. Alioqui enim contingeret debitorem miserè decipi, sub hac confidentia, qui alioqui non veniſſet, quod esse non debet; Et in simili in quotidiana praxi vsu receptum esse videmus, quod quando partes sunt in tractatu pacis, omnis ratio procedendi & processus litis cessat. 3 4

De priuilegio Bullæ aureæ. Cap. 8.

ARGVMENTA.

1 Brabantus an Brabantū arrestare possit, & vbi.
2 Statutum absolutè prohibens comprehendit subditum in alieno existentem territorio.
3 Statuendi potestas inter subditos, territorio non arctatur.
4 Excommunicatio ligat subditum in omni loco.
5 Interdictio bonorum facta prodigo, contractum eius irritat quocunque loco factum.
6 Bona mobilia sequuntur personam.
7 Debitor fugitiuus non iuuatur vllo priuilegio.

INcolis Ducatus Brabantiæ speciali iure à Carolo Quarto Imperatore alijsque Principibus indultum est, vnum Brabantum non posse alterum Brabantū extra Brabantiam arrestare.

Quæro igitur an Brabantus Brabantū arrestare possit in Hispania, Italia, Anglia, Gallia, & alijs prouincijs aut regnis, quæ non subsunt Imperatori & Principibus qui priuilegium illud concesserunt? Et paucis videtur dicendum quod non: quia sicut statutum prohibi- 1 2

torium absolutè loquens, comprehendit subditum existentem in alieno territorio, vt not. in c. vt animarum. de constit. lib. 6. Anchar. in c. canonum. extra eod. titu. Bart. in l. cunctos populos. in 6. quæst. C. de summa trinit. Ita etiam & hoc priuilegium, quod vim statuti habet.

3 Secundò, quia potestas statuendi inter subditos, territorio non arctatur. l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. l. si quis. C. de episc. & cler. c. tuæ. de cleric. non resid. Vnde si statutum vetet vxorem donare viro, vxor etiam extra territorium existens donare non potest. Salice. in d. l. cunctos. Hippol. ad l. fin. num. 142. ff. de iurisd. omn. iudic. ergo etiam subditi extra territorium existentes, debent & statuta Principis sui, & priuilegia per eũ concessa, nec planè voluntaria, sed fauore debitorum indultà, & obseruari mandata, diligenter obseruare.

Tertiò, quia si lex Principis suos subditos liget, vbicunque sint, & quocunque eant. l. 2. C. de commerc. & l. 2. C. de vectig. c. fin. de constitut. ergo etiam & priuilegium illius, quod voluit habere vim legis & statuti.

4 Quartò, quia si sententia vinculo excommunicationis ligat subditum quocunque loco sit, quæ tamen fertur in inuitum. l. ex ea. ff. de postul. c. quisque. 4. quæsti. 5. multò fortius sanè ligat priuilegium communi consensu populi & subditorum impetratum, & in quod omnes semel cõsenserunt. l. quod maior. ff. ad municipal l. de quibus. ff. de legib.

5 Quintò, quia in simili videmus quod interdictio bonorum facta prodigo ligat eum in quocunque loco & territorio contrahat. l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interd. & relig. ergo etiam & hoc priuilegium prohibitiuum ligat ciuem vbicunque existentem. Et his ipsis rationibus Ludou. Roman. consil. 39. incip. In proposita quæstione, tenet statutum prohibitorium de testando aut ligando, ligare subditum testantem extra territorium. Idem censeo dicendum esse de rebus Brabantini, à Brabantino in alia prouincia existentibus, arrestandis, id quod dicta bulla etiam exprimit. Quia quando statutum

tutum aut lex non respicit principaliter res, sed personas, vt hic, cum dicitur, quod Brabātinus nō potest Brabantinum, aut res eius alibi arrestare, verba directè proferuntur & diriguntur in personam Brabantini arrestantis, & tunc extenditur ad bona alibi sita. l. propter lites. §. licet. ff. de excus. tut. l. 2. C. eod. tit. Romanus d. loco. & per multas alias rationes & leges, per eum ibi allegatas, & per Ioan. Crotum consil. 5. circa fi. De quo 6
tantò minus dubitandum esse puto, ideo quòd hic loquimur de bonis mobilibus debitoris, quæ sola arrestari possunt; ea enim personam sequuntur, & eandem cōditionem cum ea sortiuntur; Vnde sicut persona arrestari non potest, ita nec bona mobilia eiusdem. Et videmus in simili, quod quando bona alicuius cōfiscantur, à Iudice vnius territorij, bona immobilia alibi sita, ad illum Iudicem non pertinent, bona tamen immobilia sunt illius, Bald. in l. mercatores. C. de commerc. Alexā. consi. 92. lib. 4.

Excipio tamen hic debitorem fugitiuum; etenim 7
existimo quod non obstante dicta bulla aurea, Brabantus potest Brabantum, & res eiusdem, siue in locis subiectis Imperio, siue in alijs locis, arrestare aut sistere, & detinere, si est fugitiuus aut de fuga suspectus: quia contra debitorem fugitiuum cessant priuilegia. Potest enim aduersus communes regulas ab ipso creditore cōprehendi. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cred. potest capi die feriato, etiam in honorem Dei & Sanctorum introducto. gl. celebris. in l. vlt. C. de fer. Bal. in c. fin. eod. tit. Potest etiam iudex incompetens illum comprehendere. Anchara. consilio 192. & Iason in l. vinum. num. 5. ff. si cert. petat. putat illum ab ecclesia auferri posse, & D. Præses in loco, à loco ad tempus. & Oldradus consilio 54. decis. Capell. Tholos. 422. Boërius decis. 215. quod tamen non puto esse verum, vt & Didac. lib. 2. variar. resolut. cap. vlti. nu. 14. & ideo in genere dicit Bald. consilio 1. & Ioan. Bapt. Caccialupi de debitore suspect. quæst. 8. in princ. num. 2. quod talis debitor non gaudet beneficijs legalibus, & sic prædictum

priuilegium debet accipere interpretationem à iure communi.

Vtrum reditus hypothecatus in vno loco, si decursus est, possit à creditore eius, cui debetur arrestari in loco domicilij debitoris, qui illum debet.

Caput 9.

ARGVMENTA.

1 Locus promissionis in dubio censetur esse locus solutionis.

2 Creditor ad domum debitoris accedere debet pro habenda solutione, si non sit eiusdem cum eo fori.

3 Actionem hypothecariam & personalem simul haberi posse nihil prohibet.

COnsultus fui superioribus mensibus super casu infra scripto; Quidam Brabãtus cuidam Leodiensi, in prouincia Leodiensi, & coram Scabinis ibidem, recognouit certum reditũ annuũ, super certis suis bonis in eadem prouincia Leodiẽsi sitis; Creditor eiusdem Leodiensis cui recognitio illa facta erat, sub prædicto debitore Brabanto, in Brabantia habitante, & auctoritate Iudicis Brabanti, decursos reditus pro debito suo arrestauit, seu arrestari fecit. Quæsitum à me fuit, vtrum arrestatio valeret, tanquam debito loco facta, & an non obstante dicto arresto poterat Leodiensis agere, in patria Leodiensi actione hypothecaria, super dictis bonis propter solutionem dicti reditus consequendam. Et certè primo aspectu videbatur, quod ea arrestatio non poterat sustineri, propterea quod, sicut dicta recognitio reditus erat facta in patria Leodiensi, ita quoque solutio similiter ibi erat facienda: quia vbi
1 aliud non conuenit, locus promissionis censetur esse destinatus ad solutionem faciendam. l. si cum dies. §. arbiter. ff. de arbitr. & per consequens neque debitor dicti reditus potest cogi, vt soluat in Brabantia, non magis

ab

ab ipso creditore sui creditoris, quàm à suo creditore, in cuius locum ille succedit. l. 2. & alijs ll. C. quãdo fisc. vel priuat. neque etiam inuito suo creditore cui reditũ recognouit, in Brabantia solutionem facere potest, de cuius dissensu certum est constare ex eo, quod se arresto opponat. Secundò quia ipsa bona hypothecata pro dicto reditu sunt affecta, & ideo potest Leodiensis ille nõ obstante dicto arresto, actionem hypothecariam instituere in loco vbi bona illa sita sunt, & personam eius qui reditum illum recognouit omittere.

In contrarium tamẽ videtur esse veritas, Primo quia quod semper locus promissionis, est locus solutionis, negat expressè Barto. ad l. quod si Ephesi. in fine princip. ff. de eo quod certo loco. Et regulariter vbi creditor & debitor, sunt diuersi fori, creditor vt solutionem suã consequatur, domum debitoris accedere debet, gloss. & Doctor. in l. item illa ff. de constit. pec. nisi aliud actũ esse probetur, aut colligatur: Adeo quod nec emphyteuta quidem cogatur deferre canonem ad domum domini sui, si non est de foro domini. Bartol. ibi. Secundò, quia si creditor velit potest, à debitore illic vbi habitat solutionem postulare, in vim actionis personalis orientis ex obligatione etiam personali, quia debitor promittit singulis annis reditum eiusmodi soluere: Nam licèt bona ipsa dicto reditu sunt affecta, pro maiori securitate creditoris, promissio tamen soluendi reditum, facit principalem contractum. Et certè in arbitrio creditoris esse videtur, vt vel hypothecaria actione super bonis hypothecatis agat, vel vt actionem personalem contra promissorem reditus intẽdat, quia hypothecariam habere actionem, & personalem habere meram, nihil pugnat. Bald. in l. edita. C. de eden. & in l. aduersus. C. de act. & oblig. satisque est in proposito negocio quod promissor, vel debitor reditus, saltem volẽti suo creditori in Brabantia soluere posset, quodq; ea solutione facta arrestans forsitan omni spe consequẽdi creditum suum, aut conueniendi illum in Brabantia, frustraretur: Et si creditor cui reditus debetur, durante arresto,

resto, eoque non obstante agat contra promissorem reditus actione hypothecaria super bonis obligatis in illo loco, in quo sita sunt, potest promissor, vel debitor excipere, reditum cessum sub se arrestatum, & sub pœna à Iudice sui domicilij sibi esse prohibitum, ne soluat. Ilia enim prohibitio & interdictio Iudicis eum excusat. l. fin. & ibi Bald. ff. de leg. commissor. glo. in c. significasti. de censibus. Ioan. Petr. de Ferrar. in sua praxi, in forma libelli, de sequestratio. ad verbum audet.

Quo tempore arrestum fieri possit, vel non possit. Caput 10.

ARGVMENTA.

1 Debitor an in ferijs arrestari possit.
2 Arrestatio an post solis occasum admittatur.
3 Nundinarum tempore arrestare non licet.
4 Mercatores an in eo loco arrestari queant, sine quo ad nundinas venire non possent.
5 Nundinæ non omnes liberant ab arresto.
6 Contrahens in nundinis potest ibi arrestari.
7 Criminosi priuilegio nundinarum non gaudeat.
8 Debitor de fuga suspectus an in nundinis arrestari queat.
9 Rescriptum Principis impedientis arrestum, an indistinctè admittatur.
10 Hæres intra nouem dies post mortem defuncti arrestari non debet.
11 Arrestatus an Iudicis incompetentiam obijcere possit.

PORro autem quia de loco ad tempus iusta ducitur argumentatio. l. fina. ff. de condict. triticar. ordo est, vt qui præcedentibus capitibus de loco in quo arrestatio fieri possit diximus, nunc etiam de Tem
1 pore, quo fieri debeat, pauca quædam dispiciamus. Et prima quidem dubitatio esse posset de ferijs. Sanè de debitore suspecto vno ore affirmant omnes, capi & detineri

tinèri eum posse, etiam in ferijs diuinæ Maiestati dedi-
catis. glo. ad l. fin. C. de ferijs. Albericus & alij ad d. l. si
feriatis. ff. illo titulo. Iason ad l. 1. ff. eod. titul. & ad l. 2.
ff. de iurisd. omn. Iudic. Baldus ad c. fi. de ferijs. adeo vt
etiam in summis solennitatibus ac ferijs id fieri, & fie-
ri posse dicat Albericus, quia periculũ est in mora. Obie-
cit quidem Esaias cap. 58. ijs qui die sancto & ieiunij,
ieiunabant, quod omnes debitores suos eo die repete-
bant, & exigebant debita importunè. Sed hoc eò non
pertinet, quod creditor debitorem fugitiuum solenni
die sistere non posset, quia vt Palladius libr. rei rustic. 1.
c. 6. ait. Necessitas ferijs caret, & notat Propheta (ni fal-
lor) duntaxat eos qui nulla misericordia ducti, externis-
que & profanis rebus veluti affixi, tempore sancto de-
bitores suos importunè exigebant: sicut seruus ille ne-
quam euangelicus, & qui ieiuniũ in solis externis ob-
seruationibus constituebant, nulla alioqui religione,
pietate aut miseratione ducti. Sed an aliud sit in debi-
tore extraneo non suspecto, vel in ciue aliò migrante
die festo, nullus eorum quos legi, dicit Rodericus Zua-
rez in interpretatione l. post rem, ff. de re iudic. in 4. ex-
tensi. in simili latè disputat, an ius executiuum vigore
instrumenti possit exerceri tempore feriarum: tandem-
que etiam concludit, quod si executio ista causæ cogni-
tionem requirat, aut periculum non sit in mora, exequi
non posse, etiamsi feriæ eiusmodi ob necessitatem ho-
minum duntaxat introductæ sint. Eoque modo acci-
piendum esse ait, quod ex c. significarunt. de iudic. ad l.
omnes. C. de ferijs, voluit Bart. quod quando instrumẽ-
ta guarentigiæ, siue confessionata, vt vocat, habent exe-
cutionem paratam, sicut sententię diffinitiuæ, capi pos-
sunt homines pro executione diebus feriarum ob ne-
cessitatem hominum introductarum, non etiam his fe
rijs, quæ Maiestati diuinæ consecratæ sunt, quod & Bal.
quoque ad l. in minorum. C. in quib. caus. restitut. & ad
l. prouinciarum. C. de fer. & ad auth. Sed omnino. col.
10. C. ne vxor. pro mari. asseruit. Ex quo videri posset,
quod si ex more ciuitatis, aut loci, cognitio aliqua ad

arrestum faciendum requireretur, & periculum fugæ non existeret, fortè quod diues aliquis debitor Mechliniæ habitans, hic Louanij reperiretur, arrestatio concedi non deberet. Constat sanè, citationem die festo fieri non posse, etiam si in diem non festum citatio facta sit, l. fin. C. de fer. Panorm. ad c. conquestus. eod. tit. Castrēsis consilio 270. libro 1. Multò igitur minus realis citatio & detentio fieri posse videtur, præcipuè cum ne in nundinis quidem, quæ cum feriis, in honorem Dei introductis conferri nullo modo possunt, arrestari non queant debitores. Sed in contrarium facit quod videmus executionem, in qua causæ cognitio non consideratur, nec strepitus Iudiciorum, potest fieri die feriato ob honorem Dei & sanctorum. Panorm. & Anton. de Butrio. in c. fina. de iudic. sicut & eo die appellari. l. 1. & ibi gloss. C. de fer. Libellus dari, l. miles ff. de adult. adoptio, emancipatio, manumissio, testium examinatio, donationis insinuatio, & interpellatio fieri potest. l. actus. C. de adopt. Ioan. An. in addit. ad Specul. §. porro, circa finem. titu. de instrum. edit. Imò & pignoratio tali die fieri potest, secundum Guid. Papæ quæst. 215. vbi loquitur valdè accommodè ad hunc casum, dicens, quòd pignoratio in causam iudicati potest fieri die feriato ob honorem sanctorum, & potest dicere executor sententiæ debitori, pignero te pro tali debito, ad instantiam talis creditoris, & de tuis talib. bonis. Sed tamen nominatim ibi excipit dominicum diem. per l. dies festos. C. de fer. Rebuff. verò ad ord. reg. tomo 1. art. 6. glo. 3. num. 69. ait, etiam die feriato in honorem Dei, hoc concedi, nam si, inquit, debitor capi potest die feriato, multò fortius eo die arrestum fieri poterit; quia periculum est in mora, iuxta ea quæ not. Iason ad l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de no. oper. nunc. qui tamen loquitur in debitore suspecto de fuga. Quo modo & Ioan. Bessianus ad consuetu. Aluer. artic. 2. ait, quod in feriis introductis ob honorem Dei & sanctorum, illud exerceri potest, quod vel necessitas suadet, vel pietas viget, vel causæ cognitionem, & strepitum iudiciorum

rum non exigit. Intelligit itaque Rebuffus arreſtum concedi die feriato, ſi periculum eſt in mora, ſcilicet quod debitor illic amplius non inuenietur, etiamſi eſt diues, & alibi habitet, vel quod inops eſt, & periculum ſit, ne vnquam etiam alibi vtiliter conueniri, aut inueniri poſſet, quamuis ſecūdum leges ſcriptas & communes, debitor non ſuſpectus, eo tempore detineri nō poſſet. Guid. d. quæſt. 215. l. dies. l. omnes. de fer. Alex. cōſil. 159. lib. 2. Et iſtud quidem mores noſtri hic quoque recepiſſe videntur, qui etiam ſolam facilitatem conueniendi debitorem, quantumuis diuitem, conſiderant, & in omnibus penè locis arreſtationem, nulla habita feriarum ratione permittunt, pro quibus facit id quod Bal. ait ad l. fin. C. de fer. in primo notabili, quod ſi timetur de receſſu debitoris, poteſt detineri & executio in illum fieri, etiam in die feriato ob honorem Dei, ſecundum glo. ibi, quam dicit eſſe ſingularem; & quod propter talem ſuſpicionem tali die poteſt fieri ſequeſtratio. Et Caſtrenſ. ad l. 1. ff. de fer. dicit, quod ſi quis eſt ſuſpectus, poteſt cogi die feriato ſatisdare de ſiſtendo iuri, finitis ferijs. Sed vtinam zelus diuini numinis ita animos creditorum inflammaret, vt eam immunitatem quam ciues ſecularibus nundinis concedere debent, vltrò diuino honori tribuerent, maximè, quando periculum non eſt euidens in mora.

Eadem quoque ratione dici poſſet, debitorem extra- 2
neum, ſi periculum eſt ne abeat, etiam poſt occaſum ſolis, & quacunque noctis parte arreſtari poſſe; quod tamen vel iuris vel conſuetudinis ignoratione, difformiter apud multos, magno Reipub. malo obſeruatur. Et hanc quæſtionem habui aliquando de facto, in cauſa Domicilli Ioannis van der Tommen, contra Paulum Broeckelmans.

Illud in confeſſo eſt, tempore nundinarum, vt mox 3
dixi, res aut perſonas alicuius ſiſti vel arreſtari non poſſe. l. 1. C. de nund. Dico tempore nundinarum, quod eſt notandum, ſecundum Franciſc. Mignon ad conſue. Andegauenſ. tit. des ſeigneurs, barons. artic. 49. num. 4. verſi.

verſi. incip. Et debent. vbi dicit, quod eſt diſtinguendũ inter nundinas, & inter mercatum: quia mercata (ita loquitur) nõ ſunt tuta pro debitis & gabellis, ſicut ſunt nundinæ; Neque refert ſiue illæ nundinæ ſint ſeptimanariæ, ſiue menſtruæ, ſiue annales, ſiue luſtrales, ſiue ſeptennales, ſiue apparitionis, hoc eſt, quæ circa tempus Natiuitatis Domini, quo ſtella apparuit Magis, celebrãtur: ſiue ſint nundinæ Paſchatis vel omnium Sanctorũ, aut menſis Auguſti, quarum omnium conſil. 61. num. 23. lib. 2. meminit Marianus Socynus Nepos: Et ratio quidem eſt, vt merces quæ proculdubio, ad huius vitæ conſeruationem neceſſariæ ſunt, liberius & maiore copia inuehantur & euehantur. qua de re plura extant apud Alexand. ad l. ne quid. ff. de incend. rui. naufrag. Bald. ad l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cleric. & ad c. 1. quæ ſunt reg. Signorolus de Homodeis, conſi. 108. Ang. conſi. 363. Dec. conſi. 51. Iaſon conſil. 147. Zaſius conſ. 14. & conſi. 15. lib. 1. Quod tamen ita accipi velim, niſi debitum ſit iuratum; quia ſicut conſtitutio tollens generalem aliam conſtitutionem, non refertur ad conſtitutionem iuratam. Panor. ad c. 1. de his quæ fiunt à maior. part. cap. Rom. ſing. 7. & conſil. 517. & ſicut ſaluus conductus conceſſus alicui, non extenditur ad debita iurata, quemadmodum ſecundum diſpoſitionem Iuris, in Senatu Neapolitano concluſum & iudicatum fuiſſe deciſ. ſua 5. incip. Dominus Rex. recenſet Matth. de Afflict. ita etiam & ob eandem cauſam, ſiſti at que arreſtari poſſe videtur; ideoque conſultum eſt creditoribus vt promiſſionem ſolutionis, vinculo religionis & iuriſiurandi confirmari faciant.

4 Quemadmodum verò tempore nundinarum in loco vbi illæ exercentur, arreſtare aliquem non licet; ita etiam nec in illo loco, ſine quo mercatores ad nundinas venire non poſſunt. Vnde Nicolaus Euerardi conſi. 21. decidit, quod ſicut quis propter nundinas in oppido Middelburgenſi arreſtari non potuit, ita etiam in portu Armudano arreſtari non potuit: quia cum dictus portus Armudanus ſit de diſtrictu & territorio dicti oppi-

di Mid-

di Middelburgenſis, idem iuris conſtituendum eſt de eo, quod de dicto oppido Middelburgenſi, iuxta not. per gloſſ. Ioan. Andr. & Doct. ad c. vbi periculum. in §. porro. de elect. libro 6. & in l. Cæſar. ff. de publi. & vectig. vbi de hoc eſt caſus, quia portus inſulæ, ſunt pars inſulæ. vt ibi, & in l. inſulæ. ff. de iudic. maximè cũ mercatores exteri, ad oppidum Middelburgenſe declinare non poſſunt, niſi per dictum portum: Et quando alioqui diſpoſitio careret effectu, ſuburbia & alia ſimilia loca, etiam continentur, c. ſi ciuitas. de ſenten. excom. libro 6. & Panorm. in c. fin. de præb. Et nec Louanienſes quidem ferrent vlla ratione, quod aliquis ad nundinas Louanium veniens, in alio loco ſibi ſubdito, per quem venire oportet arreſtaretur; quia alioqui vtilitas nundinarum per indirectum læderetur, & infringeretur. Et pro eo facit deciſio Iaſonis in l. quo minus. num. 17. ff. de flumi. quod diſpoſitio quæ habet locum in exiſtente in termino, habet locum in exiſtente in via; & vbi aliquid prohibetur in termino, intelligitur etiam prohibitum in via. l. abeſſe. & l. qui mittũtur. ff. ex quibus cauſ. maior.

Sed & hæ nundinæ quas populus Principem aliquẽ ſuperiorem agnoſcens, nullo Principis ſui priuilegio, nullave immemorialis temporis præſcriptione, & veluti conniuente ſcienteque Principe, ſibi vſurpat, priuilegium iſtud non habent, d. l. 1. verſic. Veterum indulto, aut noſtra auctoritate. & ibi Bald. & Salycet. C. de nund. Immemorialis enim temporis conſuetudo loco priuilegij eſt, ex certa ſcientia à Principe conceſſi, c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verbor. ſignific. Specul. ad tit. de cauſ. poſſ. & propriet. §. quia vero. verſi. Quid de colligentibus. Ideoque qui immemorialis temporis iuſtam poſſeſſionem, vel quaſi poſſeſſionem habet, poteſt ſicut Princeps, priuilegium ſtudij generalis concedere. Barto. ad 1. conſtitut. ff. arg. l. hoc iure. §. aquæ ductus. ff. de aqua quotid. Aliàs verò ſicut ſolus Princeps ſaluum conductum dare poteſt, Bald. ad l. reos. num. 43. ff. de accuſa. & ad c. Imperialis. nume. 4. de pace Conſtant.

ſtant. præterquam, ſi etiam ciuitati, aut alicui alteri inferiori propria iuriſdictio competit, quibus tunc quoq; idem permiſſum eſt, teſte Petro Premo in tract. de ſecurit. promiſſ. cap. 2. ita nemo alius nundinas inſtituere poteſt.

6 Solent etiam ab hac immunitate excludi, qui in ipſis nundinis contraxerunt. Bald. Salycet. Fulgo. ad d. l. 1. Ioannes Papon. ad conſuetu. Burbon. titu. des executions. §. 133. & notat Petrus Rat. ad conſuet. Pictauienſ. art. 63. tit. de la diſtinction des iuriſd. his verbis. Ecquid autem de eo mercatore dicas, qui cum ad nundinas profectus eſſet, ac multis ſe creditoribus obnoxium videret, quibus cum ſe haud ſatis poſſe facere ſecum cogitaret, cedere apud ſe decreuit; itaque ſarcinulam compoſuit, nonnullam ſecum pecuniam auferens. hic iam ambigit creditor, an ob ſuſpicionem illum ipſum per territorij illius iudicem ſiſtere, ac retinere poſſit? Et hoc caſu videndum eſt, an debitum ipſis in nundinis contractum fuerit; tum enim haud dubium eſt quin poſſit: aut quidem iam antea debebatur. qua contingente ſpecie, ſummaria fugæ inquiſitione opus eſt, quę niſi ſit, conueniri non poteſt eo loco nec retineri. C. de nund. Hactenus ille. Et in ſimili: literæ moratoriæ ſeu dilatoriæ ſolutionis, in eo quod quis à mercatore extraneo emit, locum non habent, ne materia, occaſio & fomentum delinquendi tribuatur. Rebuffus d. tomo 2. arti. 1. gloſſ. 1. num. 35. Et cũ emptor recipit merces exteri mercatoris, eo animo accepiſſe intelligitur, vt mercib. illic receptis, ilicò & ſtatim ſoluat precium, ipſaque naturę & humanitatis ratio dictat, exteros nullo modo eſſe moleſtandos. auth. omnes peregrini. C. Communia de ſucceſſo. Vnde & eædem illæ merces, tanquã fide de precio non habita vindicari poſſunt, l. Aurelius. ff. de liber. leg. §. venditæ. Inſtit. de rer. diuiſ. Hæc tamẽ opinio minimè placet ijs, qui exiſtimant eum qui cum forenſi quem mox abiturum nouit, contrahit, fidem illius ſecutum videri: Sed quoniam aperto iure prior ſententia, quam & vſus probat, ſtabilitur, d. l. 1. C. de nund. ridiculum

lum est ea de re amplius dubitare, & cùm lex ipsa de faciendo solutione ita disponat, quilibet præsumitur secundum legem contraxisse. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. si non aliud actum esse euidenter appareat. Et cum latissimè de hac re superius disputatum sit, iterum hic non repetam, eoque magis quod & Didac. practic. quæstio. cap. 10 & Felynus atque Barbatius in d. c. fina. de for. compe. latissimè omnia quæ eò pertinent discussserunt.

Exules sanè & proscripti, seu qui crimen aliquod contraxerunt, immunitate ista nundinarum non gaudent, etiãsi iniustè proscripti essent; donec proscriptio illa declaretur iniustè esse facta. l. relegati. ff. de pœn. l. diui fratres. eod. titu. Bald. ad d. l. 1. versic. sed nunquid banniti. Huiusmodi enim homines existimantur esse hostes ciuitati amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. minut. l. 1. & ibi Doctor. C. de hæred. instit. & §. neque homicidis. in auth. de mand. Princip. & ibi glo. ad verb. Neque custodes. l. 2. C. de exhib. reis. Ange. in tract. malefic. ad verb. Qui dominus Iudex. num. 58. Bart. ad l. 1. ff. ad l. Iul. Maiest. Ideoque in proclamatione & denunciatione nundinarum, à securitate atque immunitate earundem, istiusmodi personæ nominatim excipiuntur. Non enim talia admittentibus parcere conuenit, d. §. neque. qui non nisi cum summo dolore, & cruciatu multorum videri, vel in ciuitate versari possunt, quiq; cum semel mali esse cœperint, metuendũ foret, ne pessimo exemplo, vel furandi, vel malignãdi animo, ad nũdinas accederent, pacemque publicam turbarent, & odiosas, noxiasque redderent nundinas quas libertimas & vtiles omnibus esse maximè conuenit, quorum ob id malitiæ occurrendum est, l. in fundo. ff. de rei vend. & in authent. de monach. §. si verò. 7

Existimat tamen Rodericus loco mox citato. num. 27. quod tanta posset esse suspicionis causa, vt saltem ad satisdationem, illo in loco, vbi nundinæ celebrantur debitor compelli posset, motus ex eo, quod Angel. ad l. dies festos. C. de ferijs. ait, quod licèt ex forma statuti 8

Peru-

Perusini, veniens ad nundinas, debeat esse securus & liber, & eius bona detineri non possint, tamen ex maxima causa suspicionis, capi potest, vt saltem caueat de iudicio sisti: quia si lex permittit debitorē à creditore die feriarum ob suspicionem detineri, vbi aliter hoc permissum non esset: eodem modo inquit, & in nundinis quoque id fieri debet. l. si serui. C. de noxal. quod ad restringendam & limitandam nundinarum patriæ, ciuitatis, seu Regni libertatem perpetuò menti tenendum esse suadet. Quam sententiam etiam Petr. Rauen. loco illic citato paulo ante secutum esse dixi, & ex his quæ consilio 99. libro 3. scribit Parisius, confirmari potest.

9 Quid autem si quis à Principe literas impetret, ne tempore nundinarum sisti posset, an etiam in eo casu licitè arrestabitur? Mouet quidem, sed non resoluit hanc quæstionem ad d. l. 1. C. de nund. circa fin. Bartholomaeus à Salyceto. Constat quod cum princeps moratorias vel dilatorias literas solutionis alicui concedit, eo tempore pendente, neque persona, neque res debitoris sisti vel detineri potest. Boërius decis. Burdeg. quæst. 296. incip. Princeps. colum. 2. Rebuffus ad ord. reg. tomo 2. tit. de dilat. artic. 1. gloss. 1. num. 92. Sed illud generale rescriptum ad emptorem mercium extraneum se non extendit: & quod amplius est, etiam speciale rescriptum super hac re impetratum, si dicto Rebuffo ibi credimus, quia ad iniuriam alterius pertinet, non subsistet, tanquam per importunitatem verisimiliter impetratum; Sanè si omninò constaret de mente Principis, eaque penitus esset indubitata, existimarem rescripto eiusmodi esse standum, quia Princeps ex causa rei nostræ dominium auferre posset. l. item si verberatum. ff. de rei vēd. Felynus & alij, ad c. quæ in ecclesiarum. de constitut. modò tamen pro rebus emptis cautio interponeretur, aut aliàs venditor & creditor ab initio de illo priuilegio certior factus fuisset, iuxta ea quæ not. Iason. & alij, ad l. 2. & l. omnes. C. si contra ius vel vtil. pub. Nihilominus quod dicimus, quod si alicui cōcessa est à Prin-

cipe

cipe dilatio, & immunitas, præstari debere idoneā cautionem super solutione futura, intelligi debet si à parte petatur. l. peto. §. fina. in verb. Quod si cautio non fuerit desiderata. ff. de leg. 1. & l. 3. §. hoc autem. ff. de damn. infect. Nam & in simili compensatio fit ipso iure, sed ita tamen si petatur. l. vlt. C. de compens. §. in bonæ fidei. & ibi glo. & Docto. Instit. de act. Falcidia rescat ipso iure. l. linea. ff. ad l. Falci. sed ita demum si hæres petat. l. patrem. ff. de his quę in fraud. cred. Testamētum ratione præteritionis est nullum, si præteritus ipse dicat & petat, non aliàs. l. filio. & ibi glo. & Dd. ff. de iniust. rupt. & irrit. fac. testa. aliaque huc pertinentia, suo more multa ad l. si vnquam. C. de reuoc. donat. ad verb. reuertatur. nu. 8. 9. & seq. cumulat Tiraquellus.

Denique & illud adijcio, quod hæres propter debitū defuncti, intra nouem, dies post mortem defuncti arrestari non debet, quasi id tempus illi ad lugendum indultum sit: secundum casum singularem in §. meminisse & ibi Bart. in authen. vt cum de appel. cognos. vbi dicitur quod nemini licitum est hæredibus & fideiussoribus defuncti, vllam inquietudinem aut molestiam, occasione debiti defuncti inferre. & concordat elegans textus, in l. fin. C. de sepulch. violat. sicut nec executio instrumenti quantumcunque liquidi, infra illos dies contra hæredem fieri potest; imò ne sententia quidem quæ transijt in rem iudicatam, vt notat Rodericus Zuarez, ad l. post rem iudicatam. in 5. ampliatione, & in nona limitatione. ff. de re iudic. Quia eo ipso quo lex vetat aliquem in quietari, censetur prohibere executionem. l. fina. §. donec. & ibi Bartol. C. de iur. deliber. & cum lex præsumatur esse in viridi obseruantia, nisi probetur contrarium. l. Arriani. C. de hæreti. non audiam nostri temporis rabulas occlamantes illam legem non obseruari, nisi mihi de contraria consuetudine, legitimè & vt decet introducta, fidem fecerint, maximè cum in naturali æquitate & honestate fundata sit. 10

Possumus quoque & huc multa adferre de eo quod disputant plerique, an debitor de fuga suspectus & ca- 11

ptus, incompetentiam Iudicis allegare, & remissionem ad suum iudicem postulare possit, de qua re Iason ad d. §. 1. num. 95 Bertran. consi. 182. lib. 1. & consilio 304. lib. 3. Latius idem Ias. ad l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & alij ex professo agunt. Sed quoniam mores nostri quocunque loco Iudicem in hac re competentem faciunt, nolo in ea re per se clara, diutius inhærere. Dixi autem superius, clericum ob periculum fugæ à laico detentum, custodiæ ecclesiastici Iudicis tradendum esse.

Cuius loci statutum ad faciendum arrestum spectandum sit, & quæ consuetudo, si in diuersis locis alia & alia sit, spectetur Capite Octauo.

Caput II.

ARGVMENTA.

1 Locus celebrati contractus, quando consideretur.
2 In soluendis gabellis, quæ consuetudo attẽdatur.
3 Forenses ligantur statutis loci, vbi conueniuntur, in his quæ ad ordinationem iudiciorum pertinent.

SED cum de tempore & loco quo vel fieri vel non fieri arrestatio posset disputamus: incidit etiam hæc quæstio, cuius loci statutum, aut cõsuetudo spectari debeat, si in loco celebrati contractus, iure arresti, vel prehensionis vtimur, & in loco destinatæ solutionis non vtimur? Quam quidem quæstionem, non in specie, aut, vt nostri aiunt, in terminis, sed in simili & propinquo admodum casu decisam inuenio. Interpretes enim ad l. si fundus. ff. de euict. ad l. quæro. ff. de solut.
1 Et D. Præses Nicola. Euerhardi consilio 78. incip. Ex literis. col. 7. versi. aut quærimus. aiunt, quod si in loco celebrati contractus sit statutum, quod debitor possit capi & incarcerari, vel quod instrumenta notariorum habeant executionem paratam: in loco verò destinatæ solutionis, non sit simile statutum, sed seruetur ius commune, attendetur quo ad hoc, mos, obseruantia,

tia, ſtatutum, aut lex loci deſtinatæ ſolutionis; quippe quod in his quæ concernunt iudiciariam executionem, inſpicitur locus deſtinatæ ſolutionis. Bald. Angel. Alber. & alij, ad l. hæres abſens. ff. de iudic. Dominic. Philip. Francus, Anchar. ad cap. Romana. de foro compet. libr. 6. & hoc latè & eleganter proſequitur Rodericus Zuarez, ad l. poſt rem iudicatam. cap. incipien. circa Iudicem. ff. de re iudic. Sicut & in his quæ reſpiciunt extinctionem actionis propter præſcriptionem ſtatutariam vigentem in vno loco, & non in alio: vel quo ad exactionem pœnæ adiectæ quantitati, quando ſtatuta & iura municipalia locorum ſunt diuerſa, l. 3. §. fin. ff. de teſt. l. cùm clericus. C. de epiſc. & cleric. §. fi. Inſtitut. de ſatiſd. Bartol. & Angel. ad l. 1. ff. de vſur. ad d. l. ſi fundus. & ad l. cunctos populos. C. de ſumma trinit. Nam licèt quoad alia quæ concernunt ſolemnitatem actus, ſeu eius perfectionem inſpiciatur conſuetudo loci celebrati contractus, l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eor. & Bald. ibi. & ad l. 1. quæſtion. 5. C. de contrahen. empt. & ideo ſi ex ſtatuto loci requiratur certa ſolennitas in ipſo contractu, vel ſi ad ſubſiſtentiam contractus requiratur ſolutio gabellæ, vel quid ſimile, tunc tale ſtatutum debet obſeruari, licèt in loco deſtinatæ ſolutionis non ſit ſimile ſtatutum. Iaſon numero 55. in 2. lect. Bartol. & alij, ad d. l. cunctos. Tamen in his quæ ſuperueniunt, poſt abſolutum contractum, & eo iam perfecto tendunt ad eius executionem; cuiuſmodi eſt arreſtatio, ibi locus deſtinatæ ſolutionis inſpicitur, ſibique imputare poteſt, qui ita contraxit; quia in executione eiuſmodi, non conſideramus cauſam de præterito, ſed locum & tempus, vbi & quando fiet, teſte Bald. ad authen. Quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. Ioann. de Platea ad l. miſſi. C. de exact. libro 10. Iaſon ad d. l. cunctos. in 1. lect. num. 20. Bartol. ad l. à diuo Pio. §. ſententiam. ff. de re iud. Doctor. ad cap. 1. de ſponſal. Caſtr. ad l. 2. C. quemad. teſta. aper. Et latiſſimè omnium quæ ad huius rei confirmationem adferri poſſent, dicto loco cumulauit D. Præſes; cuius argumen-

mentis,& per ſimilitudinem rei motus,exiſtimo,quod & in arreſtatione, ſi ſimilis caſus occurrat, locus deſtinatæ ſolutionis & iudicij ſpectari debeat. Et propterea ſi in loco contractus initi nō procedatur per arreſtum: ſed iure communi & ordinario, tamen ſi is qui ex eo contractu promiſit ſoluere, hic reperiatur in hac noſtra Belgica, quæ eſt patria arreſti, poterit hic arreſtari & ad ſoluendum compelli: ſicut & in caſu contrario decidit Angel. in d. l. ſi fundus. quod ſi in loco contractus eſt ſtatutum, quod quis capiatur pro debito; & in loco iudicij eſt ſtatutum, quod non capiatur, debet inſpici locus vbi debitor conuenitur, & vbi fit executio, & vide
2 Bald. ad l. 2. C. quemad. teſta. aper. Huc etiam pertinet, quod ſi contractus factus ſit in loco, vbi gabella nō debetur, traditio autem in alio loco vbi debetur, tunc inſpecto loco traditionis debetur, vt voluit Bald. ad l. multum. colum. vlt. verſi. pone ergo. & ibi quoque Salycet. in fin. C. ſi quis alter. vel ſibi. Nam & alias contractum fuiſſe videtur, nō in eo loco, quo negocium geſtum eſt, ſed quo pecunia ſoluenda vel tradenda eſt, iuxta ea quę ſuperius dixi, ad hunc effectum. l. 3. ff. de bon. auctor. iu dic. poſſ. l. contraxiſſe. ff. de act. & c. Rom. de for. comp. lib. 6. Sed quid ſi quis contraxit in loco in quo illius loci homines non vtuntur arreſto, neque promiſit ſoluere in patria arreſti, ſed tamen illic reperitur, vtrum nihilominus arreſtari poſſit? exiſtimo quod ſic, ſi vel tempus ſolutionis elapſum, vel in mora periculum ſit, vt latè ſuperius dictum fuit: quia adhuc verum eſt dicere, quod ſtatutum & conſuetudo loci iudicij ſeruari debet in iſtiuſmodi. l. 3. in fin. ff. de teſtib. l. cum clericis. C. de
3 epiſc. & cler. & in his quæ ad ordinationem iudiciorū pertinent forenſes ligantur ſtatutis loci vbi conueniuntur. Iaſ. & alij ad d. l. cunctos populos. C. de ſumma trinit. & fide cathol.

De renunciatione immunitatis & priuilegij, de non arreſtando. Caput 12.

ARGV-

ARGVMENTA.

1 Renunciatio immunitatis nundinarum an valeat.
2 Nundinæ publicum fauorem continent.
3 Renunciatio feriarum an subsistat.
4 Argumentum bonum est à Lege ad Pactum.
5 Princeps sua lege immmunitati ecclesiæ nõ præiudicat.
6 Debitor an in ecclesia capi possit.

ILlud autem quæri potest, an ne debitor immunitati huic temporis aut loci, renunciare possit? Sanè ad 1
tempus quod attinet, non dubium est, quin immunitati nundinarum renunciare possit: quia licèt fauorem publicum habeant nundinæ, scilicet, vt hinc inde merces in ditionem vel ciuitatem, quibus illa eget, inuehãtur; principaliter tamen de priuatorum commodo agitur, & sic regulæ communi standũ est, quæ habet, Quod quoties priuato fauore lex aliquid principaliter introducit, licèt secundario publicam causam annexam habeat, renunciari huic fauori posse. Docto. ad. l. ius publicum. ff. de pact. Alciat. num. 33. & alij, ad l. penult. C. de pact. Bart. ad l. vniuersi. num. 2. C. de legat. libro 10. modò tamen renunciatio ista specialis sit & expressa, l. 1. & ibi Roma. & alij, ff. si quis in ius voc. Vnde grauiter peccare videntur nonnulli temporis nostri pragmatici, qui generalem renunciationem sufficere arbitrantur, sicut omnia incocto & indigesto stomacho accipere solent: Bonus autem Iudex, facilè animaduertet ex verbis fusè vel strictè prolatis, quatenus renunciatio sese extendat, & an ad nundinarum libertatem sese porrigat. Quod si certo in loco, feriarum in honorem diuini numinis introductarum, is honor, & ea religio fuerit, vt in illis ipsis, omnino sistere debitorem non liceat; existimauero renunciationi locum non esse, iuxta vul- 3
gatam regulam, quod ferijs in honorem Dei cõstitutis, renunciare non licet. glo. ad ca. si feriatis. de fer. l. fin. C.

illo tit. Iason ad l. 1. num. 4. ff. eo. Sic etiam nemo cõsentire posset (ni fallor) vt in loco sacro capi posset. Iniuria quippe fit Deo & Sanctis quando in ecclesia Dei & Sãctorum talia aguntur. c. fratres. c. miror. 17. quæstion. 4. & aliàs qui in loco sacro vel monasterio existit, pacto eiusmodi suo immunitati monasterij præiudicaret. Et licèt ius monasterij pro futuro tempore non tolleret, esset tamen plena res mali exempli, neque posset debitor renunciare fauori suo, mixto cum fauore alterius. Paul Parisius consil. 73 num. 41. & 42. lib. 1. & in venerabilib. istis locis. cũ pace & quiete, vota cõuenit celebrari. l denunciamus. C. de his qui ad eccles confug. adeo vt in præiudicium illius, principes seculares disponere non possent. c. ecclesiæ. de constitu. Aufrer. decis. Tholos. q. 422. Quod verò lege aut statuto fieri non potest, pacto quoq; fieri nequit. l. fin. C. de reb. alien. non alie. l. fi. C. de fideiuss. quia pactum, lex, & statutum, æquiparantur. c. sacrosancta. c. Massana. de elect. & maior est potestas legis, quàm hominis qui legi subest, vt ait Præses ad locum, à pacto ad legẽ. Cęterũ hic paulò altius insistendum est; Sunt qui existimant, quod si tenear restituere rem aliquam, & ad ecclesiã confugero, nihil mihi immunitas prodest. l. 1. C. de his qui ad eccles. cõfug. ibi, *Nec ante suscipiantur, quam debita vniuersa reddiderunt.* Et quamuis textus ille loquatur de seruis, idem tamen iuris esse in liberis hominibus, concludit Azo in summa ibi: quia debitor tributorum, pro debito in ecclesia capi, & ab ea extrahi potest, l. nemo. C. de exact. tribut. lib. 10. quippe quod fiscalium ratio, & militibus, & priuatis, & ipsis quoque templis, & vniuersæ denique Reipublicæ, vtilis atque necessaria est. Authen. de mandatis princ. §. publicorum. col. 3. Oldrad. consi. 54. inc. Aufugiens. Nam aliàs si cum ego rem meam tibi commodarem, vel mutuo centum numerarem, vel merces venderem, tu ad ecclesiam confugeres, & res meas cõsumeres, daretur tibi occasio delinquendi contra l. conuenire. ff. de pact. dotalib. & immunitas ecclesiæ quæ ad vitæ & membrorũ conseruationẽ est cõcessa, ius pecuniarum,

rum, vel bursale partis lædere non debet. l. 2. C. de in ius voc. c. de raptoribus. 36. quæst. 1. Ideoque prouisio extrahendi concessa fuit à Senatu Burdegalensi, cuidã mercatori, contra suum Institorem, teste Boërio, quæst. 215. incip. incarceratus. & Rebuff. ad ord. reg tomo 2. titu. de immun. eccles. gloss. 2. nu. 2. Alij verò contrà dicunt, quod Imperator non potuit per suum ius nouissimum præiudicare immunitati ecclesiæ, à lege concessæ, cum istud priuilegium sit datum non subdito, iuxta ea quæ not. in c. nouit. de iudic tum etiam canon generaliter loquitur. d. c. miror. & immunitas ista ex iure diuino profluxit. cap. 2. libro 3. Regum. 5

Alij verò opinantur, quod inspecto iure communi, debitor non potest in ecclesia capi, nec inde extrahi. l. præsenti, C. de his qui ad eccles. confug. quia liber homo de iure non potest capi pro debito, nisi sit ad hoc expressè obligatus. l. ob æs. C. de act. & oblig. c. lator. de pign. Imò nec extra ecclesiam caperetur, si bonis cedere velit l. 1. C. qui bon. cèd. pos. inspecto tamen iure municipali, secundùm quod capitur quis pro debito, ab ecclesia extrahi posset, cum persona per ius municipale sit affecta, ne creditor defraudetur re sua, vel sibi debita. Ego verò existimo opinionem hanc, quod renunciare non liceat, esse verissimam, & reliquas esse falsas. Nam præterquam quod aliàs semper in dubio fauendum est ecclesiæ, & eius immunitati. d. l. præsenti, nusquam tamen cautum est, in hac specie, ecclesiarum immunitatẽ non prodesse his, qui ad eas confugiunt: & ideo regulæ standum esse respondent Abbas in c. inter alia. nu. 22. de immu. eccle. per text. in d. l. præsenti. Roderi. ad l. 2. de los gouiernos. quæst. 5. Didac. Couuar. lib. 2. variar. resol. c. vlt. num. 14. versi. sed profecto. etiam si debitor sit obnoxius publicis tributis. Cyn. ad d. l. præsenti. quia nouellæ Cæsarum Constitutiones, tanquam iuri Pontificio in hac re cõtrariæ, nõ sunt recipiendæ. Posset tamẽ fortassis, inquit Didac. hoc admitti in mercatoribus & cãpsoribus, qui maximo Reipublicæ dispẽdio, ex pecunijs & rebus alienis, dum negociationem quæ- 6

ſtuariam exercent, operam vſuris & fœnoribus ſtrenuè dantes, lautè & opiparè viuentes, & decoctores tandem verſuram faciunt, & ad eccleſiam fugientes, creditores omnes miſerè fallunt: quod quidem grauiſſimum crimen eſt, & ob id hi famoſi latrones appellantur. Sed, inquit, an iuſtè fiat, aliorum iudicium eſto, quamuis id iure fieri poſſe exiſtimet Boërius d. deciſi. 215. num. 7. quo in loco plura de his mercatoribus tradidit. Addit præterea Couuarruuias, in ſupremo Prætorio Hiſpaniarũ Regis Principis noſtri, reſcriptum fuiſſe eccleſiaſticis Iudicibus, vt præſtita per Iudicem ſecularem cautione, de non puniendis criminaliter debitoribus, ipſos debitores quoſcunque ab eccleſijs abducerent, & eorum bona, ſi quæ in eccleſiam attuliſſent, auferrent. Sanè mores noſtri oſtẽdunt, decoctores ad eccleſiã, & monaſteria confugiẽtes, abſtrahi nõ poſſe. Ex quibus omnibus etiam exiſtimo, huic iuri debitorẽ renunciare non poſſe, quod ad diuini numinis veneratione eſt introductum.

Renunciatio immunitatis an porrigatur ad hæredem debitoris. Caput 13.

ARGVMENTA.

1 Heres eius qui perſonam ſuam obligauit, an capi poſſit.

2 Priuilegium perſonale, aut pactum, perſonam nõ egreditur.

3 Hæres compelli poteſt ad omne id, ad quod compelli poterat defunctus.

4 Inſtrumentum publicum meretur executionem contra hæredem.

5 Quilibet in contrahendo aut renunciando, præſumitur ſe conformare legibus vel ſtatutis patrijs.

6 Renunciatio immunitatis quid tacitè in ſe contineat.

7 Hæres vtrum arreſtari poſſit, antequam ipſi fides aliqua de debito facta ſit.

8 Hære-

8 Hæredem debitoris sui qui arrestat, probare debet eum hæredem esse.

POrro autem cum eadem sit persona hæredis & defuncti, iuris potestate & fictione; dubium esse posset, vtrum hæc fori & immunitatis renunciatio etiam stringat hæredem renunciantis, veluti si, vt sæpe fit, debitor meus rusticus, renunciet immunitati nundinarum, certum est enim, quod eo casu, die nundinarum sisti, atque arrestari poterit. Sed an eo mortuo, hæres eius possit, quæstionis est? Et quidem prima facie negatiua pars probabilior videtur, quia quãdo debitor obligauit personam & bona sua, ratione huius obligationis hæres capi non potest, licèt debitor potuisset. Bart. ad l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. tum quia conuentio est merè personalis, quæ ad aliam personam non transit, sicut etiam non transit priuilegium personale. c. priuilegium. de reg. iur. libro 6. tum quia hæres ad hoc non fuit obligatus, nec potuit defunctus hæredẽ qui neque deliquit, neque contraxit, ad arrestum, & sic per consequens ad carcerem, nisi soluat, aut caucat, obligare; sed illa obligatio censetur extincta per mortem debitoris, quo ad hæredes, teste Benedicto de Barzis in tract. de guarant. quæst. 9. primæ partis. Et vt ait Rebuffus d. tomo 1. art. 3. glo. 2. num. 13. ex differentia, quando lex, vel ordinatio concedit ius capiendi debitorem, tunc etiam hæres detineri & capi posset, quia debitor est, & quia lex semper loquitur. l. Arriani, C. de hæreti. Quod non est in tali contractu, qui merè est personalis, & lege non adiutus; & ideo ad hæredes non transit. Iason ad d. l. si decesserit, colum. 3. ff. qui satisda. cog. facit lex 3. & seq. ff. de censib. & ideo inquit, is qui conuenit, vt nõ facta solutione præstita die, possit detineri & in carceres cõijci, si non soluat tali die, capi potest, quia est in mora, & sic in culpa; Sed hæres qui in ius alterius successit, iustã habet ignorantiæ causam an debeatur. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Ideo nõ est in mora, & sic nec in culpa, vnde detineri, aut in carceres detrudi nõ debet. 9 2 1

E contrario verò videri posset, affirmatiuam partem esse veriorem, quia hæres censetur esse vna eademque persona cum defuncto, vt in authent. de iureiur. à mor. præst. col. 4. l. hæredem. ff. de reg. iur. succeditq; cum sua causa, suisque vitijs l. vitia. C. de acq. possess. l. Pōponius. ff. illo tit. & ad id. ad quod poterat cōpelli defunctus potest etiam compelli hæres eius, l. postulāte. ff. ad S. C. Trebell. licèt verbis legis non exprimatur. Ad cuius legis interpretationem respondet Bartolus, hæredem debitoris, vinculis mancipari posse, si ipse debitor potuisset; quia hæres debitoris etiam debitor est, à quo inuito debitum exigi potest. l. debitor. ff. de verborum signifi. & instrumentum publicum, quod meretur executionē contra debitorem, eodem modo meretur executionem contra eius hæredem. Imola & Angelus ad l. 1. ff. de his quæ in testa del. quia ex quo debitor est obligatus in instrumento, obligatio ipsius hæredis, virtualiter quoque continetur in instrumento, licèt hoc ibi non exprimatur. argu. l. 1. C. si cert. peta. & l. ff. de prob. l. 1. ff. quor. leg. vbi notat Bald. quod exceptio, Tu non es nominatus in instrumento, non nocet hæredi, quia nominato auctore, censetur etiam hæres eius esse nominatus. Alexand. ad l. in ratione. §. si filio. colum. 5. ff. ad l. Falcid. aliasque in l. ex contractu. ff. de re iud. clarè dicitur ius executiuum transire contra hæredem, qui nō est noua persona, sed eadem cum defuncto, teste Bart. ibi. Et quamuis ius exequendi nondum natum, non transit ad hæredem. arg. §. seruus. Institu. de cap. dimi. tamē quando iam est in esse productum, tunc illud ius exequendi formatum, transit ad hæredem l. si superatus. §. 1. ff. de pig nor. l. si mater. §. 1. & l. iudicatæ. ff. de excep. rei iudic. Barto. ad l. 3. quæst. 4. C. de pignor. Et quemadmodum stipulator censetur non solum sibi, verum etiam hæred ibus suis, etiam si eorum nulla facta sit mentio, stipulari. l. si pactum. ff. de probat. Ita ecōtrà, & promissor quoque de hæredibus suis intellexisse, eosq; obligasse videtur. l. 2. ff. de verbor. obligat. ex quo generale illud axioma profluit, quod omnia pacta actiuè & passiuè

1 2 3 4

passiuè transeant in hæredes, etiam si de illis mentio nulla facta fuerit; adeo vt plerique existiment, hæredē non excludi, etiam si in renunciatione vel promissione adiecta fuerit dictio taxatiua. Qua de re in vtramque partem, multa suo more accumulat Tiraquel. in tract. de vtroque retractu, c. de retract. conuent. §. 1. gloss. 6. num. 3. cum multis sequentib. quæ omnia hoc vno loco referre non expedit. Ego hic considero quod in simili, licet pactum non valeret, quod debitor omissa citatione, & causæ cognitione capi, & carcerari posset, vt existimarunt Bald. consil. 185. libro 3. Ripa ad l. obligatione numero 27. ff. de pignor. & hypoth. Angel. & Alexan. & alij, ad l alia. §. eleganter. ff. solut. matr. Panorm. & Felyn. ad cap. de cætero. de re iudic. valet tamen eiusmodi consuetudo missi opinatores C. de exact. tribu. libro 10. quamuis enim quicquid potest fieri per pactum possit etiam fieri per consuetudinem. l. fin. & ibi id notant Bald. Bart. Salycet. & alij. C. de fideiuss. Infinita tamen sunt quæ per Legem, Statutum, aut Consuetudinem introduci & fieri possunt, pacto autem defendi non possunt. Castrensis, Bart. & alij, ad l. non impossibile. ff. de pact. præcipuè si statutum, aut consuetudo, nihil quod sit turpe, aut quod bonis moribus vel naturæ aduersetur contineat, vt latè explicat D. Præses Nicolaus Euerhardi in loco à pacto ad legem, &c. Vnde non sine ratione dixit Ripa loco mox citato, quod submissi carceribus & arrestis, passim arrestentur absque citatione, non quidem in vim alicuius pacti, sed in vim consuetudinis pactum approbantis. Quæ tamen consuetudo, cum in facto consistat, nisi esset notoria, probari deberet. c. 1. de constit. libr. 6. Et hæc quidem Ripæ sententia, proximè ad decisionem huius quæstionis pertinere videtur: Nam cum quilibet contrahendo & renunciando videatur se retulisse ad leges patrias, ijsdemque sese conformare voluisse, l. hæredes mei. §. cum ita. & ibi Doct. ff. ad Trebell. latè Alciat. reg. 3. præsumpt. ca. 32. certè debitor qui huic priuilegio fori renunciat, voluisse videtur, quod consuetu-

5

6

ſuetudo vel lex patria, in hanc renunciationem more ſuo influeret & hæredem contineret, qui ſe iniuria affici, ſi arreſtetur die nundinarum, conqueri non poteſt, cum ſciat vel ſcire debeat, eam eſſe conſuetudinem atque ſtatutorum condicionem & naturam, vt ſicut luna dominatur corporibus, ijſdemque qualitates ſuas immittit, ita etiam cõſuetudo vel ſtatutum dirigit humanas actiones, & ſubintrat contractum, vt ſecundum eius præſcripta ſeu obſeruationem contractum eſſe videatur. l. in lege. ff. locat. Chaſſ. ad cõſue. Burg. des droicts à gens maries. Rubri. femme mariee. §. 2. ad verb. ſelon la generale couſtume. num. 1. 2. 3. & ſeq. Ceſſante verò conſuetudine, aut ſtatuto, quamuis animus hic multũ fluctuet, non auſim à communi opinione recedere, quæ eſt in proximis terminis; quod ſi debitor in inſtrumento expreſſe conuenit, quod ſi ſtatuto die non ſoluerit, poſſit incarcerari; præſuppoſito quod tale pactum valeat; hæres debitoris quamuis non ſoluat, non tamen poterit in vim illius pacti incarcerari, quia hæc promiſſio, iuriſque renunciatio, cohæret perſonæ, & ideo ad hæredem non tranſit. Ita decidunt Bart. num. 1. Iaſon num. 13. & alij ad d. l. ſi deceſſerit: tum etiam quia plus poteſt ſtatutum quàm pactum. Bart. ad l. omnes. ff. de Iuſtit. & iur. & quando verba pacti ſunt dubia, contra eum qui ex pacto ſe fundat, & apertius de hærede dicere potuiſſet, fit interpretatio. l. veteribus. ff. de pact. Et quamuis
7 hoc quod dixi, hæredem contineri renũciatione, ſi modò aliàs ſtatutum iuuet ipſam renunciationem, eidemque adſiſtat, intelligunt quidam, vt tamen hæres prius citetur. Bald. ad l. per diuerſas. C. mand. Ange. & alij ad l. intra. ff. de re iudic. doceaturque quod hęres eſt, Caſtrenſ. ibid. Ego tamen puto, quod arreſtum non impedietur, ne abeundi occaſio inſtruatur, & quod etiam de iure ſuffecerit, ſummariè iudicem informare, ampliorem que probationem offerre: quemadmodum & in huiuſmodi negocijs & rebus lex ſummariè, & ſecundũ qualitatem negocij, procedendum eſſe monet, vt ſumptus litium, qui multos conſumunt, euitentur, & ſic nõ

fiat

fiat diuersus processus, vt ait Rode. Zuarez ad l. post rē. extensione. 1. num. 3. versi. ego seruabam. ff. de re iud. & elegantius in 5. limitatione eiusdem l. num. 5. versi. consilium est. Quod in nostra hac prouincia dubium nō habet, vbi; vt inferius dicemus, moribus receptum est, creditorem suo periculo arrestare eum posse, qui legitima exceptione munitus est, licèt in progressu causæ certum sit quod debet, tanquam fundamentum intētionis suæ, 8 probare, arrestatum hæredem esse, adeoque personam illius esse talem, contra quam executio eiusmodi fieri possit. Inno. in c. quia. de iudic. Bald. ad l. si quis curialis. C. de epis. & cler. Latè quoque lib. 1. forens. Instit. c. 4. tractat. Imbertus. vtrum instrumentum, aduersus hęredem, in vim pacti, executioni mandari possit; & tandem ait non posse, si pactum merè personale est, nisi tamen per statutum probetur: veluti si caueatur statuto, debitorem eiusve hæredem prehendi, & in carcerem mitti posse: quod etiam nunc probaui.

Quando arrestatus videatur priuilegio fori tacitè renunciasse. Caput 14.

ARGVMENTA.

1 Dicens se arrestari non posse, declinatorię excipit, & ante litem contestatam hoc opponere debet.

2 Ius reuocandi domum, an & quādo proponi debeat ante litem contestatam.

3 Tempus arresti facti spectamus, sicut & contractus & delicti, quo ad condicionem personarum.

4 Laicus post delictum factus clericus, à quo Iudice veniat puniendus.

5 Exceptio declinatoria post litem contestatam superueniens, an opposita prosit.

ET hæc quidem de expressa renunciatione immunitatis aut priuilegij: Tacitè autem renunciasse videtur arrestatus huic priuilegio, aut immunita-

ti, si

ti, si ante litem in materia arresti contestatam, non excipiat, quod illic arrestari non potuit; quia hæc est exce
1 ptio declinatoria, quæ ante litem contestatam opponi debet, & postea opponi non potest. l. ita demum. C. de procur. c inter. de except. Is enim qui dicit se arrestari non posse, aduersus Iudicem arrestantem excipit, & se coram eo, in vim dicti arresti, cõueniri non posse contendit, aut certè dicit, quòd licèt fortè iure communi propter contractũ conueniri posset, tamen propter priuilegium suum non tenetur ibi litigare, aut respondere. Sic & Inno. Io. Andr. & alij ad c. fi. de foro comp. &
2 potissimum Socinus ibi. 7. q. in princ. decidũt, quod ius reuocandi domũ, cui istud est simillimũ, debet ante litẽ contestatã proponi; quod tamẽ limitat duobus modis, Primò vt procedat quando ius reuocandi domũ competebat ante litem contestatam, secus si cepit competere post litem contestatam: quia tunc potest proponi, etiam post litem contestatam, iuxta not. per Iason. ad d. l. ita demum. Secundò vt procedat quando omnia adhuc sunt integra; sed si is, cui competit ius reuocãdi domum succubuit per aliquam interlocutoriam sententiam super aliquo articulo, nec appellauit, tunc amittit hoc priuilegium. Specu. in tit. de renunc. §. 1. versi. quod si is. Ex quibus duabus limitationibus, videretur etiam hic dici posse, quod si quis esset arrestatus, antequam fieret clericus aut scholaris, aut alias talis qui arrestari non posset, & postea fieret non arrestabilis, non valeret tamen arrestatio, & posset adhuc excipi contra eandẽ, vel saltẽ ea resolueretur; quod non puto esse verum,
3 quia debemus spectare tẽpus arresti facti, sicut spectamus tẽpus contractus, l. Rutilia. ff. de contrahen. empt. & tempus delicti, l. 1. ff. de pœn. & per arrestum videtur arrestatus fuisse præuentus à Iudice arrestante. l. si quis postea quam. ff. de iudic. vbi est clarus & apertus textus, cuius verba sunt hæc Si quis postea quã in ius vocatus est miles vel alterius fori esse ceperit, in ea causa ius reuocandi domum non habebit, quasi præuentus. & vbi ceptum est iudicium ibi finiri debet. l. vbi ceptum. eod. titu.

titu. & glo. ibi notat quod sufficit eum potuisse in ius vocari tempore citationis. l. pen. ff. de iurisd. omn. iud. l. incola. ff. ad municip. quia per citationē tam realem, quæ fit per arrestum, quam per verbalem inducitur præuentio. Bald. in l. officiales. C. de episc. & cler. & factum legitimè non retractatur, etiamsi postea casus superueniat, à quo incipere non potest. c. factum legitimè, de reg. iur. l. 6. Verum est quod Bart. in tract. de iurisd. nu. 8. decidit, quod si laicus is, qui delictū admisit, post admissum delictum clericus fiat, debet puniri per Iudicē ecclesiasticum, & non per Iudicem laicū, nisi in fraudem factus fit clericus; Sed Bald. & alij ad d. l. officiales. supplent, vel etiam nisi à Iudice seculari, per citationē fuerit præuentus, aut nisi fuerit degradatus. Illud tamē verum est, quòd etiam in illis casibus non poterit puniri delinquens postea factus clericus, à seculari Iudice, ea pœna, quam non posset sustinere propter ordinem, & sic non puniretur ab eo corporaliter, sed hæc pœna cōmutabitur in aliam. l. hos accusare. §. vlt. ff. de accus. nisi esset ordine postea motus, quia tunc ab omni clericali priuilegio excidit. c. degradatio. de pœn. lib. 6. & ita in suprema Curia Parisiēsi iudicatum fuisse anno 1371. refert Costalius ad d. l. si postea quam. Probatur etiam hæc nostra decisio apertè in l. cum quædam puella. ff. de iurisdi. om. iud. vbi dicitur quod licèt puella, durante lite nubat. & sequatur domicilium & condicionem mariti, tamen hoc non subtrahit illam à iurisdictione Iudicis qui illud matrimonium præuenit, & coram quo illa nondum nupta litem contestata fuit; & quod priuilegium fori post præuentionem accedens, nō proficit præuento, vt iudicātis imperium declinet; Quod igitur dicitur exceptionem declinatoriam. quæ post litem contestatā superuenit, postea opponi posse, intelligo de ea exceptione, quæ verè quidem competebat ante litē contestatā reo, sed non sciuit illā sibi cōpetere, nisi post litem contestatam, veluti si ignorans tempore arresti facti, iam erat legatus factus, aut si ignorauit hoc priuilegiū sibi & sui generis hominibus cōpetere, quia ignorans 4 5

rans non consentit, & iurisdictio sine consensu, aut per errorem, non prorogatur, vt est elegãs textus in l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudi. De quo errore cum cõstat, facilè apparet, etiam secundæ limitationi Socini non esse locum propter eandem rationem.

An arrestatus præstando cautionem de iudicio sisti, priuilegio fori renunciasse videtur. Caput 15.

ARGVMENTA.

1 Cautio de iudicio sisti quomodo intelligatur.
2 Cautio de iudicato soluendo, non prorogat iurisdictionem Iudicis.
3 Satisdans de parendo mandatis Iudicis, an renunciet fori priuilegio.
4 Qui petit sibi caueri de refundendis expensis, aut soluit sportulas, non videtur ob hoc in Iudicem consentire.

DIsputari etiã posset, an scholaris vel alius quisquam per hoc priuilegio suo renunciasse, & forum Iudicis loci in quo arrestatus est, approbasse & prorogasse videatur, quod cautionem præstat de iudicio sisti ibidẽ? Et paucis dicendũ est, quod nõ, secundũ Bart. in l. si cõuenerit. ff. de iurisd. omn. iudi. quia ea cautio intelligitur, nisi Iudex ex iusta causa recusetur. Nam & in authen. offeratur. C. de litiscontesta. post satisdationem, datur adhuc tempus ad deliberandum, an reus Iudicem adhuc recusare velit; & ibi not. Zas. num. 2. quod non solum potest reus mutare voluntatem, aut litem contestatam si promisit iudicio stare, & si satisdedit de stando in lite, vsque ad finem, verum etiam si copiã libelli petijt, & genus actionis sibi exhiberi. Quod rationem habet; quia præstando cautionem istam de iudicio sisti, intelligitur promisisse non solùm respectu principalis debiti petiti, sed etiam respectu exceptionis declinatoriæ, postea per eum proponendæ. Et idem est si ca-

ſi caueat de iudicato ſoluendo, ſecundum Bart. in l. vir bonus. ff. iudic. ſolui. quia intelligitur, quod promittit ſoluere iudicatum, ſi inuentum fuit quod exceptiones declinatoriæ, & aliæ per eũ proponendæ inuentæ fuerunt, de iure non eſſe receptibiles, & non aliter. Et Bal. ad l. 2. C. de bon. auctor. iudi. poſſ. dicis, quod qui ſatisdat de parendo mandatis Iudicis, non renunciat priuilegio fori, ſed ineſt condicio, ſi de iure tenetur: Et ideo inquit Felynus, in c. inter monaſterium. nu. 9. de ſent. & re iudi. cum quidam ruſticus ſubditus Capitanei Piſani, præſtitiſſet ſatisdationem, de parendo mandatis Iudicis, reſpondi, quod adhuc poterat allegare incompetentiam, quamuis ſatisdediſſet. Et confirmatur hoc per l. ſi quis libellos. C. de appell. vbi ſi quis libellos appellatorios inferat coram Iudice appellationis, & deſiſtat antequam lis acceptum iudicium, non cogitur perſeuerare in lite. Sed aliud eſt, ſi omnino conſtaret de voluntate arreſtati, quod vellet approbare Iudicem loci arreſti, & poſſet illum approbare; clericus enim nõ poteſt, c. ſi diligenti. de for. comp. Et quamuis Doctor. diſtingunt in d. l. ſi conuenerit, inter ſatisdationem neceſſariam & voluntariam, vt ex illa non inducatur approbatio iudicij, ex iſta verò ſic, vt per Alex. latè in l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. Tamen longè ſatius & ſecurius eſt, vt arreſtatus præſtando illam cautionẽ proteſtetur, quod non intendit conſentire in Iudicem, niſi quatenus teneatur. Et prædictam reſolutionem etiam tenet Aufrerius Deciſio. Capell. Theoloſ. 180. incip. Item fuit quæſitum, ſi aliquis fuit conuentus. Vbi etiam addit, quod non videtur cõſentire in Iudicem, ſi petat ſibi caueri de refundendis expenſis, aut ſi ſportulas ſoluat. Videmus enim has cautiones, ab initio præſtari apud Iudicem ab eo, qui ius reuocandi domum habet. l. 2. ff. de iudic. c. fina. de for. compet. & D. Anthon. ad c. 1. de iudic. nec tollitur exceptio declinatoria per illum actum, quem pars facit ante litem conteſtatam, idem D. Anthon. in d. c. inter. Sed eam diſtinctionem puto hic non eſſe neceſſariam ſi non apertè conſtet, aut colli-

3

4

425

gatur quod arrestatus voluit in Iudicem illius loci consentire; quia qui satisdat de iudicio sisti ibidem, licèt vltro faciat, vt per eam satisdationem ab arresto relaxari posset, tamen quodammodo necessitate coactus facit, quod aliter relaxari & domum ad suos redire non potest, & si aliter posset euadere, vtique non præstaret eam cautionem. & sic est hic quędam causatiua necessitas in eo, licet non coactiua, quod sufficit ne aliquo modo videatur per hæc in Iudicem illum consensisse.

Quæ sint necessaria vt debitor vel quis alius arrestari possit. Cap. 16.

ARGVMENTA.

1 Extraneus tantum, aut ciuis suspectus arrestari potest.
2 Suspectus debitor quando dicatur.
3 Arrestatio non fit, nisi creditore postulante.
4 An sit ante arrestationem apud Iudicem faciēda summaria aliqua probatio de debito.
5 Res aliena arrestari non potest.
6 Res apud debitorem inuenta, eius esse præsumitur. & 8.
7 Vxor quo pacto suarum rerum arrestationi se opponat.
9 Pendente altercatione super proprietate rei, an arrestatio rectè fiat.
10 Bona debitoris si apud tertiū existant, quid iuris.
11 Res pignori obligatæ an arrestari possint.

NON dubium est, quin graui iniuria afficiatur, qui ex causa nō legitima sistitur seu arrestatur, cuiusve bona nullo iure detinētur, quod sequēti capite latius dicemus: Et ideo antequā creditor ad arrestū deueniat, curare debet Iudex, vt citra omnem iniuriam causa instituatur. Nam vt Plato ait, legum sanctio huc respicit, vt felicissimi ciues sint, ac maximè inter se amici; qui sanè amici nunquam erunt, si mutuis iniu-

iniurijs vexentur, & si quàm minimæ hæ sint atque pauciſſimæ. Igitur qui bona vel personam alicuius sistere vel arrestare intendit, obseruare debet principio, quod non nisi forensis & extraneus sisti vel arrestari 1
potest; Ciuis enim coram suo Iudice conueniri, iuxta consuetum iudiciorum ordinem debet: & si de dilapidatione suspectus esse incipiat, vt sunt nonnulli, quorum largitio fundũ non habet, & de quibus illud Claudiani dictum videri potest, *Præceps illa manus, fluuios superabat Iberos, Aurea dona vomens, &c.* tunc interdici ei potest, ne bona sua alienet. Quæ tamen interdictio non temerè, sed plenè causa cognita fieri debet, citato eo, cui interdictio facienda est, vt l. in causæ. §. causa cognita. ff. de minor. l. si deserta. C. si propter pub. pensit. Sicut etiam fieri solet, quando adolescenti perdito & luxurioso, mulierique luxuriosè viuẽti, bonis interdicitur, l. si verò. §. adolescens. ff. mand. l. mulieri. ff. de curat. furios. Quod si verò hic suspectus ciuis debitor, iam abitum quoque paret, etiam bona illius sisti possunt, cùm ipse eo casu rectè detineatur. Bartol. & alij ad l. de pollicitationibus, in fin. ff. de pollicita. Bald. ad l. per diuers. C. mandat. & ad l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisda. cog. vbi latè Ias. Roman. consilio 241. inci. Spectabiles. Alexand. consil. 101. libro 2. Suspectus autem 2
dicitur, si officina ejus prẽter consuetum morem clausa maneat. Bart. Angel. & alij ad l. sciendum. ff. qui satisd. cog. si iam exercet ludos iure prohibitos; si sub grauibus vsuris pecuniam accipit; si bona sua mobilia teneat loco secreto, vnde facilè auferri possunt; si multis fideiussoribus se implicat; vel si quid aliud faciat, ex quo Iudex in credulitatem suspicionis adduci potest; De qua re, vt intelligo, latè Ioan. Bapt. de S. Seuerino, in tractat. de suspect. debit. quæstion. 6. num. 12. & alijs, & (quem ego vidi) Paulus Paris. eleganti consil. 99. & consilio 1. lib. 3.

Secundò hoc priuilegium creditori non datur, nisi 3
fuerit postulatum. arg. l. 4. §. hoc iudicium. ff. de damn. infect. quia ad priuatam partis vtilitatem Iudex nõ im-

426

partitur officium suum nisi fuerit imploratũ. d. §. hoc iudicium, ne ipse qui inter vtramque personam litigatorum (vt ait Constantinus in l. vbi. C. de fals.) medius esse debet, se quodammodo partem constituere videatur. Inter postulandum verò, aliqualem fidem facere oportet Iudici de debito, vel per ostensionem instrumenti obligationis, vt censuit Barbatius consil. 9. colum. 10. lib. 2. vel per testes, si fortè syngrapha ad manum non adsit, vel deniq; alia aliqua legitima & summaria probatione, per quam Iudex aliquo modo credere potest, verum esse quod asseritur. Rebuff. ad constit. reg. tomo 1. art. 6. gloss. 3. num. 43. Sed an solum iuramentum creditoris sufficiat, dubitatum fuisse video: Ang. enim ad l. nemo carcerem. C. de exact. trib. & Angelum imitatus Imola ad l. 2. ff. solut. matr. illud existimant sufficere, propter periculum quod est in mora: quia vbicunq; periculum est in mora, ad probationẽ sufficit iuramentum, gloss. & Inno. ad c. quoniam. extra vt lite non cõtes. iuxta l. eorum. ff. de damn. infe. l. qui bona. §. si quis eod. titu. ne si aliæ probationes requirantur, quæ sæpe admodum, nobis ad manum nõ sunt, debitor interim aufugiat. Roman. ad d. l. si fideiussor. §. fin. Salyc. ad l. vnicam. C. de prohibit. sequest. Ioan. Bapt. d. loco. quæst. 6. num. 18. quam opinionem Castrens. quidem per totũ mundum seruari ait; sequiturque eam Paulus Paris. consil. 107. num. 54. lib. 3. quia non fit plenum præiudicium debitori, qui sola cautione arrestum dissoluere potest. Sed aliud visum fuit Bald. ad d. l. apertissimi, num. 9. C. de iudic. & consi. 285. num. 3 & 4. lib. 1. Alexand. sibi contrario, in d. l. 2. Iasoni etiam sibi aduersanti, in §. 1. Institut. de act. Alij verò multa simul requirunt, scilicet quod de debito aliquo modo constet, & quod præterea creditoris iuramentum accedat: quod iuramentum non quidem Seruienti seu Apparitori qui arrestat, sed apud Iudicem præstetur, teste Rebuffo d. loco, art. 6. gl. num. 61. Sed vt eodem loco subdit, num. 43. in multis locis, & iam si nihil Iudici ostendatur, nihilque iuretur ad solam partis & creditoris assertionem conceditur arrestum

restum, à la charge (vt dicũt pragmatici) es despens, dõmages & interestes, de la partie que faict arrester. quod & in hac patria obseruari videmus: existimat tamen illam consuetudinem esse corruptelam, sicut per Senatũ eiusmodi arrestationem dicit se vidisse declarari nullã, quæ arrestatio ad solam partis assertionem facta erat; quia pars quæ eam arrestationem fieri desiderat, nihil fortè habet, cum sit inops: Et ideo post ignominiosam istam arrestationem, non esset alteri parti, tam graui ignominia affectæ satis consultum. Arbitror autem ego consuetudinem defendi posse, sed non inconcoctè accipiendam esse; Iudex enim rationem personarum habere debet, & quid in huiusmodi negocijs æquum sit, pruden ter discutiet, iuxta ea quæ not. Hippol. de Marsil. ad l. quæstionis. ff. de quæst. vbi admodum multos casus refert, qui iudicis arbitrio committuntur, & relinquuntur; Quid enim si actor sit vir prob. & inops qui satisdare pignoribus, aut fideiussoribus non potest, an idcirco iure suo excludetur, & impunita erit malitia rei? Absit à iure iniquitas. Ideoque hoc totum, vt dixi, religioni Iudicis relinquendum esse censuit Bald. ad c. significauit. circa medium de testib. per l. si. creditores. ff. de priuil. credit. l. 3. ff. de cõd. cau. dat. l. in omnibus. ff. de iud. Et quemadmodum Iudex potest eo casu, in quo id iure scriptum non est, cum sibi æquum videbitur, iubere cauere, idque ex arbitrio sibi à lege dato. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod certo loco. Castrens. ad l. stipulationum. l. de verb. oblig. ita etiam omittere, & remittere potest cautionẽ, si ex iusta causa sibi videatur. Latè Tiraquel. de retract. §. 1. gloss. 18. num. 45. cum seq. Sanè cum debitor dicitur suspectus de fuga, tunc Bald. ad l. apertissimi. C. de iudic. dicit suspicionem per solum iuramentũ non probari, nisi prius summariè probentur aliquæ causæ inducentes suspicionem, puta, quod non possideat immobilia, vel quod aliquid ex his cõcurrat, ex quibus superius diximus huiusmodi suspicionem generari: Et ideo Iudex cautus esse debet, ad interrogandum de causis suspicionis, quæ si verisimiles reperiantur, poterit

procedere ad arreſtum vel capturam vt ibi per eum, quẽ refert & ſequitur Vitalis in tract. clauſul. in verb. Nihil nouari dilatione pendente, Dec. conſil. 75. Caſtrẽ. conſil. 40. Anchar. conſil. 85. & ſuper iſta ſuſpicione recipi poſſunt teſtes, debitore non citato, ne fuga inſtruatur, vt ait Bald. ad l. conſentaneum. colu. 5. verſic. Quæro vna cum Brutio. C. quom. & quand. iud Felynus ad c. Rodulphus. de reſcrip. colum pen. in 3. fallent.

Sunt etiam qui requirunt, quod ſaltem ſummariè cõſtet, quod tempore contracti debiti, debitor erat idoneus ſoluendo, & quod ſibi aliqua calamitas inſignis euenit, aut aliter inops factus eſt. Si enim eius condicio nõ eſt mutata, imputet ſibi qui cum eo contraxit. Qua de re multa refert in ſuis memorabilibus Catel. Cotta, ad verbum Debitor. Sed quia conſuetudo noſtra hoc non admittit, abundeque ſuperius ea de re dictum fuit, articuli illius tractationem, ne actum agam, hoc in loco prætermittam.

5 Illud verò indubitatum eſt, quod quemadmodum res aliena pignori dari, aut hypothecæ ſupponi non poteſt, quoniam in rem alienam, debitor ius non habet, l. aliena. l. rem alienam. ff. de pig. act. Ita etiam res quæ non eſt debitoris, arreſtari, & ſiſti non poteſt; quia creditor in eam ius non habet, vt nec debitor ipſe, & nemo alterius odio prægrauari debet, c. nemo debet. de reg. iur. lib. 6. Et ſicut executio ſententiæ fieri non debet in rebus alterius, quam ipſius condemnati, ſiue ſint res alterius quo ad proprietatem & poſſeſſionem, ſiue quo ad poſſeſſionem tantum, ſiue quo ad proprietatem tantum, vt not. ff. de re iud. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper reb. & pulchrè Bald. ad d. l. ob maritorũ. circa prin. C. ne vxor pro mar. ita quoque neq; arreſtatio, quæ (vt ſuperius diximus) ſpeciem aliquam executionis continet. Sed an ſi dominium rei debitori ſuperueniat, arreſtatio cõfirmabitur, alterius eſt loci, tractaturque ad d. l. rem alienam. & latè à Cõnano libr. 4. c. 13. nu. 6. Sed nos ea de re latius
6 ſuo loco proprio, inferius dicemus. Præſumitur tamen quod res pertineat ad debitorem, quæ apud eum repe-

ritur

rtur, l. siue possidetis C. de probat. Doctor. in c. cum ecclesia. de cauſ. possess. & proprieta. & quidem præcipuè quando non principaliter, sed duntaxat incidenter de dominio quæritur. Innoc. ad c. illud. de præsumpt. Imol. ad c. ex literis, de probat. Bald. ad l. 2. C. eo. tit. Castrens. consil. 6. consil. 94. consil. 320. consi. 177. & consi. 30. Quo pacto Rebuffus d. loco, num. 52. iudicatum fuisse testatur, aduersus quendam generum, qui se arresto opposuerat, dicens esse suum equum, qui apud socerum repertus fuit, nec aliter probauit. Sic est in bonis vxoris & mariti, quia res existentes in domo, in qua indifferenter habitant maritus & vxor, potius præsumentur viri, quàm vxoris, propter præeminentiam. Vnde oportet quod vxor probet eas esse suas l. si ego. §. dotis. ff. de iur. dot. bi est xt. not. in quo decisum est, quod vxor id hodie potest probare, per scripturam priuatam mariti, si modo veritas aliqua ratione etiam aliter ex circunstantijs, vel ex ipsarum rerum qualitate appareat, vt quia sunt vestes muliebres, vel alia muliebria ornamenta, quæ vxores cõsueuerunt habere, tanquam res paraphernales, vt ait Baldus ad d. l. ob maritorum. versic. sed nonne. Nam ex quo sunt ad vsum eius deputata, eaque possidet, præsumitur esse earum domina. vt l. penult. ff. de condit. instit. l. 1. ff. fami. ercisc. quod ego etiam tunc puto esse verum, in his rebus, quando mariti scriptura non concurrit. Quod amplius est, si 7
vxoris bona arrestentur, posset vxor etiam propria auctoritate inijcere manus in res suas detentas per maritum, scilicet ne occupentur per creditorem, licet prima facie id esse videatur, contra l. si quis in tantam. C. vnde vi. & l. extat. ff. quod met cauſ. & c. fin. eod. titu. Sed verè non aduersatur hoc factum legis dispositioni; quia quamuis possessio fuerit in virum translata, tamen propter communionem vitæ, ipsa dicitur possidere, & possessionem suam continuare. l. aduersus. C. de crimin. expil. hæred. quod & Chassanæus de bonis vxoris, à fisco propter delictum mariti apprehensis, respondit ad consuet. Burg. tit. des confiscations. §. 4. num. 4.

versic. In publicatione. Quinimò in grauiore casu testatur Baldus ad d. l. ob maritorum. in fin. res dotales capi non posse, etiam pro debito vtriusque simul, quando scilicet alienari nō possunt: vnde si possent alienari, & vterque se suaque obligasset, alio iure vtendum foret.

8 Salycet. verò eodem illo loco, versic. Quæro quid si domus, &c. disputat an res mariti esse præsumantur, quando ipsa domus non erat mariti, sed vxoris in quam maritum induxit; Quod quidem dici posse videbatur, quasi possessio domus, in maritum translata fuerit, & sic etiam res in ea existentes possidere dicatur; quamuis è contrario verisimile sit, eam possessionem domus cui insistit, ad maritum non transtulisse. Sed hanc quæstionem alijs finiendam terminandamque reliquit. Sanè ex his quæ latè notat Alciat. regul. 3. præsumpt. c. 26. mihi videtur, quod arbitrium Iudicis plurimum in his potest, qui perpendet, vtrum maritus pauper fuerit, vxor verò diues, vel an suppellectilem induxerit in domum vxoris, nec ne, & alia pleraque huiusmodi, vt sic præsumat bona illa, vel vxoris, vel mariti esse, aut fuisse.

9 Quid igitur, an pendēte hac altercatione super proprietate rei, arrestatio fieri poterit? Baldus dicto loco, versi. Quæro nunquid, &c. asserit pendente protestatione, missionem bonorum possessionem fieri non posse, & factam non subsistere, quia Iudex perperam & inordinatè procedit. §. super hoc. in authent. vt nulli iudic. Sanè ex dispositione l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. satis apparet, quod Iudex summariam cognitionem super hac re adhibere debet; & si aliæ sint res quæ arrestari possint, debet in his arresti potestas exerceri, alijs dimissis, ne creditor diu cogatur super eiusmodi quæstione litigare, teste Raphaele Iasone, & Zasio ibi.

10 Quoniam verò superius diximus, etiam solius possessionis rationem esse habendam, ex cōmuniore sententia videtur, quod si debitor diu ante arrestum transtulit bona hæc in tertium, tunc prius agi debet reuocatoria, vel restituat res. Sin autem alienauit, cum sciret

quod

quod arrestarentur, tunc ista vitiosa possessio non prodest opponenti, nec vlla reuocatoria actione opus est, sed recta via auocari possunt. Quæ omnia ad d.l. ob maritorum, notat eleganter Albericus contra vicinos, & amicos, dicentes eiusmodi bona esse sua, vt amicus, vel vicinus executionem euadat. Quod si res debitoris apud creditorem alium pignori obligata existat, poterit nihilominus (ni fallor) arrestari, & arrestata post sentẽtiam vẽdi ac distrahi à nouo isto creditore, si modo creditori priori, cui pignori data fuit, debitum exoluat, d. l. à diuo Pio. §. quod si res; vbi dicitur, quod in causam iudicati, creditor cogitur exhibere pignus suum conuẽtionale, vt in eandem causam distrahatur; sed ius pignoris durat creditori, in quamcunque manum res perueniat, donec pecunia ei soluatur. quod latius ibi cum alijs explicat Zasius. 11

Vtrum arrestum indebitè factum, ex alia iusta causa confirmari possit.

Caput 17.

ARGVMENTA.

1 Tenuta minus ritè concessa reuocari an debeat. & 11.
2 Spoliatus quando ante omnia sit restituendus.
3 Confirmare, minus est quàm de nouo dare.
4 Debitum iustum, si soluatur, prætextu ordinis nõ seruati, executionis nõ ritè factæ, vel quia per vim ab executore est exactum, vel per metum promissum, non repetitur.
5 Facta multa tenent, quæ non facta prohibentur.
6 Captura an resoluatur quę nulla fuit, si modo aliter de veritate debiti constare possit. 6. & 10.
7 Causa non iustificata in propositione, non potest iustificari in probatione.
8 Creditor si plura bona exequendo vendat, quàm exposcit debitum, an tota executio concidat.
9 Iudex qui de facto processit, de facto iterum reuocare

care poterit.

12 Ius constante iudicio, vel postea adueniens, non prodest actori.

13 Lex nihil frustra facit.

PRæcedenti quæstioni proxima est hæc, an omnia omnino corruant, & ipso iure nulla sint, si arrestū aliter atque oportet factum sit? Pone enim debitū ob quod arrestabatur persona, vel res debitoris, nullum fuisse; nihilominus tamen ipsum arrestatum, alia ex causa, vel antiqua, vel de nouo superueniente, eidem arrestanti obligatum fuisse. Habet hæc quæstio vtrinque suos assertores, neq; adeo leuis visa fuit veteribus, quin eam magna ingenij fatigatione, ne dicam magna contentione, examinandam duxerint. Sunt enim non pauci, summæ auctoritatis interpretes, qui existimant arrestum quod est nullum, ex alia causa iustificari posse: & licèt non loquantur propriè de arresto, loquuntur tamen de captura, quæ arresto est proxima. Et quidem in primis Aymo Crauetta, consil. 46. incip. De stilo ciuitatis Grationopolis. versicu. ad istud respondeo, nu. 7. dicit fuisse quosdam incarceratos pro debito vnius floreni, quæ incarceratio fuit indebita, & contra stilum illius ciuitatis, petebantque propterea relaxationem. sed creditor obijciebat, non debere eos relaxari, quoniā erant obligati adhuc in alio debito, iuxta tenorem aliarum literarum, & si carcerati non essent, deberent tunc de nouo incarcerari vigore illarum literarum, & respondet tandem Aymo, relaxandos non esse, motus ex verbis Angeli & Alex. ad l. si finita. ff. de dam. infect. di-
1 centium, quod tenuta minus ritè concessa, reuocari non debet, quando si concessa non esset, de nouo esset concedenda. Quod dictum refert, & sequitur Iason ad l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. & in l. si pacto, num. 5. C. de pact. Decius. ad c. cum cessante. de appell. & consil. 191. & 449. In qua opinione etiam est Castrens. consilio penult. libr. 1. his verbis: Postremò etiamsi non ritè facta fuisset dicta captura, si tamen con-

stat

ſtat de debito, quia cõfitetur, vel alio modo apparet, debet ſuſtineri. l. fi §. fi. ff. quod met. cauſ. Pariſ. conſi. 99. nu. 34. lib 3. Nam & in cauſa poſſeſſionis recuperandæ, licèt ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus: tamen ſi de proprietate manifeſtè conſtat, exiſtimant omnes, quod eſt deneganda reſtitutio. c. cum eccleſia. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. c. cum ſuper. de reſtit. ſpol. Ita & hic deneganda eſt reſtitutio, in priſtinam libertatem, ſi de debito conſtat, ex quo poterat capi. Hæc ille. Sequitur etiam hanc ſententiam Socy. conſi. 113. incip. Quoniam in cauſa capturæ, circa fin. verſic. Poſtremo, lib. 3. Rom. ſing. 256. Anchor. in ſimili, conſil. 116. incip. Secundum ordinem. nu 9 Abbas conſi. 29. in fin. Alexand. conſil. 81. incip. Inter Gaſparem. col. fin. lib. 7. Angel. in §. quadrupli. colum 21. Inſtit. de act. Sebaſtianus Vantius in lib. de nullitat. tit. quib. mod. ſent. null. defen. poſſ. nu. 130. Barbatius conſi. 86. lib. 3. Catell. Cotta in ſuis memorab. ad verb. Creditor fecit detineri debitorem. Sic & Curt. Iunior conſil. 27. incip. Noua & ingenioſa, nu. 5. verſ. Accedunt ad confirmationem. ait, quod Iudex videns licentiam ingrediendi poſſeſſionem alicuius de nouo concedendam, non debet priorem licentiam, licèt illegitimam, reuocare, ita vt ſuperueniẽte ſolenni auctoritate Iudicis, tenuta quæ fuit nulla, poſſit æqua & benigna quadam metamorphoſi, in aliquam tranſ. mutari: ſicut quando appellatur à ſententia iniqua, appellatio deuoluit totum negocium ad Iudicem appellationis, adeo quod Iudex ex noua cauſa poteſt ſententiam confirmare, vt & idem poteſt quando coram eo diſputatur de nullitate tenutæ. Inno. in c. cũ contingat. de offi. deleg. Bart. ad l. ſi expreſſim. ff. de appell. quia ſi poteſt de nouo dare, multo magis poteſt etiam confirmare. Eſt etiam in hac opinione Ludouic. de Gozadinis conſi. 21. incip. Videtur dicendum. verſi. Decimoſeptimò. num. 31. dum ait, miſſionem in poſſeſſionem nõ legitimè factam, confirmandam eſſe à Iudicibus, quãdò aliàs de nõ iure aduerſarij conſtat. Quo modo & laſ. cũ multis alijs. ad l. ſi pacto. C. de pact. & Ioã. Neuizanis conſi.

2

3

429

consil.77.respondent, quod si debitor habet bona, contra quæ prius debebat fieri executio, & eo non obstante
4 carceretur, posteaque soluit creditori, non potest postquam fuit relaxatus repetere solutum, prætextu ordinis non seruati, illegitimeque factæ executionis. Ruxsumque Castrensis ad l. si cum nulla. §. fin. ff. de re iud. ait, quod quando præcessit sententia, & in eius executione fuit omissum aliquid quod non erat omittendũ, tunc non restituitur debitum exactum. Qua in re Fulgos. consil. 178. incip. Iacob. colum. 1. Iaffredum conclus. 130. Mathæ. de Afflict. in consti. Circa violentiarum sequaces habet; Idemque repetit consil. 19. libr. 1 Cui accedit, quod consil. 51. lib. 1. incip. Sapientiæ, consuluit Barba. quod exactum per vim ab executore, non rescinditur, nisi quatenus est indebitum; & quod illud quod promittitur per metum, si de se est licitum & iustum, valet. Hippol. ad l. patre. colum. 12. versic. Item etiam. ff. de quæst. Bald. consil. 328. lib. 1. quod repetitur consi. 40. lib. 4. Præpositus ad c. vt debitus. colum. 12. versic. non obstat. de appel. Albericus quoque ad l. si ante. §. fin. & ad l. si de vi. ff. de iud. asserit, quod si notoriè de debito constat. & Iudex non seruato ordine iudiciario, per executorem cogat debitorem, vel soluere vel tradere, non potest contrauenire debitor, quia per talem solutionẽ vel traditionem extinctum est ius creditoris, quod iniquum esset retractare; quia inordinata executio nõ retractatur, & quod debitè fieri potuit, non rescinditur
5 propter indebitum modum; adeoque etiam propter auctoritatem Iudicis multa facta tenent, quæ aliàs fieri prohibentur. l. 1. §. biduum. ff. quando appel. sit. l. 1. ff. si quis ius dic. non obt. Bald. in d. l. fin. §. fin. Sic & Socin. in tract. de citat. Si, inquit, quidam erat debitor meus in diem, & ego timens ne antequam dies solutionis veniret, fugam caperet, feci pro calumnioso debito eum capi, & in carcerem duci, hac cogitatione, vt dum de eo disputatur, cedat dies veri debiti, propter quod eum arrestare, & in carcere retinere possum, iure hoc facio: quoniam quæ sunt nulla, non defectu materiæ, sed formæ

mæ, possunt habilitate materiæ postea superueniente, scilicet verò debito, confirmari, & reconualescere, iuxta ea quæ not. Castrens. ad l. sed eximendi, §. item si is. ff. ne quis eum. & Vantius, in tracta. de null. proces. in vlti. par. num. 35. lib. 3. ait, non esse retractandam ca- 6
pturam, si aliàs de debiti veritate ex confessione capti constare potest: & Rebuffus ad ord. reg. tomo 1. artic. 6. gloss. 3. num. 45. Primò. in fi. & Ioan. Constant. ad ord. reg. art. 66.

Contrariam verò partem sustinet Bald. consil. 208. incip. Ista captura. & consil. 231. incip. In causa carcerati. libr. 4. quia captura vel detentio iniuriosa confirmari non potest, sed infirmãdum est, quod sine ratione processit. d. l. si cum nulla, l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat, l. cũ vnus. ff. de [illegible] act. iud. possiden. & causa legitimè nõ 7
iustificata vel intentata in propositione, non potest iustificari in probatione, l. 1. §. fin. ff. de iureiur. & ideo, inquit, debitor relaxandus est, pronunciarique debet detentio iniquè & perperam esse facta, quia forma non est seruata, & omissio formæ reddit actum ipso iure nullũ, & in qualibet minima parte vitiat totum actum, etiam si is respiciat piam causam. l. cum hi. ff de transact. l. hac consultissima. C. de testa. Ias. consil. 126. libr. 2. Hippol. consil. 64. Et sicut cùm creditor plura bona sub hasta 8
distrahit, quam debitum eius postulat, tota venditio retractatur, vt volunt Afflict. decis. 358. Bertran. consilio 279. libro 3. Guid. Papæ consil. 43. lib. 3. consil. 403. Calcaneus consil. 123. Ita & istiusmodi illicita detentio, seu arrestatio, quæ de facto processit, debet etiam de facto retractari, sicut de indebita exactione, consil. 179. libr. 6, dicit Alexand. quia initium cuiusque rei est inspiciendum. l. j. ff de origi. iur. cum similib. & quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualescit. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. c. non firmatur. eod. tit. lib. 6. Quam 10
sententiam sequitur Paulus Paris. sibi contrarius cõsi. 101. lib. 3. dum ait capturam minimè iustificatam, aut nulliter factam, imprimis declarandam esse, ipso iure nullam, & debitorem omnino esse relaxandum. Nec

obstat,

obstat, inquit, quod postea cessit dies obligationis & solutionis, & consequenter, quod poterit iustè carcerari, & in carceribus commendari; quoniam ista non impediunt relaxationem & restitutionem ad pristinā libertatem, qua fuit spoliatus: Primitus enim declarandum erit dictam capturam fuisse nullā, & minus iustè factā, & ante omnia debitorem relaxandum, pristinæque libertati restituendum esse. Quo facto postmodum potest iuris ordine de nouo procedi, iuxta decisionē Bart. ad l. quarundā. §. omnia. ff. de acq. rer. do. Sequitur Roma. d. consi. 241. & in ea re consentientē sibi habet Decium consil. 75. Bald. consi. 229. inci. De iure communi. lib. 4. Paris. de Puteo lib. de syndicatu in verbo, Captus. qui vnanimi consensu, respondent, quod præposteratio ordinis vitiat capturā, etiamsi superueniant probationes, & quod ex actis, probationibus aut alia causa iustificari non potest, quando legitimus ordo nō fuit seruatus, sed debet pronunciari ipso iure nulla, aut certè Iudex, debet cōtrario imperio arrestum relaxare, & debitorē dimittere; quia vis spoliatiua propriæ libertatis dicitur capto inferri, quando iuris ordo nō seruatur, vt ait Cepola consi. 19. nu. 3. quia talia adferre post iniquā arrestationem, est ædificare sine fundamento. d. l. si cū nulla. Decius ad c. ex ratione. de appel. Felyn. ad c. cū dilecta. §. ordo scripturæ. ante fin. de rescr. Si enim fundamentum est malum, debet destrui quicquid est superædificatum. c. cum Paulus j. q. j. vt pulchrè in hoc eodem casu respondet Anchar. consi. 292. inc. Videretur, nu. 4. Nec obstat, inquit, l. fin. §. fi. ff. quod met. caus. quæ loquitur in vi compulsiua, quæ qualē qualē in se habet cōsensum: sed aliud est in vi ablatiua libertatis, pro qua etiā prædo agit, c. cū quis. de restitu. spol. quia sicut iniustè & violēter priuatus sua possessione, debet ante omnia restitui, c. conquerente. de rest. spol. ita etiā priuatus propria libertate. Accedit iterum in eandē sententiam Roma. consi. 320. incip. Hæc istorum quinque, docens capturam indebitè factam, de facto irritandam. Nam, inquit, in simili, si sine ordine iudiciario Iudex proces-

serit

ſerit ad poſſeſſionem vnius, alteri dandam, certè illam de facto auferre poterit, quia quemadmodum nimis facilis fuit in mittendo, ita facilis eſſe poteſt in reuocando, ſicut in l. 1. §. nunciatio. ff de no. ope. nunc. latius oſtendit, tenutam (ita enim appellitat) de facto datâ, de facto reuocari; & in eam ſententiam adducit text. in l. fin. §. nullo tempore. ff. de lib. hom. exhib. vbi deciſum eſt, nullo tempore liberum hominem non ritè carceratum detineri, nullamque ſuper ea re temporis prolongationem vel dilationem eſſe concedendâ. In qua opinione, etiâ Alex. conſi. 19. lib. 3. fuiſſe videtur, eâdemque & ſo. de Neuiza. conſi. 52. num. 43. probat. 13

Sanè in tanto opinionum fluctu atque diuerſitate, ſi quid meum iudicium hic poteſt, exiſtimo vtranque ſententiam probabiliter cõciliari poſſe, ſcilicet, quod ſi manifeſtè con... reſtationem non ritè eſſe factam, etiã ſi poſtea cauſa ſuperueniat, pronunciandum eſſe, nullam & inualidam, & aduerſus legem, aut conſuetudinem conceſſam, eundemque arreſtantem in expenſas, & id quod intereſt condemnandum, qui per nouam iſtiuſmodi cauſam, ius abſolutionis, ex iniqua arreſtatione, debitori acquiſitum auferre non potuit, ſibique acceptum ferre debet, qui ex cauſa illegitima arreſtum fieri procurauit. Nam ſicut Rex pugnaturus contrà aduerſarium regem, prius congregat exercitum, & ſic ſeſe prælio committit: ita quoque & creditor, futurusque actor, non niſi præparatus ad iudicium accedere, & ſic debitorem arreſtare debet; Nec refert, optimæ exiſtimationis ſit creditor, reus verò perfidus & deploratus: quia quantumuis præſignis actor non probet, & cauſam ſuam non iuſtificet, reus abſoluitur. Alciat. ad l. qui accuſare. num. 25. cum ſeq. C. de edend. eaque in re non qualitas Rei, ſed ius actoris conſideratur. l. 1. ff. ſi pars hæred. pet. l. fin. C. de rei vendit. Adde etiam, quod ea quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. act. & ius iudicio conſtante, vel poſtea, aduenies, non debet actori proficere. c. vltimo, vt lite pendent. not. 13

in

in l.si rem.§.vltim.ff. de pignor. act. cum in iudicium non venerit, l.non potest videri.ff.de iudic.l.quæsitum ff.de pecul.& ideo merito reus absoluitur. Quo pacto enim Iudex ex alia causa iustificabit arrestum, de qua ipse creditor non cogitauit, aut quam suo tempore nõ expressit? Cæterum propter eiusmodi debitum de nouo apparens, existimo detinendum & minimè relaxandũ esse dictum debitorem, qui si esset relaxatus, denuo capi
13 vel arrestari posset: Lex autem nihil facit frustra. Quã conciliationem, vel mauis nouam tertiam hanc meam opinionem, abundè ex his stabiliri posse existimo, quæ eleganter & fusè ad d.l.non potest videri.ff.de iudic.notat Castrensis: quæque consil. 46. refert Aymo Crauetta, aliaque quædam, quæ ad huius rei confirmationem pertinent cap. inferius dicam.

Qua actione teneatur qui personam aut res alterius indebitè arrestari fecit.

Caput 18.

ARGVMENTA.

1 Iniuria magna afficitur is, qui indebitè arrestatur.
2 Iniuria est, fideiussorem idoneum respuere.
3 Mercatores ex fide promissorum dependent.
4 Mercator etiam lucrum cessans petit.
5 Creditor malè arrestans an ius crediti amittat.
6 Debitor non ritè arrestatus, an approbet arrestum dando fideiussores.
7 Protestatio vbi non sit necessaria.

QVoniam verò iniquam arrestationem retractãdo, Iudex non plenè satisfacit parti tam ignominiosè arrestatæ: illud quoque quæri potest, qua
1 ratione teneatur, qui vel personam, vel bona alicuius nullo iure detinuit vel arrestauit? Et sanè quod iniuriarum teneatur, ex l.si creditores. in fin.ff.de priuile.cred. & ex l.pen.C.qui bo.ced.pos.responderunt Alex.consi. 19.in

19. in fin. lib. 3. Ioan. de Neuizanis consi. 52. nu. 29. Petr. de Bella pertica, Alber. & Salic. ad l. ab executione. C. quor. appell. non recip. Henningus Goden, consil. 38. num. 6. & probatur in l. 1. & penul. C. qui bo. ced. possſ. Quo modo & ipse Vlpi. ait, eum qui alicuius rem per iniuriam occupauerit, vel non debitorem, quasi debitorem appellauerit, iniuriarum teneri, l. item apud Labeonem. §. si quis bona. & §. seq. de iniur. & quod amplius est, etiam is qui duntaxat recusat fideiussorem idoneum recipere, actione iniuriarum tenetur, l. si verò. §. 1. ff. qui satisda. cog. Ratio autem hæc est, quod eiusmodi detentio sine iniuria fieri nequit, c. ex parte. de verb. significe. Alciat. ad l. 1. num. 9. C. de in integ. resti. Iaſ. ad l. 4. §. condemnatum. numero 31. ff. de re iud. Curt. in tract. de sequest. quæst. 8. Et quidem præcipuè grauis est v[illegible]li, vel potenti alicui mercatori qui sæpe ex sola fide creditoque pendet, quod pulchrè d. consil. num. 8. asserit Neuizanus. Et grauibus personis metus infamiæ propemodum maior est, quàm metus mortis. l. isti quidem. §. penul. ff. quod met. cauſ. non solum quando metus infamiæ est de præsenti, sed etiam in futurum. glo. in verb. seu mulier. d. §. penult. & minor coërtio personæ, maior censetur omni pœna pecuniaria. Hosti. ad c. tui. vt lit. non contest. & Iustinus Goblerus in suo quodam consil. in terminis: loquens de arrestatione iniustè facta. Tum verò non dubium est, quin ad damna, & id quod interest teneatur, vt not. Ioan. Constantinus ad ord. reg. arti. 77. versi. quid si iniustè appareat per l. si oleum. ff. de dol. & Alexand. d. loc. Quinimò si is qui arrestatus fuit, erat mercator, nō solum damni accepti, verumetiam lucri cessantis ratio habenda est, l 3. §. fin. l. socium qui. ff. pro soc. Cardin. ad clem. 1. quæst. 8. de vsur. Roman. consil. 117. Alexand. ad l. diuortio, & ad l. insulam. §. vsuris. ff. solut. matrimo. Socyn. consi. 179. lib. 2. Dec. consil. 16. latè Rebuff. ad l. vnicam. glo. vlt. nu. 23. C. de sent. quæ pro eo quod inter. prof. Neque desunt qui existimant, iniuriosum, imperitum, seu imprudentem iſtiusmodi creditorem, in

2

3

4

5

432

pœnam huius temeritatis, quæ certè cohibenda & restringenda est, omne ius sui crediti in vniuersum amittere. Bal. ad c. causam matrimonij. in fi. de offic. deleg. & consil. 115. lib. 1. antiquæ impress. incip. proponitur. & in noua impressione 212. Iason ad l. 3. ff. de iurisd. omn. iud. col. antepe Dec. consi. 75. versic. 1. Rochus de Curte ad c. at si clerici. in 3. notab. de iudic. Cotta ad verb. Creditor faciens detineri debitorem. Quod tamen ego minus durum & acerbum esse censeo, præcipuè cum Iudicis auctoritate, vel more solito, licet non ritè & pro vero debito arrestum factum sit, aliasque etiam nō amittit creditor ius suum, nisi quando vel sine Iudice, id qd suum, vel sibi debitum est, reposcit, vel ius sibi dicit. l. extat. ff. quod met. caus. l. creditores. ff. ad l. Iuliā de vi: satisque punitur hæc eius temeritas, modo ante dicto. Videat tamen & cautè animum adijcat debitor ne maiore facilitate & imprudentia, hisce auxilijs excidat. Socy. enim consi. 113. incip. Quoniam in causa. lib. 3. respōdet, quod capturæ licet iniquæ consentire censentur illi, qui vltro præstant fideiussores, de non recedēdo. Nec obstat, inquit quod dici posset, quod detentus videtur dare fideiussorem quodammodo compulsus, cum aliàs nō relaxaretur: quia præsumitur pro iudice, quod imò
6 relaxaret eum si aliqualiter de causa instrueretur. Nec est verisimile quod violentia ei inferretur, præcipuè in actu apud Iudicem facto, iuxta not ad l. non est verisimile. ff. quod met. caus. Quo modo & Bald. ad l. 2. C. de ser. fug. ait, quod captus iniustè, si non reclamet, valet contra eum sententia & executio Sanè vix est, vt in hāc sententiam accedere possim: Nam qui satisdat, certè vt euitet detentionem satisdat, non vt aduersus iniuriosum arrestantem non agat, cum sciat ius suum sibi durare. Ideoque actus satisdationis animum & intentionem satisdantis egredi non debet. l. nō omnis. ff. si cert. pet. & hæ protestationes magis sunt vtiles, quàm necessariæ l. 4 §. si in venditione. ff. quib. mo. pig. vel hypoth. fol. Bart. ad l. 2. §. quod diximus. ff. si quis caut. Aret. cōsi. 162. Panor. in c. plerumque. de rescript. & in c.

ex

ex trāſmiſſa. vbi etiā Fely. de præſcrip. Caſtrenſ. conſi. 21. incip. In cauſa deſertionis. ita vt vbi lex aliā cōiectionem non remiſſi iuris habere poteſt, earū omiſſio ad extinctionem actionis debitori competentis, nullo modo ſufficiat. Quam ſententiā, & humaniorem & veriorem eſſe aſſerit Iaſon ad l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. nu. 2. verſi. Iſta ſecunda opinio. col 3. ff. de no. op. nunciat. Et cū proteſtatio fiat duntaxat ad iuris noſtri conſeruationē. l. fi. ff quib. mo. pig. vel hypoth. ſol. certè licet fuerit prætermiſſa, dummodo poſtea de iniuſtitia rei geſtæ cōſtet, non debet tollere ius partis; ſicut aliàs multis locis, vbi proteſtatio nulla interceſſit, ſola impedimenti probatio ſufficit, l. 2. in prin. ff ſi quis caut. l. ſcire oportet. §. ſufficit. in verb. ignoſcendū ei eſt, ff. de excuſ. tut. l. quibus diebus. in princ. & ibi Bart. ad finem. ff. de cōdit. & demonſtrat. Semper tamen conſultius eſt proteſtatione vti, etiam ſi aliàs eo tempore quo interponitur ad euitandam iniuriam, ſeu infamiam, apud improbum creditorem non prodeſſet. Declarat enim affectū & intentionem debitoris, tam iniquo facto reluctantē, abundansque cautela non nocet, hoc præcipuè ſeculo, quo vel minima occaſione in abiſſum & veluti labyrinthum litium incidimus. vnde facilè nos etiam in iuſta cauſa, extricare non poſſumus. 7

Arreſtatio per quem fieri debeat.

Caput 19.

ARGVMENTA.

1 Bona debitoris ſine ſolenni ritu in creditorem transferri non poſſunt.

2 Pœna arreſtantis propria auctoritate debitorem non fugitiuum.

3 Apparitor vtrum abſque mandato Iudicis aliquē arreſtare poſſit.

4 Iniuriarum actio non ſemper reponit debitori famam, etiamſi ſecundum ipſum iudicetur.

5 Conſuetudo in arreſtis attendenda.

433

6 Principes an sine expresso Iudicis mãdato per apparitorem arrestari possint.

7 Apparitor an apparitorem subdelegare queat.

PER quem verò arrestum fieri debeat, quæri posset; Nam bona aduersarij tui in te transferri citra
1 solennem ordinem, frustra deprecaris, inquit, Gordianus l. si pacto quo pœnam. C. de pact. Sanè constat neminem in iudicio exhibendum esse, nisi de cuius exhibitione Iudex pronunciauit, l. fi. C. de exhib. & transf.
2 reis. Et si quis debitorem non fugitiuum propria auctoritate arrestauerit, vel detinuerit, vel res illius, debitum perdit, & pœnis corporalibus subijcitur, secundũ Math. de Afflict. ad constit. reg. incip. Duram & diram. in 3. notab. versi. incip. Quid autem de illo. Ideoque existimant Interpretes Apparitorem, seu (vt vocant) Seruien
3 tem, absque mandato & præceptione Iudicis, nisi periculum sit in mora, non magis debitorem alicuius detinere & arrestare, quam vinculis mancipare, & in carcerem ducere posse. Bald. ad d. l. fin. & ad l. si quando. 12. quæst. C. de testib. argu. l. 2. C. si in causa iudic. pign. capt. fit. Mansuerius in sua praxi, tit. de execu. & subhast. vers. Item seruiens. quod & in Francia quoque moribus receptum esse asserit Rebuffus, ad consti. reg. tomo 3 tit. de citat. art. 2. gloss. 4. num. 10. dum ait, quod licet quis eo ipso quod factus est Apparitor, potest statim sine alia commissione, ad solam partium requisitionẽ aduersarium citare, capere tamen, prehendere, vel arrestare sine Iudicis mandato non potest, quod res illa grauior sit, & non nisi cum iactura aliqua rei familiaris, eiusque qui arrestatur ignominia & infamia fieri solet. Sunt tamen qui existimant creditorem simpliciter cũ Apparitore publico, personam aut res sui debitoris sistere & arrestare posse; quasi scilicet eiusmodi Apparitor mandatum Iudicis ad eiusmodi actus habere videatur. Pirrhus ad consue. Aurel. tit. de exec. & locat. §. 8. in fin. Sed hoc nisi periculum sit in mora, periniquum ac durum foret. Homines enim imperiti, & nonnunquã

etiam

etiam improbi, nulla facta distinctione, sæpe graues viros iniuria afficiunt, quæ sola iniuriarum actione, non semper ex integro eradicatur, inanisque sæpe ad id qđ interest, est actio, quam excludit inopia eorum qui arrestant. arg. c. olim. de rest. spol. l. nam is. ff. de dol. Non me latet quot & quibus in locis ea licentia Seruientib. tribuatur, sed rectene an perperam, aliorum iudicium feret. Sæpe occurrit memoriæ meæ, scelerati illius Medij, vnius ex parasitis Alexandri, dictum: Is enim solet alios adhortari ne metuerent quoduis crimen in quemuis intendere, aut iniuriã facere, adiecitq; scelerato præcepto causam appositam, vt maximè, inquit, sanet vulnus qui delatus est, manet tamen cicatrix. Non arbitror quenquam esse diabolum tam impium, qui rem magis nefariam p[illegible] suggerere. Idem & hic fieri posset si homo grauis calumniosè à paupere arrestetur, sine causæ cognitione. Nihilominus cũ Imberto cap. 1. insti. forensium: consuetudinem cuiusque loci spectandam esse arbitror, quæ in eiusmodi negocijs omnia potest, teste Io. Constantino ad constit. reg. art. 10. colum. 6. versi. Præterea quæro. & Iac. de Belloui. in sua praxi. tit. de fuga reor. Quo modo & Io. Bessian. ad consuet. Aluer. tit. 1. §. 1. c. 1. dicit consuetudinem esse apud Aluernienses quod satelles potest facere citationes quascunque, sine alia Iudicis commissione; quia in iurisdictionibus subalternis plerumque agitur de modicis causis, & inter plebios, vnde tanta solennitas non exigitur: Et quia semel est datum generale mandatum citandi ijsdem; licèt vbi cessat ista consuetudo, aut verius, aut tutius est, de commissione Iudicis constare debere, secundum eũ. Et certa ista consuetudo ad limites rationis & æquitatis trahenda est. Vnde Ioan. Gallus in lib. arrestorum & decisionum Parlamenti scribit, Seruientem vel Apparitorem auctoritate propria & sine expresso consensu Iudicis, Parem Franciæ sistere vel citare non posse. Quod si tamen vni Apparitori Iudex commisit, videtur quod ille alteri Apparitori consocio suo ex causa hoc negocium committere & delegare potest. vt not.

4 5 6 7

Matth. de Affict. ad constit. reg. quæ inci. Citationis li. beræ. in 8. notab.

Vtrum Iudex per extraneum Apparitorem arrestare possit. Cap. 20.

ARGVMENTA.

1 Iudex an possit per priuatum quemq; hominem arrestare debitorem.
2 Iudex an possit creditori licentiam arrestandi suum debitorem tribuere.
3 Iudex an possit per executorem superioris Curiæ arrestare aliquem.
4 Salarium apparitorum arrestantium aliquem, an omnibus æquale sit.

CAEterum quia Apparitores & Seruientes certis territorij stationib & locis designantur; video & hoc quoque disputatum esse, an Iudex proprio Apparitore neglecto seu omisso, alteri mandatum arrestandi & detinendi dare possit? In simili quæstione Cardi. Alexandrinus, & Abbas ad c. cum sit Romana. de appel. 1 responderunt, posse iudicem priuatum hominem, qui Apparitor non sit, eligere, eidemque citandi & in ius vocandi auctoritatem dare, proprio etiam Apparitore neglecto. Et quod amplius est. Bal. ad l. vt perfectius. C. de excep. annal. col. fin. in ea opinione versatur, vt existimet, posse Iudicem parti aduersæ mandare, vt 2 aduersarium suum citet. quod & Bartol. varijs locis, & Specul. in tit. de citat. §. sequitur, col. 1. (scutum esse animaduerto. Sic etiam Iudex potest dare licentiam parti, quod capiat possessionem, constituendo cum executore in propria causa, teste Barto. Alexand. & alijs ad l. iuste. ff. de acquir. poss. & Iaf. ad l. iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iud. ita tamen vt per epistolam, vel aliàs sufficienter, aduersario qui citatur, de mãdato & cõmissione Iudicis cõstare possit. Baldus ad l. si vt proponis. C. quom. & quand. Iudex. & ad d. l. vt perfectius; de cuius decisi-

onis

onis veritate, cumulatissimè agit Rebuffus, ad constit. reg. to. 3 tit. de citat. in præfat. nu. 80. cum mult. seq. & Robert. Maranta in tract. ord. iudiciar. parte 6. inc. Proposui nu. 44. Tum verò Angelus in tractat. malefic. ad verb. Petro, publico & iurato nuncio. nu. 4. versi. Tertiò citatus. respondet, quod licèt nuncius sit Curiæ deputatus, per quem citatio fieri possit, licere tamen Iudici, proprio illo nuncio neglecto, superioris Curiæ nuncio 3
vti, eidemque citandi; seu in ius vocandi potestatem dare: qua in re & Bart. quoque in extrauag. ad reprimendum, ad verb. per nuncium, consentientem habet. Simpliciter tamè Chassanæus ad cõsuet. Burg tit. de iustit. & iur. §. 6. num. 5. versi. Sed tamen. existimat Iudicẽ nõ posse mandata sua mittere executioni per alium, quam per nuncium publicum illius prouinciæ vbi est Iudex. Sed quia Bart. allegat, videtur hoc intelligere, vt cuilibet Iudici inferiori, nuncio publico totius prouinciæ, vti liceat. Sanè inciuile est proprium nunciũ negligere, & panẽ filiorum extraneis tribuere. Vnde animaduertere debet Iudex, quod non omne quod licet honestum est, l. non omne. ff. de reg. iur. & æquum est ne creditores ex malicia mittãt diabolicos executores, qui omnia debitorum bona in expensis executionis & arrestationis consumant, & si Iudex consentiat, conuenit non plus eos recipere, quàm si creditor Apparitoris illius qui eo in loco, in quo debitor est, opera vsus fuisset. Rebuff. 4
ad ord. reg. tomo 2. tit. de lit. requis. glo. 4.

Vtrum Apparitores magni Senatus vbique arrestare possint. *Cap. 21.*

ARGVMENTA.

1 Apparitores magni Consilij iussa eiusdem vbiq; exequuntur. & 4.

2 Apparitores magni Consilij vtrum inferiorum magistratuum sententias mandare queant executioni. & 5.

3 Appellari an possit ab executione Apparitoris su-

premæ Curiæ, sententiam inferioris Iudicis exequentis. & 6.

7 Iudex superior an in territorio Iudicis inferioris sibi subditi, de omnibus causis cognoscere possit, de quibus potest ipsæ inferior.

HInc etiam dubitatum fuisse video, vtrum aulici & magni Consilij Apparitores, qui certum territorium non habent, passim & vbique munus suum in tota ditione exercere, sistereque aut arrestare debitorem, & eius bona possint. Ioan. Imbertus Instit. foren. lib. 1. cap. 1. pauca quædã huc pertinẽtia annotasse videtur. Alibi, inquit, Apparitores certis territorij stationibus, quas nos balliagia dicimus, designantur, in quib. omnia ad eorum munus pertinentia absque Iudicis venia possunt gerere. Alibi verò nulla locorum lege vel cõdicione, vtique intra territorij proprij, id est Ressortus, fines coercentur. Itaque Apparitor vni destinatus præfecturæ, quam Seneschalliam, seu Bailliagium vocamus, in alterius ditione suis partibus fungi nõ potest, data etiã à magistratu, qui illi ditioni præest, copia. Quod si quid aduersus ea fiat, omino irritũ erit, si modo appellatio ab eo interponatur. Deinde verò adiicit, magni Consilij Apparitores, eius Consilij decreta in omni Gallia exequi posse, quippe qui in hoc concessu in regia agunt, vbiuis locorum in regno iudicant. Proinde eorum officiales, res ab ijs iudicatas, citra loci præfinitionem possunt executioni tradere. Porrò magis ambigua est quæstio, vtrum Consilij Apparitores alias quàm ipsius sententias, mandare queant executioni. Nam cum ex his Apparitoribus quidam debitæ pecu-

3 niæ solutionem indixisset, ab eo debitor appellauit ad supremam Paris. Curiam, apud quam appellans eam solam grauaminis causam adduxit, quod apparitor ille, ius non habebat id faciendi: verum Curia rem interiore Consilio pronunciauit agitandam. Hæc ille. Non est absimile, quod de eadem re Petr. Rebuff. tomo 3. ad constit. reg. tit. de citat. art. 1. gloss. 1. num. 4. scriptum reliquit

quit, quod Apparitores magni Consilij possunt vbique 4
Consilij iussa exequi. Sed iussa inferiorum magistratu 5
um exequi non possunt, si ad hæc præfecti à Consilio
non sint. Vnde, inquit, interdum vidi appellari ab exe-
cutione facta ab Apparitore magni Consilij, eo quod 6
sententiam inferioris Iudicis executioni demandarat.
Nam sicut Iudex extra territorium habetur tanquam
priuatus. l. 3. ff. de offi. præsid. sic & omnes Viatores, vbi
præfecti non sunt. Vnde in territorio in quo præfecti
sunt, virgam deferre possunt regulariter, extra verò
non possunt, nisi dum iussa Consilij exequuntur. Et
quemadmodum ipse Senatus Principis, suam cuique
ciuitati & loco inferiori relinquit cognitionem & iu-
dicationem, nullaque ratione pauciss imis duntaxat ca-
sibus exceptis, de causis apud inferiora tribunalia agi-
tandis sese .....mittit, quando inferioris illius magi-
stratus negligentia non accusatur & detegitur. qua de
re multa ad tit. de supplend. neg. præl. in Decret. & ad l.
per minorem. ff. de re iudic. annotant Interpretes: Ita
multò minus inuito inferiore aliquo magistratu Appa
ritor Senatus seu Consilij actus istiusmodi arrestatio-
nis & prehensionis facere potest. Quid igitur est quod
dici solet, Iudicem superiorem in aliquo territorio pos- 7
se cognoscere de omnibus causis de quibus cognoscere
potest inferior in eodem territorio, teste Innocent. ad
c. cum ab ecclesiarum. de offic. ordina. & notant Dd.
ad l. 1. ff. de offic. præfec. vrb. & rursum quod Iudex ma-
ior facit cessare iurisdictionem minoris. Bart. ad l. fina.
ff. de offic. proconsul. Alexand. ad l. iudicium soluitur. ff.
de iudi. quodque pro regula tradunt nostri, quod Iudex
inferior in eodem loco habet iurisdictionem accumu-
latiuè, non priuatiuè, teste Aret. consi. 102. Ang. ad d. l. 1.
§. si quis. ff. de appell. & iudices speciales in ciuitate, nõ
præiudicant potestati loci. l. necquicquam. ff. de offic.
proconsul. Non ineleganter hunc nodum dissoluit Ancho
ranus ad c volentes. de offic. leg dum ait, Iudicem mi-
norem maiori cedere in his quæ apicem seu culmen di
gnitatis, & venerationem spectant, non etiam in his

536

quæ contentioſæ iuriſdictionis exiſtunt, per §. nulla. in auth. de defenſ. ciuit. col. 3. Quo modo Epiſcopus in ſua ciuitate poterit exercere iuriſdictionem ſuam ſuperueniente legato, ſed eo præſente ſolenniter benedicere nō poterit. Tum verò quando inferioris & ſuperioris iuriſdictiones ita conſtitutæ ſunt, vt altera per alteram iuuetur, & vt ſpecialis iuriſdictio generali adiungatur tunc magis cumulatio, quàm priuatio iuriſdictionum dici poteſt. vtl. fi. C. de iuriſd. omn. iud. Sed vbi iuriſdictiones iſtæ ſunt planè diuerſæ, vnus Iudex etiā maior, nō intromittit ſe de iuriſdictione Iudicis inferioris, ne iudicia confundantur. l. hac conſultiſſima. C. de teſta. Et his quidem ceſſantibus, ſi vel ſtatutum, vel conſuetudo, vel præſcriptio, vel priuilegium exiſtat in contrarium, vt eſt in his ditionibus, Iudex maior, & Senatus de iuriſdictione inferiorum [illegible] ciuitatum, aut magiſtratuum, ſe non intromittit, vt not. latè Felyn. ad cap. paſtoralis. de offic. ord. Eodem igitur modo, & Apparitores ſeſe immiſcere rebus, ad alios inferiores pertinentibus non poſſunt. Ordine enim cuncta in repub. fieri comparatum eſt, ea ratione, quam natura quoque rebus oſtendit, vnde harmonia, ſeu concors rerum ſymmetria exurgit.

De pœna Apparitoris extra territorium arreſtantis. *Caput 22.*

ARGVMENTA.

1 Apparitor quando carcerari poteſt.
2 Regij Viatores, an poſſint ab inferiori magiſtratu carcerari.
3 Cautela pro eo qui fecit arreſtum perperam.
4 Iudex inferior quando animaduertat in Apparitorem regium.
5 Apparitor egrediens limites ſuæ poteſtatis tenetur iniuriarum.

Culpa

CVlpa eſt, vt ait Pomponius, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti. l. culpa. ff. de reg. iur. Apparitor igitur qui in loco & intra limites ſuæ functionis non manet, ſed pro libidine ſua, quod ad ſe non pertinet, & in alio loco vbi hoc illi permiſſum non eſt, arreſtare audet, adeoque alienæ rei citra legis adminiculum ſeſe immiſcet, culpa carere nō poteſt: turbato namque ordine facit quod ſua minus intereſt; niſi fortè propter periculum fugæ debitoris, vt ait Paris de Puteo, in tractat. de ſyndic. ad verb. clericus. ca. 2. Sed qua ratione & quo modo, hæc culpa, quæ pœnam vtique requirit. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. coërcebitur, quibusque tandem vinculis reprimetur audax, hoc & temerarium facinus, quæri ſolet. Sanè Ludouicus Romanus, qui pro ætate ſua multa in iure & in foro diligenter conſiderauit, ad l. nolle autre. num. 3. verſicu. quinimo nedum. ff. de acquir. hæred. reſpondit, eiuſmodi apparitorem & nuncium vinculis mancipari, & in carcerem cōijci poſſe. Nam & Iuſtinianus, executorem qui clericum ad vetitum tribunal laici Iudicis euocauit, ab Epiſcopo loci, in loco decanica detrudi poſſe conſtituit. authen. cauſa quæ. C. de epiſco. & cler. quod & Bald. ibi, verſicu. vltimè nota. ſequitur cum gloſſ. in §. 1. in authent. apud quos oport. cauſ. dic. monach. colum. 6. Porrò aūt Petr. Rebuffus ad ord. reg. tomo 2. titul. de litetis requiſit. gloſſ. 3. num. 32. verſi. non poterit, ſcribit quod non poteſt dominus loci detrudere in carcerem Viatorem Regium exequentem literas regias, ſine lireris requiſitorijs, vt fuit pronūciatum Burdegaliæ, prout refert Boërius q. 8. Sed arreſtare equum illius poterit, inquit, niſi Seruiens executioni à ſe perperam & ſine permiſſu Iudicis factæ renunciaret; quia tunc nō debet equus eius teneri; Ideo cautela eſt, quando Seruiens temerariè & perperam fecit executionem, vt illi renunciet, ſecundū eundem Rebuffum. Cæterum Ioannes Imbertus Rupelanus, Inſtitu. forenſ. cap. 1. ſecutus Fabrum ad l. in officiales. C. de offic. rect. prouinc. per illum textum aſſerit, verum quidem eſſe quod Iudex loci cōmuniter manum

1

2

3

num in Apparitoris huiuſmodi equum iubet injcien-
dam, quoad iudicio ſe ſiſtat: & ei nonnunquam diem
dicit, vt per ſe reſpondeat; aliquando verò carcere detē-
tum cauſam dicere cogit, quoties iniuſſu illius Iudicis
aliquem iuriſdictioni eius mancipatum, Apparitor ap-
prehenderit, vt pro iudicantis arbitrio eius temeritas
mulctetur. Verum Iudex alius quàm Regius, nō poteſt
in Apparitores Regios animaduertere: Ita vt quamuis
Iudices inferiores ius perſequendi aut ad ſummum pre
hendendi hos Apparitores haberent, per d. l. in officia
les. oportet tamen eos ad Senatum, qui iuſtam pœnam
infligere poſſet, tranſmittere. l. 2. C. de offi. mag. mili.
4 Atqui Guid. Papæ nobilis Galliæ practicus non abſimi
lem quæſtionem tractans quæſt. 328. incip. Seruiens reſ-
pondit Iudicem inferiorem poſſe [illegible]nire Seruientem
Curiæ, dummodo hoc ſignificet Curiæ ſuus ſuperiori.
Quæ ſententia Guidonis, non tam multum ab his quæ
dicta ſunt ex Rebuffo & Imberto, diſcrepat, quàm fortè
aliquibus prima facie videtur; Nam ſi carceri manicipa-
tus aut aliter detentus ſit Apparitor, Iudex qui manus
in eum iniecit, Senatui hoc quod factum eſt ſignifica-
bit, & repentini remittendum illic puniendum. Cæterum ſi
Senatus non repetat, aut non reſpondeat, vel aliter diſ-
ſimulet, correctio inferioris in eiuſmodi Apparitorem
procedet, teſte Chaſſa. ad conſuet. Burg. des iuſtices &
droictz. Rub. L'amende de ſimpl. recouſſe. §. 7. ad verb.
L'amende. num. 43. verſic. Quinta concluſio. Tutius eſt
ſanè hoc caſu eueniente, certum Senatus reſponſum ex
pectare: Pluraque de his, d. loco apud Boërium vide. Ad
actionem iniuriarum quod attinet, nihil hæſitandum
5 eſt; huiuſmodi enim Apparitor per illicitam arreſtati-
onem & Iudici & parti læſæ iniuriam facit. c. ex par-
te, de verbo. ſign.

Quæ ſit pœna eius, qui ſe Apparitorem eſſe ſimulat, cum non ſit. Caput 23.

ARGVMENTA.

1 Nuncius falſus de falſo tenetur.

2 Comi-

2 Comitem, Doctorem, seu Magistratum se simulãs cum non sit, falsi crimen contrahit.

3 Tabellionis officio fungens, qui nũquam Tabellio fuit qua pœna puniatur.

4 Iurisdictionem non habens, sed habere simulans, quo modo puniatur.

5 Apparitores, vt plurimum maligni, infames, ac viles sunt.

6 Apparitor simulans se mandatum arrestandi habere qua pœna teneatur.

ANtiquitas nihil aliud existimabat esse Deum; quàm prodesse mortalibus; ex quo prouerbium natum est, Homo homini Deus. Sed quoniam paulatim abundare cepit iniquitas, & refrigescere charitas, vt est apud [illegible] æum 24.cap. Homo homini lupus factus est, milleque nocendi artes adinuentæ sunt, quibus fraude & dolo, alter in alterius fortunas irrumpat, & proximi honorem conuellat; Quò pertinet scelleratum & detestandum hoc factum eorum qui sub auctoritate publica, quo pecuniam subdolè emungant, & ab imperitis hominibus, nescio quid extorqueant, simulant se Apparitores esse, cum non sint, auctoritatemq; & potestatem arrestandi, accepto ob eam causam salario, sibi vsurpant. Memini paucis hinc diebus, miserũ quendam & simplicem rusticum eiusmodi lupo prædã fuisse, simulanti scilicet se Regium Apparitorem esse, eoque titulo innocentem illum hominem ad iniquissima quæque adigenti. Sed quæ sit huius tam nefarij facti pœna videamus. Et Vlpianus quidem, Qui nomine Prætoris, inquit, literas falsas reddidisse, dictumve falsum proposuisse dicetur, ex hac causa actione pœnali in factum tenetur, quanquam legis Corneliæ reus sit. l. qui nomine. ff. ad l. Corne. de fals. Sicut generaliter nũcius falsus de falso tenetur, teste Bart. ibi. & Alex. ad l. Diuus. de custod. reor. Specul. de execut. versic. sed quæritur. Iason ad §. quadrupli. Instit. de act. Felyn. ad c. tertio loco. de probat. & nominatim Matthæ. de Afflict. loquens

loquens de eo qui simulat se esse Apparitorem Curiæ;
2 In constitutio. regni, quæ incipit, Duram & diram. Et in simili, appellans se Comitem, Doctorem, Magistratũ, cùm non sit, actumque aliquem facit his congruentem tantum, non minus falsi crimen contrahit, quàm si alienum sigillum aut nomen, cum alieno incommodo sibi vsurpasset, l. si quis. & ibi Doctor. C. de aquæduct. libro 11. ad c. 1. de magistrat. ad c. tam literis de testib. l. vnica. C. de mendic. Valid. Chassan. ad consuetu. Burg. Des iustices & droict 2. Rub. messiers. ad verb. de leurs
3 rapports. nume. 6. & 7. Grauius sanè Hippol. de Marsil. ad l. eiusdem colum 2. num. 6. ad l. Cornel. de sicar. cum qui nunquam Tabellio fuit, si vt Tabellio instrumentum conficiat, morte plectendum esse respondit. Iuxta sententiam Bald. ad l. data opera C. qui accus. non poss. Ex quo dubia redditur Angeli opinio, ad. l. si vacantia. C. de bon. vacant. libr. 10. existimantis eum qui
4 iurisdictionem non habet, sed simulat, pœnæ falsi obnoxium non esse. Ego cum Modestino respondeo. huiusmodi simulatorem, pro admissi qualitate secundum l. Cornel. de fals. grauissimè esse puniendum. l. eos. §. fin. ff. ad l. Cornel. de fals. licèt hac in re opiniones Doctorum varient; & Senatus ipse Tholosanus quid constituendum esset, anxiè dubitauit, vt apud Aufrerium decis. 401. videre licet Et in hac quidem sententia etiam D. Damhouderium in Enchirid. rerum crimina.
5 c. 123. num. 10. fuisse video. Sed vt Apparitorum ipsorum malitia & infamis vita sæpenumero abundat in Republica, quo nomine multum conqueritur Andreas de Isernia, in constit. Neapolit. de assig. lit citat. num. 5. in lectura peregrin. Suntque vt plurimum viles personæ, vt ait Robert. Marant. in tractat. de ord. iudic. parte 6. nume. 43. titu de citat. Ita quoque ad falsitatem non dissimilem, non raro declinant, & mandatum arrestandi se habere iactitant, falsò & contra veritatem; vt hac mentita fide, à debitore mandatum veluti redi-
6 mente, aliquid accipiant; Quod qui faciunt, proculdubio crimen concussionis contrahunt. l. 1. ff. de concuss.

&

& non ſolum ad quadrupli reſtitutionē obligati ſunt, falſumque committunt, ſed & concuſſionis nomine etiam alias, criminaliter puniuntur l. quod cuitandæ. ff. de condict. ob turpem cauſam. Iaſon ad d. §. quadrupli. Odofredus ad l. iubemus. C. ad l. Iuliam repet. Bartol. ad. l. 1. C. de nauicul. lib. 11. tex. & gl. in l. ſi quis conſſerit. C. ad l. Iul. de vi. Vnde etiam in ſimili reſpondet Paris de Puteo in tractat. de ſyndic. cap 7. de Syndic. iudic. nume 7. quod officialis qui, vt componat cum eo de cuius delicto nihil omnino conſtat, pœnam minatur, tenetur iniuriarum: Et quod Iudices qui ſimulant ſe habere mandatum capiendi, torquendi, moleſtandi, idque falsò, extra ordinem puniuntur, falſique admiſſi nomine tenentur.

De Appa... precibus, vel ſordibus corrupto, & arreſtum non faciente.

Caput 24.

ARGVMENTA.

1 Luxuries & auaritia homines plerumque ad ſcelera adigunt.
2 Metus omnis turpis eſt in Iudice.
3 Iudex negligens aut Iuſtitiam non adminiſtrans grauiter punitur.
4 Apparitoribus arreſtum commiſſum non facientibus quo modo Partibus conſulatur.
5 Apparitores improbi ab officio ſunt remouendi.
6 Remoueri quis poteſt ab officio ob ſolam negligentiam.
7 Iudex contra Apparitorem improbum ſummariè procedit.
8 Remotus ab officio, an amplius ad idem, vel aliud admitti poſſit.
9 Seruientem ſeu Apparitorem delinquentem, an Iudex remoueat, an verò is qui illum conſtituit.

Duæ

1 DVæ sunt res, inquit Cicero, quæ maximè homines ad maleficiū impellunt, luxuries, & auaritia, Vnde cum plerique Apparitores aut poculis aut nummis nimiū addicti sint, adeo vt in quibusdam, neque pecuniæ modus est, neq; cupiditatū, quos nulla prēda vnquam improbè parta minuit, sed auget potius, atque inflammat: frequenter accidit, quòd cum arrestādi seu sistendi mandatum receperunt, vel pecunia corrupti, vel amore familiaritatis & compotationis excæcati, dissimulant, officiumque suum non faciunt, magno Reipubli. malo, & graui creditorum periculo, ac detrimento. de quib. his verbis scribit Carol. Molinæus, ad 2. part. consuetu. Paris. titu. 2. §. 52. glo. 1. nume. 184. Notæ enim sunt expilationes Apparitorum prēsidalium, præsertim hoc tempore quo non solum officia multiplicantur, sed non nisi ingenti precio haeventur, & iam ridiculæ sint antiquæ sanctæ constitutiones, de eorum salarijs editæ; nec hoc solum, sed multò plus exigunt à pauperibus rusticis, quibus breue temporis spacium, & vsurarias dilationes subinde vendunt, ne pignora trāsferant, aut ne vili distrahant. Hactenus ille. Alios verò metus & potentia debitoris, extra limites iustitiæ & propriæ functionis, in transuersum agit, cōtra dictū Ec-
2 clesiastici cap. 7. de Iudice loquētis; Noli fieri Iudex, nisi valeas virtute perrumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciē potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Ideoque idē Molinæus d. loco iterū subijcit, Necesse esse ad rectā & debitā & à Deo præceptā politiam, non solū
3 iudicandi officia, sed quæcunq; vel minima iustitiæ ministeria, idoneis & fidis, gratis concedere, quemadmodum & beneficia omnia, & dignitates ecclesiasticas. Sic enim fieret, vt nefario, & cauponario rerum sacratum & magistratuum quæstu sublato, totum regnū, & præcipuè maiestas ipsa Regis, non solum coram omnibus hominibus, sed etiā coram Deo & angelis & sanctis eius, magnopere floreret & prosperaret, & omnibus tā spiritualibus quàm temporalibus opibus, & maxima pace lætaretur. &c. Defectus verò iustitiæ & licentia peccādi,

facit

facit eiusmodi Apparitores verè esse quod de eis scribūt veteres, quod sunt vt plurimum viles, voraces, praui, auari, pertinaces, & proterui. Paris de Puteo in tractat. de syndic. ad verb. familia. 1. Bald. ad l. si vt proponis. C. de exec. rei iudic. Frederic. de Senis consil. 119. Tiraq. de retract. §. 8. glo. 9. & probatur satis in l. 1. C. de muner. lib. 12. & in l. 1. C. de priuileg. eor. qui in pal. milit. & in l. omnes. C. de epis. & cle. Hos igitur & sua quoq; pœna iusta manet. Nā si Iudex negligēs vel corruptus, & parti 3
requirenti iustitiā nō administrans, tā grauiter coërceatur & puniatur. l. 1. C. de desert. l. fin. C. pub. lætit. latè Paris de Puteo in d. tractat. de syndic. ad verb. negligentia. ca. 1. alijsq; locis multis, quāto magis hoc genus hominum ignobile & vile, nisi Apparitores Regios excipias, qui honoratiores fortè aliquibus vidētur, licet aliquādo nō si bet. Sanè qualescunq; sint, quā. 4
do arrestū facere nolunt, aut ne faciant latitāt, & se subducunt, potest pars in eum casum contra eos protestari, condemnabuntur eidem parti executionem seu arrestū requirenti, ad expensas, damna, & id quod interest, vt ait Rebuffus ad ord. reg. tomo 1. tract. de sent. exec. art. 8. glo. 5. & tomo 3 in tract. de citat. in præfat. nu. 80. Ita vt non multò aliter sese loco ipsius debitoris constituere videantur, quàm Iudex pro arrestatione requisitus, & negligens, vel iustitiam non administrans. l. fi. & ibi Dd. ff. de var. & extraor. cognit. pulchrè Castrens. consi. vlt. versi. secunda causa est. lib. 1. ca. Dominus noster. 23. q. 2. Sed & diui Principes Gratia. Valēt. & Theo- 5
dos. huiusmodi executores qui officiū suū facere. cessauerunt, ab executione remouendos, aliosque in locum eorum supponendos esse rescripserunt; vt sciant causas à se non esse diludendas, nec lucri gratia aliquod eis vicium imponendū. l. 1. C. de sport. Quo modo, quod am- 6
plius est, in multis alijs casibus, ex sola negligentia, nō dico malitia, & improbitate vel corruptione, eum qui publicam aliquam functionem sustinet, ab officio remoueri, notat Bellouisius in sua praxi, sub titul. de citat. Ad quam quidem remotionem & arbitrariam coër. 7

L tionem,

tionem, ex ea enascentem non ordinario & solenni ritu seu ordine iudiciorum, sed summariè, de plano, velo leuato, & sine strepitu procedendũ esse testatur Bald.
8 ad d.l.fi. Sed an venia digni sint, vt postea elapso aliquo temporis spacio, denuò ad suas functiones admitti possint, quæsitum fuisse scio. Sanè, si propter admissum istiusmodi delictum per sententiam iudicis remoti sunt, quia iudex semel suo officio est functus, restitui ab eo non possunt, l. si quis decurio. & ibi Bald. C. de fals. & in terminis decidit Chassanæus, des iustices & droicts, Rubr. Messiers & Sergens. §. 6. num. 50. quemadmodum & quilibet alius officialis propter negligentiam vel culpam in officio commissam, remotus, non admittitur ad aliud officium, & alios honores l. quicunque. C. de diuers. offic. libro 12. etiam si propterea ad omne damnum parti illatum, ad iur. pros omnes, & ad id quod interest, teneantur, præstito aduersus ipsos in litem iureiurando, vt not. Paris de Puteo, in tractat. de syndic. ad verbum, negligentia. c. 4. Quinimo quod magis est, c. 2. existimat eiusmodi Officialem absolutorium rescriptum impetrare non posse, nèque contineri hunc sub generali indulto Principis ciuibus concesso, sed simpliciter remoueri, etiam officio eius adhuc durante, l. si aliqui. C. de suscept. l. iudices. C. de dignit. Sed breuius de his Alberic. ad l. si quos. C. de offic. præfec. præt. orient. versicu. sed nunquid. ait eos qui ob delictum suum remoti sunt, ipso iure ad idẽ vel aliud officium assumi iterum non posse l. placet. in fi. C. de episcop & cler. c. dictum. 81. distinct. Cæterum de gratia & ex speciali dispensatione Principis, qui sibi manum non claudit, possunt; quod & vsu quoque receptum videmus.

9 Elegans autem est quæstio, quis huiusmodi Apparitorem remouebit, ipsene Iudex inferior, an potius Princeps, vel alius quispiam qui ex priuilegio sibi à Principe concesso, illum constituit? Et quidem Ioann. Fabri ad l. fi. C. de offic. præfc. vrb. quem refert & sequitur Ioan. Constan. ad constitut. reg. artic. 10. incip. Quæ

suyuant.

ſuyuant circa fin. reſpondet, quod Seneſchali non poſſunt auferre officia Seruientibus vel Officialibus qui delinquunt in ſuis officijs, quæ non habent ab eis, ſed à Principe, vt l. 1. C de offi. prę. Auguſta l. quãuis ipſos in officio delinquẽtes punire poſſint. l. ſi. quis. §. ſi quos. & ibi latè Bart. ff. de pœnis. Sed & Paridem de Puteo in tract. de Syndic. ad verb. poteſtas. num. 2. in hac quoq; ſententia fuiſſe reperio, dum ait, quod is Officialem remouet, qui ipſum creauit: ſecus ſi fuerit creatus à principe, vel ab alio ſuperiore. Qua de re plura ibi apud eundem Paridem videre licet. Non me latet, quàm ſint ſæpe refractarij, in quos deponendi & remouendi poteſtatem non habet vir clariſſimus Præfectus vrbis, quorum opera etiam in ſummo capitis ſui diſcrimine & vitæ periculo vti debet. Sed quiſquis remouendi poteſtatẽ habet vel non habet, vtique remoueri eos publicè atq; priuatim expedit. Ná ſi in officijs ſuis cum aliorũ detrimento graſſentur, vel delinquant, periculum eſt illius qui hos conſtituit, & propter malã electionem, his non ſoluendo exiſtentibus, ex proprijs facultatibus dãnum illatum refundere tenetur, teſte Ioan. Conſtan. d. loco. Paris de Puteo etiam d. loco c. 1. cum c. 2. num. 3. & Ange. ad l. ne diu ff. de pœn.

Arreſtatus an credere Apparitori debeat.

Caput 21.

ARGVMENTA.

1 Apparitori an & quando credatur literis ſui officij non oſtenſis. & 4.
2 Apparitor eſſe præſumitur qui pixidem defert.
3 Offendens Apparitorem non habentem ſignum, an eodem modo puniatur.
5 Pro nuncio præſumitur in his quæ officium eius concernunt.
6 Mandatum an præſumatur.
7 Apparitori an ſit credendum, conſuetudo docet.

VTrùm verò is, qui arreſtatus eſt, credere debeat Apparitori, ſe Apparitorem eſſe, ſiſtendique poteſtatem habere, aſſerenti, dubium eſſe poſſet, Bart. in tract. quom. in læſ. maieſt. crim. proced. in verb.
1 per nunciũ reſpondet, credendũ eſſe Apparitori, etiamſi non oſtendat literas ſui officij, in loco & iuriſdictione intra quam eſt Apparitor, ca. cum dilecti, de dolo & contu. præcipuè ſi aliquod ſignum habeat, cuiuſmodi
2 alij Apparitores habere ſolent. Nam eo ipſo quod quis defert tale ſignũ, præſumitur quod ſit Apparitor. Boër. quæſt. 170. nu. 4. Innoc. ad c. quoniã contra. de probat. Peruſ. ad c. cũ parati. col. 6. nume. 10. de appel. Rebuff. ad conſtitu. reg. tomo 3. tit. de citat. art. 1. glo. 2. nu 3. verſic. creditur. Sicut econtrà Salicet. ad l. ſanctũ. ff. de rer. diuiſio. & Salycetũ etiam ſecutus Chaſſan. ad conſuetu. Burg. rubri. 1. §. 7. num. 25. verſic. pro ex[illegible]itatione. reſpondet, quod ſi quis offendat, nunciũ vel apparitorẽ
3 non habentem ſignum, in ea qualitate, hoc eſt, tanquã offendens nuncium & perſonam publicam, non punitur: multumq; ait ſignum eiuſmodi operari, vt illi qui ſe apparitorem eſſe dicit, credatur vel nõ credatur. glo. ad l. magis puto. §. ne tamen. ad verb. Viatorẽ. ff. de reb.
4 eor. quamuis aliàs Regijs & prouinciarum executoribus, non niſi oſtenſis literis, in grauioribus cauſis credatur, qua de re plura dicto loco, nu. 27. Chaſſanæus. Sed hæc in citatione verbali dubium vix habent: Nã ſi Apparitor vel ſignum iſtiuſmodi habet, vel pluries poteſtatem hanc ſciente debitore exercuit, fidẽ ei adhibere debet. Bald. ad l. exemplum, in fin. C. de prob. Abbas & Felyn. ad c. ſuper his. de fid. inſtrum. quia facilis hoc caſu eſt recurſus ad ipſum iudicẽ, à quo quæ ſit apparitoris illius qualitas cognoſci poteſt, teſte Paulo Patiſio conſi. 17. nu. 11. lib. 4. Cæterũ de citatione reali, in qua ſi ius ſcriptũ ſequaris, cauſæ cognitio (vt diximus) requiritur, & ad quam expreſſum mandatum iudicis eſt neceſſarium, maior eſſe poſſet dubitatio, vtrum credatur Apparitori, ſe apparitorem dicenti, & mandatum arreſtandi ſe habere alleganti. Sunt enim qui id negãt; ſunt

etiam

etiam qui affirmant ex eo, quod nisi præsumeretur præcedens commissio, sequeretur quod nuncius falsum scienter committeret. l. qui nomine ff de falſ. Roma. singul. 313. quæ quidē præsumptio minimè est accipienda, l. merito. ff. pro soc. & pro nūcio præsumitur in his quę officium eius concernunt. l. 2. C. de execu. & exact. libr. 12. glo. & Dd. ad d. c. cum parati. Vtramque sententiam suis argumentis ac rationibus, validè vtrinq; suffultam lib. præsumptio. reg. 3. c. 14. refert Alciatus, tandemque etiam opinatur, in reali citatione, quæ aliqualem causę cognitionem desiderat, necessarium esse, vt de ea in actis constet. Sed si Iudex in vim illius realis citationis, ad vlteriora procedat: tunc, inquit, præsumi potest mandatum præcessisse. l. si filiusfa. vbi Bald. & Salycet. C. de petit. hæreditat. Ego verò in ea sententia versor, vt existimem ad regę scriptas quod attinet in citatione reali, quam prehensionem seu arrestationem aut impedimentum rectius dixeris, commissionē & cōmissionis illius demonstrationem esse necessariam, vt quis arrestari possit, nisi tamen periculum sit in mora, quod superioribus capitibus fusius à nobis dictum fuit. Sed vbi consuetudo diuersa est, vt plerumque hic vbique est, periculo arrestari procurantis, necessum est eum qui arrestatur & impeditur, nuncio etiam non ostendenti mandatū parere, modo insignia apparitorum gerat, aut pro tali publicè habeatur; quia consuetudo in his sequenda est. Baldus ad l. neminem. C. de exhib. re. Iason in d. §. quadrupli. & ibi Fab. Idem Bald. ad l. si quando. C. de testibus. 12. q. Cornæus consi. 2. in fin. lib. 4. Qua tamē in re prudenter cauere solent magistratus, vt intra triduū actio aduersus arrestatum intendatur, poteritque in eiusmodi rebus eam moderationem Iudex adhibere, quam existimabit proposito negocio maximè conuenire, arg. l. qui pro tribunali. ff de re iudi. Porro autē eundem hunc articulum latè suo more explicat Tiraquel. de vtroque retract. Latius verò & eleganter Hippol. ad l. de vnoquoque. nu. 115. cum seq. de re iud. quos si libet vide.

5

6

7

462

Apparitori referenti se aliquem arrestasse, an sit credendum. Cap. 26.

ARGVMENTA.

1 Apparitores an coram testibus arrestare debeant.
2 Apparitor an apparitori testis esse debeat.
3 Iudici aut Arbitro soli non creditur.
4 Apparitori soli an credēdum sit, Iudicis arbitrio relinquitur.
5 Apparitoris falsam relationem facientis pœna.
6 Apparitoris falsitas quo pacto conuincatur, relatiuè.

EAdem quoque ratione dubitari potest, vtrum soli Apparitori credendum sit, qui se creditorē ipsum, vel res eius arrestasse affirmat? Rebuffus ad constit. reg tomo 3 art. 1. glo. 2. & moribus & legibus Gallo-
1 rum receptum esse testatur, ne apparitores executionē faciant, nisi duos testes adhibeant, qui testificari de illo actu possunt; quia cum ipsi regulariter viles sint. l. prohibitum. l. defensionis. C. de iur. fisc. libr. 10. falsasq; relationes facere, vt not. Doctor. ad c. quoniam contra. de probat. & pro modico vini dolio sæpe deierare soleāt, teste Hostiens. in sua summa. Rubric. de contu. §. qualiter, versic. contra. Ideo duos debent adhibere testes; Nam in ore duorum aut trium stat omne verum. cap. cū esses. c. relatum. de testam. Et isti testes non possunt
2 esse Apparitores, quia vt ille idem ait, vnus pro altero, etiam falsum deponere posset; Nam vt vetus habet adagium, muli mutuo se scabiunt. Non tamen requiritur subscriptio testium, sed sufficit apparitorem referre se arrestasse talem in præsentia Ioannis & Petri testium. Idem Rebuffus d. tomo 3. artic. 1. glo. 4. num. 16. versic. Quinimo requiritur. Porrò ad leges scriptas quod attinet, sunt etiam non inferioris loci interpretes, qui existimant nuncio seu Apparitori sine testibus credendum non esse, per l. vlt. C. de bo. vacant. libr. 10 & quod vnius vox nec condemnat nec iustificat. c. admonere. 32.

quæstio.

quæstion. 2. etiamsi (vt ait Constantinus Imperator) præclaræ Curiæ fulgeat honore. l iurisiurandi. C. de testibus. &, si soli Iudici, aut arbitro non creditur. l. ne in arbitris. §. penul. C. de arbitr. & d c quoniam certè multò minus apparitori soli credi debet, cum magis pro Iudice præsumatur, l. 2. C. de offic. ciuil. iudic. pro apparitore verò nequaquam l. ne diu. C. de pœn. quos & Salycet ad l. tres denunciationes. C. quom. & quand. iud. & Philip. Francus in c. cum teneamus. colu. vlti. de appel. viles & ribaldos vocant. In qua sententia fuit etiam glo. ad d. c. quoniam. dum ait, soli nuncio publico & iurato credi in foro ciuili secundum cõsuetudinem. At de iure communi, inquit, videtur, non esse ei credendum, nisi aliter de veritate legitimè constet. Alij putant credendum huic esse, si non fuerit negatum, possèque debitorem iuramento euadere, si iuret se arrestatum vel citatum non fuisse. Hostiensis ad d. c. quoniam. Ioann. Fab. ad l. ea quidem. C. de accusat. gloss. in c. proposuisti. ad verbum. non probatur. 82. distinct. Alij verò dicunt, non esse ei credendum in rebus magni prę- iudicij, Bald. ad l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eor. & ad d. c. cum parati. Lucas de Penna, ad d. l. 1. C. de Curial. libro 12. Constat autem ex his quæ ante diximus, arrestationem maximi prætudicij esse. Alij hoc totum, an apparitori soli credendum sit, Iudicis arbi- trio & religioni relinquunt. Quid enim, inquiunt, si Apparitor sit vitæ diffamatæ, & debitor integerrimus? Considerabit itaque Iudex qualitatem personarum atque negocij, & huic vel illi magis credet, vel iuramento ab eo exacto, vel etiam non exacto. Hostiens. ad d. c. cũ parati. & ibi etiam Panormit. Archid. ad ca. proposuisti. & ad c. venerabilibus. de sent. excom. libro 6. latè Petr. Iacob. titu. de act. de constit. pecu colũ. penul. versicu. nec etiam deberet credi. Alij denique simpliciter asserunt Apparitori esse credendum per l. 1. §. cura carnis. versi quies. & ibi Bald. ff. de offic. præfec. vrb. & d. l. magis puto. §. ne tamẽ. & l. si quis decurio. C. de fals. & l. apparitores. C. de exact. tribut. lib 10. Quã opinionem 3 4

443

Decius, Imol. & Philip. Franc. in d. c. cũ parati. communem esse testantur? Nam & Seruienti & Apparitori creditur super eo, quod inuenerit tales ludẽtes, vel animalia damnum facientia. Barto. ad l. ea quidẽ. C. de accusatio. maximè si ad inquisitionẽ illius rei fuerit deputatus, vt ait Paris de Puteo latè de Syndi. ad verb. notoriũ. ca. vlt. num. 3. Tiraquellus quoq; de vtroq; retract. §. 8. glo. 9. in princ. nu. 11. versi. & hæc quidem, hanc opinionem (quantũ ad ius cõmune attinet) veriorem esse asserit; sed id tamen cum moderationibus, quæ sequuntur. Primò vt is Apparitor sit publicus & iuratus. glo. ad d. § cura carnis. Bald. ad l. 2. C. de sport. non quod in quolibet actu iuramentum præstare debeat, sed satis est eũ in principio iurasse se fideliter officium suum executurum, vt fieri solet & debet. Baldus ad d. l. magis puto. § illud & ad d. l. 2. Secundò vt ei credatur, si istiusmodi negocium ad officium eius pertineat, vel ex eo dependeat. Cyn. ad d. l. ea quidem. Bar. Bal. ad d. §. cura carnis. latè Chassanæus ad consuetud. Burg. tit. de iustitia. §. 6. in glo. par leur sermens. Quid autem si arrestatus vel
5 pars falsam esse Apparitoris relationem probauerit, quomodo Apparitor punietur? certè Rebuffus d. tomo 3. art. 5. glo. 4. versi quid si pars. respondet, quod si pecunia corruptus hoc fecerit, pœna legis Corneliæ de falsis punietur. l. 1. §. sed & si quis ob renunciandum. vbi glo. & Dd. ff. ad Corne. de falsi. quæ hodie in multis Iudicijs, & in Francia, est pœna mortis. Si verò nõ pecunia corruptus, sed quadam iniuria vel simplicitate falsum cõmiserit; ad id quod interest, actione in factũ, & ad mulctam tenebitur. l. qui nomine ff. de falsi. quam legis decisionem esse ad hoc singularem dicit Romanus sing. 313. & Guido Papæ quæst. 44. inc. testis. in fi. suoque officio priuari debet. Baldus ad c. fin. de dol. & contumac. argu. §. fin. in authent. de arm. quando ex simplicitate vulpina, qua vti solent, hoc fecit: secus, si ex simplicitate columbina, quæ dolum & fraudem nõ nouit. Chass. ad consuetu. Burg. titul. 1. §. 6. ad verb. de leurs rapports. per l. 2. C de sportu. Iason ad §. quadrupli. de act.

Mihi

Mihi ad eam rem maximè accommodata videtur l. si aliquid. C. de suscept. libr. 10. quæ vetat ne quis eorum qui semel de huiusmodi crimine conuicti sunt, idem officium rursum gerat. Quo loco constitutionem de notarijs, tributorum susceptoribus, & alijs quibuscunque in officio cõstitutis, intelligit Ioan. de Platea antiquus & non indoctus interpres; eoque etiam pertinet quod in l. Iudices. C. de dignit. lib. 12. constituit Imper. dũ ait; Iudices qui se furtis & sceleribus fuerint maculasse conuicti, ablatis codicillorum insignibus, & honore exuti, inter pessimos quosque & plebeios habeantur, nec sibi posthac de eo honore blandiatur, quo seipsos indignos iudicauerunt. Rursum in l. 2. C. de palat. sacr. larg. lib. 11. Nullus, inquit, Thesaurariorũ semel deprehensus euersor, quocunque pacto, aut repetat militiam suam, aut aliam. Multa autem hũc pertinentia, eleganter tradidit Antonius Capycius decis. nona Neapol. 121. inci. In causa officij. quo loco exactè inquirit, & latè disputat, an hæc officij priuatio ipso iure fiat, an verò sententiã requirat; qua ratione falsitas Apparitoris conuincatur, & cui bona ipsius applicari debeant. 6

Quis salarium Apparitoris soluere ei debeat.
Caput 27.

ARGVMENTA.

1 Expensas soluere debet, qui actum fieri desiderat.
2 Instrumentum fieri mandans Tabellioni soluere tenetur.
3 Boui trituranti os non est claudendum.
4 Apparitor plus accipiens quàm salarium, quo pacto puniatur.
5 Pœnæ extra casum suum non sunt extendendæ.
6 Apparitori, qui operam dedit vt arrestaret, si ex pœnitentia creditoris desistat, nihilominus salarium debetur.

MVltos passim reperias, qui lites libenter suscipiunt, sed ægrè aliquid in has expendunt. Quo modo & in hac quoque materia arresti, qui arrestum solicitant, & operam Apparitoris exquirut, nō rarò eo facto, nodum in scyrpo quærunt, & ab ipso debitore arrestato salarium peti volunt. Sed istorum hominum sordes, vnus ex multis, ad §. quadrupli. Institu. de act. confutat Faber, qui ea in re Ioannem Zasium & alios sibi consentientes habet, quod executor seu apparitor, non à debitore, quem vtique inuitum detinet vel arrestat, sed à creditore arrestum postulante, salarium
1 suum exigere debet. Nam vt ait Vlpianus quo loco de exhibitione agit, ille tenetur ad expensas, cuius gratia celebratur actus, l. sed & si. §. 1. ff. ad exhibend. Expressius verò hæc Accursium secutus ad l. cum sæpe. C. de erog. milit. annon. tradidit antiquus in pres Iacobus Rebuffus, Si quis, inquit, petit custodiam militarem in sui fauorem aut defensionem, sumptus præstare debet; Sin autem custodia in eius odium vel detrimentū postulatur, puta quia est arrestatus, vel aliàs custoditur, eo casu non ipse sumptus præstat, sed is qui fecit illum detineri, quia gratia ipsius fit, ideoque tenetur, non
2 multò aliter quàm tenetur soluere tabellioni, is qui ad suam defensionem iurisque proprij tuitionem, instrumentum fieri mandat. Quam sententiam etiam Ioannem Constant. ad ordin. reg. articu. 183. versicu. & reprobat. Ioan. Fabrum secutum esse video, quippe quod reus ipse nunquam solueret, & interim apparitoribus, qui ex hoc suo officio victum corradere debent, soluendum est, ne boui trituranti claudatur os c. cum se-
3 cundum. de præb. & tandem non inueniantur, qui munus istiusmodi subire velint. Et hac quidem occasione Chassanæus ad consuetudinem Burg. titul. 1. Rubri. de l'amende de simpl. recousse. §. 7. ad verb. l'amende. numero 44. disputat, nunquid apparitores possint sibi ipsis soluere, & pignora propria eorum auctoritate, à reo capere pro eorum salario; quod quidem prima facie fieri posse videbatur, per §. tripli. Institut. de act.

& per

& per ea quæ not. Iacob. Bellouis. ad. §. illud. in authen. de exhib. & transf. reis. versic. quæritur decimoseptimo. &c. secutus tamen Iasonem ad d. § quadrupli. in 2. notab. eam eam consuetudinem iuri communi & æquitati naturali aduersam esse ait; quam etiam Faber ibi numero 10. versicul. & nota quod &c. licet nonnihil fluctuans per abusum irrepsisse respondet. Quod si talis Seruiens excedat salarium sibi taxatum (qua de re ex nouellis constitutionibus multa colligi possunt. authent. vt litig. in exord. & in authent. de sanct. episc. §. sportularum. & in authent. de iudicibus, §. nullo quoque; & de his excessibus grauiter conqueritur Molinæus ad 2 partem consuet. Paris. titul. 2. gloss. 1. §. 52. numero 184.) etiam ad quadrupli restitutionem eum teneri, d. loco, numero 6. asserit Iason. Sed cum hodie partim noua constitutione Caroli Quinti Augu. partim statutis particularibus locorum, salaria certa apparitoribus præfixa & constituta sint, an etiam hodie si plus exegerint & receperint, in quadruplum condemnabuntur? videtur quod ita damnari debent, cum eadem sit ratio, & grande delictum est in publicis officijs exercere quæstum ex arbitrio proprio; & vix quicquam minus ferendum est in republica, quàm furtum huiusmodi manifestum. Faber putat satis æquè esse, quod etiam hodie coerceatur temeritas istorum nunciorum pœna quadrupli; sed putat de rigore durum esse, cum pœnæ extra casum suum non sint extendendæ. 5 l. interpretatione. ff. de pœn. existimatque propterea cum Ioanne de Platea extra ordinem istos coërcendos atque puniendos esse; Cæterum Iason tenet contrarium, putans posse extendi pœnam quadrupli, etiam ad casum statuti, cum non possit dari diuersa ratio, vtpote quod idem sit crimen nuncij excedentis legem, & excedentis statutum. Zasius verò ibi numero 5. putat hãc discordiam ita esse componendam, quod si pœna, excedenti nuncio est in statuto expressa, tunc vera est assertio Fabri, quia cessabit pœna quadrupli, cum generi per speciem derogetur. c. generi. de regu. iur. l. sanctio legum.

4

gum.ff.de pœn. *Si* autem non eſt ſpecialis pœna oppoſita in ſtatuto, pœna quadrupli locum habet, quaſi dicat, quod caſus omiſſus à ſtatuto, remanet in diſpoſitione iuris communis.l.commodiſſimè. & ibi Dd. ff. de lib. & poſthu. Sanè ſi Apparitor operam dedit vt arreſtaret, & creditor pœnitentia ductus ab arreſto deſiſtat, nihilominus ſalarium debetur.argum.l.ſed addes.§.fi. ff loc.& quod ſingu.ſuo 66.incip. ſtante ſtatuto. notat Romanus.

De eo qui arreſtum violat. Cap. 28.

ARGVMENTA.

1 Debitor arreſtatus ſi in cuſtodiã ſequi nolit, quid iuris ſit.
2 Violaſſe arreſtum quis dicatur.
3 Arreſtatus recedens non obſtante arreſto, quibus caſibus non puniatur.5.& 6.
4 Iuramentum an per Principem laicum relaxari queat.
7 Iuramentum quod occaſionaliter tendit in damnum ſalutis corporalis, non eſt ſeruandum.
8 Iuramentum debitoris de non recedendo ſine licentia creditoris, quid operetur.
9 Actus omnis an prima vice abſumatur.
10 Mulier ob libidinem vitandam fugiens, pœna fracti arreſti non tenetur.
11 Arreſtatus fugiens, an ſine noua citatione cõdemnari poſſit.& 13.
12 Iuramento reuertentis ad carceres creditur, dicẽtis ſe ob iuſtam cauſam aufugiſſe.

1 QVID autem ſi debitor arreſtatus ſequi nolit, & iuſſus ire in arreſtum refractarius ſit, atque ire recuſet? Iacobus Bellouiſius in ſua praxi iudiciaria, ſub rubric. de inquiſitione, in fine, verſic. Iuxta hoc quæritur. ait, quod punitur ac ſi iuiſſet & arreſtum fregiſſet; quia, inquit, non licet Prætorem contemnere,

iuxta

iuxta notat. ff. de iurisd. omn. iudi. l. si familia. & ff. de his qui not. infam. l. debuit. & ff. de arbitr. l. litigatores. & ff. de no. oper. nunciat. l. stipulatio. §. opus autem no uum & ff. de interrog. act. l. de ætate. §. qui tacuit. & ff. ne quis eum. l. si per alium. circa princip. ad quod etiam allegatur l. relegati. §. penulti. ff. de pœn. l. in seruorum. §. 1. & l. aut damnum. §. quis. eo. titu. & ff. de re milit. l. 3. §. in bello.

Porro autem qui arrestum frangit pro arbitrio iudicis acriter punitur. l. 1. ff de effract. & expil. quæ lex licèt loquatur in eo qui violat carcerem, tamen idem est & hic; quia Oldrad. consil. 61. incip. Hic agitur; dicit, quod rumpens arrestum æquiparatur rumpenti carcerem; & eum sequitur Mandosius in tractat. de monitor. quæst. 8. nu. 6. Violasse autem siue fregisse arrestum dicitur, 2
qui ad ecclesiam, ne in arresto detineatur confugit, posteaquam arrestatus fuit, vt notat Guido Papæ singulari suo primo. Sed ob non seruatum arrestum molesta- 3
ri non debet, qui ex necessaria causa ad superiorem accessit, secundum eundem Guidonem in tract. de appel. quæst. vlt. num. 208.

Idem quoque est si Principis auctoritate recessit; eleganter enim respondit Guido quæstio. 194. incip. Princeps. quod princeps temporalis, ei qui iurauit tenere arrestum in aliquo loco, potest dare licentiam recedendi ex causa, & inhibere ei, ne in arresto maneat, atque sic contra iuratam promissionem dispensare. Dicens quod ita vidit obseruari & practicari per l. fin. ff. ad municip. & l. fi. ff. de re milit. Et quia is qui non obedit Principi morte dignus est. ca. 2. de maior. & obedien. multiq; casus existũt in quibus Princeps laicus dispensare potest, vt not. Spec. in tit. de dispensat. §. siue quoque; Et quia in iuramento auctoritas superioris semper intelligitur esse excepta. c. venientes. extra, de iureiuran. Sane ego de hac decisione vtcunq; dubito; Nam licèt verum sit quod Princeps ex causa possit laxare iuramentũ ad hoc vt is qui iurauit seruare arrestum, non puniatur, si non seruet, quia auctoritas Principis semper intelligitur excepta.

446

cepta.d.c.venientes.& c.petitio.eod.titul. Et quamuis Aufrerius decis. Capellæ Tholos. 402. dicat eum non esse periurum, qui iurauit soluere certa die, & non soluit, vetante domino temporali; si modo vetet ex iusta causa; Tamen quo ad animam attinet, existimarem hoc iuramentum ab Episcopo cum causæ cognitione esse laxandum, aut cum eo dispensandum, sicuti hodie de consuetudine generali hoc Episcopis permitti testetur idem Guido quæsti. 140. circa finem. In illis enim quæ ad animam pertinent Episcopi cura & dispensatio propria est Et licèt causa possit esse iusta, tamen ne ex violatione iuramenti labes aliqua animæ aspergatur Episcopum absoluere aut dispensare conuenit, & rutius est iuxta ea quæ latè notat Roman. consi. 326. incip. In præsenti consultatione, & latius dicemus c. seq. num. 4.

5 Sic & is qui à loco in quo arrestatus erat recessit, & mox redijt antequam de violato arresto accusatus fuit, non ita punietur. Etenim Ludouicus Carrerius in sua praxi criminali, in 3. iudicio. numero 30. decidit, quod is, cui est assignatus locus pro carcere, sub fideiussoribus; si decessit & statim redijt, non tenetur ad pœnam. Et videtur ea sententia confirmari posse ex eo, quod non videtur diuertisse aut recessisse is, qui statim redit. Verba Iulij Pauli sunt hæc. Si in breui reuersa est vxor, nec diuertisse videtur. l. 3. ff. de diuort. l. plerique. ff. de iure dot. Et hoc credo verum si vltro redijt, & nullum præiudicium per hoc sit factum creditori. Sed si iurasset seruare arrestum, neque recedere à loco, puto eum periurum esse licet statim redierit, cum sua sponte contrauenerit iuramento & sine causa: & ideo tametsi non possit puniri tanquam violator arresti, si non iurasset; poterit tamen puniri tanquam violator iuramenti, quia iurauit, & iuramento contrauenit, eoq; nomine punietur, vel à Iudice laico, vel etiam à Iudice ecclesiastico; quia iuramentũ adijcit forum foro, & vtrique Iudici punitionem periurij defert, saltem per modum præuentionis. c. final. & ibi not. Doctor.

Doctor. de foro compet. libr. 6. vbi hoc latè quoque demonstraui.

Tertiò idem videri posset de eo qui cum esset arrestatus, subitò metu pestis recessit, si fortè in loco quo erat, supra modum grassabatur. Primò, quia in omnibus subintelligitur clausula, rebus in eodem statu manentibus. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loc. & ideo superueniens tam vehemens pestis, debet eum excusare, vt in simili notat Socyn. consil. 215. libr. 4. Bauerius in tracta. de iuramento. versicu 72. Secundò, quia etiam si iurasset non recedere ab arresto, tamen iuramentū quod occasionaliter tendit in damnum salutis corporalis, non est seruandum. Ioann. Andr. Cardi. D. Anton. Panor. Felyn. in c. si verò. de iureiur. & Egid. Bellamera consil. 16. incip. Factum est tale. Tertiò, quia pestis est fugienda. c. negociatorem. 88 dist. n. & sicut excusat ne quis in loco infecto comparere teneatur, si est citatus. c. quorundam. 74. distin. Cornel consil. 109. libr. 2. & consil. 131. libro 4. Ita etiam debet excusare ne quis in eo loco cum periculo vitæ suæ manere teneatur: & qui absentat se ex causa pestis, habetur pro præsente. Roman. consilio 263. incipien. Viso puncto. Quibus tamen non obstantibus, videtur contrarium in hoc casu esse verius: tametsi enim periculum vitæ imminebat ei ex peste, non tamen sine licentia à Iudice & creditore impetrata recedere debuit, c. præsentium. & ibi D. Card. nam qui sine licentia recedit, contumax reputatur, & pro delinquente habetur, c. 1. & ibi Decius, de iudic. glo. in l contumacia. ff. de re iudi. & sicut magistratus aut Iudex ipse manssit in eo loco, ita vani timoris allegatio, eum non excusaret. l. vani. ff. de regu iur. quod etiam ponderare videtur Ioan. Neuizanus consil. 51. num. 23. dum argumenta superius in contrarium relata limitat, si Iudex aut aduersarius est in loco, & licentia ab eo peti posset. Et sanè si idem aduersarius vel creditor est inhumanus, asper, durus, & intricabilis, Iudicis officio incumbet vt malitiæ ipsius non nimium indulgeat. l. in fundo. ff. de rei vend. sed arrestum in alium vici-

6

7

vicinum locum transferat, vel indemnitati creditoris
8 arrestantis alio modo honesto consulat. Quod si creditori iurauit debitor se nō recessurum sine illius permissione, antequam ei satisfecerit, vel cum eo cōposuerit, & postea creditor ei permiserit abire, intelligitur de prima vice; Ita vt si abierit & redierit, non potest amplius abire, nisi ille creditor iterum abeundi potestatem fecerit: quasi scilicet illa permissio sit consumpta prima vice & abitione, vt not. Bart. ad l. adulter. §. vlti. in princ. ff. de adult. Tiraquel. ad l. boues. §. hoc sermone nu. 90. versi. Quadragesimo nono. ff. de verb. signif. Oldra. quē citat Alber. ad l. vlt. col. 2. versi. prædicta etiā faciunt. C. de remissi. pign. licèt contrarium velit Calderinus, in sua disputat. inci. Ex octo studentibus, & Fely. voluerit vtrumq; concordare in c. 2. versi. fallit tertio. de treuga & pac. meminitque illius Tiraquel. d. loco, in tertia limit. nu. 9. cum seq. Illud tamen obseruādum est, quod si mulier eo casu quo licite ob debitum capta fuit, à car-
10 cere aufugit vel arrestum fregit, metu libidinis Commentariensis antedicta pœna non tenetur, sicut cū permissione custodis ad templum iuit, & redijt. Bald. ad l. 1. versic. Sed pone. C. de ædil. actio. Nam etsi hoc permitti non debeat, tamen non ex eo quæ capta est, sed Cōmentariensis punietur. Boërius quæst 217. in fin. Aliud est in eo qui carcerem verè relinquere voluit, qui si in ipso actu fugæ deprehenditur, tenetur ac si exiuisset, teste eodem Boërio, quæst. 215. nu. 12. & si fugit ruptis compedibus, inquit, etiamsi ostium fuisset apertum, punitur ludicis arbitrio, & pro confesso habetur; adijcitque ibi, nu.
11 22. arrestatum debitorem, licèt citari denuo non debuerit ex iuris dispositione, pro more tamen, per plateas ciuitatis à qua aufugit ad tres dies breues citari, visaque contumacia & defectu attento, eundem, etiam si citatio
12 ad notitiam eius non peruenerit, condemnari. Quod si verò reuertatur, credetur iuramento eius, dicētis se ob iustam causam fugisse. Cyn. ad l. fin. C. de requir. reis. Cornæus consi. 58. lib. 2. Hippol. sing. 115. nisi ludici aliud videatur. Quoniam verò vt superius diximus solet

in

in Romana Curia fieri arreſtum, ne quis loco diſcedat, ſub pœna excõmunicationis, quærit Quintil. Mendoſ. in tract. de monitor. q. 9. vtrum arreſtatus illicentiatus recedens, poſſit ilicò excommunicari, abſque alia citatione? Et videtur quod ſic, quia eo ipſo quod contrauenit, videtur eſſe excommunicatus; ergo alia citatio vel monitio requiri non debet: &c. reprehenſibilis, ibi, niſi fortè talis ſit culpa, &c. de appel. & ibi glo. Io. Andr. & alij. & c. præterea. 2. de appel. vbi ſententia excommunicationis ſub condicione ſuſpenditur, ſi ante condicionis euentum fuerit appellatum. Ergo ſi non appellet-tur, vt in caſu noſtro, non ſuſpenditur, & aliud dicendũ eſt: & ſic ſtatim vel elapſo termino, vel impleta condicione, vel conſtito de contrauentione, eſt excommunicatus, vt per Lapum alle. 73. Decium conſil. 145. Sed tamen his non obſtantibus, idem Mendoſius tenet contrarium, prout etiam in terminis tenẽt Rota deciſ. 822. inc. Sciendum eſt, quod quando aliquis, in antiq. & Socyn. conſil. 20. quod eſt inter conſil. Curtij ſenioris, poſitum, nu. 17. verſi. ſed infra facillimã. Idem etiã dicere 13
poſſumus in iudicio ciuili, quod licet quis violauit arreſtum, tamen non incidit ilicò ſic in pœnam violati arreſti, quin debeat prius citari, & ad eam pœnam cõdemnari, vel ſaltem declarari, quod incidit in eandẽ; ideo cp poſſet illi defenſio & exceptio aliqua competere, iuxta ea quæ d. conſi. 20. inter cõſi. Curtij latè deducuntur.

Quantam mulctam ſeu pœnam Satelles violationi arreſti apponere poßit. Cap. 29.

ARGVMENTA.

1 Arbitrariæ pœnæ aut mulctæ impoſitioni quando locus ſit.

2 Pœnæ & mulctæ ſunt commoda iuriſdictionum.

3 Mulctandi modum eſſe arbitrariũ, quomodo ſit accipiendum.

4 Pœna violati arreſti etiam ab alterius territorij Iudice irrogari poteſt.

5 Iudex an pœnam & mulctam augere & minuere possit. & 7.

6 Arresti violati pœna cui veniat adiudicanda. & 9.

8 Pœna etiam ex leuissima contumacia imponi potest.

QVod proximo capite diximus eum qui arrestū violat arbitrio Iudicis puniri posse, minorem difficultatem habet, si (vt plerunque fieri solet) satelles debitorem arrestauerit, eundemq; à loco in quo arrestatus est, sub certa pœna aut mulcta non recedere
1 iusserit. Arbitrariæ enim pœnæ aut mulctæ impositio, solet esse subsidiaria, vbi certa aliqua prius comminata aut declarata non fuit, l. 1. §. expilatores. & ibi Bartol. ff. de effrac. Alexand. in l. si quis id. ff. de iurisd. omn. iudi. l. 2. C. de crim. sacrileg. & Matth. de Afflict. in Constitu. regn. incip. Disputatur. in 2. notab. Sed quoniam plerique satellites ex magnitudine mulctarum dominorum suorum beneuolentiam captant, & quo plures & maiores fecerint, tanto gratiores se illis esse experi-
2 untur, nimis bene intelligentes illud quod ait Bartolus & alij, ad l. 1 ff. solut. matr. quod pœnæ & mulctæ sunt commoda iurisdictionum, & Roman. consi. 70. Ideo illud quoque extra propositum nō est, si quæratur, an in potestate atque arbitrio satellitis sit, quantam velit pœnam, aut mulctam adponere, videlicet aut centum florenorum, aut centum coronatorum, aut centum realiū, aut anglottrum aurorum, aut maiorem? Et sanè quoniam non potest maior esse auctoritas satellitis, quàm Iudicis, cuius auctoritate fit arrestatio, etiam si ex consuetudine loci, non semper speciale mandatum, ad eam faciendam habere debeat, (vti superius est ostensum) ob oculos ponenda est elegans illa constitutio, Arcadij & Honorij Imperatorum, quam de modo mulctarum ad Messalam Præfectum prætorio miserunt, in hæc verba; Eos qui ordinario prouincias iure moderantur, erga eorum personas, quos culpa reddit obnoxios vltra

duarum

duarum vnciarum auri ſummam condemnare non pa timur. Proconſularem verò poteſtatem ſi mulctandi neceſſitas imminebit, ſenarum vnciarũ auri ſumma co hibebit. In qua forma etiam Comes Orientis, atq; præfectus Auguſtalis erit. Cæteri verò ſpectabiles Iudices, & qui vice noſtra adminiſtrationis gubernacula ſuſceperit, vltra tres auri vncias, ſibi intelligant licentiam denegatam. l. eos. C. de mod. mulct. Sub proconſulari autem poteſtate intelligit etiam Epiſcopos, ibi Accurſ. ad verb. proconſularem. Vncia verò auri quanta fuerit, vide Didac. c. 3. & 4. in lib. nummiſ. veter. Alcia. lib. 4. c. 21. diſpunct. Budæum de Aſſe, & alios. Et ideo quod nõ 3
nulli dicunt, modum mulctandi eſſe arbitrarium, ita accipit Alciat. in l. aliud eſt fraus. nu. 16. ff. de verbo. ſig. dum legitimum modum iam deſignatum, in d. l. eos. non excedat; t[illegible]norem autem imponere eos poſſe non dubitat. in l. ſi qua pœna. nu. 11. cod. illo tit. Sed hæc elegans mulctarum conſideratio, iterum ferè in diſſuetudinem abijt, & ab incerto Iudicis arbitrio pendere ce pit, vt teſtantur Alexand. conſi. 35. nume. 5. libr. 2. Iaſon ad l. 1. §. quod prætor. in fi. ff. ne quis eum qui in ius voc. Specul. in tit. de ſenten. prolat. §. ſpecies. verſi. ſed nunquid titulus. Maranta de ord. iudic. parte 4. in 5. principali diſtin. num. 69. Ob quam aut ſimilem pœnam vel mulctam, etiam ab alterius territorij Iudice, ſi compre- 4
hẽdatur, puniri eũ poſſe arbitror, Iuxta not. per Matth. de Affli&t. ad conſti. incip. De pacterenorum. in 5. notabili. Sed quoniam pœna eſt commenſuranda delicto. l. omnes peregrini. C. commu. de ſucceſſ. & quia Iudex ſicut pœnam & mulctam etiam ordinariam in præcepto, ex cauſa augere poteſt. Hoſtienſis in §. de mulcta. in tit. de ſenten. & re iudic. Ita quoque eam aut remittere, aut moderari, atq; minuere poteſt. l. illicitas. §. fin. ff. de offic. præſid. Maranta de ord. iudic. parte 6. c. inci. Expedita ſecunda parte. nu. 32. boni Iudicis officio incumbet iuſto temperamento, ita ſe hac in re arbitrum conſtituere, vt neque nimium remiſſus, neque nimium ſeuerus fuiſſe videatur, perſonarum & circunſtan-

tiarum rei, ratione habita atq; expensa. l. respiciendū l.
6 aut facta. ff. de pœnis eandemq; in dubio, fisco adiudicabit. l. Iulianus. § his quoq;. C. de sacrosanct. eccle. Bart. in l. 1. C. de excusa. muner. lib. 11. Bald. in c. quæ sunt regal.
7 Quod si dicas, remissionē mulctæ inferioribus iudicibus non permitti, sed illustrioribus & maioribus tantum, vt ait Rebuffus, tomo 3. ad ord. regias. tract. de appel. artic. 118. glo. vna & art. 14. num. 20 respondeo eā sententiā etiam ipso Rebuffo teste, à gloss. & Doctor. reprobari in l. & in mulctis. C. de appel. & ab Ang. in trac. malefic. ad verb. qui Iudex. versi. inci. quæro an contumacia. num. 26. Cui decisioni standum est, nisi consuetudo aut statutum, aliud inducat; maximè cum causa minuendi subest, vt per Afflict. ad constit. incip. Et quę ad decus. in 10. notab. aut cum ex causa recessit arrestatus, quæ etsi sufficiens non fuit, aliquo tamē modo probabilis fuit, veluti propter non satis iustum metum hostium, aut pestis, aut belli, aut insidiarum, & si quid his
8 sit simile. Quamuis enim mulcta possit imponi, etiam ex leuissima offensione, & contumacia, aut præuaricatione, vt ait Curt. ad d l. 1. §. 1. nu. 13 ff. si quis ius dic. nō obtemp. tamen indigestæ voluntati satellitis, indulgere, & talem mulctam ab homine arrestato, quē ille fortassis odio prosequitur, exigere quantam ipse voluerit,
9 res esset plena iniquitatis, & appellatione digna. Quæ modo & in simili dicimus, quod mulcta aut pœna, si parti sit applicanda, debet regulari, secundum interesse & damnum partis aduersæ. l. 2 ff. si quis in ius voc. non ierit. Ioan. Constant. ad ord. reg. art. 121.

Vtrum aduersus mulctam seu pœnam violati arresti præscribatur. Cap. 30.

ARGVMENTA.

1 Actiones pœnales & mulctæ certi temporis spacio præscribuntur.

2 Mulcta ob spretum Iudicis præceptum commissa, post annum non potest exigi.

3 Arre-

3 Arrestatus ob pœnam violati arresti post annum conueniri non potest.

4 Pœnam violati arresti post annnum nō posse peti, quo pacto intelligendum sit.

5 Iuramenti violati persecutio anno non concluditur.

ADuersus actiones pœnales & mulctas, certi temporis præscriptiones à lege inductas esse cōstat. Actioni enim iniuriarum anno præscribitur. l. si non conuicij. C. de iniur. Actiones prætoriæ vltra annuum exerceri non possunt. Insti. de perpet. & tempor. act. in princ. Qui pecuniam accepisse dicitur, vt alij negocium faceret intra annum tantùm quadrupli conueniri potest. l. 1. ff. de calum. Is qui vim fecit, intra annū vtilem rectè conuenietur. l. 2. C. vnde vi. Adulterij accusatio post quinquennium continuum non auditur. l. quinquennium. ff. ad l. Iul. de adult. Accusatio peculatus quoq; trium annorum est. l. peculatus crimen. ff. ad l. Iul. pecul. Bona propter contumaciam seu delictum confiscanda, intra quinquennium à fisco vindicari oportet: & sic de similibus Et vt Ioan. Imbertus Insti. forens. lib. 1. c. 33. quoque respondet, mulcta ob spretū iudicis præceptum, vel mandatum, aut ob delictum aliquod commissa, post annū exigi nō potest; allegans ad hoc Bart. in l. vnica. ff. si quis ius dicen. non obtemp. qui tamen hoc non dicit. Vnde à simili dici posse arbitror, quod si quis violauit arrestum recedendo à loco, à quo sub pœna recedere non debuit, aut non recedere promisit, quod post annum ex hac pœna, quæ per satellitē fuit imposita, aut cōminata, conueniri, aut puniri non potest. Quo modo & Guido Papæ quæst. 359. incip. de præceptis, dicit, quod præcepta pœnalia, quæ faciunt iudices, de quid faciendo vel non faciendo, ligant quidē, sed si talis non obediens, non mulctetur, aut conueniatur, intra annum, elapso anno mulctari aut (vt ipse loquitur) inquæstari, non poterit, per d. l. vnicam. §. 2 facit l. non solum. §. fin. cū l. seq. ff. de alien. iud. mut cau

4 sa facta. Quod intelligo esse verum quando is qui violauit arrestum redit, & est conuenibilis in loco arresti, aut quãdo illic habet bona, ex quibus mulcta capi possit, Nam sicut agere non valenti non currit præscriptio. l. sicut. C. de præscript. 30. annor. & à tempore præscriptionis subducuntur ea tempora, quibus quis legitimè impeditus fuit. l. 3. §. vlt. l. hi tamẽ ff. de accusat. Ita quoque iniquum foret, Iudicem excidere sua mulcta aut pœna per lapsum anni, si fortè is qui arrestum violauit, aufugiat, vt comprehendi non possit, nullaque bona habeat, ex quibus ea præstari posset. Quo respexisse videtur Barto. ad d. l. quinquennium. dum ait, qd prædictum quinquennium est vtile, quo ad initium; & Ang. ibi, quod quinquennium illud non valentib. accusare. Idque adeo verum esse videtur, vt etiamsi contingat violatorem arresti post annum mori, hæres eius in conscientia non tenetur. Nam vt Bald. ait ad d. l. 2. C. de vectig. conscientia non ligat, quos natura non ligat; & ideo inquit, sicut res quæ incidit in commissum post quinquennium peti non potest, ita quoque si delinquens moritur, infra quinquennium, in foro animę non tenetur; Et qua ratione post annum non datur; eadem ratione quia pœnalis est, in hæredem non datur. l. in honorarijs. ff. de oblig. & act. gl. vlti. in d. l. vnica. nisi lite contestata cum defuncto. Nihilominus si & 5 iuramentum quoque addiderit arrestatus, & illud violauerit, alio iure vtendum esse censeo, quia violati iuramenti persecutionem & pœnam anno concludi, non legi: & proinde Iudex vel laicus vel ecclesiasticus, diuturniorem querelam habet.

Arrestanti Apparitori an resistere liceat.
Caput 31.

ARGVMENTA.

1 Captura est admodum ignominiosa.

2 Nobilem aut potentem mercatorẽ arrestare plus est, quàm aliquem plebeium.

3 Arre-

3 Arreſtatio etiam licita debet eſſe abſq; iniuria.
4 Armis an reſiſtere poſſit is qui illegitimè ob debitum capitur. & 6.
5 Iudici malè exequenti violenter reſiſti poteſt.
7 Arreſtatus iniquè, an poſſit impunè è carceribus effugere.
8 Iniuſte arreſtatum è carcere eximens, an teneatur Edicto, Ne quis eum, &c.
9 Arreſtatus perperā, etiam poſt tēpora appellatio, ni præſtituta appellare poteſt ab arreſto.
10 Arreſtatus poteſt arreſtantem contra ſe teſtimonium ferentem vt inimicum reprobare.

SANE in modo & forma arreſtandi diſcretum eſſe Apparitorem conuenit, vt etiam, quādo arreſtatus arreſtum cautione diſſoluere non poteſt, ratione feratur eamque ſequatur. Nam vt ſuperius diximus, arreſtatio & captura cuiq; eſt admodum ignominioſa adferens grauamen irreparabile, teſte Bald. ad l. ſi clericus. C. de epiſc. audient. & multò magis infamat nobilem, quàm plebeium, famoſum mercatorem, quàm alium. Neuizan conſi. 52. num. 8. verſic. prædictis tamen non obſtantibus. præſertim cum nos propenſiores eſſe conueniat ad iuuandum mercatores peregrinos. Alexā. conſil. 130. incip. ſuper eo. ante fi. lib. 7. multumq; in huiuſmodi negocijs defertur nobilitati ſeu integritati perſonæ, Odofred. ad l. 1. C. de cuſto. reor. Alber. ad l. 1. ff. eod. Luc. de Penna ad l. quoties. C. de dig. libr. 12. Barb. conſi. 62. lib. 1. Quo modo & ipſe quoque I. C. Claudius Saturninus, in l. aut facta. ff. de pœn. ait, in delictis atq; iniurijs æſtimandis perſonarum rationem maximè eſſe habendam. Et quamuis licita ſit arreſtatio, tamen eſſe debet non iniurioſa, Petrus de Bellapertica, in l. ab executione. C. quor. appel non recip. Angel. ad l. fin. ff. quod met. cauſ. vbi allegat pulchrum text. in l. ſi bene. ff. de vſur. ibi, *Contumelioſum ſe non exhibeat, ſed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum.* Ideoque Nizellus in concor. Bart. 105. ait, quod

1 2 3

451

eſt periculoſum ponere iuriſdictionem in manus ignorantium, qui ad capturas procedunt, non inſpecta vel habita qualitate perſonarum, quod vtiq; in magnum
4 dedecus arreſtati redundat. Neuizan. d. loco, num. 25. Et propterea, ſi quis illegitimè & perperam ob debitum capitur, poteſt etiam cum armis reſiſtere. l. prohibitum. C. de iur. fiſ. libr. 10. Afflict. in conſtitut. Caſtellani in 3. quæſt Paris de ſyndic. in verb captura. Iaſon ad l. j. §. quod Prætor. ff. ne quis eum qui. & rurſum Zaſio ad §. quadrupli. Inſtitu. de act. l. omnes. C. de decur. libro 10. §. fin. in auth. quom. oport. epiſc. Thomas Gram. voto 3. num. 15. & voto 32. num. 24. Non multò aliter quàm Iudici malè exequenti violenter reſiſti poteſt, non ſolum
5 per eum qui iniuriam patitur, ſed etiam per tertium cuius nihil intereſt, vel vicinos: gl. ad c. ex literis. in verb. denuncietis. de offic deleg. Specul. in titu. de citat. §. ſed nunquid. Felyn. ad d. c. ex literis. Dec. conſil. 469. num. 3. Afflict. conſtitut. Neapo. lib. 1. rub. 8. num. 78. Petrus à Duennas reg. 190. amplia. 8. Iſtud tamen mihi ſemper periculoſum viſum fuit. Nam etiamſi iniuſtè detentus poſſet reſiſtere cum armis, tamen ſe conijcere in eam diſputationem, an iniuſtitia fuerit notoria nec ne, res periculo plena eſt, à quo omnes merito abhorrere debent. Anchar. ad c. ea quæ fiunt. de reg. iur. libr. 6. col. 3.
6 Et quamuis ſint qui exiſtimant iniuſtè captum, poſſe ſe defendere etiam occiſis ſatellitibus, iuxta ea quæ notat Hippol. in pract. crimin. §. attingam. num. 40. Lucas de Penna ad d. l. prohibitum. Neuizan. d. conſi. numero 11. neque hoc tamen periculo caret, neque in ciuili cauſa arreſti locū habere exiſtimo: De qua re Boërius quæſti. 170. latiùs agit.

7 Sunt præterea in ea ſententia plerique ſummæ auctoritatis viri, quod is qui iniquè detinetur, cautim & impunè è carcere fugere poteſt, in quem iniuria conie-
ctus fuit, glo. in clem. paſtoralis in verbo, per violent. & ibi Dd. de ſent. & re iudic. Barto. ad l. relegat. ff. de pœn. Alexand conſil. 144. lib. 2. Socyn. ad l. 1. col. 2. num. 13. ff. ne quis eum. Iaſon ad l. admonendi. in lectur. ord colū.

18. ver

18.verſicu.tertiò limita.& iterum in repetit. num. 175. ff.de iureiur. quia hæc omnia magis ad iniuriæ damniq; iniurioſi & iniuſti depulſionem, quàm ad fraudē, vim & iniuriam pertinent. Neuizan.conſi.61. num 37. verſicu.confirmo quia,&c. etiamſi iuraſſet non aufugere,ſed ibi manere. Aret.cōſi.14 Hippol.ad l.1.nu.104. Cornel.de ſicar.& ad l.1.ff.de quæſt Quod ego non puto eſſe verum. Nam vt Panorm.ait,ad c.inter alia,in fi. de immunit.eccle.qui iniuſtè detinetur, & relaxatus iurauit ad carceres redire, non poteſt contrauenire iuramento:ſed debet prius abſolutionem impetrare,niſi periculum mortis immineret;etiamſi iuramentū ex parte eius cui præſtitum eſt,foret illicitum, vt c.1. c. 2.c.ſi verò.& c.de debitoribus.de iureiur. Nam & iuramentum per metum præſtitum, abſolutionem requirit. c. ad aures.& c.Tequen.de his quæ vi met.cauſ. quia ſine periculo ſalutis æternæ & corporis,ſeruari poteſt, vt c. cum contingat.de iureiur glo.ad c.1.& ibi Dd. In dubio autem illi ſententiæ adhærendum eſt, qua magis conſulitur animæ ſaluti.c.conſilium.de obſeruat.ieiu.c.iuuenis.de ſponſal.

Tum verò vi eximens iſtiuſmodi debitorem ex carce 8
re non tenetur edicto,Ne quis eum,&c. Iaſon ad l.1.§. Prætor.num.11.& ibi Doctor.alij.ff.ne quis eum. & ad l.quoniam.C.de appell.latè Iaſon conſil.20.libr.3. Mihi verò magis Bart.Angel. & Romani ſententia d.loco placet,exiſtimātium, eum qui vi eripit arreſtatum, parti arreſtanti iniquam cauſam fouenti, ad damni refuſionem,&ad id quod intereſt non teneri. Nihil enim verè intereſt,cum nihil debeatur, & damnū quod quis culpa ſua ſentit, ſentire non videtur. l. non videtur.ff. de reg.iur.Sed quantum ad Iudicem attinet,tenet ir,ne reſpublica quotidianis iſtiuſmodi violentijs,perturbationibus atque diuexationibus diſtrahatur & commoueatur, niſi tam notoriè eſſet iniqua hæc detentio, vt palam & vulgo nota ſit omnibus. Sanè etiamſi ita eſſet,ſentiant alij quod velint,ego vix admitterem particularem iſtam & priuatam rationem carceres aperien-

452

di & inuadendi.d.§.quod Prætor. & l.vlt.§.cùm in eũ.
9 illo titulo, quia aliqualis cognitio requiritur. Addunt nonnulli, quod vbi in his rebus locus esset appellationi, iniustè detentus, etiam post tempora appellationi præfixa, prouocare potest, quia grauamen istud habet tractum successiuum; & qui in arresto detinetur adhuc quotidie & de præsenti grauatur. Iason ad d.l.eum qui. §.in popularibus.ff.de iureiur. Angel. de malefic. ad verbum, Qui Iudex. nu.13. Sic & exceptio habens tractũ successiuum, quantumuis dilatoria, quandocunque etiam post litem contestatam opponi potest. Archidiac. ad c. hortamur. 3. quæst. 9. & à grauamine quod semper est in fieri, cum semper sit, semper prouocare & appellare licet, c. ex parte. de appell. & ibi pulchrè Philip. Franc. versic. quinto & vltimo infertur.

10 Postremò adde, quod iniustè arrestatus potest in alia lite contra arrestantem excipere, si in testem producatur, quod sit eius inimicus: quia detineri faciens aliquem in aliquo loco, aut in vinculis, censetur cum eo inimicitias contraxisse. Bald. ad l. in ipsius. 2. not. C. fam. ercisc. & ad l. nō ignorabit. C. ad exhib. Fely. ad c. cũ oportet. de accusat. Hippol. consil. 26. non multò aliter, quàm is qui aut bona alterius tollit, aut domo alium expulit. c. idem quis. de rest. spol. Marc. Anton. ad l. fin. nu. 97. cum seq. ff. de quæst.

Arrestanti resistens, eundemq; verberans, quo pacto puniatur. Cap. 32.

ARGVMENTA.

1 Resisti Apparitori liceat.
2 Iniuria facta Apparitori, censetur Principi, & Iudici facta.
3 Resistentis Apparitori violenter, quæ sit pœna.
4 Apparitori dicenti se percussum esse an credatur.
5 Apparitor an possit debitorē resistentē occidere.
6 Creditori an liceat debitorem vim inferentē interimere.

Quem-

QVemadmodum iniusta arrestatio neque culpa 1
neque pœna caret, ita & is qui legitimè arresta-
tur, resistere non debet; Et sicut iniustè ac perpe-
ram arrestati vel detenti magna est excusatio; ita legi-
timæ detentioni sese opponentis nulla iusta defensio
esse potest. Ideoque si is qui arrestatur, ausu temerario
vel verberibus excipiat, vel iniuria aliqua afficiat Appa 2
ritorem aut Seruientem munus suum exequẽtem, vti-
que hæc vis & iniuria Principi atq; Iudici illata censebitur, Bart. ad l. iniuria. §. 1. ad l. item apud Labeonem. §. item. ad l. lex Cornelia. ff. de iniur. Paris de Puteo in tract. de syndic. ad verb. familiaris. c. 3. nu. 11. refertque
Guido Papæ decis. 557. incip. aliquis verberat, &c. eos 3
qui sic Apparitoribus resistunt, & vim illis adferunt, in gallia, aut [illegible]ite, aut certè manus illius amputatione, qua facinus admissum fuit, puniri. Bartolus verò ad l. si quis. §. si quos. ff. de pœnis. & hunc cæteri secuti interpretes ad l. 1. C. ne quis in sua causa. pœnam arbitrio Iudicis huic delicto statuendam esse arbitrantur, etiã aduersus eum, qui ipsius illius Iudicis Apparitorem læsit, nulla scilicet familiaritatis, domesticitatis, vel fauoris exceptione hac in re suffragante.

Porrò autem an plena fides adhibenda sit viatori 4
asserẽti se percussum esse à debitore, & aliter nõ probãti, quæritur. Et quidẽ cõmuni calculo probatam video negatiuam partẽ. Anton. Imol. Panor. Philip. Franc. ad c. cũ parati. de appel. Petr. Iacob. in sua praxi. tit. de constit. pecu. Castrens. consi. 161. incip. Visis & ponderatis. lib. 2. Card. ad clem. 1. quæst. 8. de dol. & contumac. Ang. ad §. quadrupli. Insti. de act. Guido Papæ sing. 409. Ias. ad l. properandum. §. & si quidem. col. 2. versi. adde C. de iudic. Imol. ad l. si finita. §. si plures. ff. de damn. infect. Stephan. Bertrandi consil. 249. incip. quoniã. col. 1 libr. 1. Matthæus de Afflict. ad constitut. regn. Sicil. inc In ciuilibus. in 2. notab. Tyraquel. de vtroque retract. §. 8. glo. 9. nume. 14. Quia factum hoc non est inter ea quæ officio ipsius connexa sunt, neque ad illud pertinet, sed priuatum est tantũ, vt aiunt Cornæus consi. 79.

libro

453

libro 3. Ripa ad c. 1. de iudic. Bertrand. consil. 234. libr. 3. Alexand. ad l. sciendum. ff. de verb. obliga. Nicolaus de Milis, in suo dictionario, ad verbum, nuncius. Noluerũt enim maiores nostri hanc patere inimicitijs viam, vt quem quisque odisset, eum testimonio proprio posset tollere. Ementiuntur enim sæpe in eos quos oderunt. Cicer. pro Font. l. omnibus C. de testib. quamuis consuetudinẽ huic iuris dispositioni plurimũ & vbiq; ferè detraxisse fateantur: quod & Guido q 628. incip. nõ debet & q. 517 incip. aliquis, probat. Et inter hos quoq; sunt qui existimant, quod etiam ex iure cõmuni, in arbitrio Iudicis positũ atq; collocatũ est, cui potius credi debeat, apparitori ne, an debitori. Ad cuius rei decisionem, plurima ex circumstantijs, rerumque ac personarum qualitatibus desumi possunt, & non tam alienum ab officio est hoc factum, quã vulgo existimatur, quippe quod ratione officij fiat hæc iniuria, adeoque etiam ad principem atque Iudicem pertinet.

5 Quid igitur si resistentem & vim inferentem, vel etiam adiecta violentia paulatim fugientem Apparitor interimat? Amadæus Iustinus in tractat. de Syndic. in præfat. num 100. versi. sed pone miles. Cyn. ad l. fin. C. de requir. reis. cum alijs multis respondent, factum Apparitoris esse impunitum; cauendum tamen monẽt, ne Iudices, vel Seruientes ad eiusmodi facta facilè decurrãt; quod ea res non raro ciuium animos commouerit, & ex stulta quadam atque imprudenti misericordia, plebem parum aut nihil per se intelligentem, ad seditionem concitauerit. Quod amplius est existimãt omnes licere etiam creditori debitorem insequenti, eundẽ debitorem resistentem, vim inferentem, aut telo se defendentem, si aliter eum assequi non possit, occidere. Hippoli. ad l. 1. in princ. nu. 101. ff. ad l. Cornel. de sic. Salice. ad l. si vt allegas. C. illo titu. quod & ad procuratorem quoque creditoris ibi extendit Bald. Sed cum Deus tanta grauitate nobis ob oculos posuit hoc præceptum, *Non occides*, non facilè ad huiusmodi subsidia deflectamus. Ideoque Ioan. Imbert. Instit. forens. lib. 2. c. 3. dicit,

quod

quod si quid violentius aduersus resistentem fecerit Apparitor, non tenebitur. l. quemadmodum § vlt. ff. ad l. Aquil. & quod licet si Apparitori mandatum sit, vt quẽ ducat in carcerem, is autem se defendat, potest Apparitor eum interficere, Ioann. Fab. ad l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confug. hoc tamen intelligendum esse, si aliter eum Apparitor non posset prehendere sine metu maioris vulneris aut mortis: & quod ea de re tutius esset impetrare à Iudice potestatem.

De his qui arrestatos eximunt, aut in præiudicium creditorum occultant. Cap. 33.

ARGVMENTA.

1 Debitorem arrestatum eximens, debitum eius creditori arrestanti soluere cogitur.
2 Consulens debitori vt fugiat, an teneatur.
3 Occultans debitorem alienum, quo modo obligetur.
4 Vxor non tenetur, si recipiat vel occultet maritũ criminosum, vel eundem debitorem cælet.
5 Occultator an & quando compelli potest, vt debitorem occultatum exhibeat.

SED quoniam non solũ ipsi debitores, qui resistũt Apparitori & Iustitiæ, hoc suo tam temerario facto creditori suo præiudicãt, verumetiam, & hi qui eis subsidium, opem, consilium, vel auxilium præbent quo facilius elabantur, & sine quib. diu latere non possent malo publico, arg. l. 1. ff. de recept. fur. pauca quædam, quatenus præsentis materię ratio postulat, etiam de his in medium mihi adferenda videntur. 1

Principiò itaque, is qui carceri mancipatũ, aut clausum, arrestatum vel detentum è manibus familiæ Prætoris, Apparitoris, seu etiam carcere & vinculis eximit, succedaneum se facit debito eius, qui sic elapsus est, eodemque modo creditori ad cuius postulationem detentus seu arrestatus fuerat, omne æs alienum soluere cogitur

gitur, atque si fideiussorio nomine se pro eodem ante obligasset. l. quoties, C. de exact. trib. libr. 10. Quoties, inquit Constantinus, quis & priuati debitor inuenitur, & fisci, abreptus ab vno officio, teneatur ad vniuersi debiti solutionem. Qui eũ abstulerit, coërceatur, ac totius summæ exactionem in se suscipiat, qui eundẽ auellendum, subtrahendumque crediderit. Accursius quidem ad legis illius explicationem videtur existimare, quod fauore fisci hic aliquid constitutum videatur; sed communis sententia est hæc, quod sicut textus ipse de debitore priuati loquitur, ita etiam de eo intelligatur. Bal. ad l. addictos, circa fin. C. de episco. audien. Io. Fab. & alij ad §. item aduersus. Inst. de act. Bart. Ang Castren. ad l. sed eximendi. §. 1. ff. ne quis eum qui. Iaſ. ad l. 1. §. is videtur. ff. si quis ius dicent. non obtemp. nihilque æquius esse aut dici posset, quam qui is in obligationem incidat, debitumq; soluat, qui vt alter ab obligatiõe de facto eximeretur, & creditor debito spoliaretur, operã dedit, etiam si postquam exemisset eum, in potestatem illius creditoris rursum reduceret; Nam per talẽ reductionem, eximens non censetur liberatus obligatione, quam eximendo contraxit, cum ex hoc tam improbo facto, semel aduersus ipsum ius creditori quæsitum fuerit, coniunctaque sit eius obligatio priori, Boërius q. 217. num. 12. Ange. ad d. l. quoties. Salyc. ad l. in bonæ fidei. nu. 16. versic. tene tamen menti. C. de reb. cred. Iaſ. ad d. §. is videtur. Roman. ad l. admonendi. ff. de iureiu. à quib. omnib. tamen ad §. pœnales. nume. 49. Instit. de act. recedit Gomesius, ea potissimum ratione, quod per præsentiam debitoris res reducitur ad pristinum statũ. l. quamuis. ff. de in ius vocan. l. hoc edicto. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact. Quæ Gomesij ratio non satis firma & generalis est, quippe quod ipse debitor fortè non tã sit soluendo, quàm is qui eum exemit, adeoq; interesse potest creditoris, etiam ipsum eximentem obligatum esse. Quod in specie non multũ absimili respondet Castrens. ad l. Stichum. §. si mandato. ff. de fideiusor. Sed & Vlpianus, In eum, inquit, qui vi exemit, in factũ iudicium

dicium datur, quo non id continetur, quod in veritate est, sed quanti ea res est ab actore æstimata, de qua controuersia est. l. si per alium. §. fi. ff. ne quis eũ qui. Quibus verbis, refutatis aliorum opinionib. existimat inter alios Phanutius, in tract. de in litem iur. part. 1. c. 4. nu. 5. versi. reiecto itaque, &c. Iuramentũ permitti atq; deferri creditori, de eo quod putauerit sua interesse, debitorem exemptũ non fuisse. Quinimo, inquit, non videtur conueniens, quod eximens possit excipere, quod 1
exemptus nihil deberet creditori prætenso, per regulã iuris, quod de iure tertij nemini excipere licet, l. loci corpus. § cõpetit ff. si seruit. vendic. & latius Bald. ad l. cũ seruum. C. de ser. fugit. Socyn. cõsi. 88. lib. 4. tãto minus eius rei disquisitio ad ipsum ptinebat, an creditor calũniose arrestaret vel nõ. Quid enim si arrestatus, ex qua causa arrestatus est, debitor non sit; ex superuenienti tamen causa iusta & vera, iuxta ea quæ superius diximus, sisti, detineri, recõmendari & arrestari possit? 2

Eadem quoque videtur ratio eorum, qui scientes prudentesque faciunt fugere eum debitorem, quem alioqui creditor sistere & arrestare potuisset, vel quia hoc futurum significant vt arrestetur, vel vt fugiat, & creditorem fallat, equos suos commodato concedunt. Anchar. consil. 340. numero 6. incip. viso themate. Ioan. de Anan. consi. 55. incip. quia dubia. numero 4. Curtius ad l. admonendi. num. 102. ff. de iureiur. Iaſ. ad l. 1. §. quod prætor. ff. ne quis eum. & omnium latissimè apertissimeque Hippol. de Marsil. sing. 137. incip. in iure clarum est, &c. Benenutus in tractat. de decoct. c. incip. circa propositã, nu. 23. & 25. & Boër. q. 215. quia qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, l. nihil interest, ff. ad l. Corne. de sicar. Qua ratione & Vlpianus ad l. 1. §. 1. ff. de eo per quẽ fac. erit. actioné in factũ ad id qđ interest, aduersus eum concedit, cuius causa factum est, quo minus quis iudicio sistat. Et rursum, Si compeditum seruum meum, vt fugeret solueris, inquit, an de dolo actio danda sit? & ait Quintus Mutius apud eum notans, si non misericordia ductus fecisti, furti tenearis;

ris: ti misericordia, in factum actionem dari debere. l. & eleganter. §. item labeo. ff. de dol. malo. Ad cuius quidem responsi interpretationem notat Bald. quod misericordiæ motus excusat à dolo, sed non impedit quo minus is qui fugæ auctor est, obligetur ac teneatur: quia hæc misericordia in aliorum præiudicium tendens, nō est regulata secundum limites rationis: quippe quod dum per fugam vni consulit quod soluere debuisset; alteri, qui iustum debitum amittit, maiore iniquitate & inæqualitate damnum infert. Qua de re nonnulla huc pertinentia scribit Cæpola consi. 14. quem vide. Ideoq; quamuis multi sint, qui existimarent oppido durum esse quod quis ex sola persuasione consilioque & auxilio fugæ ad eris alieni exolutionem teneretur; si quis tamē in ipsam rationem quæ consultos mouit, altius intueri velit, facilè intelliget omnia hæc æquitati atque rationi naturali esse consentanea; & quidem potissimum inter mercatores, quibus si malè ceciderit fortunæ alea, quid reliquum est, nisi vt bis fiant miseri, & quod re sperata frustrati sunt, & quod tantum irriti laboris exhaustum, non sine dolore meminerunt? Quo etiam pertinent vulgatæ iuris regulæ de fraudulento consilio, de persuasione fugæ, & reliquis multis similibus huc pertinentibus c. nullus ex consilio. de reg. iur. libro 6. l. consilij. ff. eod. titu. l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corrup. l. 1. & ibi Doctor. C de seru. fug. Et quamuis aliqua ratione excusari posset, qui homini crimen capitale committenti consulit, vt fugiat in locum sacrum, qua de re disputant interpretes, quod plerunque tandem Deus & Iudex reperit nocentes; tamen quia hic agitur de particulari damno creditoris, qui fortè nunquam debitum suum assequetur, iam elapso debitore, æquum est, vt iste auctor fugæ in periculum omne succedat, si non debitor ipse iam fugæ accinctus fuerat, iuxta notat. per Dd. ad d. l. consilij. Pulchrè Bald. consil. 222. incip. in quæstione D. Milani. libr 3. & pleraque eodem pertinentia scribit in consil. 182. libro 5.

9 Eodem etiam loco esse existimant eos qui debitorē iam

iam iam sistendum & arrestandum occultant, vt tandē elabatur; Iason ad §. pœnales. Institut. de act. num. 103. Salic. ad l. fin C. de oper. libert. quippe quod vbique eadem est ratio. Et in simili, si quis seruum fiscalem putauerit occultandum, inquit Imper. non solum eum restituere, sed etiam duodecim libras argenti pœnæ nomine fisci iuribus dependere compellitur. l. pen. C. de ser. fugi. Et quicunque seruum fugitiuum in domo vel agro insscio domino receperit, eum cum alio pari, vel 20. solidis reddit. l. quicunque. eod. titūl. Apertius verò in l. fi. C. de oper. libert. textus ait, eum qui alienum libertum occultat, loco ipsius ad operarum præstationem teneri. Et alibi constituit Arcadius Imperat. eos qui aliorum personas cum detrimento aliorum occultant, ad quadruplum teneri. l. 3. C. de assessor. Et licet Bald. decidit consilio 382. num. 7. libro 5. vbi tenet quod scienter occultans debitorem alienum, non facit se succedaneum vel consortem debiti vel periculi; tamen ijs constitutionibus motus Zasius, eandem quæstionem, ad d. §. pœnales. num. 33. pertractans, ait, Sed quæras, si aliquis occultat debitores meos, ne possim eos conuenire, id quod sæpe contingit, an iste receptator vel occultator teneatur edicto, Ne quis eum, &c? Bald. ad l. fin. C. de oper. liber. putat eum obligari ad totum debitum, qui debitorem occultat; quamuis tandem in eo subsistat, & nihil affirmet: Iason putat, quod mihi plus placet, quod eiusmodi occultatores teneantur edicto, Ne quis eum, &c. quia satis dicuntur eximere, qui creditores frustrantur, morantur vel eis facultatem agendi auferunt. d. l. sed eximendi. 2. respons. Hæc ille. Iasonis verò verba sunt hæc. Fortè non esset ponere os in cœlum, tenere quòd in quæstione supra formata, contra illum competat actio in factum ex edicto, Ne quis eum qui, &c. propter generalitatem verbi *Eximere*; secundum quod declarat text. in d. l. sed eximendi, in principi. iuncto. §. Prætor ait. vel quod saltē, quia non interuenit vis sed tantum dolus, cōpetat actio in factum ex edicto, De eo, per quem factum, &c. & contra Baldum in d. l. fin.

quod imo teneatur ſoluere, tenet & fortè melius ibi Salyce. Crederem etiam quod iſto caſu prouideatur creditori, mediante tit. Si quis ius dicēti, &c. hoc modo, quia Iudex præcipiet illi occultanti ne impediat executionē, & ſi contemneret præceptum, poſſet Iudex procedere ad multas & alia remedia, quæ ad l. 1. d. tit. Si quis ius dicenti, &c. notari ſolent. Hactenus Iaſon. Baldi ſententiā amplecti dicitur Innocentius ad c. paſtoralis. de offi. deleg. & Seuer. in tract de debit ſuſpect. q. 10. Hippol. ſing. 43. incip. Debitor. in fin. propterea quod omnia iura ſuperius adducta, loquuntur in caſu ſuo ſpeciali. Primò ſcilicet in debitore tributorum. l. quoties. C. de exact. trib. Secundò quando quis debitorē vi eximit. l. penult. ff. ne quis eum. Tertiò quando quis impedit reum vel actorem venire ad iudicium. l. fina. ff. de eo per quē fact. Cum igitur in his caſibus ſit ſpecialiter & ſpecialiter prouiſum, ſequitur quod in contrarium eſt ius cōmune l. ius ſingulare, ff. de legib. Tū verò nemo cogitur prodere ſecretum. l. idem. §. ſi tibi iudicium. ff. de condic. ob turp. cau. adeoque cum ſemel debitorē occultare cœpit, fidemque ei dedit, quod eum non iudicabit, turpe eſſet fidem fallere, l. 1. ff. de pact. quæ etiam hoſti ſeruāda eſt, c. noli. 23. q. 1. putantque plerique titulum ff. de Receptatorib. in ciuilib. cauſis locum non habere, vt refert Benenutus d. loco. nume. 28. verſi. extra quæro. Cęterū hæ rationes non ſunt ſatis firmæ. vt communē opinionem cōuellant: quia vbicunq; ratio legis eſt amplior vel generalior dicto ſeu diſpoſito, tūc ad amplitudinē rationis extēditur ipſa diſpoſitio. l. regula. §. fi. & ibi Bart. & Bal. ff. de iur. & fact. ignor. l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertul. præcipuè quia intereſt publicè ne iſti debitores, & fraudatores ſic elabantur. In fauorem aūt publicum etiam pœnalis diſpoſitio ex identitate rationis extenditur: ſicut & in multis alijs caſibus huc pertinentibus, quos ad locū à rat. leg. larga ſeu ampla, notat Nicolaus Euerhardi. Et quāuis regulariter nemo ſecretum prodere cogatur, non tamen ideo in necem aliorum eiuſmodi debitorem occultare & executionem impedire poteſt;

poteſt; nam ſicut aliud eſt, non accuſare reum, & occultare reū: ita aliud eſt, non prodere debitorem, & occultare debitorem. Edictum verò de receptatoribus, nō habere locum in cauſis ciuilibus, non eſt mirum, cum plerunq; corporalem pœnā, aut certè aliā huic non admodum diſſimilem inferat, ad quam nec ipſe quidem debitor eſt obligatus. In eo ſanè conuenit cum hac noſtra materia, quod ſicut vxor recipiens & occultans maritū criminoſum, non tenetur, teſte Angel. in tract. malefic. ad verbum, dicto maleficio, nu. 25. Spec. de donat. inter vir. & vxor. §. fin. ita quoq; ne hoc caſu obligabitur, ſi occultet virum debitorē. Cæterum an in reliquis amicis atque conſanguineis, illud admittendū ſit, dubito. Nā vbi eſt metus mortis, naturalis ratio mouet, ac veluti vrget atq; impellit, inuitosq; propemodum eo trahit vt conſanguineorum ſaluti, id eſt, noſtro ſanguini, conſulamus; quæ quidem ratio in hac cauſa non adeo militare videtur. Qua tamen in re animi pendeo, atq; ſubſiſto: tu Tiraquel. de temper. pœn. cauſa 20. 21. & 22. vide. In eo conueniunt omnes, quod ſi debitor alia bona habet, in quæ miſſio fieri poteſt, non compelli occultatorem, vt debitorem exhibeat: verum ſi bona debitoris non ſufficerent, de dolo, vel iniuriarū actione agi poſſe. quā ſententiam etiam Boërius deciſ. 174. cum Benenuto d. loco probat; lateq; & eleganter de ea ſingul. ſuo 17. incip. Diligenter nota, diſputat Petrus Gerardi de Petra. Nam ſi ſimpliciter ad exhibendum debitorem tenetur, citra diſtinctionem & moderationem, fruſtra in. ducta eſſet iuris diſpoſitio, & multarum ciuitatum cō. ſuetudo ſeu vſus, quod ob ciuile debitū, nemo ex domo ſua vel aliena (vt latius ſuperius dictū fuit) inuitus trahi poteſt. l. pleriq;. ff. de in ius voc. Porro aūt de his qui violēter & nobis inuitis apud nos latitāt, nulla eſt dubitatio. Bald. ad l. in delictis. ff. de noxal. quia propoſitū & animus maleficia diſtinguunt. leg. 1. ff. de ſicar.

4

5

Ab Arreſtatione an appellare liceat.

Caput 34.

ARGVMENTA.

1 Appellare ab arrestatione an liceat. & 3.
2 Appellatio à Decreto Iudicis interposita an & quando executionem suspendat.
4 Appellare an possit debitor, si pecunia sibi debita sub manu sui debitoris, per creditorem arrestetur.

SVnt nonnulli moribus mitiores, qui tametsi se iniustè arrestari sentiunt, appellare potius ab arrestatione, quàm Apparitori arrestanti resistere, aut vim inferre malunt. Sed an in ea appellatione audiēdi sint, & quatenus ea illis prosit, dubitari posset; mouetque eam quæstionem Guido Papæ singul. suo 32. sed non soluit. & licèt Speculatorē ad hoc allegetur in §. 1. in prin. de appel. Is tamen nullā illius quæstionis mentionem
1 facit. Appellare tamen arrestum posse arbitror, per ea quæ notat Baldus ad l. si clericis. C. de episcop. audien. vbi dicit in simili quod à captura, quæ est realis citatio, appellari potest; cum sit grauamen cohærens personæ, quod per expectationem sententiæ diffinitiuæ (maximè si non res sed persona arrestata est) reparari non potest: arg. l. 2. C. de abolit. Non tamen, inquit, Iudex appellantē ideo statim dimittet, sed expectabit donec per
2 superiorem sibi mandetur: Quia vbi appellatur à Decreto Iudicis, quo respicit Decretum apprehensionis vel arrestationis, non prohibetur aliquid innouari cōtra appellationem, donec superior inhibeat. c. non solum. de appel. in 6 maximè vbi periculum est in mora, vel fugę vt hic, vbi omnis vtilitas arresti, ex relaxatione dissolueretur: quia tum appellatio interim non suspēdit executionem. l. fin ff. de appel. recip. Specul. in tit. de appel. §. in quibus DD in c. qua fronte. de appel. Quam sentētiam cōfirmat quoque Ludouicus Carerius in tract. de criminibus post prin. c. inci. Decimusquartus. vbi dicit, quod licet citatio verbalis non admittat appellationē, citatio tamen realis benè admittit, allegans Bald. d. loco, & cum eodem subijciens quod captus aut detentus

potest

potest appellare, etiamsi iam diu captus esset, quia quotidie sustinet nouum grauamen dum detinetur, in successiuo grauamine, sicut est istud, semper & quandocunque appellare licet. c. ex parte de appel. & ibi Doctor. & pulchrè Philip. Franc. in d. c. ex parte. versic. quintò & vltimò infertur. Iason ad l. Prætor. § fin. ff. de no. op. nunc. & excipere. Archidia. in c. hortamur. 3. quæstio. 9. & de eiusmodi appellatione ab arresto videtur loqui Dominus Præses Nicolaus Euerhar. consilio 21. incip. Visis scripturis. Sed hanc appellationis rationem mores nostri ignorare videntur quibus receptum est, vt arrestatus coram Iudice cuius auctoritate arrestatio est facta, proponat causas grauaminis per arrestum sibi illati, seu nullitatis eiusdem, & si Iudex aliter contra eum pronunciet, appellatur ad superiorem illius, sicut in aliis causis fieri solet. 3

Sic & Paul. Paris. consi. 39. incip. Non possunt libr. 1. de simili arresto loquens ait, quod si creditor arrestari faciat pecuniam, quam quidam alius debitori suo debet, & prohibeat, quo minus debitori suo soluat, potest debitor appellare, ne priuetur sua possessione, pendente appellatione. c. cùm personæ. de priuileg. libr. 6. c. 1. extra vt lite penden. Sed ne hoc quoq; mores nostri receperunt, secundum quos quotidie videmus fieri, quod pecunia debitoris sub alijs arrestatur. & causa arrestationis coram Iudice arrestante primò instituitur. 4

Quæ sit vis & quis effectus arresti.
Caput 35.

ARGVMENTA.

1 Arrestatio an & quando inducat litis pendentiam. & 4.

2 Iudicium corã vno Iudice ex necessitate intentatũ, an ad aliũ Iudicẽ transferri postea queat.

3 Condictio ex L. Diffamari. C. de ingen. manumis. intentata, an inducat litis pendentiæ exceptionem.

5 Arrestatio an producat pignus prætorium.

6 Arrestatam rem detinens, eam præscribere nõ po
test.

7 Arresto durante an res arrestata alienari possit.

CVM de vi & effectu arrestationis quæritur, præter eos qui ex superioribus capitib. apparere possunt vnus effectus esse videtur, qui inducit litis pendentiam. Nam in simili decidit Nicolaus Anthonius in addition ad Octauianum Vestrium lib. 4. c. 1. nu. 9. per petitionem, vt quis carceribus mancipetur, ac per ipsam capturam sequentem litis pendentia inducitur: & ratio esse videtur, quod sicut per citationem verbalẽ dicitur iudicium esse ceptum. § fin. Instit. de pœn. tem. litig. & res desinit esse integra. l. si quis postea. ff. de iudic. c. relatum. de offic. deleg. Iaffred. decis. 60. etiamsi litis contestatio nondum interuenit D. Anthon. inc. aduersario. in 3. notab. de except. Ita longè fortius per citationem realem, id est per capturam seu arrestationem, quæ præualet; vt notant Doct. ad l. vlt. ff. de leg. 1. 2 in contrarium tamen allegari posset, quod quando coram vno iudice iudicium est inceptum ex necessitate, vt quia metuitur fuga Rei, aut actio tempore peritura est, aut quæ alia similis necessitas vrget, potest etiã coram alio iudice hoc iudicium agitari. Bald. & Angel. ad d. l. ceptam. arg. l. sed etsi restituitur. § ædium. versicul. sed & si dies. eod. titu. de iudic. Qua ratione plerique neoterici respondent ad l. quãuis ff. de damno infect. Quod si poteram te conuenire Perusij & Assisij, & incepi te conuenire coram Iudice Assisij ex necessitate, quia timebatur de fuga tua, potero te postea conuenire, coram Iudice Perusino. Sed hæ posteriores rationes non placent Ioãni Baptistæ Caccialupi in tract. de debitor. suspect. quæst. 15. vbi dicit, quod licet in d. l. sed etsi restituatur, permittatur quod iudicium alibi finiatur, non tamen ibi expresse dicitur, quod non sit inducta litis pen
3 dentia. Addo quod Felynus ad c. cum sit generale colũ. 4. de foro compet. in simili respondet, quod si diffamatus

tus ab aliquo, plures iudices habeat, & condictionem competentem ex l. diffamari. C. de inge. ma. coram vno Iudice intentauerit, veluti petendo perpetuum silentiũ imponi illi qui se illius creditorem esse iactitabat, is autem creditor coram alio Iudice eum in ius trahat, & coram illo prætensum suum creditum petat, obstat ei litis pendentiæ exceptio, & coram eo Iudice, coram quo remedium d. l. diffamari, intentatum est, causa peragi debet, licet contrarium consuluerit Socynus consi. 94. lib. 3. Cuius opinio ex eo satis conuellitur, quod ex ea sequeretur, quod quoties diffamatus plures haberet Iudices, condictionem ex d. l. diffamari, à lege cõcessam, aduersarius facilè eluderet, & ad aliud tribunal causam traheret, Iudicisque auctoritatem contemneret, contra l. si prætor. ff. iudi. Qua de re tamen magna distinctione vsus est Blarerius ad d. l. diffamari. c. 4. circa finem, quem vide. Et hæc sententia cõfirmatur satis in d. l. vbi ceptum. & exemplum huius potest poni in eo, qui curauit aliquem hic arrestari, & arrestatus posita cautione relaxatus ab arresto vel per procuratores suos dum manet in arresto, vocat eũ in ius corã alio Iudice ex d. l. diffamari. & arrestãs excipit, quòd eũ hic præuenit per capturã vel arrestationẽ, & quod, cũ per hoc sit hic inducta litis pendentia, debet hic finiri; Aliud esset si arrestatio non esset facta ad finem consequendi debitum, sed ad finem declarationis iuris sui, aut liberationis; vt ecce scholaris huius Vniuersitatis Louanien sis intellexit, quendam ciuem Mechlinien sem hominem iactum iactitare quod ipse scholaris est ei in magna summa obligatus: Et quia per hanc iactationem bonum nomen ipsius denigratur, repertũ hic Louanij, auctoritate Domini Conseruatoris priuilegiorum eiusdem vniuersitatis facit arrestari ad finem, vt si quã arrestatus actionem aduersus eum habeat, illam coram magnifico Domino Rectore Vniuersitatis, suo siquidem Iudice, intra certos dies, sub pœna perpetui silentij proponat, iuxta dispositionem d. l. diffamari. Sanè hoc casu arrestum non inducit litis pendentiam respectu materiæ principalis 4

cipalis corã D. Conseruatore. Quinimò arrestatus proponens suam actionem coram eodem magnifico Domino Rectore, facit quod arrestari curans, petit: sed solum inducitur litis pendentia, respectu materiæ d.l.dif. famari.

5 Secundus effectus est, quod ex arresto videtur induci pignus prætorium. Quia pignus prætorium nipil aliud est quàm pignus quod a Prætore siue à Iudice datur, quodque Prætor aut Iudex nulla præcedente sententia ex iusta causa capi iubet, l. 2. C. de prætor. pign. l. non est mirum. ff de pign. actio. & apprehensionem rei requirit. l. 3. §. 1. ff. de reb. eor. Quæ omnia etiam in arresto, vel re arrestata concurrunt. Ex quo sequitur primò, quod si aliquo casu res arrestata furto esset amissa, vel aliquo alio modo ablata, daretur actio & persecutio quasi hypothecaria aduersus possessorem illius, l. vlti. C. de prætor. pignor. Secundò quod sicut debitor reficiendo expensas. & cauendo de iudicio sisti, recuperat missionem in possessionem, authent. ei qui. C de bon. auctorit. iudic. poss. c. 1. de dolo & contum. lib. 6. Ita quoq, & is cuius res arrestata fuit, recuperat rem arrestatam, sicuti inferius dicetur. Est enim arrestatio temporale, & prouisionale tantum impedimentum; non quidem propter se, sed propter aliud inuentum, videlicet, vt is cuius res arrestata est cogatur illic ad soluendum, non vt de illius rei dominio aut proprietate disputetur, Id quod etiam est in prædicta missione in possessionem. l. is cui. ff. vt in poss. leg. Vnde Carolus Molinæus ad secundam partem consuetudinum Parisiensiũ. tit. 2. glo. 1. ad verbum, arrest, ou brandon. multa recensет in quibus arre-
6 stum & missio in possessionem conueniunt, & in quibus differũt, quem vide; & inter cætera notat, quod neque missus in possessionem, neque detinens arrestum, præscribere potest, cum & scientia rei alienæ & titulus & animus possidendi deficiat. Cyn. ad l. 1. C. vbi in rem actio, Panor. num. 44. & alij ad c. quoniam frequenter. §. fin. extra vt lite non contest.

7 Tertius effectus est, quod res ista arrestata durãte arresto,

resto, in præiudicium arresti obligari, vendi aut alienari non potest, non magis quàm si pignus primò obligatum vni, postea alteri obligetur. c. qui prior. de reg iur. in 6. l. qui prior. ff. qui pot. in pign. aut si res alteri obligata in causam iudicati, vel pignus iudiciale acceptum sit. l à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. Sed quo minus sine præiudicio illius qui illam curauit arrestari, obligari, vel alienari possit, nihil vetat, cum etiam res sequestrata possit obligari & alienari, quia obligatio & alienatio respiciunt dominium rei, cui sequestrū non præiudicat. l. licèt. §. 1. ff. depos. l. interesse. ff. de acqui. possess. & quæstio possessionis ad quam magis pertinet non facit rem litigiosam. glo. in c. fin. 11. quæsti. 1. latè Marcus Anthonius Natta consil. 2. lib. 1. cessatq; hic ratio ob quam res in iudicium deducta alienari nō potest, videlicet, ne aduersarius fatigetur diuersis iudicijs. l. nulli. C. de iudic.

In causa arresti quis sit actor, aut reus.
Caput 36.

ARGVMENTA.

1 Causa Rei fauorabilior multò est quàm actoris.
2 Actor quis esse dicatur. & 3.
4 Agens stimulatus & per aliū prouocatus dicitur sustinere partes Rei.

CVM de forma & modo procedendi in materia ista arresti agimus, illud in primis vidēdum est, quis hic actoris, aut rei personam sustinet, quod alicuius momenti est, multa enim reo permittuntur, quæ actoribus non licēt, multoque fauorabilior est causa Rei, quàm agentis. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. c. cū iura. eod. tit. lib. 6. & fauorabiliores sunt leges ad absoluendū quàm ad condemnandum. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. Et quidem prima facie is qui arrestatur aut detinetur, aut cuius bona arrestantur aut detinētur, videtur esse actor: quia actor esse dicitur qui aliū ad iudiciū 1 2

prouocat.l.in tribus.ff.de iudic.l.libertus à patrono ff. de in ius voc.sicut facit is qui arrestatur,prouocat enim arrestantem prior ad iudicium , petens ab eo proponi causas arresti facti, & sustinens arrestū veluti malè perperam,sine causa & illicitè factum,caffari,tolli,& amoueri,ipsumque arrestantem in expensas, damna & interesse condenari. Id quod sensisse videtur Romanus
3 consil.217.incip.res ista.dicens eum esse actorē, qui petit capturam declarari illicitam,& capi facientem facit ad hoc citari.& Bart.in l.de pupillo.§.vlt.num.3. ff.de no op.nunc dicit quod excommunicatus aut bannitus petens reuocari tenutā datā contra se, vel petens remissionem,dicitur agere.Sed in contrarium est veritas, q̄ non sit censendus actor is qui arrestatur, sed ille qui arrestat:quia vt ait Angel.ad l non cogend[illegible].§.qu.pro. curatori.ff.de procur.agens stimulatus,dicitur sustine-
4 re partes Rei:Et Iurisconsultus in l.si pupillus.§.1.ff.de priuileg.cred.non obscurè indicat eum qui petit tenutam reuocari,reum potius esse,quàm actorem. De quo per Decium in c.intelleximus,nu.9.de iudic. Et cū certum sit quod arrestatus non nisi compulsus hanc actionem necessariam suscipiat,sequitur ipsum verè & legitimè,vt primitus prouocatum per arrestum,Reum,minimè autem Actorem dici oportere. Et quamuis in illo solo articulo incidenti videatur agere dum causas arresti exigit,& arrestum laxari postulat;quia tamē in principali articulo,ob quem arrestum positum est, se defendit, Reus est,vt cui veluti nullum debitum exigenti,definitio actionis applicari non potest.§.1. Instit. de act. Quod latissimè etiam confirmari & comprobari potest ex his quæ diligenter scribit Bart. Blarerius ad l. diffamari.c.4.num.7.C.de ingen.manu.vbi per multa argumenta ostendit, eum qui diffamatus est ab aliquo, & contra eum agit ex d.l.diffamari.ad hoc vt ei præfigatur terminus causas diffamationis proponendi, aut alioqui perpetuum silentium sibi imponi,non esse actorem,sed reum:qui casus huic nostro simillimus est.

Status

Statutum quo cauetur, quod in causa Arresti de triduo in triduum procedi debet, quo pacto intelligatur. Caput 37.

ARGVMENTA.

1 Tempus elapsum habet vim tacitæ renuntiationis.
2 Statutum vt de triduo in triduum procedatur an in fauorem Rei sit introductum, eique renunciare possit. & 6.
3 Dilatio alicuius fauore ordinata potest ab eo sperni.
4 Terminus alicui datus ab eo præueniri potest. & 8
5 Iudex an cogi possit à partibus vt vel ordinariè vel summariè procedat.
7 Statutum vt in causa extranei creditoris summariè procedatur pium est, & fauore creditoris introductum.
9 Dies termini an contineatur in termino.

EX consuetudine seu statuto quarundam ciuitatũ receptum est, quod in causa arresti de triduo in triduum, adeoque extra ordinem procedi debet. Accidit autem nuper, quod is qui arrestatus erat, seruiente triduo ad respondendum, aut duplicandum paracandum paratus non erat, arrestans autem sustinebat eum secludendũ esse, & articulata sua pro confessatis decernẽda esse, propterea quod statuto aut consuetudini arrestatus non satisfecerat, & sic tacitè renunciauerat; quia tẽpus habet vim tacitæ renunciationis, si quis illud labi sinat, vt ait Tiraquel. in libr. de retracta. conuẽt. §. 1. glo. 2. ad verb. au tel temps. nu. 42. & Bal. ad l. 2. C. de rescin. vẽd. & quod in potestate iudicis nõ est, tẽpora à statuto p̃finita, in præiudiciũ partis aduersæ p̃ducere & p̃rogare. §. si verò solũ. in fi. in auth. de nup. maximè cũ modus iste procedendi de triduo in triduũ, videatur esse traditus p̃ forma, quã relaxare nõ licet l. 1. C. de vsufru. Arrestatus nihilominus contradicebat, & sustine-

ſtinebat non teneri ſe de triduo in triduum procedere niſi vellet, ſed permittendum ſibi eſſe vt ordinarie, & ordinarijs diebus iudiciorum ad inſtar aliarum cauſarum procedere poſſet; Conſultus à iudicibus reſpondi pro arreſtato pronunciandum ac iudicandum eſſe: & ita
2 iudicatum fuit à Scabinis oppidi Louanienſis. Et ratio quæ me tunc mouebat, & quæ me adhuc mouet eſt, qđ hoc triduum in dubio præſumitur fuiſſe conſtitutum fauore arreſtati, l. cùm tempus. ff. de regu. iur. videlicet, ne is diu ab vxore, à domo, à liberis, à negocijs ſuis in extero loco, ingenti ſuo incommodo atque tædio detineretur; non etiam fauore arreſtantis, cui ſatis eſſe debet quod in loco habitationis ſuæ propriæ, debitorem ſuum extraneum quietè & commodè detinere & conuenire poteſt, etiam ſi eum non priuet ordinaria ratione procedendi, quam ipſe cogeretur obſeruare, ſi eundē ſuū debitorem in loco domicilij illius conueniſſet & forum illius ſecutus fuiſſet; Plura enim ſpecialia ſimul concurrere aut peti non debent. l. ſi quando. C. de inof. ſi. teſtam. Et proinde nihil vetat, quo minus debitor arreſtatus huic fauori pro ſe introducto renūciare poſſit. l. pen. C. de pact. nemo enim cogitur inuitus beneficio pro ſe introducto vti l. in inuitum. ff de reg. iur. & alioqui quod fauore arreſtati introductum eſt, in odium ipſius retroqueretur, contra l. quod fauore. C. de legib.
3 Quo loco eleganter notat Bald. verſic. incip. Tertiò exemplificatur, quod dilatio ordinata fauore alicuius, poteſt ab eo ſperni ſi expedit ſibi, non differre. Et quod ſi Princeps concedat alicui quod in cauſa ſua ſummariè procedatur, ſi proceſſit ordinariè, per hoc non poteſt impugnari iudicium, propter d. l. quod fauore. Et hoc iterū repetit ad l. nulla. verſic. pone mandatur. ff. de legibus. & Rebuffus ad concord. tit. de forma mand. apoſtol. ad verb. poſt menſem, ait quod ſi ante menſem conferatur beneficium poteſt mādatarius illud acceptare ſi velit, cum ille menſis introductus ſit fauore ipſius, cui poteſt renunciare. c. ſi diligenti. de foro compe. Et in ſimili videmus, quod quando tempus eſt adiectum fauore

pupil.

pupilli, potest pupillus aut eius curator, tēpus illud præ-
uenire. l. 3. § duæ causæ. ff. de Carbo. edict. & l. diui fra-
tres. in princ. ff. de liber. caus. Et debitor qui stipulatus
est terminum soluendi, potest illum præuenire, & inui-
to creditore ante soluere, Bartol. & Iason in l. stipulatio
ista. §. incertam ff. de verbor. oblig. l. quod quis. ff. de a-
ctio. l. quod in diem. ff. de sol. & hæredes mariti, qui ha-
bent annū de iure ad restituendam dotē mobiliarem v-
xori, possunt ante annum reddere eandem. Bald. in au-
then. ei qui. C. de bon. auth. iudic. possid. Sed magis ad
propositum vrget decisio Romani consil. 133. incip. in
prę suppositio casu. vbi dicit, quod quamuis Iudex in cau
sa in qua summariè procedere debuit, ordinariè procede-
re incepit, potest tamen pars illa, cuius fauore ordina-
tum fuit vt summariè procederetur, petere vt deinde or §
dinariè procedatur, nisi semel consenserit; quo casu eti-
am hoc potest, modo Iudex consentiat; & allegat glo.
singularem ad clem. sæpe. ad verb. partib. de verbor. si-
gnific. quæ etiam hoc notabiliter dicit. Quia licet D.
Cardinalis ibi, existimet Iudicem etiam inuitum cogē-
dum esse vt consentiat, tamen videtur verior esse sentē-
tia glos & Bonifacij atque Imolæ ibi, quod nō tenetur,
ne auctoritas iudicialis fiat ludibrio, contra l. si prætor.
ff. de iud. c. & gloss. in §. si quis autem non implens. in
verb. admonitus. in auth. de hæred. & falcid. & ne in po
testate partiū sit Iudici præscribere formam proceden-
di quam volunt, & in ea re sæpius illo inuito, mutare
rationem litis, procedendo nunc ordinariè, nunc extra-
ordinariè. quod absurdū foret. Neq; obstat quod Vlpia
nus ait, Si plures concordant qualiter sententia profe-
ratur, Iudex debet sequi eorum voluntatem. l. si conue-
nerit. ff. de re iud. quia vt ait Castrēs ibi in princ. hoc in-
telligitur quando cōcordant, quod condēnandus absol-
uatur, vel ecōuersò, quod absoluendus comdēnetur, vel
quod condemnandus, in quantum facere potest, condē-
netur. In quibus casibus non illuditur Iudici neq; ma-
iestati iudiciorum; neque interest Iudicis condemnetur
reus, an absoluatur, & aut pro qua parte. Et cū hæc va-
riatio

462

riatio & mutatio bonis morib. aduersetur, præallegatum Vlpiani responsum in eo locum non habet, iuxta notata per Zasium ibi. Qua responsione etiam alijs omnibus pro contraria parte allegatis facilè satisfieri posse videmus. Sed quando partes solum in vno aut altero actu non contradixerunt, tũc quia singulares actus iudiciorum sunt per se perfecti, sicut habemus titulos singulares & separatos de actibus iudiciorum, licèt in vno actu non contradixerunt, in alijs tamen contradicere poterũt, quia separatorũ separata est ratio, l. si maritus. C. de don. inter vir. & vxor. & de vno ad alterum non
6 infertur. Sed si tam arrestans quam arrestatus esset extraneus, plus vtiq; subesset dubitationis, quia sicut arrestati interest in loco extraneo non diu detineri, ita etiã arrestantis interest, in loco illo non diu litigare.

Quibus tamen non obstantibus adhuc puto idẽ esse, ideo quod in arbitrio arrestantis fuit debitorem arrestatum, vel in loco domicilij eius conuenire, vel alio loco illum arrestare. Et proinde sicut deberet ferre molestiam diutius in domicilio debitoris litigandi & ordinariè procedendi, si eum illic conuenisset, & in ius vocasset; ita quoque durum & acerbum ei videri non debet, si in loco arresti, ordinariũ iudiciorum tramitem, postulante id arrestato, sequi cogatur: nisi fortè in loco
7 arresti facti, statutum sit, quod in causa alicuius extranei creditoris, summariè & extra ordinem procedi debeat, id quod piũ & æquum est, & fauore creditoris introductũ, à debitore ei tolli non debet. c. indultũ. de reg. iur. in 6. l. id quod nostrũ. ff. eo. tit. sicut & in simili dicimus, quod si tempus est adiectum solutioni fauore creditoris, debitor ante illud tempus inuito creditore soluere non potest. Ias. nu. 3. & alij ad d. §. incertam.

8 Quod si verò is qui debitorem arrestauit, triduum illud præuenire, causasq; arresti positi, citius exhibere velit, existimo sanè id illũ posse, si alioquin dies iuridica sit, & arrestati non interfit. Nam & in simili decidit Bartol. Blarerius, ad d. l. diffamari. C. de ingen. manu. c. 6. nu. 125. quod is cui Iudex præfixit terminũ ad agendum,

dum, potest illum terminum præuenire, & comparere, parte ad hoc vocata, & citata, neque præiudicium aliquod inde referente.

Nec dubito quin & illud quoque hic quæri possit, vtrũ dies arresti positi in hoc triduo computetur? Sed verius est, quod si simpliciter habeat statutum, quod arrestans debet intra triduũ exhibere causas arresti, tunc dies arresti facti non computatur; quia dies termini à quo, vel ad quẽ, regulariter non continetur, vt latissimè omnium tradit Tiraquel. de retract. §. 1. gl. 11. vbi ponit regulam istã, cũ quindecim limitationibus. Sed si dicat statutum, causas arresti esse exhibendas à tempore arresti, vel facto arresto, intra triduum, tunc dies arresti cõputatur, iuxta notata per eundem in dictis limitationibus, ad quem remitto, & not. Panor. ad c. super eo. 2. de appel. & Q[illegible]. Mendosius ad regul. cancell. 19. de infirmis. nu. 6. quæst. 18. & Ludouic. Gomes. ad eandem regulam, quæst. 37.

De statuto quo cauetur, quod arrestans prima die iuridica debet exhibere causas arresti.

Caput 38.

ARGVMENTA.

1 Arrestante non exhibente causas arresti in termino, an arrestatus sit relaxandus. & 4.

2 Terminus à statuto vel lege præscriptus in dubio censetur esse peremptorius.
Termini peremptorij lapsus inducit tacitam renunciationem iuris.

3 Contumacia nulli nocet, nisi aduersarius eam in termino comparens accusauerit.

6 Iudex an terminum statuti vel legis prorogare queat.

MVltarum ciuitatum statuta etiam disponunt quod arrestans prima die iuridica quæ arrestũ factũ sequitur, causas arresti in iudicio apponere

&c

1 & allegare debet. Quæro igitur an si id non fecerit arre
ſtans, videatur arreſtatus ideo eſſe relaxatus? vel relaxá-
dus? Prima quidem facie videtur dicendum quod ſic,
propterea quod terminus à lege vel à ſtatuto præfixus
2 in dubio cenſetur eſſe peremptorius. l. ſtatu liberum. §.
§. Stichum, & ibi Bartol. & alij. ff. de leg. 2. & in l. ob
commiſſa. de adulte. idem Bartol. in l. mancipiorum. ff.
3 de opt. leg. & in l. fin. ff. de ferijs. & lapſus iſtiuſmodi ter
mini, inducit tacitam renunciationem iuris. Roman.
conſil. 431. Bartol. in d. l. mãcipiorum. Baldus ad l. ſi ea.
C. de vſur. & in ſua praxi criminali, titulo de appellat.
quæſt. 3. Quo modo & in ſimili videmus, quod termi-
no peremptorio aſſignato elapſo, non poſſunt produci
inſtrumenta. glo. in l. ſi eo. C. de remiſ. pignor. Et quod
ſi Iudex præfixerit terminum alicui ad accuſandum, &
is cui is terminus præfixus eſt, non accuſat, poſt [illegible] n
auditur, etiamſi ſit minor. Bart. in d. l. mancipiorum.
quia permiſſum ad tempus, cenſetur poſt tempus eſſe
prohibitum, iuxta iura vulgaria, id quod in arreſtante
tantò procliuius recipiendum eſt, ideo quod antea de iu
re ſuo tempeſtiuè inquirere, & prius quam debitorẽ ſuũ
arreſtari faceret, de omnib. ſe informare, & veluti præ-
paratus ad iudicium procedere debebat. l. qui accuſare,
& l. 1. & ibi Alcia. C. de edend.

4 Nihilominus tamen non aliter hoc verum eſſe cre-
diderim, quam ſi eadem illa die iuridica arreſtatus cau-
ſas eiuſmodi arreſti proponi, & allegari petierit, & in
defectum allegationis earundem ſe ab arreſto relaxa i
poſtulauerit; id quod nominatim exprimunt ſtatuta
Oppidi Louanienſis tit. de arreſtamentis, c. 8. & confir-
matur per Barth. Blarerium ad d. l. diffamari. c. 8. C. de
ingen. manu. vbi dicit quod diffamans cui eſt ſtatutus
terminus ad proponendam ſuam actionem vel accuſa-
tionem, lapſu ipſius termini excluditur, ſi diffamatus
ipſo termino ſeruiente petat declarari, illũ iure ſuo ex-
cidiſſe, & vlterius audiendum non eſſe, elegans ad hoc
Bar. ad l. Titia. ff. de accuſ. Boër. deciſ. 255. cũ alijs multis:
id quod exẽplo nõ caret; nã & in ſimili videmus, quod
contu-

contunacia alicuius nunquam sibi nocet, nisi quando aduersarius eius in termino comparuit, & eius contumaciam accusauit, l. properandum. §. & siquidē. in verb. absentiā accusante. & ibi Fulgos. Castrens. Ias. Bal. & Salycet. C. de Iud. & quod testamentum ratione prætritionis ita demum est nullum, si præteritus ipse dicat & petat, non aliàs. l. filio præterito. ff. de iniust. testam. & ibi Doct. Falcidia resecat ipso iure legata. l. linea margaritorum. ff. ad l. falcid. sed ita si hæres petat. l. patrem. ff. de his quæ in fraud. cred. Compensatio fit ipso iure, sed ita tamen si petatur. l. vlti. C. de compens. gloss. in l. scimus. C. de inoffi. testa. Et vbicunque aliquis priuatur suo feudo, aut feudum redit ad Dominū, intelligitur, si Dominus feudi petat. Bal. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. Sicut hæc & multa alia similia congerit [illegible] l. si vnquam. ad verb. reuertatur. num. 8. cum seq. C. de reuoc. donat. §

Deinde verò arbitror quoq; & Iudicem ex iusta & legitima causa, terminum istum prorogare posse, veluti si arrestans in morbum inciderit; si à Principe vocatus fuerit, nec procuratorem mittere possit; aut si Iudex ipse abfuturus sit; vel aliquis alius casus inciderit; quia cum non stat per arrestantem, quo minus causas arresti proposuerit, hoc ei imputari non debet, c. imputari. c. cum non stat. de reg. iur. lib. 6. & notant Cynus & Bal. in l. si cùm ipse. ff. de excus. tutor. de quo plura ad propositum notat idem Blarerius d. c. 8. num. 76. cum alijs seq. vsque ad finem c. 6

De insinuatione arresti super bonis absentis facti.
Caput 39.

ARGVMENTA.

1 Sententia contra absentem non citatum est ipso iure nulla.
2 Insinuatio per quem fieri debeat.
3 Insinuatio an sæpius sit facienda.
4 Domicilia plura si habeat debitor, ad quod fieri

insinuatio debeat.

5 Insinuatio procuratori facta an sufficiat.

6 Insinuatio quomodo fiet, si debitor sit omnino exterus & absit.

1 CVM sententia aduersus absentē non citatum & non auditum lata, ipso iure sit nulla. l. quęsitum. l. de vnoquoque. l. contra pupillum. ff. de re iudi. l. 1. ff. quæ sent. sin. appell. rescin. c. 1. de caus. poss. & ppr. facilè intelligi potest, quod si bona absentis, in aliquo loco arrestata fuerint, non subsistere iudicium, nisi ei cuius illa sunt, & qui in alio loco habitat, denunciatio siue insinuatio facta sit: Et proinde vsus iudiciorū vbi-

2 que ferè inualuit, denunciationem siue insinuationem hanc fieri per apparitorem aliquem eius Curiæ: & sæpe quidem per literas iudicum quorum au[illegible] stratio facta est, & coram quib. lis instituitur, eaque interpellationem quandam suscipiendæ defensionis continet, sicut & de denunciatione in casu emptionis faciendā fieri olim D. Mudæus præceptor & collega noster obseruandus scripsit ad tit. de action. empt. & vend. in c. quando committitur stipulatio. nu. 61. Extra territorium enim citare illi Iudices nō possunt. l. fin. ff. de iur. om. iud. Eodemque modo cum de distractione pignoris agitur, debitori eam denunciare oportet, vt si velit solutione eius quod debetur, illā auertat. l. 1. & alijs seq. C. de distract. pig. Sed quemadmodum citatio tribus vicibus fieri debet l. tres denunciationes. C. quo. & quan. iud. & quidem primum in personam rei, si ea reperiri possit, alioqui verò ad illius domum. c. 1. qui matri. accus. poss. Bart. & alij ad l. 4. §. prætor. ff. de dam. infect. l. cum pater. §. penul. ff. de leg. 2. Card. in clem. vnica. de

3 for. comp. Ita quoque & de insinuatione ista dicendum esse videtur, quæ loco citationis surrogatur; quod licet de consuetudine videatur solum requiri, quod insinuatio fiat domi, quasi ex eo præsumatur quod venit ad notitiam eius, per relationem domesticorum. Bald. ad l. meminerint. C. vnde vi. Fulgos. consil. 76. inc. Factū

tamen

tamen de iure aliud esset, vt indicat Rebuffus tomo 3. ad ord.regias.de citat.art.2.glo.3.ad verb. ou domicile. nu.3. Et si duo vel plura domicilia habet, debet ei fieri 4
denunciatio atque insinuatio, quando persona eius haberi non potest, ibi vbi tempore illius, cum familia sua degit. d.l.4.in versi.sed domum in qua degit. l. in lege Censoria.ff.de verb.sig.l.1.C.de offic.diuers.iud.

Quod si autem extra prouinciam sit neque domicilium in hac patria habeat, tunc videndum est an hic habeat factorem, institorem siue procuratorem generalem rerum suarum. Nam & his eo casu facta denunciatio sufficit.l.si dictum.§.si præsentem.& ibi gl. ff.de 5
euict.arg.l.si procuratori.ff.de verb.obli.sicut & locum tenenti, & vicario generali absentis facta sufficit, vt notat Rebuff.in tract.de nominat.q.14.nu.59. cum seq.si m[illegible] ea qualitate cõstet, aut saltem quod pro tali is palam & publicè habitus fuit, secundum eum ibi num.71.versic.aduertẽdum. & hæc quidem omnia antequam iudicium accipiatur, l.qui concubinam.§.si hẽres.ff.de leg.3.Si aũt neminem horum habet, sed sit om 6
nino exterus, veluti Hispanus, aut Lusitanus, aut Italus in Hispania, Portugalia, aut Italia habitans, nescitur autem vbi, & in quo loco, ita vt literæ magistratus ad eum dirigi non possint, sed habeat hic amicos vel cõsanguineos, sanè illis insinuatio cum assignatione competentis termini fieri posset, vna cum publica proclamatione, sicut videmus quod quando facienda est missio in possessionem contra aliquem qui non defenditur, debent requiri eius consanguinei, & amicitiam per proclama.l.item ait prætor.l.ergo. & ibi Bart.& Bal. & alij ff.ex quib.cauf.maior.l.hæc autem. §. non defendi.ff. ex quib. cauf.in in poss. eat non quidem singulariter nec in facie, sed generale edictũ fieri debet, quod si quis consanguineorum aut amicorum velit eum defendere, cõpareat tali die, coram tribunali. Panor.in c. causam. de dolo. Alberic.in d.l.ergo.quod tamen raro in praxi seruari dicit Rebuffus ad ordin.reg.tomo 3.tit.de citat. art.2.gloss.1.num.7. Aut si non habet amicos æquè per

465

edictum citari poterit.clem.1. de iudic. Castrēns. ad l. ad peremptorium.ff.de iud.

Inter plures creditores, vnius debitoris res seu bona arrestantes, qui præferendi sunt. *Caput 40.*

ARGVMENTA.

1 Regula, Qui prior est tempore, potior est in iure, locum habet etiam in pignoribus, & in quibus. 3.& 4.
2 Pignus prætorium quas ob causas contrahatur.
5 Ordo temporis non facit prælationem in pignore prætorio, sed veritas debiti.& 6.
7 Inter plures arrestantes an & quando omnium causa par sit.& 8.
9 Intellectus.l.in iudicati.ff.de re iudic.
10 Priuilegiatus præfertur non priuilegiato, non solùm in solutione consequenda, sed in eadem aliis facta repetenda.

SVbinde accidit quod vnius debitoris bona, aut diuersis diebus aut vno quidē die sed diuersis horis arrestanī. Accidit quoq; nōnullos ex his creditorib. ad quorū instantiā arrestata sunt, alijs esse diligētiores, citiusq; crediti sui fidem facere, & sententiam obtinere; ex quo magna plerunq; inter eos nascitur contentio, an omnes simul in rebus arrestatis earumve precio pro rata concurrere, an verò alij alijs præferri debeant?

1 Et sanè cum etiam in pignoribus, ad quorum naturam respicit arrestationis materia, vulgata iuris regula locum habeat, quæ est, quod qui prior est tēpore, potior est in iure, c. qui prior. de regul. iur. libro 6. vt patet ex l. 2. 3. & 10. C. qui pot. in pignor. hab. quod is præualet, qui præuenit. l. licet eod. titu. quod vigilantibus iura scripta sunt. l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. & quod inter cōcurrentes melior est occupantis cōdicio. l. inter eos. ff. de re iudic. videri posset, quod qui in arresto prior est,

or est, aut prior ad sententiam peruenit, alijs anteferri debeat.

Sed aliter in proposito negocio instituenda est consideratio; diximus enim superius quod arrestum proximè accedit ad naturam pignoris prætorij, quod cõtrahi solet vel ob contumaciam non sistentis iudicio, vel ob 2
debitum nõ solutum. auth. & qui iurat. C. de bon. auth. iudic. poss. l. eum qui. ff. de priuileg. cred. quodq; nulla præcedente sententia diffinitiua, de qua exequenda agatur, pendet ex officio Iudicis principaliter implorato ad cautionem, & assecurationem, aut ad præparandam litem, latitante vel suspecto debitore, l. si finita. §. si plures. ff. de damno infect. cũ similibus. Atqui hoc pignus prætoriũ à natura aliorum pignorũ in eo recedit, [illegible] conuento eadẽ semper regula est, vt 3
is qui prærogatiuam tẽporis habet, iure quoque potior sit. l. si & iure. ff. qui pot. in pig. hab. l. 4. C. ad Macedo. & ratio est, quod cum sibi vigilauit, id quod ex hac diligẽtia assecutus est, sibi auferri non debet. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. d. l. pupillus. Sic & pignus quod in causa iudicati capitur pro exequenda sententia diffinitiua, qua debitor condemnatus est, ex auctoritate iuris ciuilis consistit, neque vni decretum aut permissum prodest cæteris creditoribus, quorum non est par causa, vt quia fortè nondum condemnatum habeant debitorem, vel condemnato parcere voluerunt, vel nouatione sententiæ dilationem aliquam soluendi indulgere maluerunt; Ideoque in hoc pignoris genere qui tempore 4
prior est, potior est iure, prælationeque gaudet, si modo verè iudicatum sit, si auctoritate eius qui potuit iubere, decretum sit, & si captum possessumque sit. l. 1. C. si in caus. iudic. d. l. si & iure. latè D. Mudæus in tractat. de pigno. c. quib. mod. pign. vel hypo. fol. num. 86. & 87. Et ratio quare is qui primò est missus in pignus iudiciale, præferatur, est, quod missus in pignus iudiciale dicitur esse verus possessor. Nam creditor possidet pignus, quo casu alius non potest concurrere eodem iure quo prior; Duo enim simul non possunt possidere,

466

Ita ait Zasius ad l.cum vnus.num.9.ff.de bon.auct.iud. possid.

5 In prætorio verò pignore, ordo temporis prælationem non facit, sed parem constituit creditorum non imparem causam habentium, conditionem. Si plures, inquit Vlpianus, sint qui postulent vt caueatur, omnes simul mitti in possessionem solent; Idque Labeo probat. Et si prius quis in possessionem missus sit, & alius mitti desiderat, non spectabimus ordinem, sed habebunt ambo possessionem. Quod si iam prior possidere iussus sit, & alius damni infecti sibi caueri desideret, tunc enim nisi cauerit, mittetur in possessionem posterior. l. si finita. §. si plures. ff. de damno infect. & ibi paulo post subijcit, Cum igitur plures in possessionem
4 mittuntur, æqualiter omnes quasi in totum missi, concursu partes habebunt. Sic & Iulius Paulus respondit quod primum decretum interpositum, ad petitionem vnius creditoris, omnib. alijs creditorib. quoque prodest. l. cum vnus. ff. de bon. auth. iud. poss. vbi cùm vnus creditor esset missus in possessionem ex primo decreto, post certos dies, venit alius creditor qui voluit etiam immitti, Deinde certis diebus post, alij quoque creditores venerunt, & voluerunt gaudere ista immissione; Primus opponebat se, dicens se esse priorem tempore, atque ideo potiorem iure, voluit pabulum totum comedere, inquit Zasius ibi. Alij verò creditores voluerunt pabulari eodem pastu: Iurisconsultus tamen respondit, quod vno creditore immisso, omnes alij etiam vtuntur ista immissione, qui eam petunt: nec attenditur prioritas temporis, sed veritas debiti, quia hoc de-
6 cretum permissum est in rem, magis respectu bonorũ debitoris suspecti aut latitantis, quam respectu personę impetrantis. Deinde verò in pignore isto prætorio nulla est possessio, sed custodia, & detentio, & sic non respicitur ordo, sed omnes habent custodiam, vt ait Zasius d. loco, numero 11. Neque obstat si dicas quod Angelus ibi decidit, quod si debitor esset incarceratus propter debitum, alij creditores non possunt eum recõ-

menda-

mendare, vel declarare quod vellent vti eo iure quo primus, & quod etiam propter sua debita esset incarcerandus, & quod primum decretum quo contrahitur pignus prætorium non habet locum in libero homine. l. ob æs. C. de act. & ob. Qua de re & de veritate illius postea latius dicemus, & huc non pertinet; non enim loquimur nunc de arrestatione personæ debitoris, sed de prælatione creditorum in rebus illius arrestatis, & ex similitudine pignoris prætorij, dicimus quod inter plures creditores arrestantes omnium causa par est, & eadem, non respiciendo quis primo loco arrestari fecit, quis posteriore: pro qua sententia etiam facit text. in l. si is qui. §. qui prior. ff. vt in possess. legat. vbi idem Vlpianus sic scribit, Qui prior missus est legatarius in possessionem non præfertur ei qui postea mittitur. Inter legatarios enim nullum ordinem seruamus, sed simul omnes æqualiter tuemur. 7

Sed hæc tamen aliquo temperamento egent. Primò enim intelligo, quod nullus ex pluribus arrestari faciẽtibus alteri præfertur, quando de prælatione inter eos oritur quæstio, & iam omnes sententias pro se obtinuerunt. Solent enim prudentes Iudices in eiusmodi casu id efficere, vt quatenus fieri posset, simul expediantur omnium lites, & tunc nulla occurrit ratio ob quam alteri alter præferatur ex his, ex quibus nulli rem arrestatam speciali pignoris nexu sibi obligatam habent, quique omnes in prosequenda lite instituta fuerunt æquè diligentes & vigilantes. At si vnus reliquis diligentior, aut minus intricatam litem habes in pari omnium causa id effecit, vt citius quam illi sententiam pro se obtinuerit: Alij verò prolixa minusq; expedita lite occupati longo deinde interuallo, sententias pro se impetrent; antequã verò impetrent, is qui obtinuit sententiã executionem illius ex reb. arrestatis vrgeat, existimo eum audiendũ esse, nec ad expectationem aliarum sententiarum vrgendum; Nam & in simili videmus, quod si seruus meus erga plures delinquat, iam ego pluribus sum debitor; sed tamen ei qui prior sententiã obtinuit, ser- 8

467

uum dedam noxæ, aut ei satisfaciam, non posteriori, l. si quis à multis. ff. de noxal. act. Et si dedero filiofa. peculiũ vt negocietur, is verò æs alienum conflauit, multis creditorib. debere incepit, ego pater omnibus sum debitor, secundũ vires peculij : hoc loco potior est is, qui primò sententiam obtinuit, vt si à posterioribus creditoribus conueniat, deduco id quod solui priori ex iudicato. l. si verò. ff. de pecu. Item si plures concurrãt prętendentes causam dominij contra possessorem, is occupare, & occupando alijs potior esse dicitur, qui prior sententiam obtinuit, & possessor debet ei rẽ possessam restituere, modò victor curet, quod eum defendat contra alios concurrentes. l. is à quo. ff. de re iud. Quod tamen hic non est necessarium, hoc & Bald. ad l. fi. q. 2. C. depos. decidit, quod si plures deposuerunt pecuniã apud vnum mercatorẽ qui postea fugiat, cer ... vnu ... fuit diligens in exigendo, & obtinuit sententiam, alij verò non, non debet id quod accepit per sentẽtiam, nõ etiam per vim aut gratificationem alijs communicare.

Secundò intelligo quod omnes arrestari procurantes & sententias obtinentes cõcurrunt, si modo omnes instent pro consequenda executione suarum sententiarum in rebus arrestatis. Et sic intelligitur text. in l. in iudicati. ff. de re iudic. in qua Iulianus I. C. ait quod in actione non debet haberi ratio eius cui reus prior condẽnatus est, scilicet vt procedat, quando plures alij quibus reus condemnatus est, post obtentas sententias concurrunt in executione, & pro ea consequenda vrgent. Ita enim eum textum accipiendum esse docent Angel. Zas. & alij ibi, & Ias. ad d. l. inter eos. num. 9. vers. incip. In vltima parte gl. vt sic etiam verum sit quod vigilantib. & non dormientib. iura subueniunt, d. l. pupillus. & c. duob. cum glo. de rescript. lib. 6. l. qui autem l. ait prætor. ff. quæ in fraud. credit.

Tertiò intelligo omnium causam esse parẽ si nullus eorũ est priuilegiatus: Nam si inter plures arrestantes, vnus vel ius pignoris habeat, vel priuilegio aliquo inter personales creditores munit⁹ est, vt sunt vxor, fiscus, eccle-

ecclesia, pupillus, respublica, & si quid aliud his sit simile; vtiq; ille præferetur, licet posterior sententiã obtinuit, aut arrestũ fecit. Et in his verũ est quod Iulius Paulus ait, *Priuilegia non ex tempore æstimari, sed ex causa.* l. priuilegia. ff. de priuil. cred. vt priuilegiatus præferatur non priuilegiato, non tantum in soluendo, aut solutione cõ 11
sequenda, sed etiam in repetẽdo, l. pecunia. C. de priuil. fis. Etenim in ea opinione expresse versantur illic Accurs. Ias. nu. 83. Zas. nu. 5. & alij in d. l. inter eos, quod priuilegiatus non solum præfertur alijs vt solutionem consequatur, sed quod si alteri non priuilegiato soluta sit pecunia, possit illam repetere, non obstante, quod nõ priuilegiatus prior venit, & ad sententiam & ad executionem. & ideo textus in ead. l. inter eos. vtitur his verbis. *ex eadem causa eiusdem conditionis hominibus, &c.* Quo
[illegible] postquam. C. vt in poss. leg.

Debitore fugiente quo pacto Commentariensis, seu custos carcerũ teneatur. *Cap. 41.*

ARGVMENTA.

1 Debitor frangens arrestum compelli potest redire etiam per proprium suum Iudicem.
2 Custos carceris est velut depositarius.
3 Custos tenetur de negligentia.
4 Custos si debitor fugit, tenetur non solum debitũ soluere, sed etiam interesse.
5 Custos carceris an & quando teneatur de facto suorum. & 6.
7 Pro officiali quando præsumatur.
8 Custos carceris an quando excusetur.
9 Custos carceris an teneatur, si debitor cum altero custode fugiat.

MAgna quidem ignauia est Apparitorũ, qui vel non diligenter insequuntur debitorem antequam elabi & occultari possit, vel non satis caute ducunt, ne vi aut dolo eximatur. Sed multo maior

468

culpa atque infamia est, si iam carceri aut vinculis mã-
cipatum effugere sinant: quippe quod facilius est iam
captum atque comprehensum custodire, quam nondũ
ductum prehendere & detinere. Vnde & de his aliquid
nos dicere conuenit, Nam de ipso debitore fugiente sa-
tis superius diximus, quod etiam per proprium Iudi-
1 cem in cuius territorio existit, & domicilium fouet,
cogi potest vt ad locum arresti redeat. decis. Cap. Thol.
422. quod arbitrio Iudicis cuius arrestum fregit puni-
atur. l. fi. ff. de effract. & expilat. quod arctiore custodia
detineatur. Ioan. de Ana. consil. 55. num. 13. Roman. ad
l. lex Cornelia, ff. ad Sylla. & alia multa similia, quæ hoc
loco iterum repetere non expedit. Cæterũ ad ipsos Cõ-
2 mentarienses quod attinet, cùm loco depositariorum
habeantur, vt ait Castren. consi. 42. salariumque pro cu
stodia recipiant, de periculo, & omni culpa atque negli
gentia tenentur. l. qui mercedem. l. videamus. & vtrobi-
que gloss. ff. locat. Barto. & alij ad l. eum qui §. epistolã.
ff. de furt. Ideoque Iulius Paulus, Carceri præpositus,
inquit, si precio corruptus sine vinculis agere custodiã
vel ferrum in carcerem immitti passus est, officio Iudi-
3 cis puniendus est: Si nescit, ob negligentiam, remouen-
dus est ab officio. l. carceri. ff. de custod. & exhib. reor.
Qua ratione Bald. consil. 177. incip. In ista captura. libr.
2. & Iason. consi. 27. libro 3. ad subiectam materiam elegan
ter admodum respouderunt, Commentariensem seu
4 Custodem carceris si negligenter versatus sit, & Reus
vel debitor elapsus sit, non solum ad exolutionem de-
biti à creditori cõpelli, vt l. 3. C. de exact. trib. lib. 10. l. eũ
pro quo. ff. de in rus voc. l. fin. in fi. in verb. domino pre-
cium reddere debere. ff. de cust. reor. vbi hoc notat An-
ge. & Rodericus Zuarez ad declarat. 2. l. 2. fol. 2. libr. 2.
titul. des los emplazamientos. nu. 52. ca. incip. Sed atten
de; Verum etiam ad præstationem eius quod interest
teneri. Io. de Anan. consi. 55. incip. Quia dubia. ad finẽ.
Bald. ad c. 1. in 5. col. de offic. deleg. & in c. dilectis. colũ.
7. de appel. Salic. ad l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. quia
eos custodiendos in fidem suam suorumque recepit.

Vnde

Vnde etiam si non principaliter & directè per eius ne- 5
gligentiam debitor elapsus est, sed suorum quibus cu-
stodiam illius mandauit, æquè & ipse & fideiussor ipsi-
us tenetur. Bald. consi. 40. & seq. libr. 1. Florian. ad l. si
fornacarius. ff. ad l. Aquil. Oldrad. consi. 84. incip. Qui-
dam dixit. arg. l. qui tamen non idoneum. ff. commod.
§. penul. instit. de oblig. quæ ex quas. del. quia explora-
re eum oportuit cuius fidei atq; innocentiæ essent. l. fi.
§. seruorum. ff. naut. caup. stabul. l. 1. §. si quis igitur. eo.
tit. Quod tamen ita intelligit idem Oldrad. consil. 92,
incip. Rex habet castrum, &c. & Oldradum secutus Pa- 6
ris de Puteo in tract. de syndic. ad verb. Carcer. c. 5. nu.
4. nisi illi carcerem commisisset, cuius fides & diligen-
tia tempore commissionis & mandati omnibus cogni-
ta atque spectata fuisset. arg. l. 1. §. si magistratus. ff. de
magistrat. conuen. l. litis. §. si pecuniam. ff. de neg. gest.
l. 3. §. si eo tempore ff. de admi. rer. ad ciuit. pertinen. l.
argentum. ff. commoda. Et quamuis generaliter præ- 7
sumatur pro quolibet officiali l. 1. C. de suscept. libr. 10.
adeo quod alleganti eius culpam, incumbat onus pro-
bandi, l. 2. ff. de probat. Bart. ad l. si quis argentum. §. 1. ff.
de eden. illud tamen locum non habet, quando aliquid
factum est contra naturam officij, vt hic. Alciat. reg. 3.
præsumpt. c. 15. num. 4. versi. fallit etiam. Et ideo, inquit
si carceratus euadit, lex præsumit contra custodem. l.
fin ff. de cust. reor. l. diuus. ff. de offic. præsid. nec præsu-
mitur quod ferrum & similia possunt in carcerem de-
ferri, sine culpa & negligentia custodis. d. l. carceri. in fi.
& ideo meritò tenetur creditori ad id quod interest,
Aretin. consil. 38. incipien. Consultissime Domine, &c.
etiam si debitor per funes, aut ex aliquo altiori loco
se demisisset, d. l. fin. in verb. vel se præcipitauerit, licet
alio iure vtamur, si vel sub terra fossis actisque cuniculis, 8
vel alio aliquo loco abscondito, & quo minimè ex-
pectari debuisset talis casus, effugit. Amadæus in tra-
ctat. de syndic. num. 99. incip. item parcitur custodi. &c.
Pari ratione si plures debitores facta cõspiratione vim
Commentarienſi adferant, & sic ruptis compedibus
fugia-

fugiant; nulla eius culpa erit. Paris d. loco c. 3. incip. An si in plures. Et in summa si adhibuit omnem diligentiam, secundùm qualitatem rerum & personarum, de casu fortuito, vi, & his quæ præuideri communiter nō possunt, minimè tenetur, vt not. ad d. l. si negocia. ff. de neg. gest. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. latè Thomas Gram. voto 29. incip. Summi ōpificis. nu. 7. Paris d. loco. nu. 6. & Anchar. consi. 340. In eo mihi videntur conuenire omnes, quod si constabat debitorem arrestatum, verè debitorem non esse, neque ex alia causa detineri posse, non teneri commētarienſem, si is qui erat arrestatus fugiat. Ang. ad l. si quis sub condicione. §. fin. ff. de cond. institu. Barto. & alij ad l. si pecunia. §. sed & si acceperit. ff. de condict. ob caus. Sed & Paris d. c. 5. nu. 4. col. 4. ait, quod si carceratus impetrasset literas cessionis bonorum à Principe, cum ..... cedendo bonis liberaretur, & aufugerit negligentia Apparitoris, antequā Iudex discerneret ipsum esse admittendum ad cessionem bonorum, vel non admittendū, solùm tenebitur Apparitor ille, ad id quod interest, nō ad totum debitum, si notorium erat, ipsum debitorem non esse soluendo. Ego quidem hæc locum habere posse aliquo modo admiserim, respectu creditoris. Interim verò negligentiam ipsius, quæ in hoc vno facto admissa, in alijs similib. aut maiorib. negocijs periculosa atque pernicioſa Reipub. esse posset, vel remotione ab officio, vel aliter arbitrio Iudicis coërcendam atque puni
9 endam esse arbitror. d. l. carceri. Sanè si plures custodes extiterint, & vnus cum ipso debitore aufugiat, alter nō tenebitur, qui illum casum verisimiliter prouidere non potuit. l. fin. §. interdum. ff. de custod. reo. Bald. ad l. filio. §. eius. ff. de iniust. rupt. irrit. fact. testam. Qua de re plura apud Boërium quæst. 216. videre licet.

Debitor arrestatus quomodo ali, atque tractari debeat.
Caput 42.

ARGVMENTA.

Carcer deputatus est ad custodiā, non ad pœnam.

2 Carcer in quo est fames & sitis, cēsetur tortura.
3 Iniuriarum tenetur Commentariensis, qui victū, aut lectos denegat carcerato.
4 Mortuus in carcere, præsumitur culpa custodis perijsse.
5 Debitor carceratus cuius impensis sit alendus.

QVoniam verò, vt Vlpianus ait, Carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi debeat, l. aut damnum. §. solent. ff. de pœn. cauere debet Commentariensis, ne acerbitas adsit, sed permaneat debitor tantum sub fida custodia; nec sedis intimæ tenebras pati debebit inclusus, sed vsurpata luce vegetari, id est, subleuari. l. 1. C. de custo. reor. Qua ratione Honorius Imperator, etiam illud ad Iudicis officium im- [illegible] arbitratus est, vt de custodia captiuos subinde interroget, ne his humanitas clausis per corruptos carceris custodes negetur. l. Iudices. C. de episcop. audien. quia incarceratio in qua est fames & sitis, verius tortura appellatur. Bart. ad l. 1. §. diuus. ff. ad Sylla. Et si vt Lucinius Ruffinus I. C. ait, qui victum vel stratum inferri in carcerem iudicato non patitur, vtili pœnali, vel iniuriarum actione conueniri potest. l. si victum. ff. de re iudic. quanto magis iniuriarum tenetur Commē tarienſis, qui victum aut lectos denegat debitori? Dd. ibi, & Henning. Goden. consil. 103. nu. 14. & 15. Quod si reperiatur debitor in carcere mortuus, lex præsumit culpam custodis, nisi probet eum aliter perijsse. l. fina. ff. de custo. reor. Alciat. reg. 3. præsumpt. c. 15. nume. 4. gloss. singularis in l. cum ita legatur. §. species. ff. de leg. 2. l. cum filiosa. §. 1. ff. de leg. 1. Paris in tract. de Syndica. ad verb. tortus. c. 3. numero 15. Porrò autem cuius impensis, hic debitor arrestatus ali & tractari debeat, quæsitū esse scio; & quod ipse sibi subministrare expensas debeat, communiore calculo probatum est. Paris de Puteo in d. tract. ad verb. carcer. c. 4. incip. an carceratus. qui allegat l. quemadmodum. ff. ad l. Aquil. & §. sed v- num. in auth. vt cum de appell. cognos. cum c. ne religioſi.

2
3
4
5

gioſi. extra de regular. Felyn. ad. c. 1. de libel. oblat. & ad c. ex reſcripto, in fin. de iureiur. Quod ſi verò inops & pauper ſit, vt alere ſe non poſſit, creditoris officio incumbit, vt & alimenta & reliqua vitæ ſubſidia porrigato arreſtat. glo. ad l. fin. C. de erog. milit. anno. Angel. ad l. minimè. C. de appel. quod & Guido Papæ quæſtio. 211. incip. Debitor non poteſt. verſi. Sed quid ſi debitor. &c. vſu probatum eſſe refert. Vnde ſolent cauti Apparitores, non prius curam & cuſtodiam debitoris in ſe recipere, quàm à creditore expenſarum illarum refuſionem eſſent ſtipulati. Ex quo etiam intelligi poteſt, quo pacto accipiendum ſit, quod pignus prætorium, aut iudiciale à debitore ali debet. gloſ. in authen. ei qui. C. de bon. auctor. iudic. poſſ. l. ſi neceſſarias. ff. de pignor. act. hinc etiam facilè intelligimus, non ſemper ſatis conſultam eſſe arreſtationem, quæ ſi in perſon[illegible] bitoris facta eſt, cuius inopia omnem actionem exclu. dit. l. nam is. ff. de dol. c. olim. de reſtit. ſpoliat. duplici damno creditor afficitur, vt qui neque id quod ſibi debitum eſt acquirit, neque expenſas vnquam recuperat; & meliore precio maioreque voluptate, aues domeſticas, vel canes venaticos domi aluiſſet. Boërius verò q. 302. nu. 2. exiſtimat quod debitor ex eleemoſynis alendus eſt, ſine periculo creditoris, niſi aliter inter creditorem & Commentarienſem conuenit.

Contractus cum arreſtato factus an infirmari poſſit. *Caput 43.*

ARGVMENTA.

1 Arreſtati & eius qui captus eſt eadē eſt ratio.
2 In vinculis eſſe quis dicatur.
3 Captus vt contrahat, an ſufficiat eum deductū eſſe extra carcerem in domum alicuius ciuis.
4 Solutio, ſeu promiſſio eius, quod debetur valet, etiamſi in carcere facta ſit. & 7.
5 Detentus in carcere priuato, contrahere aut teſtari non poteſt, ad vtilitatem detinentis.

6 Vis illicita non præsumitur inferri in custodia publica.

7 Contractus cũ arrestato seu carcerato factus quãdo dicatur iustus & validus.

8 Contractus vt subsistat vel infirmetur, non inspicitur an inter arrestatum & arrestantem, seu inter alios eorum nomine fuerit initus.

EX his autem quæ dicta sunt, ea quoque nata est quæstio, Vtrum contractus cum arrestato vel carcerato debitore initus, iure subsistat, nulloq; modo infirmari possit? Nam cum sæpe flagitiosi ac improbi custodes, durius quàm par est, excipiant arrestatos, iustus videtur esse metus, quo inducãtur ad promittendũ. Quod autem eadem sit ratio incarcerati & arrestati, asꝑæ quæstio. 253. his verbis, Si quis dedit fideiussores de tenendo arrestum, vel de non recedendo ab arresto, & iurauit non recedere, an censeatur carceratus, & in vinculis detentus? credo quod sic, & pro eo videtur textus notabilis ad l. in eadem. §. in vinculis. iuncta gloss. fin. & l. necnon. ff. ex quibus caus. maior. In vinculis autem etiam eos accipimus, qui ita alligati sunt, vt sine dedecore in publico apparere non possint; Et hæc sunt singularia & attendenda; quia hinc apparet, quod contractus factus per talem arrestatum, non subsistit viribus: Et ideo anno 1459. die 3. mensis Nouembris, Curia Parlamenti reuocauit quandam compositionem factam per quendam de Roybonne, per castellanum Brisiacij, licet ille dictam compositionem ratificauerat postea extra carceres, ipse tamen adhuc existens in arresto. Hactenus ille. Illud verò an contractus cum carcerato initus, validus sit, apertius notant interpretes ad l. qui carcerem. ff. quod met. caus. Quo loco Bartol. & hunc eleganti consil. 64. incipien. Casus super quo, secutus D. Præses Nicolaus Euerhardi, ait, promissionem factam in carcere, vel ipsi detinenti, vel participanti cum eo, nihil valere, nõ autem annullandam esse, quia regula, quod gesta per metũ teneant, & sint rescinden.

§

2

471

denda, hic locum non habet. Panorm. ad c. Abbas. in 12. fallent. quod met. cauſ. Quod & ad dationem in ſolutũ extendunt, Calcaneus conſil. 112. col. 2. Aretin. ad l. qui à latronibus. ff. de teſta. Alexan. conſi. 241. lib. 6. Felyn. ad c. fi. de treug. & pac. & Hyppol. conſi. 42. adeo vt idem Aret. conſil. 14. exiſtimauerit, illiuſmodi in ſolutum dationem aut contractum, ipſo iure eſſe nullum. Alij tamen eum exiſtimant valere ipſo iure, quando initus non fuit in vtilitatem incarcerati; ſed quod per Edictum Quod metus cauſa, reſcindi poteſt. Qua de re latius Ioan. Neuizanus conſil. 52. num. 46. verſi. Secundũ principale debitum, cum multis ſeq. agit, aſſerens nullam hic requiri proteſtationem, ex quo ſemper metus carceris durat. Decius conſil. 356. Præpo. ad c. 1. quo tempo. miles inueſt. pet. deb. Iaſon ad l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hæred. etiamſi ad [illegible] illam abſoluendam, in domum alicuius ciuis, à vinculis veluti remotam & liberam, eſſet deductus, ſecundũ eundem Neuizanum, ibi. Quia dum adhuc eſt ſub cuſtodia, non eſt in plena libertate, cum non ob aliam cauſam, ad illam domum deductus fuerit, quàm ne poſtea diceret, quod in carceribus contraxiſſet, Fabianus in tract. de empt. & vendit. quæſt. 13. in 3. quæſtio. princip. Porrò autem Alberic. de Roſate ſummus pragmaticus, quamuis ad d. l. qui à latronib. hanc ſententiam ſecutus fuiſſe videatur, quẽ ſequitur Angel. de Clauaſio in ſua ſumma ad verbum, Carceratus, num. 5. tamen ad d. l. qui carcerem. vſu receptum eſſe ait, quod ſi debitor à creditore in carcerem coniectus, ei dederit in ſolutum fundum aliquem, valet datio, quantumuis in carcere facta; quia, inquit, fortè nunquã aliàs carcerẽ exire poſſe, & quod d. l. qui carcerem, loquitur de priuato carcere, non de publico, qui vtique eſt licitus & permiſſus, & per quem idcirco neque vis, neque metus inferri dicitur. Quam Alberici ſententiam Fulgoſio quoque ibidem num. 2. placuiſſe video, dum ait, communem ſententiam eſſe veram in eo, qui iniuſtè aliquem in carcerẽ cõiecit, nõ ſi legitimè & rectè. Quo modo & Raphaël Cuma-

Cumanus, consi. 68. incip. In præsenti, circa medium, hunc cõtractum valere existimat, si liberaratio, & vtilitas aliqua debitoris appãreat, & Bald. ad rubri. C. de rescin. vẽd. versi. item requiritur quod ille, ait promissionem in carcere factam non subsistere, nisi vtilis esset ipsi carcerato, quia, inquit, si tendat ad ipsius liberationem, nõ autem expresse, vel tacitè, in vtilitatẽ indebitè carcerantis, sicut fit quando creditor suum recipit, & sic de damno vitando agit tantum; Sic & Castrens. ad d. l. qui à latronibus, respondet, licitè contrahi inter debitorem carceratum, & creditorem, qui fecit illum detineri; quia non dicetur metu esse factum, quod fieri potuit iure permittente. Imola verò ibi latius distinguens, Tu, inquit, potes sic concludere, quod aut 5
quis detinetur in carcere priuato, & tunc nõ possit cõ-
[illegible], vel cessari, ad vtilitatem detinentis vel participantis, per not. in l. qui carcerem, sed ad vtilitatẽ alterius sic: Quandoq; verò quis est detentus in carcere publico, qui propriè est custodia. l. si quis potest. supra eod. Et tunc conclude, quòd aut quis fuit detentus ritè & iustè, & tunc potest contrahere ad cuiuslibet vtilitatem; quia non est verisimile, quod in custodia publica aliquid per vim illicitam cogatur facere: Aut fuit de- 6
tentus iustè, & tamen non ritè vel fortè licet erat debitor, tamen nõ erat casus in quo de iure capi poterat, & nihilominus de facto fuit carceratus, & tũc videtur idẽ dicendum, ac si in carcere priuato fuisset detentus. Et multò fortius idem dicendum est, si nec iustè nec ritè petentus fuit, propter potentiam asserentis se creditorem. Interdũ verò quis est ritè captus, sed non iustè, vt quia captus fuit virtute instrumenti cõfessati, cuius vigore ex forma statuti posset quis capi, cùm re vera erat solutum, vel satisfactum, & tunc idem dicendum, ac si ritè & iustè fuisset captus, quia non est præsumptio, ꝙ sibi fiat iniustitia, si petat se relaxari, & alleget debitum solutũ, & sic non est verisimile, quod propter hoc cogetur ad aliquid illicitè faciendum; Et per hoc patet quid dicendum sit, si quis fuerit non ritè captus, fortè

472

nõ seruata solennitate statuti, tamen hoc nõ fuit propter potentiã creditoris, sed fortè propter simplicitatẽ Iudicis qui concessit, existimans hoc fieri posse: Nam hoc casu videt dicendũ ac si ritè & rectè fuisset captus quò ad potestatem cõtrahendi & testandi: quia nõ est verisimile, quod si dicat capturam nullam, & petat se relaxari, non ministretur sibi iustitia. Hactenus Imol. Eoque pertinet quod idem Guido Papæ singulari 840. coll. 1. dicit, quòd conuentio facta in carcere, eiusque metu inita, est nulla, nisi esset detentus ex iusta causa: Verba autem Guidonis sunt hæc, Conuentio in carcere, & metu carcerum facta, est nulla. l. qui carcerem. ff. quod met. caus. vbi dicitur, qui in carcerem quem detraxit, vt aliquid ab eo extorqueretur, quicquid ob hãc causam factum est, nullius momenti, nisi esset detentus ex iusta causa, quia tunc valeret cõ-
cum illo qui eum detinebat. Bart. in l. qui à latronib. ff. de testam. Sed quid si postea talis cõpositio facta in carcere, ratificetur, & de nouo fiat extra carceres, puta quia post relaxationem à carceribus, incarceratus fuit positus in domo sua, in arresto, an talis ratificatio, facta in domo sua in arresto existẽte valeat; credo quod non, quia talis de nouo promissio, censetur metu carcerum facta: Hactenus Guido, adijciens aliquas rationes, quib. hanc opinionem confirmat. Sic & Aufrer. decis. Cap. Tholos. 399. iudicatũ fuisse ait, quod si incarceratus cõpositione facta cum Curia, obliget se ad soluendum id quod confitetur se debere Commentariensi siue custodi carceris, pro expensis atque custodia, tenet obligatio, si modo iustè fuit incarceratus: & vide
7 ibi additionem ad eundem variè loquentem. Ego sanè etiam in ea sum opiniõe (vt paucis dicam quod sentio) vt existimem contractum cum arrestato & incarcerato initum per creditorem, esse iustum & validum; præcipuè si de veritate debiti constet, & promissio in conspectu magistratus vel Schabinorum fiat. Quid enim consideramus metum, quandò debitor non nisi quòd verè debet, & expẽsas ac vsuras, quas ob moram suam

soluere

ſoluere tenetur, præſente auctoreque Iudice præſtare promittit, aut quid eo nomine in ſolutum tradit? Quã iniuriam infert creditor, qui quod ſuum eſt ſic recipit, & debitorem vinculis ſeu arreſto exemptum liberat? Mihi (niſi mea me fallit opinio) ipſe Paulus ſatis hoc dicere videtur, ad l. ſi mulier. in prin. ff quod met. cauſ. Sed ſi vltra id quod debetur, aliqua, quò citius liberari poſſit, promiſit, hic Iudicis officium intendere oportebit, vt pro ſapiẽtia atque religione æſtimet factum, & pro qualitate rei geſtæ, aut promiſſum reſcindat, aut certè moderetur. l. ſi. d. tit. Eademq; eſt ratio ſi iniuſtè arreſtatus vel captus fuit; Et his quidem caſib. nihil refert, quòd non ipſe arreſtatus vel captus, ſed alius pro eo promittat: quia cùm huiuſmodi promiſſio fiat incarceranti nomine carcerati. & ob liberationem eiuſdem, perinde haberi debet, ac ſi facta fuiſſet per ipſum carceratum: quippe quod fit meo nomine, & mea volũtate, per me fieri videtur, perindeq; habetur, ac ſi per me fuiſſet factũ, nulloque modo per tertium aliquem factum cenſetur, l. in ædib. §. quod filius. ff. de donat. Pari modo ſubmiſſio tertiæ perſonæ, fraudem & metum non minuit, ſed arguit Præſes d. conſ. 54. Sed de his latius Gozadin. cõſi. 19 Hypp. ſing. 306. Deciſ. Cap. Tholoſ. 399. Fulg. cõſi. 76. Affl. deciſ. Neapol. 149. agũt. 3

De cuſtodia & periculo rerum, quæ arreſtatæ fuerunt. Caput 44.

ARGVMENTA.

1 Res quæ perit ſuo domino perit.
2 Apparitor de qua culpa teneatur.
3 Apparitor qui lecticas fregerat, fuit condemnatus ad damni refuſionem.
4 Apparitor tenetur etiã morſus murium in rebus arreſtatis præſtare, quemadmodum & tullo in veſtimentis.
5 Res arreſtatæ ſi incendio pereant, an Apparitor teneatur.

473

6 Arrestum perperam faciens, si res arrestatæ perierint, obligatur debitori ad earum æstimationẽ.
7 Impensæ quales circa res arestatas faciendæ sint.
8 Pecunias arrestatas si Apparitor cõsumpserit, quo pacto creditori arrestanti succurratur.

1 ET si secundum communem regulam vnaquæq; res pereat suo domino. l pignus. C. de pig. act. l damnum. C. locat. & conduct. tamen si quis vel dolo malo, vel culpa atque ignauia circa res alterius versatus sit, periculum in eum transit, suoq; iumẽto proprio malũ sibi adfert, ex quo non nisi damni illati refusiõe & præstatione sese extricat. l. contract. ff. de reg. iur. Et hinc facilè intelligi potest, quantã curam & diligentiam Apparitor seu Seruiens adhibere debet circa res arrestatas, fideique ipsius creditas ac commissas,
2 vtpotè qui de dolo, culpa, & negligentia tenetur, non solùm debitori, si fortè ille soluto debito, bona sua arresti vinculo exempta repetat, verùm etiam creditori, pro cuius indemnitate arrestata sunt, nullumq; aliud promptius subsidium, debitore secundum conuentionem non satisfaciente, aut pacta conuenta non adimplente, habet. Qua ratione motum fuisse senatum testatur Rebuffus ad cõstit. reg. Tomo 1. de lit. oblig. art. 5. glo. 2. nu. 5. vers. quarto quod, &c. vt Apparitorẽ vnũ,
3 qui lecticas debitoris fregerat, & per fabrum lignariũ (vt oportuit) diuisiungi non curauerat, ad id quod intererat, condemnaret, vt l. lectos. ff. de peric. & commod. rei vend. Nam & ipse Vlpianus lib. 18. ad edictum, In grauiore casu respondit, magistratum si damnum iniuria dederit, Aquila teneri. Quia cum pecudes aliquis pignori cœpisset, inquit, & fame eas necasset, dum non patitur eis cibaria adferri, in factũ actio danda est. Idẽ si dum putat, se ex lege pignus capere non ex lege ceperit, & res tritas corruptasq; reddat, dicitur legẽ Aquiliam locum habere. l. quemadmodum. §. magistratus. ff. ad l. Aquil. Vnde & Io. Constantinus ad constit. reg. art. 183. versi. adde vnum notabile verbum, &c. ait, Appari-

paritorem seu Seruientem tam strictè ad custodiam re- 4
rum arrestatarum teneri, vt etiam morsus murium ad
ipsum pertineat, & periculo ipsius fiat, non multò ali-
ter, quàm de fullone dicitur, quod si vestimenta poli-
enda acceperit, easque mures roserint, ex locato tene-
tur, quia debuit ab hac re cauere, l. item quæritur. §. si
fullo. ff. locat. l. 1. §. fi. rosæ tabulæ. ff. de bon. possess. se-
cund. tab. quia cùm hæc facilè præuideri possint, in-
ter casus fortuitos non numerantur: Cæterum an in
id quod facere possint, an potius in solidum condem-
nentur istiusmodi Apparitores, apud eundem Paridē
de Puteo disputatum esse video, in tract. de Synd. ad
verbum, negligentia. cap. 1. num. 18. & 19. ad quem re-
mitto. Quid igitur si domus Apparitoris vnà cum re 5
bus ipsis arrestatis, flammis exusta sit? Sanè nisi culpa
eius appareat, domino peribunt, hoc est, debitori, ade-
oque etiam creditori arrestanti, nulla aduersus nō cul-
posum Apparitorem supereſt actio. d. l. pignus, & l. pi-
gnori. §. fin. ff. eod. tit. Existimat tamen d. loco, artic. 5.
gloss. 6. in fin. Petrus Rebuffus, creditorem si perperā
arrestum facit, quia saltem per indirectum causa & oc-
casio fuit, quòd res illæ in domum Apparitoris illatæ 6
sunt, ac deinde perierint, ad earundem æstimationem
debitori esse obligatum, vt per gloss. & alios, ad l. non
omnis. §. si pupillus. ff. si cert. petat. per tex. in l. Titius.
& ibi Iason, ff de præscript. verbis. Cautè etiam pro- 7
spicere sibi debet Apparitor, ne inutiles sumptus in rē
arrestatam impendat, sed cum Iudicis. potestate atque
licentia omnia moderetur, Rebuffus tomo 3. in tract.
de sequest. artic. 3. gloss. 1. ne pecunias alienas deglutire
dicatur, quod multi facere solent; & ne etiam re vera
multa perperam & sine discretione exponat, quæ ni-
mis graue esset debitori aut creditori reddere. l. in fun-
do. ff. de rei vend. Quòd si verò pecunias arrestatas de- 8
glutiat & consumat, debitor quidem, pro magnitudi-
ne & quantitate eiusdem illius pecuniæ liberatus est.
l. quæsitū. ff. de distract. pignor. sed improbus ipse Ap-
paritor tenetur, quod d. loco, art. 77. in fi. ex Fabri sen-

474

tentia respondit Io. Constantinus: Sin autem soluendo non fuerit, Iudex à quo cõstitutus & præfectus est, cautionibus tamen prius excussis, in subsidium tenetur, arg. l. 1. ff. de magist. cõue. §. pen. Inst. de satisd. Rebuff. d. loco, art. 105. glo. 3. versi. est tamẽ differẽtia, &c.

Arrestum qua ratione relaxetur, vel dissoluatur.

Caput 45.

ARGVMENTA.

1 Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.
2 Cautio de soluendo debito liquido & confessato non liberat ab arresto.
3 Arrestum an per satisdationem relaxetur. & 6
4 Satisdatione tollitur sequestratio, [illegible] onem missio.
5 Satisdatio qua arrestũ soluatur, apud quem interponi debeat.
7 Satisdatio de iudicio sisti duntaxat, an in arresto relaxando sufficiat.
8 Cautio iuratoria, an & quando sufficiat. & 10.
9 Debitor quando incarcerari possit.
11 Satisdatio in arresto, quatenus se extendat.
12 Fideiussores idonei qui sint.
13 Iudex qui fideiussorem idoneum admittit, post nominatores, in subsidium tenetur.
14 Fideiussores extranei, & pignora alibi sita, an sufficiant.
15 Arresti vsus & commoditas potissimum versatur in facilitate conueniendi debitorem.
16 Executio an sine nouo processu in fideiussores arrestati fieri possit.
17 Creditori quæ sint obseruanda in cautione pro arrestato admittenda.
18 Fideiubens soluere id quod subductis rationibus debitor debebit, non tenetur si rationes non subducantur.

Arre-

19 Arrestum dissoluitur per cessionem bonorum.

20 Literæ dilatoriæ & quinquennales quando arrestum relaxari faciant.

21 Arrestum an ob nullitatem euidentem & apparentem parte non vocata relaxari queat.

HIs ita cõstitutis ordo postulat vt videamus quo modo & qua ratione arrestum dissolui possit, & quidem imprimis naturalis ac ciuilis ratio docet, solutione eius quod debetur extingui obligationem, eaq; perempta & finita tanquã causa arresti cessante, ipsum arresti vinculũ relaxari. §. 1. Institut. quib. mod. tollit. oblig. c. cum cessante. de appellat. Quo modo & in simili respondit Marcianus retineri possessionẽ, donec soluta sit pecunia. d. l. si is qui bona. §. 1. ff. [illegible] & generaliter definit Iurisconsultus, quod si res integra maneret, in possessionem non mitteretur id cum offertur, à possessione discedere debet. l. eum qui. 1. ff. de priuil. cred. Cautionẽ verò interponere de soluendo debito quod nunc liquidum & confessatũ est, nõ sufficit. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. l. quod si nõ soluere. ff. de pign. act. l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. l. promissor. §. vlt. ff. de cõstitut. pecun. quod pluribus legib. rationib. & argumentis ostenditur. Bald. ad l. si rem. §. omnis. ff. de pign. act. & Tyraq de vtroq; retract. §. 3. ad ver. A payer. glo. 3. nu. 14. cum seq. 1 2

Porrò autem si debitor arrestatus, vel rerum detentarum dominus, ab initio neget debitũ, statim arrestũ dissoluitur præstitâ idonea cautione, de stãdo iuri in loco arresti, & iudicato soluendo, eligendoq; ibidẽ, quãtum ad hanc causam attinet, domicilio, persona, seu res eius vtique relaxabitur. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cog. D. Præses Nicolaus Euerardi consi. 102. incip. Venerabilis Domine. Felyn. ad c. legebatur. de maior. & obed. Ioan. de Anania, consi. 21. Iason ad d. §. fi. nu. 17. cap. 2. de sequest. possess. & fruct. Anchar. consil. 85. incip. Ex theoricis. Cornæus con. 136. inci. visis. coll. 2. lib. 4. Rebuff. ad ord. reg. tom. 1. art. 6. glo. 3. num. 55. fa- 3

475

cit etiam ad hoc l. ſi pecuniæ. ff. vt in poſſeſ. leg. l. ſi creditores. ff. de priuileg. cred. teneturque actione iniuriarum, qui oblata & præſtita idonea cautione, non relaxat debitorem, teſte Panor. & Felc. ad d. c. legebatur, quæ res euidentem rationem habet, quādoquidem & ſequeſtratio, & miſſio in poſſeſſionem per iſtiuſmodi
4 ſatiſdationem ſiue cautionem tollitur. l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſenatus ff. de offi. præfec. vrb. l. ſi pupillus. §. fin. ff. de priuil. cred. l. 1. §. iuret. ff. de collat. bonor. Cynus ad l. vnic. C. de prohib. ſequeſt. pecu.

5 Hæc autem cautio non apud ipſum Apparitorem ſeu ſeruientem, ſed apud magiſtratum interponetur, qui arbitrabitur an ſufficiens ſit, nec ne, vt ait Raphael Cumanus conſ. 157. incip. In cauſa Benedicti, colum. 2. verſi. Cum ergo. Neque refert, an ipſe arreſtatus caueat, an verò alius pro eo, vt ait Benedictus Cu[illegible] in libro de arreſtis amorum, poſt principium: Nam quēadmodum ſoluendo quiſque pro alio, licèt inuito, & ignorante, liberat eum, quia naturalis ſimul & ciuilis ratio ſuadet, alienam condicionem meliorem quidem nos facere poſſe, deteriorem non poſſe. l. ſoluendo. ff. de nego. geſt. l. ſolutionem. & l. ſi pro me. ff. de ſolu. l. Stichum. §. fi. ff. de nouat. Ita quoque multo magis arreſtum relaxari debet, ſi quis alius, vel pro volente, vel pro pignorante caueat & fideiubeat.

6 Quod tamen dicimus præſtatione cautionis reſoluit arreſtū, Quint. Mendoſ. in tract. de monitorijs quæſt. 10. lib. 3. reſtringit his verbis: Hæc tamen limitabis niſi is qui dearreſtari petit, obſtinatè vel calūniosè differat, vel ſubterfugiat iuſto iudicis mādato parere, vnde propter denegātionem, ſubterfugium, vel etiam dilationem poſſet facilè cauſæ vel negocio alicui detrimentum, vel quid ſiniſtri parari: puta ſi quis arreſtatus fuerit, ex quo materias ſeu articulos medio iuramēto ſpecificare recuſauerit; vel iuramētū calūnię ſubire noluerit, ſeu poſitionib. per verbū credit, vel nō credit, reſpōdere, vel in aliqua cauſa examini ſe ſubijcere, vel in aliquo ex infinitis caſib. in qb. alicuius pſentia,

vel

vel actio reqratur; tũc nullo modo dearrestabitur, imò cõtra ipsum iuxta facti cõtingentiam procedetur: Iura n. quo ad fieri potest, fraudib. malitijs, calumnijs, & contumacijs occurrunt. ad l. si cui. ibi, per medias vias. ff. de seruit. l. in fundo. vbi glo. dat cõcordant. ff. de rei vend. c. 1. de iud. Card. in clem. 1. in 3. notab. de rer. permut. c. calumniam. de pœn. cum vulgar.

Plerique tamen versantur in ea opinione, vt existiment, duntaxat cautionem de iudicio sisti, non etiam de iudicato soluendo interponendam esse, si forensis aliquis recessurus, ratione debiti sistatur vel arrestetur. Angel. in l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cog. & in l. nemo carcerem, superius sæpe allegata, Bald. ad l. fin. §. etsi præfatam. C. de iur. delib. & ad l. cum proponas. C. de bon. auct. iud. poss. Fab. Ang. & alij ad §. sed hodie. In. illud facit. gl. ad l. 2. §. si dubitetur. ff. de iud. latè Rode. Zuarez declar. l. 2. foro ll. lib. 2. c. inci. Vlterius nota. nu. 4. tit. de los emplaziamentos. si non debitum sit cõfessus. Quæ sentẽtia ratione sua nõ caret: quia si persona debitoris vellet absq; dolo manere in arresto, neque haberet alia bona, creditor deberet contentus esse cum persona eiusdem, vel eundem relaxare; & iura non astringunt aliquem ad maiorem cautionem vel fideiussionẽ dare, quàm ipse sit obligatus. Sed non habens vnde soluat, implet cũ persona sua: ergo eiusmodi cautionem dando satisfecit, etiamsi non caueat de iudicato soluendo: Ideoq; etiam satis erit, si fideiussores promittant, quod debitorẽ repræsentabunt & Iudici exhibebunt, quoties ab eis fuerit petitũ, aliàs soluent iudicatũ: quod si non fecerint, tenentur ad totũ debitum, & ad totum verũ interesse, ad quod principalis tenebatur, & nõ habebitur ratio eius quantum petatur, sed quantũ verè debeatur, l. 2. §. in fideiussorem. & ibi gloss ff. qui satisd. cog. Rodericus d. loco, c. incip. nunc opportunè. num. 21. versic. Quæro vlterius, &c. Sed tamen quorundam mores hac cautione sola contenti non sunt, quos in eorum foro sequi oportet. 7

Hinc etiam facilè intelligi potest, cuiusmodi ista cau- 8

476

tio esse debeat, scilicet nõ iuratoria, sed datis fideiussoribus aut pignoribus: quia iuratoria cautio non dicitur sufficiens, glo. in c. qua frõte. de appellat. & in c. ex parte. de verb. sign. & clem. 1. de pœn. Curt. in tracta quæst. 14. Ang. ad l. postquã. §. Imperat. ff. vt leg no. caue. Soci. ad l. 1. ff. qui satisd. cog. Bal. ad l. 2. C. de vsur. & fruct. leg. Ideoque ad impediendum vel reuocandum arrestum minimè sufficit. Spec. de seq. poss. §. 1. versi. Sed pone. D. Anton. & Abbas in c. 2. eo. tit. Bal. Ange. Imol. ad l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. 1. Docto. ad l. fi C. de ord. cognit. & ad l. fi constante §. quoties. ff. sol. matr. & ad l. 2. C. de debit. ciuit. lib. 10. Quemadmodum in simili, vbicunq; hæres non vult aut non potest satisdare de soluendo legato adueniente die, mittitur legatarius in possessionem, nec auditur hæres cautionem iuratoriam offe-
rendo, d. l. filiusfa. §. idem Princeps. Quod etiã primo Ro-
deric. d. loc. in initio tit. num. 7. dixisset esse contra ius commune, postea tamen, melioribus rationibus motus in c. incip. Sed attende. nu. 8. dicit esse secundum ius cõmune, quod ex Fabro, latè eum articulum in §. is quoque. Instit. de acti. tractante, fuxisse videtur. Et sic tandẽ si satisdare non possit debitor, non solum pro principali debito, verùm etiam pro expensis litis, teste Rebuffo d. tract. art. 16. gl. 10. non dimittetur, sed propter inopiã
9 suam vel carceri vel custodiæ tradetur; Ad quem carcerem tunc demum perueniendum est, quando aliud remedium non competit, §. quid autem. in auth. de fideiuss. Roman. consi. 241. Alex. consi. 139. libr. 2. Qua de re latius quoq; tradidit Fely. in c. quo ad cõsultationem, de re iud. quod & vsus probat, & plurib. firmat Roder.
10 d. loc. c. nac. Sed attende, nu. 7. Nisi tamẽ is qui arrestatus est, sit egregia persona, aut multum nobilis, cuius iuramento stari possit; Nã & aliàs regulare est, quod istiusmodi personis ciuitas pro carcere detur, fideiq; illorum credatur; & Iudex hoc faciẽs nulla ratione culpari potest, etiamsi statutũ, aut lex de debitore in carcerẽ conijciendo loquatur. Angel. ad l. nullus. C. de exhib. reis. Curt. col. 52. & alij ad l. admonendi. ff. de iureiur. Odofredus

fredus ad l. 1 §. fin. C. de custod. reor. Albericus ad l. 1. ff. eodem, Lucas de Penna, ad l. quoties. C. de dignita. lib. 12 Angelus rursum ad l. penult. ff. quod metus caus. Ias. ad l. si pecuniam. §. vlt. in fi. ff. de condict. ob causam. Cattel. Cotta in suis memorabil. ad verbũ, Carceres. & omnium elegantissimè ac fusè Ioan. Neuizanus consil. 52. numer. 22. & Tyraquel. in libr. de temper. pœn. causa 31. & causa 51. cum alijs multis, ad quos breuitatis causa te remitto. Et quamuis aliàs de iure communi non teneatur satisdare, si possideat multa immobilia. l. sciendum. ff. qui satisd. cog. qua de re plurima ad propositum cumulat Roderi. d. loco, c. incip. Hæc lex situata est; vsus tamen forẽsis ad relaxationem arresti vlterius postulat, quod etiam nominatim illa bona obligentur & hypotheca subijciantur, quò facilius melius q; creditori sit prospectum, & quia non solùm ad securitatem debiti, sed ad facilitatem cõueniendi, arrestatum moribus nostris pertinet. 11

Quod si fideiussoribus datis relaxari arrestum velit debitor, certè non omnes idonei erunt; Nam vt vnus ex multis tradit Rebuff. aliorum traditiones referens, ad consti. reg. tom. 1. de sent. execut. art. 1. gl. 16. nu. 17. religiosi, vsurarij, clerici, scholares, prodigi, consiliarij Principum, procuratores, leues & molesti homines, non sufficient, ne lis ex lite nascatur, & dum vnam litem euadere conamur, incidamus in plures, & qui ante cũ simplicioribus egimus, nunc cum dolosis metuendis, & maiestate sua difficilibus ad conueniendum agamus. Ripa in c. cum N. de constit. nume. 117. l. 4. §. si ex conuentione, ff. de re iud. Boërius 315. Tum etiam hi fideiussores bona immobilia possidere debent, saltem pro quantitate debiti, vsurarum, & expensarum litis, gl. ad d. l. si fideiussor. & in authent. de exhib. reis. §. suscepto. l. quos nos. §. 1. ff. de verbor. sig. l. 1. ff. in ius voc. vt eãt. Et hoc est quod ait Iason ad l. si cõstante, ff. sol. matr. quod fideiussor de iudicio sisti, vt dicatur idoneus, debet habere tantum in bonis, quantum ipsa causa valet. Si tamen possidens fideiussor immobilia reperiri non possit, 12

sit, sufficiet in subsidium fideiussor multis mobilib. diues, quæ facilè occultari, subuerti aut auferri non poss. sunt. Ang. ad d.l. si fideiussor. Faber ad §. sed hodie. Dd. ad d.l. 2. Ideoque mercator multa mobilia possidens, sed intricatus ære alieno, non esset idoneus, quia bona non dicuntur nisi ære alieno deducto. Roderic. d. loco, num. 14. cum seq. & Ang. ad d.l. sciendum. Et si aliquis possidet bona immobilia in loco periculoso & abiecto euidenti periculo maris, non censebitur idoneus esse. Bartol. ad l. 2. §. 1. ff. solut. matr. & ad l. 3. §. fin. ff. de liberat. legat. sicut nec fructuarius, qui præter vsumfructum nihil habet: nisi esset vsusfructuarius tã magnus & pinguis, vt cessare faceret omnem præsumptionem, teste eodem Roderico d. loco, nume. 271. Quid enim si pro debito centum aureorum fideiubeat is qui mille in vsufructu habet? Quid si dies vsusfructus cesset? Quia si vsusfructuarius omni ære alieno solutus sit? Sed vt omnia hæc ex multis causis variari, & pro qualitate rerum ac personarum, æqua vel iniqua videri possunt, benigniore sententia receptum est, ea religioni & sapientiæ Iudicis esse relinquenda, vt not. Doct. ad d.l. scien dum. l. arbitrio. l. si fideiussor. Hippol. ad l. quęstionis. ff. de quæstion. Faber ad d. §. sed hodie. soletque Iudex decernere fideiussorem recipiendum esse, eundemq; recipere, si idoneum reperiat, quantumcunque parte aduersa, quæ nunquam contenta foret, reclamante. Periculosum est tamen Iudici partem non audire, quia si fideiussores sunt idonei, ipse Iudex post nominatores & certificatores, in subsidium tenetur. l. cum ostendimus.

13 ff. de fideiuss. tutor. quod & Rebuffus per sentẽtiam Senatus confirmatum fuisse asserit, Tomo 1. de sentẽ. execut. art. 1. glo. 16. Quod si tamen non opponatur aduersus fideiussorem de illius inhabilitate aut insufficientia, sufficiet. vt ait Iason, ad d.l. si fideiussor. num. 4. sicut & si creditor semel non idoneum accepit, sibi imputare potest l. 3. ff. de fideiuss. d.l. si ab arbitro. Alexan. cõsilio 60. lib. 5. Aliud est si tempore quo acciperetur idoneus erat, & postea desinat idoneus esse: quia quæ de

nouo

nouo eueniunt, nouo auxilio egent. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. act. l. si hominem. ff. mand.

Illud quoque in consideratione habendũ erit, quod fideiussores & pignora pro cautione data minimè sufficiant, nisi imperio Iudicis illius loci in quo arrestatio facta fuit, coerceri possint. Paris. consilio 99. num. 38. libro 3. Nam si debitor vel extraneos fideiussores, vel pignora alibi sita, obligare aut Hypothecæ supponere velit, non est audiendus, l. fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisda. cog. & ibi Ias. nu. 8. versi. puto contrarium. Ang. ad d. l. sciendum. §. 1. Faber in d. §. sed hodie. & in §. si verò. Instit. de satisd. nu. 9. versic. credo. quippe quod sic deterior fieret condicio creditoris, propter difficultatẽ fideiussores tales excutiendi, vel pignora illa prosequẽdi. cum tamen in tali conueniendi facilitate, vsus atque commoditas arresti potissimum versetur: absurdumq; esset, ad hoc creditorem cogi, vt debitorem quem præsentem habet, dimittat & ad difficultatem alibi prosequendi pignora vel fideiussores se astringat. Etenim sicut multum refert quo loco debitum soluatur, & recipiatur: vnde qui plus loco petit, in pœnam legis incidit. §. plus autem. Instit. de act. quia scilicet, vt ait Iustinianus, vtilitatem quã habet promissor adimit; Ita quoque non parum refert, quo loco debitum exigatur, & cum improbo fideiussore, aut pro re pignori tradita, litigetur. Et quamuis Bart. cuius semper ferè æquæ & benignæ sunt opiniones, cum nonnullis alijs, existimet ad d. l. si fideiussor. §. possessor. hoc non esse verum, si in loco omnino vicino illa bona mobilia existant: tamen Baldi, Aretini, Fulgosij, Iasonisque sententia, directò illi contraria, & vsu & moribus populi magis recepta atque probata videtur, glo. in l. fin. C. de princ. agent. in reb. lib. 12. Quod non ita præcisè intelligi velim, sed qđ sufficit ea imperio magistratus illius loci esse subiecta, & coram eodem euinci posse: quod ex multis alijs pulchrè & latè explicat Rodericus d. c. incip. Vlterius quæritur, quem omnino vide.

14

15

Isti verò fideiussores tenẽtur soluere sine nouo processu,

16

478

ceſſu, executioq; in eos fieri poterit; Ea enim eſt fideiuſſionis iſtius natura & condicio, vt cenſeantur fideiuſſores vnà cum principali debitore eſſe condemnati, l. fin. C. de vſur. rei iud. l. 1. ff. iudi. ſol. glo. ad c. 1. de iureiurā. lib. 6. adeo vt cum ferenda ſit ſententia contra debitorem, citari non debeat, quia iudicium cum ipſis nō agitur. Bald. ad l. duobus. §. qui iurauit. verſi. igitur. ff. de iureiur. licèt tamen indirectè & per conſequentiam quandam hæc ſententia ipſis noceat: qua de re apud Bart. ad d. l. 1. apud Odofred. ad d. l. 2. C. de vſur. rei iud. & latius apud Tiraq. in tract. res inter alios acta, &c. videre licet. Nec obſtat quòd fideiuſſor poſſet habere aliquas exceptiones, quas non habuit debitor: quia, vt idem Bart. ibi teſtatur, in ipſa executiõe ſummariè de ijs cognoſci poterit. Poteſt tamen fideiuſſor id quod ſoluit, illicò à debitore repetere, etiamſi arreſtatio fuit iniqua & iniusta, neque poteſt ipſi obijci, quod ea de re aduerſus creditorem arreſtantem non excepit, niſi tamen ipſemet occaſio & cauſa fuerit arreſti malè atque perperā facti. Qua de re apud Matthæum de Afflict. deciſ. Neapol. 149. inc. In cauſa magiſtri. nu. 4. verſic. tamen fuit dictum. latius videre licet.

17 Nonnulla verò ſedulò obſeruanda ſunt creditori arreſtum procuranti, in hac cautionis materia; quorum primum eſt, vt fideiuſſores à debitore præſentatos, faciat ſolemniter per ſtipulationem ſe obligare: & hoc ad euitandam diſputationem quæ eſt inter Doct. in clem. 1. de procurat. Nam licèt D. Cardin. nu. 6. expreſſe ibi decidat, quod ſi aliquis eſt arreſtatus, & cupit ſub cautione relaxari, & offert fideiuſſores ſuper eo quod ad requiſitionē Iudicis, aut aduerſarij reuertetur, quod tales fideiuſſores obligãtur, etiamſi ſolum fuerint præſentes, cum veluti fideiuſſores actis iudiciarijs inſcribantur & tacent, per l. cum oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſſ. tutor. eandemque ſententiam ſequi videãtur Bonifacius ibi, nu. 31. & Anchar. nu. 4. in 4. notab. Contrarium tamen ſentire videntur & Io. de Imol. ibi, nu. 19. & Bartol. ipſe in d. cum oſtendimus, qui deciſionem illius legis exiſtimant

mant extra casum fauorabilem pupillorum, de quo loquitur, vel ad fideiussores qui patiuntur se inscribi presentes & tacentes pro captiuo relaxando ad tempus in materia criminis non extendi, quasi tunc agatur de fauore reipublicæ, quæ pupillis æquiparatur. l. rempublicã. C. de iure reipub. & quod alias regulariter fideiussor non obligatur nisi per stipulationem. l. blanditus. C. de fideiuss. Stultus verò est qui se opinionum periculo exponit. Secundum est, quod si tales fideiussores promittant soluere creditori omne id & totum, quod apparebit ipsum debitorem sibi debere, collectis rationib. & subducto calculo cautus sit creditor arrestari procurãs, vt subducat calculum cum debitore viuẽte, Nam si moreretur talis debitor, antequam rationes essent cõclusę, & calculus subductus, fideiussores non tenerentur, sed [illegible] vt notabiliter decidit Hippol. de Marsil. singu. 304. incip Animaduertant creditores. per tex. in l. qui Romæ, §. Augerius. & ibi Iason & Castrensis. ff. de verb. oblig. 18

Tertiò relaxatur arrestum per cessionem bonorum, per quam & carcer euitari solet. l. fi. C. qui bon. ced. poss. Bal. consil. 424. incip. Ad euidentiam. lib. 4. & ad l. 1. C. d. tit. Bart. ad l. 1. ff. eo. titu. si modo in his casibus versemur, in quibus cessio illa bonorum, quæ finibus suis restricta & limitata est, locum habeat. Iason & alij ad §. fin. Instit de act. Socyn. in reg. 48. inci. Cessio. Rebuffus de senten. execut. art. vlt. gl. 1. nu. 21. Quod cum fit, tenetur debitor bona quæ tunc habet omnia, creditori dimittere, gloss. in d. l. penul Panor. in c Odoardus, de solut. his solis quæ ad necessitatem vestiendi pertinent exceptis. Quo modo & inuictissimus olim Princeps noster Carolus V. August. anno 1541. die 28. Nouẽbris statuit, cedenti bonis, non nisi lectum vnum cum suis ornamentis, item ex singulis reb. mobilib. non precios, vnã esse duntaxat miserationis gratia relinquendam; Satisque erit debitorem in carcerẽ missum ad petitionem vnius creditoris tantum, hoc beneficium cessionis impetrasse, quippe quod cessio tunc facta & hoc 19

pacto

pacto impetrata, cæteris creditoribus præiudicat, l. 4. & ibi Dd. ff. de cess bon. Salyce. ad d. l. 1. nu. 4. Guido Papæ consi. 124. nu. 7. Didacus Couuarruuias libro 2. variar. sesolu. c. 1. nu. 5. Interim verò dum litigatur an cessionis beneficio gaudere debeat nec ne, in carcere detineri debet, & (quod est amplius) existimat Aufrer. decis. Cap. Tholos. 28. executionem lite pendente aduersus eũ fieri posse, nisi pro certo sciat Iudex, nulla bona ipsum habere. Sed hanc Aufrerij sententiam quidam non probãt, ne indulto Principis præiudicium fiat. Quod si in carcere existens, debitoque probato aut confessato exire nolit, fieri etiam potest vt inuitus & ex causa ad id cogatur: quid enim si improbus nebulo, valido & vasto corpore, ex mera malitia illic manere velit? Sanè Rodericus titulo, De los gouiernos. c. incip. Quæro tertiò, non esse hoc illi permittendum ait; Qua de re abunde superius diximus.

20 Idem quoque dicendum videtur de literis dilatorijs & quinquennalibus, quia tempore illo dilationum pẽdente, nihil est innouandum, sicut & in appellatione fieri solet. c. non solum. de appel. libro 6. Quæ tamen literæ, quando de dote vxoris repetenda: de causis alimẽtorum quæ nullam dilationem patiuntur. l. si longius. §. fin. ff. de iudic. de debito coram magistratu recognito: de causa Principis, aut de aliqua alia simili agitur, vires non habent, quod Tomo 2. in tract. de dilat. liter. arti. 2. glo. vnic. fol. 88. latius explicat Rebuffus, magnaque pars eorum ex d. Constitut. Caroli V. Imper. dependet. Et cum debitores, hac dilatione pendente, congrua securitate gaudere vtique debeant. c. fi. de treug. & pace, l. vnic. C. de priuileg. vrb. Constantinopolit. libro 11. adeo quod prehensio postea attentata reuocetur. Boërius q. 296. incip. Princeps. & debitor fideiussores de se præsentando dare non teneatur; Ita & relaxari quoque debet, eidemque relaxationi si pertinaciter resistat creditor, ad id quod interest, & in expẽsas litis condẽnatur, arg. eius qđ not. Bal. ad l. per diuersas. q. 15. C. mãd. Rebuff. d. loco, art. j gl. 1. in fi. Quin etiã vt pleniſſimũ effectum

ſtum ſortiantur hæc beneficia, hac dilatione pendente, nec vſuræ curent, nec id quod intereſt præſtatur, l. non ſolum. 2. §. illud. ff. de liber. leg Alber. & Dd. ad l. quoties. C. de precib. imperat. offer. Interim tamen de ſoluendo debito tempore illo aduenient e, cauẽdum eſt, l. vniuerſa. C dict. tit. & notat Guido Papæ q. 109. incip. reſcripta, idq; (vt d. ſua conſtitutione cauit Imp.) poſt literarum illarum impetrationẽ intra menſem: non enim literæ illæ incipiunt currere à tempore præſentationis, ſed à tempore datæ & impetrationis earum duntaxat, c. eam, de reſcrip. c. 2. & c. dilectus. de decim. c. ſi propter. de reſcrip. lib. 6. &, vt adijcit Guido, ad futuros creditores non extenduntur, arg. l. Aurelius. §. Titius. & ibi Doct. ff. de liber. leg. neque ad impediendam executionem ſententiæ in Parlamento latæ ſufficiunt, idẽ Guido q. 97. Quod ego intelligo niſi de mente contraria Principis plenè conſtaret, iuxta ea quæ not. ad l. item ſi verberatũ. ff. de rei vend. & in c. omnes. & c. eccleſia. de conſtit. Poſtremò ſi arreſtum nulliter fuit poſitum, debet etiam parte non vocata relaxari, ſi modo ea nullitas euidenter appareat, neque excuſari poſſit, vt colligitur ex his quæ notat Zaſius ad l. de vnoquoque. ff. de re iud. Sed eam viam ingredi non eſt ſatis tutum. 21

Arreſti reſolutio cuius auctoritate fiat.

Caput 46.

ARGVMENTA.

1 Apparitor ſolus non habita licentia Iudicis, arreſtat hodie periculo creditoris.

2 Apparitor ſolus debitorem non poteſt relaxare.

3 Arreſtatus an à Iudice relaxari poſſit, parte non vocata.

4 Iudex delegatus etiam officio finito relaxat debitorem.

5 Procurator qui ex ſpeciali mandato ſui domini aliquem arreſtauit, abſque ſimili mandato eundẽ relaxare non poteſt.

480

1 TAmetsi morib. nostris receptum esse diximus, licere Apparitori non expectata Iudicis auctoritate vel licentia periculo creditoris, debitorem sistere vel arrestare, si non altiori aliquo loco cõstitutus, & excellenti aliqua dignitate decoratus fuerit: relaxare tamen & remissis vinculorum acerbitatibus, sine Iudice eum dimittere atque absoluere non potest. Bartol. Alex. & alij ad l. neque. j. ff de in ius voc. & expresè Rodericus Zuarez, in decl. l. 2. for. ll. lib. 2. tit. de los gouiernos. circa finem, versic. inc. Et tenebis semper mẽti. nu. 54. Nam & Iulius Paulus de custo. reor. Si quos, inquit, ex ijs qui in carcerib. sunt, celeriter, & sine causa solutos à magistratib. cognoueris, eos vinciri iubebis; & ijs qui soluerint mulctam dices. l. ne quis. ff. de custod. reor. Quo responso generalem consuetudinem, probari respondit Angel. ad d. l. neque. quod Appar-
2 bita prius à Iudice licentia, acceptoq; testimonio, quod veteres *Bulletam* vocant, debitorem non dimittit; quippe quod maiestas & reuerentia carceris, non ex iudicio & potestate priuati alicuius Apparitoris, sed à iurisdictione suprema Iudicis, tanquam ministri legis & Principis, dependet. Vnde & ipse debitor, vt relaxari possit, officium Iudicis implorare debet. Bartol. & alij, ad l. 1. §. per hanc. ff. de rei vend. Et hæc quidem ea ratione constituunt, quam postea latius sum dicturus. Quod si creditor ipse nondum satisfacto debito, relaxationi resistat, res dubitatione caret: quia cum Commentariensis sit loco depositarij, vt superius dictum est, sequitur ipsum debitorem veluti rem depositam, alteri quàm creditori, tanquam depositario, reddendum aut dimittendum, sine causa legib. probata, non esse. l. bona fides. ff. depositi. Paris in tracta. de Synd. ad verb. Carcer.
3 c. 5. circa princ. Qua ratione respondent nostri, etiam à Iudice relaxari debitorem non posse, nisi citato & vocato creditore, Bal. consi. 424. lib. 4. secundum antiquã impressionem, & ad c. 1. in 1. lect. de Iudic. præterquam si aut de facto & notoriè iniquè in carcerem coniectus esset, aut omnino ac dilucidè constaret nihil eum debere. Bar.

re. Barbat. ad d. c. 1. Ioan. Bernar. Diaz, reg. 69. Quib casib. absq; vlla interlocutione relaxari debet, Alex. consi. 179. libr. 1. l. nullus. in fin. C. de exhib. reis. non solum à Iudice ordinario, verum etiã à Iudice delegato, & officio suo perfuncto. Roma. Consi. 320. Eodem etiam modo existimo procuratorẽ qui ex speciali mandato domini sui aliquem arrestari fecit, absq; simili mandato eũ relaxare non posse: Nam vt ait Iulius Paulus; Ignorantis domini condicio deterior per procuratorẽ fieri non debet; nisi cum in rem suam datus est. l. ignorantis. & ibi gloss. ff. de procur. Et cum ex hac arrestatione ius domino quæsitum sit: non potest hoc fine ipsius facto ab eo auferri. l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. & in quodcunq; mandatum, potestas donandi vel remittendi nõ venit. l. procuratori totorum. ff. de procur. 4 5

Arrestatus ex duabus causis, quarum altera tantum probata est, an relaxari debeat. Cap. 47.

ARGVMENTA.

1 Plus repetens condemnatur in expensas damna & interesse, & Reus absoluitur.
2 Fieri quod potuit vno modo benè, si fiat alio modo malè, non subsistit.
3 Ferendus nec iuuandus est, qui se in necessitate posuit.
4 Duo vel plura quando requiruntur ad actũ, vno deficiente actus corruit.
5 Vtile per inutile an & quando vitietur. & 10.
6 Quantitate minore probata quàm fuerat petitũ, an sequi debeat condemnatio.
7 Causam vnam ex pluribus propositis esse veram sufficit.
8 Iudex videns ex mala causa actum esse, & bonam ex qua agi potuit in actis reluere, non debet reũ absoluere.
9 Reus ad minus cõdemnatus, quàm fuit petitum, tenetur nihilominus ad expensas.

481.

11 Summam minorem ineſſe maiori, quomodo ſit accipiendum.

12 Plus petere, quando quis dicatur.

ACcidit ſubinde quod creditor perſonam aut res debitoris ſui arreſtet ex duab. cauſis, veluti quia debet ei centum ex mutuo, & ducentos florenos ex emptione panni. Quæſtio eſt igitur an altera ex his cauſis non probata, debitor aut res eius relaxari, & arreſtans in expenſis condemnari debeat?

1 Et ſanè videri poſſet quod ſic, Primò quia creditor qui plus petit, ſicuti iſte ex vna cauſa petit arreſtum, ex qua non debetur, in expenſas, damna & intereſſe cõdemnatur, adeoque reus abſoluitur. §. & hæc. Inſtit. de act. c. vnic. de plus petit. & l. 1. C. de plus petit & Hoſtien. in ſua ſumma. eo. tit §. quæ pœna, dicit aperte quod iudicium & petitio non procedit.

2 Secundò, quia id quod poteſt fieri vno modo benè, ſi fiat alio modo malè, nocet: nam collatio beneficij facta ex capite incongruo, non ſuſtinetur ex capite congruo. c. ex parte. de conceſ. præben. Roman. conſi. 335. incip. circa primum. Et ſi maritus egit nomine vxoris non tanquam coniuncta perſona vt potuit, ſed tanquã procurator eius, & poſtea non appareat de mandato, iudicium non ſuſtinetur ex capite coniunctionis perſonç, Idem Roman. conſi. 466. Iaſon ad l. maritus. num. 7. C. procurat.

3 Tertiò, quia non eſt ferendus is qui ſe nimium conſtrinxit & poſuit ſe in neceſſitate. l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatiſd cogant. ſicut fecit iſte, qui vnam tantum cauſam probare potuit, & tamen ad duarum cauſarum probationem ſe coarctauit, ſciens vel ſcire debens, quæ parta ſunt. l. quod te. ff. ſi certum petat, quod actor præparatus ad iudicium procedere debet, ſicut miles armatus ad prælium. vt notat Alciat. ad l. 1. C. de eden. & quod mala electio in actionibus præiudicat. l. in hæredem. §. eligere ff. de tribut. act.

4 Quartò, quia quando duo vel plura requiruntur ad

ad actum, vno deficiente totum corruit. l. vlt. §. ait lex. ff. de diuort. l. si quis ita stipulatus. & ibi Bar. ff. de verb. oblig.

In contrarium tamen videtur esse veritas, Primò, quia secundum vulgatum iuris axioma, Vtile per inutile non vitiatur, c. vtile. de reg. iur. in 6. & ideo, inquit Cynus, ad l. 1. quæst. vlt. C. de litiscont. probata minori quantitate quàm fuerit petitum, potest & debet sequi condemnatio in parte probata. Quam tamen Cyni sententiam, omnino sequi & pro indubitata affirmare nō ausim, propter ea quæ scribit Salycet. ad l mora. nu. 10. in fin. ff. de vsur. 5 6 7

Secundò, quia quando vna causa ex pluribus propositis vera est, hoc sufficit: Nam si in sententia expressa est vna causa, sed ea quidem falsa, sufficit aliam, quæ etiam expressa est, esse veram, vt sententia sustineatur. l. Titianus. ff. quod cum eo, & §. si talis in auth. vt cū de appella. cognos. etsi in appellatione fuerint expressæ plures causæ sufficit vnam ex illis probare. c. exhibita, de iudic. c. iamdudum. de præbend. Panormit. in c. cum causam. in fin. de appell. Et regula quæ est quod cessante causa cessat etiam effectus. c. cū cessante. d. titu. de appel. non habet locum quando vna tantū ex plurib. causis cessat, & altera non cessat. l. si nō lex. ff. de hæred. instit. Tiraquel. latè in libr. cessante causa. limitat. 22. Et vna tantum ex rationibus legis correcta, lex ipsa non ideo correcta esse censetur. glo. & Imol. ad l. tam is. ff. de donat. caus. mort. 8

Tertiò, quia in fortioribus terminis existimant nōnulli, quod si Iudex videt ex mala causa actum esse, & ex alia bona causa ex actis relucente agi potuisse, non debet Reum absoluere. Iason & alij, in §. omnium. & in §. curare. Instit. de action.

Neque obstant ea quæ in contrarium sunt allegata; Nam ad primum responderi potest, quod etiam hic cōdemnabitur arrestari procurans in expensas si arrestatus aliquas facere debuit, ratione illius causæ non probatæ, quas alioqui facturus non fuisset, veluti in dedu-

482

cenda iniustitia illius causæ, & probationibus eo perti-
nentib. quia respectu illius est victor, & sic aduersarius
debet illi condemnari in expensas. l. sancimus l. prope-
randum, C. de iudi. Et quod etiam declarari debet arre-
stum malè & iniquè esse factum, si arrestari procurans
fecit debitorem aut res eius arrestari pro centum, cum
tamen non debeantur sibi nisi quinquaginta vel sexa-
ginta. Sed si fecit eum arrestari pro vna summa centum
florenorum ex mutuo, & pro alia summa ducentorum
florenorum ex causa venditionis aut simili, & sic pro
summis, obligationibus & actionibus diuersis, nihil in-
ter se commune habentibus, aut à se inuicem dependen
tibus, certè eo casu videtur esse dicendum quod aliud
est plus re petere, aliud ex diuersis causis, quarum alte-
ra probata nō est, aliquem arrestare aut deti[illegible] Qui
qui in vna summa aut quantitate plus re petit, videtur
vnum precisè petere, & in eo præcisè persistere: At qui
ex diuersis causis petit, respectu singularum, videtur
singulare iudicium instituere, & proinde nunc habe-
tur, atque si diuersi creditores, quorum alter creditum
suum probaret, alter non probaret, debitorem aut res
eius arrestari fecissent. Quo casu arrestū respectu pro-
bantis declararetur iustum & legitimum, respectu verò
alterius, iniustum & perperam factum. Et certum est
quod respectu causæ probatæ & veræ, arrestatus, aut do-
minus rei arrestatæ, est temerarius & calumniosus liti-
gator. Sicut & in simili cōtra gl. in c. præsentiū. in verb.
sigillatim de testib. libr. 6. & alios in c. cùm omnes de
constit. tenet Rebuff. ad ord. reg. tom. 3 tit de expensis.
nu. 21. quod quando reus victus est & condemnatus, eti-
amsi plus fuerit petitum, & ad minus condemnatum,
9 tenetur ad expensas, quia est temerarius litigator in eo
quod debet, si non offerat. l. eum quem temere. ff. de iu-
dic. dicēs eam opinionem in Curijs Franciæ obseruari.
10 Et pro hac distinctione facit quod in rebus indiuiduis
vtile per inutile vitiatur. l. 1. §. illud. & §. Trebatius. ff.
de aqua quot. & æst l. si ego. ff. de iniusto testam. sed in
rebus diuiduis aut seperabilibus obtinet prædicta regu-
la lo-

la locum, quod vtile per inutile non vitiatur, etiam in eadem parte seu membro. l. sancimus. §. si quis. authen. C. de donat. l. pecuniæ. l. placuit. ff. de vsur. Tiraq. de retract. conuent. ad fi. tit. nu. 143. Quia ita est in propósita facti specie: Nam cum arrestari procurans fundat arrestationem suam super summa maiore quàm ei verè debetur, fundat se super re non quidem natura sua indiuidua, cum summæ seu quantitates pecuniæ recipiunt diuisionem l. quidã. ff. si cert. pet. sed super re quæ opinione & voluntate eius fit indiuidua, quia indiuisim petit totam summam, nec parte illius vult esse contentus, & super tota litem contestatus est. Sed qui arrestat debitorem ex diuersis creditis, proponit res, & natura sua diuiduas, & quas ipse arrestari procurãs diuersis medijs exigit videlicet propter mutuum & propter venditionem, quæ inter se nihil habent commune; Et si vrgeas II quod minor summa ineſt maiori, l. 1. ff. de verbo. oblig. quod plus in se cõtiner, id quod minus est, c. plus de reg. iur. libro 6. quod in toto pars ineſt. l. in toto. ff. d. titu. quod totum petens, quamlibet eius partem petere dicitur. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iudic. & quod proinde creditor qui fecit arrestari debitorem pro centum, quæ fortè non debebat, ille etiam quinquaginta quæ verè debebat petijsse videtur, vt sic actus qui non potest valere in eo quod plus est, saltem in eo valeat quod minus est, vt sic accipiatur interpretatio, per quã petitio valeat. l. quoties. ff. de reb. dub. cum nemo præsumatur elegisse viam, per quam petitio sua subuertatur. l. 3. ff. de testam. milit. Respondeti potest quod hæc omnia quidem vera essent, nisi ex apertis verbis actoris, siue arrestari procurantis appareat, quòd minore summa non est contentus, & sic in re clara non est locus coniecturis: Ideoque est quod in d. l. 1. §. si stipulanti. ff. de verbor. oblig. summa minor non est in maiore ad confirmandam stipulationem, quia stipulans non vult esse contentus minore, sed voluit stipulari maiorẽ summam, in quam promissor non consentijt. Sic & Salycet. l. mora. num. 9. ff. de vsur. Si inquit, peto centum,

483

tum, quæ mutuaui, vel depoſui, vel quæ dico mihi legata, & verè non fuerunt niſi quinquaginta, hæc quinquaginta non ſunt pars decentum, ſed debitum per ſe; quia mutuum, vel depoſitum quod peto, dico finem recepiſſe in centum; ſed quòd verè mutuatum aut depoſitum, aut legatum fuit, recipit finem in quinquaginta, & ſic non fuit pars illius. Ponderat ergo Salycetus præcipuè intentionem agentis, an velit ſe figere in maiore ſumma, vel in minore; & niſi ita dica-
12 tur, nunquam dicetur aliquis plus re petere, aut in pœnam plus re petentis incidere; Nam ſemper ad euitandam & condemnationem & expenſas, poſſet dicere ſe etiam de minore ſumma intellexiſſe, quod eſſet abſurdum, videreturque lex non reb. ſed verbis eſſe impoſita, contra l.1. & quæ ibi notantur per Dd. ff. quod quiſque iur.

Secundum quoque argumentum in contrarium adductum non mouet, quia hic benè facta eſt arreſtatio, eo modo quo benè fieri potuit; & quo ad vnam cauſam, in ea arreſtari procurans non errauit. In contrario autem is qui egit, in vniuerſum errauit, & nihil benè fecit, licèt alio modo licitè agere potuiſſet, adeo in maiore culpa eſt, qui nulla ex parte id quod egit, eo modo quo egit, iuſtificare poteſt.

Et ad ad tertium argumentum quod attinet, vtique verum eſt quod non eſt ferendus arreſtari faciens qui ſe nimium coarctauit, & propterea in expenſas, ſi quæ eo nomine plures factæ ſunt, condemnari debet; quòd ſatis abundè ſuperius dictum eſt, cum regulariter non niſi in illas victus victori condemnetur. d.l. properandũ. & l. ſancimus, C. de iudic. Et quamuis quando plura ad actum vnum requiruntur, vno deficiente, reliqua corruunt, id quod in quarto argumento proponitur, hic tamen ad arreſtationem non plura ſimul neceſſaria requiſita fuerunt, ſed vna ſola cauſa per ſe ſuffecit, ad debitorem arreſtandum, quæ probata eſt.

An

An debitor inuitus in quacunque iudicij parte oblatam relaxationem arrestari procurantis, acceptare debeat.

Cap. 48.

ARGVMENTA.

1 Liti cedens solum in expensis condemnatur.
2 Liti renuncians non propriè dicitur succumbere.
3 Renunciatio vnius actionis propositæ, an & quãdo fieri possit, cum protestatione, saluo iure proponendi aliam. & 5.
4 Instantiæ an & quando renũciare liceat, nisi etiam renuncietur liti & causæ. 6. & 7.

QVOD si creditor qui sub prætextu certi alicuius debiti aliũ arrestari fecit, eoque nomine iudicium cum eo susceptit, in medio litis expẽsas soluere, & personam arrestatã relaxare velit, arrestatus verò, & vsq; ad finem litis in arresto manere malit, & se id iure facere contendat, dubitationem aliquã habere videtur; quia is qui cedit liti, solùm in expẽsis condemnatur. Bart. in l. postquàm liti. C. de pact. & in auth. contra qui propriam. in 2. notab. C. de non num. pec. & præsumpta temeritas in qua eousque fuit. l. eum quem. ff. de iudic. videtur per earum expensarum solutionem, satis puniri, maximè cùm is qui liti renũciat, non propriè dicitur succumbere. l. aliã. vbi Bald. & Salyce. C. de his quib. vt indig. Sicut renũciatio vnius actionis propositæ, saluo iure proponendi aliam fieri potest. l cum fundum. §. fin. ff. de vi & vi armat. Bart. in l. edita. C. de edẽd. Ita quoq; & arrestationis relaxatio. 1 2 3

Nihilominus tamen his non obstantibus existimo eundem arrestatũ audiendum esse, nisi arrestari procurans etiam omni suo iuri, vna cum ipsa lite renũciet, & se nihil ab arrestato in futurũ eo nomine petiturũ declaret: Nam si solũ vellet renunciare huic arrestationi, & instãtiæ, præiudiciũ faceret arrestato, cuius fortè interest plurimum hanc litem inchoatam potius

nunc absolui, vt & nunc de iure suo semel aliquid decidatur, quàm periculum nouæ arrestationis in alio loco & incommoda nouæ instantiæ alibi instituendæ,
4 semper metuere. Et hoc est quod dicit Bart. ad d.l. post quàm. quod renunciari instantiæ nō potest, nisi etiam
5 renūcietur liti & causæ; Et quod dicitur quod renunciatio vnius actionis propositæ potest fieri, saluo iure proponendi aliam, & soluendo expensas d.l. cum fundum. intelligitur, modo hoc non fiat in præiudicium aduersarij, idem Bart. in d.l. edita. col. 5. Bald. in l. suus. C. de repud. hære. & his verbis declarat Io. Petri de Ferrar. in sua pract. In forma libelli quo agitur, vt pacta
6 seruētur. ad verb. Pacta coll. vlt. Sed quod si pars aduersa cōtradixerit tali renūciationi, an ea inuita fieri poterit? Distingue, aut volo liti & instantiæ causæ ex toto renunciare, & possum aduersario inuito. d. l. post quàm. & l. desistisse. ff. de iudic. ita tamen si soluantur litis expensæ. Aut volo differre litis processum, & nō possum, aduersario inuito. Auth. qui semel. C. quom. & quan. iud. Hactenus ille. Apertius tamen Castrens. in d.l. post quàm. circa finem, sic ait, Breuiter aduerte
7 elarius & subtilius. Aut interest ipsius rei quod procedatur ad sententiam, & quòd nō desistatur à lite, per ea de quib. habetur in l. vtiq;. ff. de rei ven. vel quia renūciatur soli instantiæ, nō iuri, & sic nō finitur lis, & tūc reo nō cōsentiēte nō valet renūciatio, quo minus possit reus arctare actorē ad prosequendā litem, quo vsque perueniatur ad sententiam diffinitiuam. d. authē. qui semel. Aut non interest ipsius rei quod fiat prosecutio, seu quod procedatur in causa, & tūc aut quærimus an valeat renunciatio, sine volūtate eius quatum ad hoc, vt actor nō compellatur prosequi si non vult, & dico quod valet. arg. l. si reus paratus. ff. de procur. vbi reus nō compellitur litigare, si vult soluere, ergo & eodem modo actor non debet compelli prosequi, si vult renūciare, & reus ex hoc nullum damnum patitur, & ex toto quantum ad istum effectum, valet renunciatio etiā parte absente & non consentiente, & nullo pro eo re-

cipi-

cipiente; Aut quærimus an valeat quantum ad hoc vt ipsi reo acquiratur ius exceptionis, per quod posset repellere actorem volentem reinchoare litem, & in hoc stat substantia istius legis in quo dico quòd requiritur eius præsentia, vel alterius recipientis pro eo, vel nuncius aut epistola, per ea quæ not. in l. cõsensu. de act. & obligat. & non curo si alterum istorum interuenit, ante litis contestationem, vel nõ, cùm habeat vim pacti.

Debitor an possit ab alijs creditoribus, soluto debito, pro quo arrestatus fuerat, in arresto retineri seu commendari. Cap. 49.

ARGVMENTA.

1. C[illegible] à diuersis Iudicibus an venire debeat.
2. Depositi restitutio an impediri à tertio possit. & 4.
3. Creditores plures possunt immitti in bona debitoris.
5. Creditor debitorem fugitiuum propria auctoritate capere potest.
6. Creditore arrestante non comparẽte, quid sit faciendum.
7. Iudex laicus citare potest clericum sub condicione, Si sua putauerit interesse.
8. Debitor arrestatus & incarceratus, an alibi per procuratorem se defendere cogatur.

DOmitius Vlpianus lib. 5. ad Edictum respondit, In ius vocari non debere eum, qui apud Prætorem causam agit. l. 2. ff. de in ius voc. quasi dicat, quod pars litigans coram vno Iudice in vno tribunali, nõ potest vocari ad aliud tribunal, nisi fortasse aliud tribunal sit maius; Nam vt ait Iulius Paulus, Is q̃ ad maius auditoriũ vocatus est, si litẽ inchoatã deserit, contumax nõ videtur. l. cõtra pupillũ. §. fi. ff. de re iud. Quo respõso Vlpiani pleriq; magni nominis Interpretes permoti existimarunt debitorem qui ad instantiam seu petitionẽ vnius creditoris captus, vel arrestatus fuit,

1

fuit, ob aliud debitum, à reliquis creditoribus postea emergẽtibus aggrauari, & diutius in vinculis retineri nõ posse, quippe quòd is qui sic arrestatur, & vinculis nonnunquàm mancipatur, quodammodo in ius vocetur, & realiter (vt aiunt nostri) citetur. l. plerique. ff. de
2 in ius voc. Et sicut depositum, denũciatione noua per alium facta non impeditur. l. pen. C. depos. ita quoque & arrestũ istud, quo nunc constringitur debitor. per se cõsistit, & ideo restitutio & relaxatio arrestati, tãquàm rei alicuius depositæ, facto & denunciatione alterius creditoris impediri non debet, quod & Barto. ad d. l. 2. sensisse video. Porrò autem & ipsemet Barto. ad. l. 2. §. 1. ff. de custo. reor. versi. Vlterius quæro. contrariũ sentit, & breuibus verbis eleganter ibi decidit, quod longa & varia distinctione, multorumque argumentorũ propositione ac discussione. in quæst. 6. in lapus. facere conatus erat. Nihil enim est, inquit, quod repugnet debitorem ab alio creditore recõmendari, id est,
3 pro alio debito retineri. Sed quemadmodum possunt plures creditores immitti in possessionem bonorũ debitoris, l. si finita. §. cùm autem plures. ff. de dam. infec. ita nihil impedit, quod debitor etiam à plurib. recommendari possit. Zasius ad d. l. 2. nu. 22. versi. quid autẽ si carceratus, &c. cùm aliàs semper comparente aliquo tertio & de iure suo probante, depositi restitutio im-
4 pediatur, negeturq; etiam ipsi deponenti, l. bona fides. ff. depos. & lex si fugæ periculum imminet, debitorẽ contra communes regulas, ab ipso creditore capi pati-
5 atur, manusque creditorum armet, ne is elabatur. l. ait prætor. §. si debitorẽ. ff. de his quæ in fraud cred. Quod certè dubitationem nõ habet, si sit noua causa, ob quã vel ab eodẽ, vel ab alio creditore arrestatur, l. sed eximendi, §. idem si quis. ff. ad exhib. dolusq; aut calũnia primi prætensi creditoris secundo vero creditori obesse nõ debet Bart, in d. q. lapus. Guido Papæ, quæst. 61.
6 in fi. Socyn. consi. 119. lib. 3. Cæterum vt refert Paris de Puteo, de Syndic. ad verb. carcer. c. 5. nu. 1. quando non reperitur is qui debitorem arrestari fecit, publicæ pro-

cla

clamationes fieri debent, vt si quis habuerit iustã causam impediendi relaxationem compareat. eamque alleget, nemineque veniente dimittitur. Bart. ad l. si quis vxori. §. fugitiuum. ff. de furt. Ang. ad l. fi. de exhib. reis. Bald. ad l. si quis. §. fin. ff. de condi. insti. l. ea quæ. ff. de in ius voc. l, si eo tempore, C. de remiss. pig. l. 1. §. cũ dicitur. ff. si cui plus quàm per falcid. Et eiusmodi proclamatione etiam clerici continentur, cum non sit nisi condicionalis quædam citatio duntaxat, quæ à Iudice laico in quemuis clericum fieri potest, Bald. ad l. testa 7
menta. C de testa. & ad d. l. ea quæ. ff. de in ius voc. Istã tamen proclamationem mores nostri ignorant, quia nemine impedimentũ vltro præstante, debitor dimittitur. Quid autem si aliquis est incarceratus pro debi- 8
to, & is citatur ab alio creditore coram alio Iudice, an teneatur comparere? an valeat alterius Iudicis processus? Videtur quod non, quia Vlpianus ad d. l. 2. negat eũ in ius vocari posse, qui à loco nequeat discedere. Sed Zasius paucis verbis non ineleganter ad eandem l. 2. nu. 21. distinguẽs ait, quòd si iste est iustè carceratus pro debito, & potuit mittere procuratorem, qui ipsum defenderet coram alio Iudice, tunc valet processus alterius Iudicis, & imputabit sibi incarceratus, qui se per procuratorem non defenderat, iuxta communem regulã, quòd nemo excusatur absens ex quacunque necessitate, si iusta fuit detentio, & procuratorẽ mittere potuisset, l. Papinianus ait. ff. de minor. & tenet processus siue alius Iudex sciuerit eum esse incarceratũ, siue ignorauerit. Castren. ad d. l. 2. Bart. ad l. is qui reus. ff. de pub. Iudic. Aret consi. 132. Quod si verò alterum defecerit, scilicet, vel quia non esset iustè carceratus, vel quia nõ potuisset commodè mittere procuratorem, & alius Iudex sciens citaret eum, tunc processus esset ipso iure nullus, l. 2. & ibi Bald. C. ex quib. caus. maior. Sin autẽ Iudex ignorat, tunc processus non est ipso iure nullus, sed aduersus eum restitutio conceditur. d. l. 2. & Doct. ad l. quæsitum. ff. de re iudic.

Dili-

486

Debitorem an posſit Commentariensis pro expensis retinere, & relaxationem eiusdem impedire. Caput 50.

ARGVMENTA.

1 Retentionis vsus in iure est necessarius.
2 Præsumitur quòd Commentariensis aluit captiuum.
3 Actus in dubio præsumiturab eo gestus, qui eum gerere debuit.
4 Ordinarium auxilium quàm diu supereſt ad extraordinarium & subsidiarium non est recurrendum.
5 Plus cautionis est in rem quàm in personam.
6 Actio est inanis quam excludit inc[illegible]
7 Locupletior factus quis dicatur
8 Actio quando datur alijs quàm jis cum quibus actum fuit.
9 Plura remedia quis habere potest.
10 Retentio an habeat locum quando obligatio est nulla aut valida.

1 REtentionis vsus frequēs ac necessarius est in iure, vt qui in rem alienam quid impendit bona fide, beneficio suo iuuetur, non decipiatur. l. in commodato. §. sicut. in fi. ff. commod. & c. vnic. eo. tit. Idcoque & is qui in alieno ædificat suo nomine, necessarias impensas, implorato iuxta legum subtilitatē Iudicis officio, ac velut retentionis iure deducit. l. domum. C. de rei vend. & qui inuenit bouem alienum in fundo suo, eundemque tenuit per aliquod tempus & aluit, licet nō pro damno sibi illato, saltem pro alimētis præstitis, iure eum retinere potest. l. Quintus. & l. sequen. ff. ad l. Aquil. Alciat. reg. 1. præsumpt. cap. 50. & ad l. sylua cædua. in fi. ff. de verb. sig. Eadem & de commodato, pignore, deposito, alijsque similib. dici solēt; Nam & depositum & pignus, & commodatū, propter ex-

expensas in rem factas, retineri potest. l. in rebus. §. fin. ff. cõmod. glo. add. si quis. C. depoſſ. l. Paulus. ff. de doli excep. l. qui exceptionem. ff. de condict. indeb.

Et hinc quoque nata est quæstio, vtrum Commentariensis debitorem arrestatum pro expensis seu alimentis retinere, aut eiusdem relaxationem impedire possit? Video quòd ex varijs disputationibus & cõtentionibus tam in hac quàm in alijs quæstionib. orta est pertinacia: progressi sunt quidam longissimè, & ratiunculis sophisticis, leuibus, inualidis, magnum põdus rebus grauissimis detraxerunt, obortaq; est his nubes, vel affectuum, vel ignorantiæ, vel incõsiderationis dẽsissima, quæ conspectũ veritatis adimit. Sanè cùm nemo præsumatur vixisse de vento. l. fi. C. de aliment. pupil. præstan. sicut pupillus præsumitur alimẽtatus à tu-ore, [illegible]obet se aliunde alimenta consecutum, vt ibi ait Imp. Alex. & sicut creditor præsumitur equum pignori datum suis expensis aluisse, ex quo reperitur nutritus, nisi contrarium doceatur, Alciat. d. c. 50. Bart. Alex. Imol. Castren. Iason, Zasius, & alij ad l. cũ seruus. ff. de verb. oblig. Ita quoq; Apparitor præsumitur debitori arrestato expensas omnes subministrasse, si non aliunde de cõtrario appareat; cùm sit in illius domo, aut custodia, & onus atque officium subministrãdi alimenta ei incumbat; Ideoque succedit, & referri potest vulgatum illud axioma, Quod actus in dubio præsumitur ab eo gestus, qui eum gerere debuit. Bald. consi. 378. num. 2. lib. 1. Bart. ad l. 2. C. arbitr. tutel. Barb. cons. 15. nu. 6. lib. 2. Paris. con. 72. nu. 34. lib. 2. Quæ alimenta cùm in vtilitatem ipsius sint conuersa, videtur quod p ipsũ retineri possit. Porrò aũt alia hoc loco instituẽda est cogitatio. Superius enim ostendi, Apparitorem aduersus creditorem qui arrestum postulauit, actionem pro impensis intendere posse, adeo vt ad subsidiarium hoc retentionis auxilium, quando remedium ordinarium supereſt, recurrere non liceat, l. 4. ff. de dam. infec. d[illegible] Paulus. & l. si in area, ff. de cõdi. indeb. Atqui dices [illegible]us esse rei incumbere, quàm in personam creditoris

2

3

4

5

487

ris agere.l.plus cautionis.ff. de reg.iur.nihilq; obstare, quominus Apparitor vtrumque, creditorem scilicet, cuius mandato arrestauit, atq; inclusit, & debitorē cui expensas subministrauit, obligatum habeat; Respondeo, quod si creditor diues est, debitor verò inops, minimè dici potest, plus ... nolumenti esse in retentione
6 eius quàm in persona ... actione aduersus eundem creditorem. Econtrà verò si creditor egeat, inanisque sit actio, quam inopia ... us excludat, debitor autē diues sit & locuples, quòd ... onnunquàm accidit, quātumuis res ista dubitationē nō careat, propterea quod sibi imputare posset Apparitor, qui cautione aut fideiussione ab initio sibi non prospexerit, nihilque cum debitore, quem certè inuitum abduxit & arrestauit, egit vel contraxit; tamen existimo in subsidium dictum debitorem pro impēsis retinere posse, ea scilicet ratiōe, quod ex his nutritus & alitus sit, debuisseque etiam si domi fuisset tantum aut amplius expendisse. Antiquissima enim est iuris regula neminē cum alterius iactura fieri debere locupletiorē. l. nām hoc natura. ff. de cond.
7 indeb. l. iure naturæ ff. de reg. iur. Dicitur autē locupletior factus qui suo pepercit. gloss. in l. ex diuerso. circa medium, & ibi Doct. ff. de rei vend. Quòd si quis hanc naturæ legem contemnere velit, aduersus eum iure nostro prouidetur, & lex non solùm retentionem & exceptionem, verumetiam actionem in ipsum concedit, licèt cum eo contractum vel actum non fuerit. l. si me
8 & Titium. ff. si cert. petat. Nam si rem meam sine causa habeas, quamuis nullum negociū tecū gesserim, mihi condictione teneris, siue certi, siue indebiti, siue cōdictione sine causa. l. seruus quem. ff. pe actio. emp. l. si concubina. §. non solùm ff. rerum amotar. in l. penult. ff. de condict. indeb. l. fi. ff. de condict. sine cau. Sed & alij, etiam nobile Iudicis officium competere posse illis casibus aiunt, si aliter succurri nequeat: quæ sententia vera est. Host. & Ioā. Andr. ad c. bonæ de appell. quia ad Iudicis officiū pertinet, ne quis iniquum lucrum aut damnum sentiat, l. illicitas, versi. 1. ff. de offi.

Præ-

doque aliter prouideri potuerit, satis enim est, quod in præsentia cùm agitur, aliter non sit prouisum. l. fi. §. 1. & ibi Bart. ff. de condict. indeb. Alciat. ad d. l. si me. nu. 8. Vnde si negociorum gestor à debitore meo exegerit, egoque ratam solutionē habere noluerim, eam tamen pecuniā condicere dei, de potero, si aduersus debitorem mihi consultum aliter non sit, vt Castren. & Alexan. censuerunt ad l. dispensatorem. in fi. ff. de solu. & ad l. cùm fundus. §. fi ff. si pert. petat. Neque remedium quod fortassis habuit Apparitor aduersus creditorem arrestantem, postea vel facultatibus lapsum, vel fugitiuum factum, si illud nunc non habet. d. l. si me. æquitatem impedit; sicut nec impediretur quādo inefficacem actionem haberet. l. 2. ff. de instit. actio. Loriot. ad d. l. si me. num. 4. neque etiam mouet quod dicebatur posse cum imputari Apparitori, qui cautione siante non prospexit: nam si tēpore arresti facti creditor adhuc dives erat, credere ei potuit; si verò non erat dives, ex Scæuolæ responso constat, quòd cùm de in rem versione agitur, promissio & obligatio vnius non impedit actionem aduersus eum, in rem cuius cōuersum fuit. l. penul. ff. de in rem vers. saltem in subsidium. Quod si verò vterque dives ac soluendo est, creditor scilicet & debitor, ita vt aliter Apparitori succurrsum sit, quàm per retentionem, vtpote quòd creditorem, cuius mandato debitorem arrestauit, conuenire possit, neq; nunc conuenire ipsum posse desierit, æquius est vt debitor relaxetur, arg. eorum quæ not. Alciat. & Loriotus. ad d. l. si me. Cæterum quod de retinendo debitore dixi ita accipi velim, si ob legitimam causam arrestatus fuit. Nam & Guido Papæ quæst. 448. in grauioribus termiuis ex Iacobo Aretino respondit, quòd carceratus per sententiam Iudicis absolutus, à Commentariensi pro salario & expensis de iure retineri nō potest; cū simili, si obligatio hypothecaria aut pignoratitia non valet, nullus est locus retentioni. l. cum vitiosè. de pignor. Bart. ad l. 1. cod. tit. Anto. Negusant. in tract. de pignorib. in 1. memb. 3. part. nu. 17. versi. quar-

tò quæritur. Nihilominus tamen cõsuetudine multis in locis recepta, contrarium sæpe obseruari Guido monet; fortè quòd iniquum foret Apparitorem conijcere in hanc difficultatem vt ipse de iustitia, aut iniquitate arresti disquirat, & semper cautionem à creditore exigat, vel periculum insoluentiæ ipsius sustineat, & quòd huiusmodi expensæ ritè vel perperam factæ, in rem eius debitoris nihilominus cõuersæ reperiantur. Quæ consuetuoo, suam quidem rationem habet, sed dura est.

De modo & ratione expensarum quas indebitè arrestatus facere, atque ab arrestante repetere potest. Cap. 51.

ARGVMENTA.

1 Qualitas, & condicio arrestati consideranda est in taxandis expensis quas in victu fecit.
2 Rusticorum condicio & status non est, vt equites ad iudicium veniant.
3 Testes producẽs, tenetur eis prouidere de expensis itineris, secundum Iudicis moderationem.
4 Expensæ an sint testibus deducendæ quas domi fecissent: remissiuè.

1 FRrequenter etiam accidit, & vt plurimum in hominibus admodum pertinacibus, vt non solùm in arrestatione potius manere, quàm præstita cautione relaxari malint, verùm etiam vt libera voce iactitent, se sumptu arrestari procurantis, illic mansuros esse, delicatè quidem & opiparè victitantes, & hoc modo (vti ipsi arbitrantur) aduersarium vexantes. Sed fallũtur grauiter; Nam cum de taxandis expensis agitur, qualitas & condicio illius qui eas expẽsas fecit cõsideranda est; sic vt consuetudo illius seruari debeat; vt si rusticus sit, vilior victus ei sufficiat, si nobilis aut in dignitate constitutus lautior permittatur, vt est elegans dictum gl. & aliorum, ad l. idemq; & in fundo. §. idem

idem Labeo ait.ad v
eandemq; glo. Salic
dam,& mẽti tenen
tigant veniunt eo
ſtatus & condic
dant extra opu
arios vocati,d
probat Felynus in c.cu
ſtitut.dum ait quòd in ta
centi cauſam non computatur
pedes. Et in ſimili reſpondit Al
patron.quod patronus ſuſtenta
qualitatem ſui generis.tam in veſtibus qua
Et Nicolaus de Neapol.ad l.habitatio. ff.de v
mitten. qui textus eſt bonus ad propoſitum,
uod mi
es expẽſæ debent fieri familiaribus C
nalium, quàm alijs. Sicut in §.criminis. 25.diſtinc.
citur, quod peccatum eſt, pauperibus non egentibus
elicata cibaria adminiſtrare. Et cùm ſumptuoſa &
imis delicata illa dilapidatio arreſtati,nõ niſi ex ma-
gno animo procedat, nimirum vt aduerſarium ma-
iore ſumptu afficiat, minimè ſanè huiç malitiæ indul-
gendum eſt. l.in fundo. ff de rei vend. Sic & in ſimili
decidit ibi Bald.& in l.quoniã C.de teſtib. & ad l. eos.
§.1.C de appell. & Bart.ad l.ſi ſeruus. ff. de legat.1. &
gloſſ.in c.epiſcopus.10.q.2.& Panor.in c.cum inſtan-
tia.de cẽſi. Ioan. Campegius in tract.de teſtib.reg.263.
quòd licet producens teſtes, teneatur eis prouidere de
expenſis itineris, tamen iſtas expenſas iudex modera- 3
tur, etiam antequàm teſtes vocentur.c.ſtatutum.& ibi
Philip. Franc. de reſcript.lib. 6. vt ſi aliquis ciuis, vel
honeſta perſona, requiratur in teſtem, quam non de-
cet pedeſtrẽ venire, vel eſt aliquis ruſticus qui nõ vult
venire pedeſter,etiam ſi via ſit breuis ; attendat Iudex
condicionem perſonarũ, non obſtante quòd ſit pro-
prius equus illius, qui ſolet locare equos, vt ex Ioann.
Andrea & alijs,tenet Ioannes Crotus in tract.de teſtib.
par.9.nu.62. Vbi etiã ſubijcit eam quæſt. quæ eſt, vtrũ 4

489

es feciſſet domi, etiam-
e qua etiã ſcribit Phi-
nſuper, & latè Alber-
m.84.cap.7.Quam-
penſas ab arreſta-
imo tamen quod
em conſumptæ
iore capite poſitam, eum
tinere poſſit; exẽplo cauponis aut
erius dictum fuit; niſi is qui arre-
inor, aut prodigus cui bonis in-

ctio quo alius debitum eius qui arreſtatus eſt, in ſe recipit, & non ſoluit. Cap. 52.

ARGVMENTA.

1 Satisfactum eſſe creditori quando dicatur.
2 Hæres conueniri debet à creditoribus, nõ emptor hæreditatis.
3 Actio quando per pactum quæri alicui poſſit.
4 Debitor liberatur, ſi quis tertius creditori acceptãti pro eo ſoluere promittat.
5 Promiſſio de ſoluendo pro alio quid operetur remiſſiuè.
6 Iuris Ciuilis & Canonici maior eſt cõcordia quàm vulgo arbitrantur.

1 OMnis pecunia exoluta eſſe debet aut eo nomine ſatisfactũ, vt debitor cõuictus vel confeſſus liberetur. Satisfactũ autẽ accipimus, inquit Vlpianus lib.28. ad edictum, quemadmodum voluit creditor, licèt non ſit ſolutum: ſiue pignoribus caueri ſibi voluit, ſiue alio aliquo modo, licet in hoc ſit deceptus. l.ſi rem alienã. §. omnis. ff. de pig. act. Et quemadmodũ quamdiu non eſt integra pecunia creditori numerata, etiamſi pro maiore parte eam cõſecutus ſit, nõ diſſoluitur pignoris vel hypothecæ obligatio. l. quamdiu, C. de diſtract. pig. Ita quoque & debitor, non niſi vniuer-

ſo

so debito soluto liberatur. l. tutor. §. Lucius. ff. de l. acceptam. C. eod. tit. qui Romæ. ff. de verb. obli nè. ff. famil. erciscun. Quid igitur si cum credit si omni pecunia exoluta contentus esse ve rem suam alicui, ea lege vt creditori i aut cessit, an actio aliqua competat eundem? non loquor hic de delegatio ptoris cessionarij, & creditoris facta, obligationis dissolui non dubiũ est, l. delega ff. de nouat. & delegat. aut cùm tertius mandate & creditoris mei consensu, se in libro creditoris de rem cõstituit, de quo multa pulchrè scripsit Curtiu nior consi. 7. incip. Videtur iterato. & Barto. in l. sing laria. ff. si certum petat. Neque etiam de cessione sponte consentienti & recipienti creditori oblata, quæ nõ mi- norem v habet in re subiecta; Sed de venditione, aut cessione, ignorante vel non approbante creditore, cum alio inita; quæ inter alios acta, alijs neq; obesse, neque actionem aliquam parere videtur. l. sæpe. ff. de re iud. l. stipulatio. §. alteri. ff. de verb. oblig. quod vtiq; dicendũ esse Imper. Diocle. & Maximian. eleganti exemplo, & his verbis rescripserunt. Cum res filio tuo emancipato, ea conditione vt creditoribus tuis solueret, te donasse proponas, si stipulatione, vel incõtinenti habito pacto huic rei prospexisti, creditoribus quidem non contra eũ ex placito vestro, sed aduersus te competit actio. Eum verò cui tu certa lege prædicta donasti, incerta ciiuli a- ctione, ad placitorum obsequia vrgeri, secundum legẽ donationibus dictam, conuenit. l. cum res. C. de dona. Et in simili Antoninus Augustus rationem iuris postu- lare ait, vt hæres creditoribus respondeat, quamuis ali- us ea lege emerit hæreditatem, vt creditoribus hæredi- tarijs satisfaceret, l. Ratio iuris. C. de hæred. vel act. vẽd. Rursum verò, Si genero dotem dando pro filia, inqui- unt Imper. pater cõmunis eam reddi tibi extraneo con- stituto per emancipationem, stipulatus est, nec sibi ces- sante voluntate, nec tibi prohibente iure quærere po- tuit actionem. l. si genero. C. de iur. dot. Nam quamuis

490

tum re[illegible]amirem cui cohæret, & cum re
um, adeoq; [illegible]ê intra rē est, tertio alicui actio
ulla tamen actio acquiritur quando ali-
in re proposita, pacto includitur.
Aemilius Ferret. ad d. §. alteri. nu.
m tenet Baldus, Angel. & Salycet.
nat quæ sub mod. Socyn. cōsil. 236
o, lib. 2. Tyraq. de vtroq; retract. §.
[illegible]e consi. 243. & latè Benenutus in tra
doctoribus parte 5 nu. 9. & aliquid per Carolū
eum ad consuet. Paris. parte 2. §. 55. glo. 5. nu. 8. q.
ald consil. 440. lib. 1. Sed hæc vera sunt nisi ipse
itor qui fecit debitorem arrestari, semel contentus
it; Nam si Bart. credimus ad l. singularia. quē alij ibi
sequuntur. si mandaui alicui vt tibi soluat precium pan
norum, quos à te habui, & ille promittit pc[illegible]cq; se de-
bitorem in libro suo, de tuo consensu, statim ego liber-
ror. Idem notat Bal. ad l. pro debito. C. de bon. auth. iu-
dic. possid & ad l. 2. C. de except. rei iudic. & est bonus
textus, in l. inter causas. ff mandat. & Imol. consil. 95. &
Curtius senior consi. 7. notat quod emptor liberatur per
promissionem alterius, de soluendo venditori, si ven-
ditor eam promissionem acceptauit, ita vt amplius em
ptorem conuenire non possit: & vide Castrens. consil.
49. incip. peruiso puncto. & consi. 50. incip. in causa quę
vertitur. Vbi quęritan promissio de soluendo pro alio,
liberet principalem, & an inducat vim solutionis, aut
nouationis, aut accumulationis. Caueat igitur debitor
in eas arresti seu vinculorum angustias cōiectus, ne dū
se liberare studet, noua atq; maiore calamitate afficia-
tur, ipso non soluente creditori, qui aduersus ipsum em
ptorem seu cessionarium fidem non seruantem, nullā
penitus actionem habet, præterquam si Notarius aut
Tabellio nomine illorum, quorum interesse posset, sti-
pulatus fuerit, vel actio à debitore ipsi cedatur. Iason ad
d. l. qui Romæ. §. Flauius. nu. 9. versi. secundò limita. &
alij ad d. §. alteri. & §. sequent Sunt tamē qui existimāt
ex æquitate & benignitate Canonica cum duritie iuris

Ci-

Ciuilis Romanorum pugnante, in ſu ...ium, creditori ex hac ſtipulatione debitoris, vtilen ... ionem cõcedi. Socyn. conſil. 236. lib. 2. Zaſius ad d. §. ...lteri. nu. 27. arg. l. Caius. ff. ſolu. matr. & l. quoties. C. de donat. quæ ſub mo qua de re admodum dubito. Nam ſi bene circum- 6
ſpicias, multo certè rarior eſt inter ius Ciuile & Canonicum antinomia, quam plerique exiſtimant; & quando nihil reperitur nominatim cautum in cõtrarium, ſacri canones leges ciuiles ſequi non dedignantur. Mouet autem hanc dubitationem Tiraquel. de vtroq; retract. §. 1. gloſſ. 14. num. 116. verſic. ſi autem ſcire vis, &c. ſed eam non diſſoluit, quæ certè ad multarum aliarum difficultatum explicationem & reſolutionem pertinere poſſet.

FINIS.

591

Quomodo petunes probet [illegible]
[illegible] fol. 35

Quomodo petunes probet [illegible]
[illegible] fol. 260 No 26

Quomodo Judex in relatione
[illegible] burgenses debeat audire partes
[illegible] fol. 268 No 48

Reus confessus post sententiam reprobat
[illegible] quia reprobari non debebat ex tali
confessione condemnari non debet fol.
266 No 42

